COMMENTARIORUM IN ISAIAM PROPHETAM IUXTA SENSUM LITTERALEM &…

Diego Alvarez




6
40 L
7

COMMENTARIORVM IN ISAIAM PROPHETAM

Iuxta ſenſum litteralem & moralem.

CVM ANNOTATIONIBVS SANCTORVM Patrum, & aliquibus animaduerſionibus in gratiam Prædicatorum in vnum collectis.

TOMVS PRIMVS.

AVCTORE

Reu. P. M. F. Didaco Aluarez à Medina, prouinciæ Hiſpaniæ, Ord. Præd. Romæ in Collegio Sancti Thomæ ſuper Mineruam, ſacræ Theologiæ profeſſore, & Regente.

Continens Vigintiſeptem priora capita cum duplici Indice. Primus eſt locorum ſacræ Scripturæ. Secundus rerum, & ſententiarum.

Secunda Editio ab eodem Auctore recognita, & aucta.



ROMAE, Apud Gulielmum Facciottum. M. DCXV.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

Ad vsum Cler. Reg. Ministran. infirmis Domus profess. Vrbis.

APPROBATIO.

TOMVM Primum ſuper Iſaiam vigintiſeptem capita complectentem Reuer.admodum P.F.Didaci Aluarez,ſacræ Theol.Magiſtri,ac Collegij S.Tho.B.Mariæ ſuper Mineruam Regentis,ex commiſſione Reuerendiſs. P.Mag.ſac.Palatij,ac ex mandato admodum R.P.F.Pauli Iſareſij,totius Ord.Præd. Procurat.& Vicarij Generalis,qua potui diligentia,& attentione perlegi,nihilq. in eo fidei Catholicæ, aut bonis moribus (iuxta ſacri Concilij Tridentini decretum) diſſonum inueni:Imo omnia ſecundum litteralem ac myſticum ſenſum,ita accuratè,& eruditè pertractata,SS.Patrum dictis,ſententijsq. referta,nouisq. quibuſdam conceptibus cōdecorata, vt in maximum concionatorum omnium commodum,& vtilitatem, aliorumq. omnium, ſacrarum litterarum ſtudio incumbentium profectum,vertendam eſſe, pro certo habeam.Quapropter dignũ cenſeo,vt typis excudatur.

F.Michael Llot à Ribera ſac.Theol.Magiſter.

NOS F.Hippolytus Maria Beccaria ſacræ Theologiæ profeſſor,ac totius Ord.Præd humilis Generalis Magiſter & ſeruus.Cum acceperimus te R.P.M F.Didacum Aluarez eiuſdem inſtituti,atque in Collegio noſtro S Thomæ ſuper Mineruam Regentem commẽtaria in 27. capita Iſaiæ conſcripſiſſe;quæ magnam præſeferunt eruditionem,ac plurimum viris catholicis emolumenti allatura cenſentur: Per præſentes facultatem tibi concedimus,vt ſeruatis quæ tum in ſacro Concilio Tridentino. tum in noſtris legibus circa librorum editionem ſeruari mandantur, præfatas lucubrationes ad maiorem Dei gloriam, & Reip. Chriſtianæ vtilitatem typis diuulgandas committere poſſis. In quorum fidem has litteras manu propria ſubſcriptas dedimus. Romæ 7. Calend. Februarij, M. D. X C I X.

F. Hippolytus Maria Beccaria.

F.Innocentius Granellus Magiſter Prouincialis Terræ ſanctæ,& ſocius.

Imprimatur, ſi videbitur Reu. P.M. Sac.Palatij Apoſt.
Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur F. Gregorius Donatus Rom. Lector, & Socius Reuerendiſs. P. F. Hyacinthi Petronij Rom. Sacri Palatij Apoſt. Mag. Ord. Præd.

PERILLVSTRI ET REVERENDISS. PATRI, AC DOMINO

F. HYACINTHO PETRONIO

ROMANO

ORDINIS PRAEDICATORVM,

Sacri Palatij Apostolici Magistro Dignissimo.



GVLIELMVS FACCIOTTVS D. D. D.



ATVRAE atque artis beneficam illam largitatem, nemo est qui non videat, non multis modis experiatur, non summopere probet. At Naturam tot veluti donarijs, quot sunt rerum species per annos singulos renouatæ, hominem huius Vniuersitatis Principem continuò cumulatam, Artem imitari maximè decet. Nam, si cœlestes orbes salutares radios, viuificasq. vires sæpius iterato circuitu in hæc inferiora influunt: si Tellus, quam perennem benignissimam, veteres rite appellarunt, tot fruges ac fructus quotannis gignit, tot rerum commoda viuentibus suppeditat: quid mirum si & Ars omnis, quæ orbi semel prodesse cœperit, suas vtilitates hominum societati conferre perseueret, dum genus opificij necessarium vel conducibile iterum atque iterum efficit, reficitq.? Ego sanè, Religiosissime Pater, qui bonorum librorum Editioni adornandæ à multis annis operam nauo, Commentarios Perillustri, ac Reuerendissimi Archiepiscopi Tranensis additionibus nouis auctos, dum typis iterum committo, sic naturæ Magistræ modum sequor, vt in vtilissimo Opere recudendo bene impensum laborem meum existimem. Tibi verò etiam eadem familia Prædicatorum Antistitis doctissimi lucubrationem egregiam à me dicari, offerriq. quis non valde commendet? An non

parum memor officij reperirer, si dum omnes Sacri Palatij Magisterium adhuc tibi gratulantur, non aliquo tester argumento, quantum omnes probi gaudeant, te doctrina, sapientia, atque altiore virtutum gradu præstantē, à Sanctissimo D. N. Paulo V. grauissimo isti muneri esse præfectum? Patere itaq. Pater doctissime, inter tot meritorum tuorum suffragatores, & me non modo vocem mittere, sed et hac altera Commentariorum editione (quam tibi dico, donoq.) veluti scripto asseuerare, à me tibi omnem obseruantiam, & obsequium non minus deberi, qnàm ob ea quæ hactenus in clarissimo tui Sodalitio fecisti, docuisti, atque scripsisti, Christiana Respublica debeat. Interea Librum quem offero, hilari fonte suscipe, ac clientem tibi tot nominibus deuinctum, vberiore patrocinio tuere. Vale.

PRO.

PROLOGVS AVCTORIS
AD LECTOREM.

In quo huius operis redditur ratio.



NTER ornamenta, quibus diuinus ille cōcionator 1
Sidrach verbi Dei prædicatores fulgere exoptat (can
dide Lector) ad hoc vnum potissimè eos hortatur; vt
antiquorum omniū sapientiam exquirāt, & virorum
nominatorum narrationem conseruent, quorum spi-
ritu edocti in Prophetis vacare, in versutias parabo-
larum introire, & occulta prouerbiorum valeant ex-
quirere. *Sapientiam*, inquit, *omnium antiquorum ex-* Eccli.
quiret sapiens. & in Prophetis vacabit. Narrationem 39.
virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarū simul introi- Antiquorū doctri
bit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuer na exquirenda.
sabitur. Cum enim sapientis sit, sapientiam inquirere, & multiplicem sensum
illius inuestigare: ab illis verum intellectum sapientiæ diuinæ expectare de-
bet, quibus *incerta, et occulta sapientiæ suę Dominus manifestauit*. De ijs nam- Ps. 50.
que scriptum est. *Vos autem dixi amicos; quia omnia quęcunque audiui à Pa* Ioan. 15
tre meo nota feci vobis. Et iterum: *non faciet Dominus Deus verbum, nisi reue* Amos 3.
lauerit secretum suum ad seruos suos. Et rursus: Spiritu sancto inspirāte loquu 2. Pet. 1.
ti sunt sancti Dei homines. Illi namque velut aqueductus, & riuuli clarissimi
aquam sapientię salutaris à fonte sapientiæ, qui est verbum Dei in excelsis, in 2
quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ abscōditi, ad nos perduxerūt. Doctores
Omnium ergo antiquorum sapiētia est totis viribus exquirenda, ab illis qui Ecclesiæ
veram sapientiam comitem habere desiderant, quia *in antiquis est sapientia,* commendantur.
& in multo tempore intelligentia. Quid enim B. Ambrosius, quid Augustinus, Iob 12.
quid Hieronymus, quid Basilius, quid Chrysostomus, quid Gregorius Ma-
gnus, quid Thomas Angelicus, quid cæteri doctores antiqui? Nonne in illis si
cut, & de sapiētia dicitur, *est multiplex intelligentiæ, spiritus, subtilis, modestus,* Sap. 7.
disertus & suauis? istis sunt viri nominati, qui occulta prouerbiorum exqui-
sierunt in Prophetis vacando, sacras vigilias amando: & in versutias parabo-
larum introeuntes Spiritu diuino afflati, veram intelligentiam Scripturarum
adepti sunt. Horum ergo vestigia, immitare debent prædicatores Apostolici
verbi diuini, ne in vacuum laborent, sed in sudore vultus sui, vescantur pane
suo, & bonorum laborum gloriosus sit fructus. Cibus enim concionatorum,
& quæstus prædicationis euangelicæ, esse debet conuersio peccatorum, sicut
scriptum est: & iste est omnis fructus, vt auferatur peccatum eius: hoc cibo Isa. 27.
vtebatur qui dixit. *Ego alium cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Vt Ioan. 4.
autem desideratum finem incumbentes prædicationi consequantur, illum in 3
primis à Deo, feruentissimis orationibus petere oportet, vt videlicet corda Prædicatoris ze-
audientium: præparet, & animam peccatoris interius tangat, & ad se conuer lus.
tat. Ab illo enim expectanda est virtus verborum euangelizantium, propheta
dicente. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa*, & ab illo, in- Ps. 67.
crementum virtutis est audientibus verbum Dei conferendum. Dicit enim
Apostolus: *Ego plantaui, Apollo rigauit;* sed Deus incrementum dedit. Itaque 1. Cor. 3
neque

neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremētum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Vbi, vt notauit Chrysostomus nō dixit Apostolus, vnusquisque mercedem recipiet, secundū fructum, quem in alijs sua prædicatione protulerit: quia facere cum tentatione prouentum, & cum prædicatione fructum ad Deum pertinet, qui interius potest peccatoris cor efficaciter mouere, & vertere quò voluerit. Vnde & de Lydia dicitur. Et quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyaterinorū, colens Deum audiuit: *cuius Dominus aperuit cor, intendere his quę à Paulo dicebantur*. Secundo debet singulariter considerare qualitatem eorum, qui verbum Dei audiunt, & maximo charitatis affectu, ea proponere illis, quæ ad commouendum eorum animos, ad amorem virtutis, & odium vitiorum, magis accommodata, & proportionata esse iudicauerit. Nunc loquatur sapientiam inter perfectos, nunc ad nutriendos imbecilles, & in charitate solidandos, lac eorum labijs infundat, sicut doctor gentium Paulus, qui ad Corinthios scribens ait: Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. *Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam:* nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. Vnde & S. August. Viros Apostolicos, atque diuina sapientia præditos angelis Dei, quos Iacob in somnis per scalam stantem super terram ascendentes, & descendentes vidit, comparandos esse arbitratur, explicans illud Ioan. 1. *Amen amen dico vobis videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes* super filium hominis. Hoc, inquit Aug. Israel viderat, cum illum lapidem ad caput habebat, à terra in cælum scalas, per quas ascendebant, & descendebant angeli Dei. In quibus significati sunt euangelistæ prædicatores Christi: ascendentes vtique cum ad intelligendam supereminentissimam diuinitatem excedunt vniuersam creaturam, vt eum inueniant in principio Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia, descendentes autem, vt eum inueniant factum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. In illo enim scalæ à terra vsque ad cælum, à carne vsque ad spiritum, quia in illo carnales proficiendo velut ascendendo spiritales descendunt quodam modo, cum eis non possunt loqui, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Sic & ascenditur, & descenditur super filium hominis, filius enim hominis sursum in capite nostro, quod est ipse saluator: & filius hominis deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum & per scalas intelligimus, quia ipse dixit: Ego sum via. Ad ipsum ergo ascēditur, vt in excelsis intelligatur, & ad ipsum descenditur, vt in membris suis paruuli nutriantur. Et per illum ascenditur, & descenditur, exemplū quippe eius sequentes prædicatores eius, non solum se erigunt vt eum sublimiter expectent, sed etiam humiliant, vt eum temperanter annuncient. Videte Apostolum ascendentem. *Siue* inquit, *mente excedimus Deo*. Videte & descendentem. *siue*, inquit, *temperantes sumus vobis*. Hactenus Augustinus. Et assignans Apostolus rationem propter quam sobrius fuerit, loquens inter paruulos, subdit. Charitas enim Christi vrget nos. Hinc est illud, quod mystica significatione, de prædicatoribus Euangelij, dictum est, à Domino cum ad sanctum Iob loqueretur. Numquid nosti tempus partus Ibicum in petris, vel parturientes ceruas, obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? *incuruantur ad fœtum, & pariunt, et rugitus emittunt*. Quibus verbis prędicatores

[Margin notes: Chry. ho. 11. 1 Ioā. in princ. to. 3. — *Act.* 16. — 1. *Cor.* 3 4 — Aug. lib. 12. cōtra Faust. ca. 26 to. 6. — * *Gē.* 28. Prædicatores Angelis ascēdentibus, & descentibus in scala Iacob cōferūtur. * — *Gal.* 4. — *Ioan.* 14 — 2. *Cor.* 5 — * *Iob* 39]

res Euangelij,& doctores Ecclesiæ,designantur, qui quasi ceruæ velocissimo cursu,ad montē contemplationis ascendunt,vt Deo assistant,& altissima mysteria gratię lumine fidei,atque dono intellectus illustrati,intueantur;sed charitatis affectu , atque doloribus partus coacti,ad imma descendunt. Vnde & Gregorius ait:Notandum verò summopere est,quod istæ ceruę incuruantur, vt pariant:quia nimirū si erectæ starent,parere non valerent. Nisi enim Prædicatores sancti ab illa immensitate contemplationis internę,quam capiunt, ad infirmitatem nostrā humillima prædicatione, quasi quadam incuruatione descenderent,nunquam vtique in fide filios procrearent. Nobis quippe prodesse non possent, si in suæ altitudinis erectione persisterent.Hæc Gregorius. Vnde Paulus, qui quasi cerua *ad tertium vsque cęlum raptus* ascenderat , vbi audiuit arcana verba,quæ non licet homini loqui: rugitus emittens ad proximos descendens clamat, *Filioli mei, quos iterum parturio* donec formetur Christus in vobis.Et iterum : Vigilate,inquit,memoria retinentes, quoniam per triennium,*nocte,& die non cessaui cum lacrymis monere vnumquemque vestrum*.Et fortassis propterea Apostolici viri lux mundi,& sal terræ simul nuncupātur Domino dicente: *Vos estis sal terræ,vos estis lux mundi:* lux enim,atque luminaria cælestia in cælo resident,vbi sol,& luna,vbi stellæ fixæ, & planetæ lucēt in loco suo:Sal vero in terra omni carni se attemperat,& vt eam à corruptione præseruet dissolutionem sui patitur:sic viri Apostolici à terra, atque à terrenis affectionibus eleuati,& couersationem in cælo(sicut inquit Paulus) habentes,eorum doctrina fulget Ecclesia,vt Sole,& Luna. *Qui docti fuerint*, inquit propheta,*fulgebunt tanquam splendor firmamenti*,& qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellæ in perpetuas æternitates, sed in terra,vt sal omnibus omnia fiunt,vt omnes saluos faciant. Vitam propriam exponūt, vt à corruptione æternæ mortis,fratres suos præseruēt. *Libenter*,inquit Apostolus,*impendam,& super impendar ego ipse*,pro animabus vestris.Et iterum: Quotidie morior per vestram gloriā fratres,quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.Hæc autem omnia Scriptura sacra præstare docet. Est enim (sicut dicit idem Apostolus) *vtilis ad docendum,ad arguendum ad corripiendū*, ad erudiendum iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonū instructus, & potissimè id præstant omnes prophetæ,qui primi prædicatores extiterūt verbi diuini,fide pleni,deuotione summi,in sancta meditatione assidui, peccata populi plangētes,transgressores legis increpantes,atque spe cælestis beatitudinis ad virtutem Dei populū allicientes. Inter illos maxime splendet Isaias propheta:nam vt infra patebit,omnia fere mysteria, de quibus cæteri prophetæ pręloquuntur,altissimo stylo & eloquentissimo,sua prophetia comprehendit. Sed statim mihi poterit lector non immerito vitio tribuere, quod post tot scriptores,qui longos tractatus, & expositiones diffusas super Isaiā in lucem ediderunt,non solum ex antiquis patribus,verum etiā ex modernis auctoribus, meas velim lucubrationes adiungere, alijs prophetis maioribus derelictis,qui à modernis scriptoribus quasi obliuioni traditi videntur. Verum tamen si scopus ad quem hic noster labor dirigitur, bene inspiciatur,cessabit quærela,& ad nostrum institutum aptissimam esse prophetiam Isaiæ iudicabitur.Scripserunt quidem super Isaiam B.Basilius, Ambrosius,Cyrillus, Didymus, Eusebius Cæsariensis, Procopius Gazæus, Theodoretus, S. Thomas de Aquino, Alanus insulensis, Alredus Riaualis, Adamus, Hector Pintus, Franciscus Forerius,atque alij viri doctissimi,quos refert Sixtus Senensis lib.4. Biblio-

Prædicatores ceruis conferuntur.

Greg. 30. moral. 22

2. Cor. 12.

Gal. 4.

Act. 20.

Mat. 5.

Dan. 12.

2. Cor. 15.

1. Tim. 3.

bliothecæ sanctæ circa finem. Sed quoniam multi alij Sancti doctores obiter in diuersis locis multa docent consideratione digna, quæ ad maioré elucidationem huius prophetiæ conducūt maxime, atque ad amplificationem illius, visum est mihi non iniucundū prædicatoribus Euāgelicis esse futurum, quin potius valde vtile, & gratum, potissimas ponderationes singulorū verborum huius prophetię, quas in diuersis Patribus reperi, in vnum colligere, atq; alijs quibusdam Scripturæ sacræ locis confirmare, ea, quę ad mores pertinent specialiter notando, atque signando loca patrū, vt in illis possit lector diffuse videre, quæ in hoc opere perstringūtur. Nec ociosum reputari debet, aut superuacaneum, ea quę semel ritè ab alijs sunt dicta repetere, vt enim verbis vtar B. Augustini, nec omnia, quę ab omnibus conscribuntur, in omniū manus veniunt, & fieri potest, vt nonnulli, qui etiam hæc nostra intelligere valent illos planiores non inueniant libros, & in istos saltem incidant. Ideoq; vtile est plures à pluribus fieri tractatus diuerso stylo non diuersa fide etiā de quęstionibus eisdem, vt ad plurimos res ipsa perueniat ad alios sic, ad alios autem sic. Hactenus S. Augustinus. Fateor equidē me, ita fuisse in lectione assidua Scripturæ sacræ, atque SS. Patrum ab ipsis liminibus studiorū meorum delectatū, vt quāuis per viginti & duos annos continuos fuerim in officio lectoris Philosophiæ, atque Theologiæ sacræ in varijs conuentibus prouinciæ Hispaniæ, atque nunc Romæ obedientia superiorum occupatus, semper tamen mecum creuit diuinarū Scripturarū desiderium, & magna cupiditas vacandi lectioni SS. Patrum, reuoluens non semel in corde meo, atque experientiam ipsa conspiciens, verum esse id quod de eadem sapientia scriptum est: *Intrans in domum meam conquiescam cum illa*, nō enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed gaudium, & lætitiam. Scholasticorum enim studiorum lassitudo, sacrorum voluminū meditatione recreatur, & omne tædium internum procul pellitur, iuxta illud quod Salomon ait: Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendū, sciens quoniam meum communicabit de bonis, *& erit allocutio cogitationis & tædij mei*. Igitur cum in conuentu insigni S. Pauli Vallisoletani publicis lectionibus nōnulla capita Isaiæ; annis elapsis interpretatus fuissem, postmodū priuatis studijs, & vigilijs, multa alia quæ super reliqua capita notaueram ex patribus, elucidationi atque amplificationi totius prophetiæ adaptassem: nactus occasionem commētarios super viginti septē prima capita hoc primo tomo explicata in lucem edere curaui. reliqua vero quæ iam habeo præparata, Deo donante, atque adiuuante perficiam, & in secundo Tomo, quamprimū id tempus concesserit in lucem emittam, in obsequium prædicatorum, quibus meis studijs, atque laboribus inseruire desidero, vtpote minimus prædicatorum ordinis filius. qui anno ætatis meæ quarto decimo, benigne & misericorditer me suscepit, educauit, atque lacte doctrinæ Angelici doctoris enutriuit. Sic enim fiet, vt ad locum vnde exeunt flumina reuertantur, vt iterum fluant. Si quid autem in hoc opere dignum laude, & proximorum edificationi accommodatum lector inuenerit, totum patri luminum à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, & post illum SS. Patribus, ex quorū fontibus hęc sunt accepta, cum gratiarum actione adscribat. Illa vero quæ minus elaborata, minus digesta, minus congrua, & accommodata perlegerit meæ tribuat imbecillitati, atque ignorantiæ, & humiliter à Deo petat, vt ipse sua misericordia suppleat, quidquid in me minus habeo. Vale optime lector.

Aug. li. 1. de Trinit. c. 3. to. 3

Scripturę sacræ lectio quā suauis.

Sap. 8.

Ibidem.

I N-

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE

Quæ in hoc primo tomo explicantur.



AD LECTOREM.



BSERVA primo, quod in hoc indice non constituuntur indescriminatim omnia loca Scripturæ, quæ adducuntur in presenti opere, sed ea duntaxat, quæ aliqua singulari ponderatione expendūtur, vel explicatione notabili sanctorum Patrum. Hoc enim iudicaui utilitati legentis esse magis expediens, atque ad vitandam prolixitatem necessarium.

*Obserua secundo, quod ad maiorem elucidationem Isaiæ adducūtur in hoc libro nonnulla loca aliorum prophetarum, aut etiam ex toto veteri, & nouo testamento, quæ conueniunt cum prophetia Isaiæ, aut congruunt illi, & hæc loca explicantur diffuse, & ex professo, quæ subinde in hoc indice signabuntur huiusmodi asterisco *.*

Ex Genesis cap. 1.

Cap. 1. ERMINET terra herbam virentem, & facientē semen, &c. cap. 17 num. 9.

Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli. capite 6. num. 12.

Faciamus hominem ad imaginē, & similitudinem nostrā. cap. 6. n. 26

Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animātibus, quæ mouentur super terram. cap. 3. num. 8.

Cap. 2. Compleuitque Deus die septimo, opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo, &c. capite 11. num. 17.

Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & edificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, cap. 3. num. 22.*

Cap. 3. Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum, cap. 2. num. 9.

Adam vbi es? cap. 1. num. 21.

Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eò quod nudus essem, & abscondi me, cap. 4. num. 1.

Spinas & tribulos germinabit tibi, cap. 23 num. 8.

Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, cap. 2 num. 24.

Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, cap. 27. num. 3.

Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. cap. 3. num. 20.

Eiecitq. Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin,

& flāmeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ, cap. 26. nu. 3. *

cap. 4. Sacrificiũ Abel acceptatur & Cain reprobatur, & quare, capite 1. num. 35.

Et ędificauit Cain ciuitatem, vocauitq. nomen eius ex nomine filij sui Enoch, cap. 5. nu. 11.

cap. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternũ, quia caro est, cap. 11. num. 3.

Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, capite 6. num. 20.

Arca Noe in parte inferiori erat lata, & in superiori arcta, & quare, cap. 6. nu. 9.

cap. 8. At illa venit ad eum ad vesperum portans rhamum oliuæ virentibus folijs in ore suo, capite 2. num. 13.

Et requieuit Arca in montibus Armeniæ, cap. 2. nu. 5.

cap. 9. Terror vester, ac tremor sit super cũcta animalia terræ, &c. cap. 3. num. 8.

Quasi olera virentia tradidit vobis omnia, cap. 1. n. 10. *

Carnem cum sanguine non comedetis, cap. 5 nu. 11.

Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram, cap. 2. n. 14. *

cap. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, cap. 6. nu. 30.

cap. 15. Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, cap. 6. num. 30.

Qui tollẽs vniuersa hæc, diuisit ea, per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit, capite 2. numero 13. *

cap. 18. Festinauitq. Abraham in tabernaculum ad Sarram, dixitque ei; accelera, &c. cap. 6. nu. 11.

Apparuerũt ei tres viri, & dixit Domine, &c. cap. 6. nu. 17.

Clamor Sodomorum, & Gomorræ multiplicatus est, &c. vsque, vt sciam, cap. 1. nu. 51.

cap. 19. Non possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum, cap. 2. nu. 10.

Respiciensq. vxor eius post se, versa est in statuam salis, cap 1. numero 11.

cap. 22. Nunc cognoui, quod times Dominum, cap. 7. nu. 31.

cap. 23. Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam: sic sepeliam mortuum meũ in ea, cap. 1. nu. 11.

cap. 24. Virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, cap. 7. n. 27.

cap. 27. Dixitq. in corde suo: venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrẽ meum, cap. 26. n. 12.

cap. 28. Viditque in somnis scalam stantem super terram & cacumen illius tangens cælum: angelos quoque, &c. in prologo ad lect.

Verè Dominus est in loco isto, & ego ne sciebam, cap. 7. n. 20.

Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli, cap. 8. nu. 3. *

Surgens ergo Iacob mane tulit lapidẽ quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, c. 11. nu. 16.

cap. 30. Qua post conceptum edente filium dixit feliciter, cap. 8. nu. 8.

Hoc pro beatitudine mea, beatam quippe me dicent mulieres, ibid.

Tollẽs ergo Iacob virgas, posuitq. eas in canalibus vbi effundebatur aqua, &c. cap. 6. n 17.

cap. 31. Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerũt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi, cap. 22. num. 22.

Nisi

Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi. capite 2. num. 16.

cap. 32. Dimitte me iam enim ascendit aurora. Respondit, non dimittam te nisi benedixeris mihi,&c. vsque, & benedixit eum in eodem loco, cap. 8. nu. 18.

cap. 34. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, &c. vsque, en sanguis eius exquiritur, cap.1. nu.70.

cap. 37. Fratres tui pascũt oues in Sichimis, veni mittã te ad eos, vsque, & inuenit eos in Dothain, c.19. n.4.

Ecce somniator venit, venite occidamus eũ,& mittamus in cisternam veterem, cap.1. nu. 70.

cap. 38. Apparuerũt gemini in vtero, atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manũ, in qua obstetrix ligauit coccinnum, cap. 1. n.29.

cap. 41. Num inuenire poterimus talem virũ, qui Spiritu Dei plenus sit? &c. cap 3. nu.7.

cap. 43. Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam, & mirabantur nimis sumptis partibus, quas ab eo acceperant, maiorque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet, cap.6. nu. 8.

cap. 44. Deus inuenit iniquitatem seruorũ tuorum, cap.2. nu. 24.

cap. 49. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia in consilium eorum non veniat anima mea,& in cœtu illorum non sit gloria mea, cap. 3. nu. 17.

Quia in furore suo occiderunt virum,& in voluntate sua suffoderunt murum, cap.5. nu 6.

Donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, cap.8. num.14.

Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. c.5. num. 9.

Beniamin lupus rapax; mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia, cap. 3. num. 5. & cap. 9. num. 11.

Ex lib. Exodi.

Apparuitq; Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet,& non com-
bureretur, cap.1. nu.35. *cap. 3.*

Solue calceamentũ de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est, cap.1. nu.14.

Obsecro Domine non sum eloquẽs ab heri, & nudiustertius, & ex quo locutus es ad seruum tuum
impeditioris,& tardioris linguæ *cap. 4.*
sunt, cap. 6. nu.19.

Digitus Dei est hic, cap.6.n.17.

Induratumque est cor Pharaonis,& non audiuit eos, sicut præcepe-
rat Dominus, cap.6. nu.48. *cap. 8.*

Dixerunt ad inuicem, Manhu, quod significat quid est hoc? In obseruationibus, nu.10. pag.7.

Et scatere cepit vermibus atque *cap. 16.*
computruit, cap.7. nu. 25.

Oculum pro oculo, dẽtem pro dente, manum pro manu,&c.cap.2. num. 13.

Viderunt Deum Israel, & sub pe- *cap. 21.*
dibus eius quasi opus lapidis Saphirini, & quasi cælum cum se-
num est, cap.6. nu.8. *cap. 24.*

Duos quoque Cherubim aureos,& productiles facies se inuicẽ respicientia, in pręfatione n.1.&c.vsq;
expandẽtes alas,cap.6.nu.10. *cap. 25.*

Respiciatq; se mutuo versis vultibus in propitiatoriũ, in præfat. nu.1. pag.1. & cap 6. n.13.

Ad protegendum tabernaculum ve

la cilicina, & pelles extende, capite 3. nu. 11.

cap. 32. Iratusque valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, cap. 1. n. 35.

cap. 33. Vade & ascende de loco isto, tu & populus tuus, & infra, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, cap. 2. num. 9.

Cap. 34. Ignorabat Moyses, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini, cap. 5. nu. 5.

caq. 35. Obtulit mente promptissima, atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij, cap. 6. n. 33.

Ex Leuitico.

cap. 11. Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus comedetis, pag. 7. nu. 10.

cap. 26. Ponam tabernaculũ meum in medio vestri, & nõ abijciet vos anima mea, ambulabo inter vos, & ero vester Deus, vosque eritis mihi populus, cap. 8. n. 16.

Ex Numeris.

cap. 13. De exploratoribus & botro, cap. 1. num. 30.

Terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regio vberrima est ad pastum animalium, præcamurque vt des nobis famulis tuis eam in possessionẽ, nec facias nos transire Iordanẽ, cap. 1. nu. 57.

Cumque eleuasset Moyses manum percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet, & iumenta, cap. 19. num. 22.

cap. 20. Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas, cap. 19. num. 22.

Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia, cap. 26. n. 28. cap. 23.

Ex Deuteronomio.

Eruntque verba quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens, &c. cap. 8. nu. 26. cap. 6.

Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui phytones consulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem, cap. 8. nu. 31. cap. 18.

Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, cap. 3. num. 19. cap. 18.

Adducet Dominus super te gentem de lõginquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem, aquilę volantis cum impetu, &c. cap. 5. num. 31.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, cap. 6. nu. 45. cap. 32.

Ex lib. Iosue.

Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus, septimo autem die sacerdotes tollent septẽ buccinas, &c. vsque, & muri funditus corruent ciuitatis, cap. 1. n. 63. cap. 6.

In trecentis viris, qui lambuerunt aquas liberabo vos, & tradam in manu Madian, omnis autem reliqua cap. 7.

liqua multitudo reuertatur in locum suum, cap.7. nu.6.

Dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarũ, & dixit ad eos: Quod me videritis facere hoc facite, cap.8. num. 19.

cap. 10. Stetit itaque sol in medio cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei, non fuit antea, nec postea tam longa dies, obediẽte Domino voci hominis, & pugnante pro Israel, cap.8. nu. 30.

Ite & ponite pedes vestros super colla regum istorum. cap.26.n.9.

Ex lib. Iudicum.

cap. 2. Qui vtraque manu pro dextera vtebatur. cap. 16. nu.6.

cap. 5. Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino, c.6. nu.29.

Ex lib. 1. Regum.

cap. 1. Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. cap.19. n.26.

cap. 3. Ecce ego quia vocasti me. cap. 8. num. 29.

cap. 7. Vbi est domus videntis. cap.3.n.7.

cap. 18. Dabo ei filiam meam Micol, vt sit ei in scandalum. cap. 3. nu.12.

Ex lib. 2. Regum.

cap. 7. Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam regnũ eius, vsque in sempiternum pag.7. n.7.

Qui si iniquè aliquid gesserit, arguã eum in virga virorum, & in plagis hominum: misericordiam autem meam nõ auferam ab eo, cap.9. num.50.51.52.

Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. ibidem

Ex lib. 3. Regum.

Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum gubernare possit & discernere inter bonũ, & malum, cap.3. num. 7. *cap.* 3.

Extendebant alas suas, &c. cap.3. num. 11. *cap.* 8.

Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eũ auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, & semitas throni rotunda erat in parte posteriori, &c. cap.8. num.3. *cap.* 10.

Et duodecim leunculi stantes supra sex gradus hinc atque inde, ca. 1. num. 66.

Ascendit nubecula parua quasi vestigium hominis de mari, cap.4. num.10. & cap.19. nu.4. *cap.* 18.

Vsquequo claudicatis in duas partes, cap.8. nu.18.

Non in commotione Dominus, ca. 8. num. 14. *cap.* 19.

Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei, cap.3. nu. 6.

Ex lib. 4. Regum.

Ascende calue, ascẽde calue, cap.1. num. 68. *cap.* 2.

Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, & mundaberis, &c. vsque, si rem grandem dixisset tibi, &c. cap.1. num. 45. *cap.* 5.

Noli timere: plures enim nobiscũ sunt, *cap.* 6.

sunt, quam cum illis, cap. 7. numero 8.

Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisei, cap. 5. nu. 6.

Ex lib. 1. Paralipomenon.

cap. 28. Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium cap. 9. nu. 50.

cap. 29. Opus grande est. Nec enim homini praparatur habitatio, sed Deo. cap. 7. num. 3.

Ex lib. Ester.

cap. 1. Fere totum caput primum explicatur, cap. 25. nu. 13. 14. 15.

cap. 15. Conuertitque Deus spiritum Regis in mansuetudinem. cap. 10. num. 11.

Ex lib. Iob.

cap. 1. Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex & rectus, & timens Deum, ac recedens à malo, cap. 6. nu. 20. & ca. 23. n. 3.

cap. 3. Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis, cap. 9. num. 6.

Cum regibus, & consulibus, qui ędificant sibi solitudines, cap. 5. num. 11.

Ibi impij cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore, & quondam vincti pariter, siue molestia, cap. 1. num. 49.

Quia timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit. cap. 8. num. 21.

cap. 8. Tabernaculum impiorum non subsistet. cap. 8. nu. 13.

Numquid vrere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua, cap. 17. nu. 8.

cap. 9. Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. cap. 9. num. 8.

Qui facit Arcturum, & Orionam, & Hyadas, & interiora austri, qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia quorum non est numerus. cap. 6. nu. 3.

Sub quo curuantur qui portant orbem, cap. 3. num. 7.

In turbine enim côteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa, cap. 24. nu. 20.

Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint quasi mundissimæ manus meæ, tamē sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea, cap. 1. num. 54. & cap. 6. nu. 10.

cap. 10. Tędet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, noli me condemnare, cap. 1. nu. 53.*

cap. 12. Deridetur iusti simplicitas. Lampus contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum, cap. 24. nu. 19.

cap. 14. Lignum habet spem, si præcisum fuerit rursum virescit, & rami eius pullulant, si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primum plantatum est, cap. 4. nu. 5.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me donec pertrãseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei. capite 26. num. 30.

cap. 15. Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est, capite 2. num. 10.

Cucur-

Cucurrit aduersus Deũ erecto collo,& pingui ceruice armatus est. cap.9. num.10.

cap. 16. Terra ne operias sanguinem meũ, neque inueniat in te locũ latendi clamor meus, cap.19.nu.22.

cap. 18. Et calcet super eum quasi rex interitus, cap.19. num.5.

cap. 19. Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, cap.1. nu.1.

Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius,& cum eo in puluere dormient, cap.1. n.16.

Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum. cap. 2. n. 18.

Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur,iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit, cap. 24. n.26.

Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum, cap.24. n.25.

cap. 22. Si reuersus fueris ad omnipotentem ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem,& pro silice torrentes aureos, cap. 19. num. 20. *

Eritque omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi, eodem cap. & num.

Rogabis eum, & audiet te, & vota tua reddes, decernes rem,& veniet tibi, & in vijs tuis splendebit lumen. ibi.

cap. 24. Dulcedo illius vermes, capite 1. num. 70.

cap. 25. Numquid est numerus militum eius? cap.5. nu. 6.

cap. 26. Ecce gigantes gemunt sub aquis, cap.3. num. 7.

Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum, cap.5. num. 14.

Et prudentia eius percussit superbum, cap.5. nu.4.

Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. cap.6. num. 10. cap. 27.

Et argentum innocens diuidet.c.9. num. 11.

Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igne subuersa est. Locus sapphiri lapides eius,& glebæ illius aurum, cap.3. n.10. * cap. 28.

Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit, cap.6. n.16.

Iustitia indutus sum,& vestiui me sicut vestimento,cap.22. n.18. cap. 29.

Frater fui draconũ, & socius sthrutionum, cap. 6. n.20. cap. 30.

Numquid nõ in vtero fecit me,qui & illum operatus est,& formauit me in vulua vnus.cap.3. n.8. cap. 31.

Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, cap. 1. num. 48.

Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi? per singulos gradus meos pronũciabo illum, & quasi principi offeram eum, cap.9. n. 2.

Respiciet homines, & dicet:peccaui, cap. 6. n.10. cap. 33.

Violenta sagitta mea absque vllo peccato, cap.2. n.14. * cap. 34.

Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, cap.2. n.23.

Conteret multos,& innumerabiles & stare faciet alios pro eis, capite 1. numero 69. & capite 24. num. 20.

Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies, cap.3. num.24. cap. 36.

Ecce Deus magnus vincens scien-

tiam noſtram, cap.6. n.11.
In manibus ſuis abſcōdit lucem, & pręcipit ei, vt rurſus adueniat, capite 9. nu. 8.
cap. 37. Audite auditionem in terrore eius, & ſonum de ore illius procedentem, cap. 1. nu. 61.
Nos quoque inuoluimur tenebris, cap.26. nu. 14.
cap. 38. Quis concluſit oſtijs mare quando erumpebat de vulua procedens, cum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem? circundedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia, cap.5. numero 2.
Numquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis, in die pugnæ, & belli? cap. 24. n. 18.
Numquid mittes fulgura, & ibunt & reuertentia dicent tibi, adſumus? cap.6. num.27. & cap 17. num. 2.
cap. 39. Numquid noſti tempus partum ibicum in petris, vel parturientes ceruas obſeruaſti? Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum? Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt in prologo ad lectorem.
cap. 40. Si habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas? circunda tibi decorē, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus, cap.22. n. 18.
Protegunt vmbræ vmbram eius, capite 26. n. 32.
An extrahere poteris Leuiathan hamo. cap.9. nu.21.
In oculis eius quaſi hamo capiet eum, cap.5. nu.4.
Numquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius, cap.19. n.10.
Corpus illius quaſi ſcuta fuſſilia compactum ſquamis ſe præmentibus, cap.9. n.80. cap. 41.
Æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem, cap.24. n.24.
Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te: idcirco me reprehendo, & agam pœnitentiam in fauilla, & cinere, cap. 6. num. 10. cap. 42.

Ex lib. Pſalmorum.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, capite 5. numero 22. Pſal. 1.
Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit, cap.1. n.18.
Ideo non reſurgent impij in iudicio, neque peccatores in cōſilio iuſtorum, cap.26. nu.23.
Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius: dirumpamus vincula eorum: & proijciamus à nobis iugum ipſorum, cap.3. nu.16. pſal.2.
Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, cap.9. num.46.47.48.49.
Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniā irritauerunt te Domine, cap. 1. num. 59. pſal.5.
Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? cap. 19. num. 5. pſal.6.
Niſi conuerſi fueritis, gladiū ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardenti-

dentibus effecit, cap.7.num.37.

*psal.*8. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas, &c. cap.6. num.13.*

*psal.*11. Purgatum terræ, purgatum septuplum, cap.1.num.62.& 64.

*psal.*15. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem, cap.26.nu.3.

*psal.*16. Frameam tuam ab inimicis manus tuæ, cap.1.num.60.

Satiabor cum apparuerit gloria tua, cap.25.num.16.

*psal.*17. Tenebrosa aquis in nubibus aeris, cap.8.num.5.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo, cap.2. nu.3. cap.4.num.1?.

Ascendit super Cherubim, & volauit: volabit super pennas ventorum, cap.11.num 21.

Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis, cap. 8. num. 18.

*psal.*18. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, cap.4. numero 3.

Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi, cap 9.nu.6.

Desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea, cap.1.num.59.

*psal.*20. Cogitauerunt consilium, quod non potuerunt stabilire, cap.3. num. 17.cap.8.num.18.

*psal.*21. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis, capite 7.numero 25.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, eodem capite, & numero.

Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet, cap.1.numero 15.*

Sicut aqua effusus sum, cap.1. numero 44.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei, cap.8.num.5.

Quoniam circumdederunt me canes multi, cap.3.num.14.*

Edent pauperes, & saturabuntur, cap.3.num 6.*

In cōspectu eius cadent omnes qui descendunt in terra, eodem cap. & num.

Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me, cap.9. num.75. *psal.*24.

Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo, multum est enim, cap.1.uum.47.

Pes meus stetit in via recta, cap.8. num.18. *psal.*25.

Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, cap.1.num.53. *psal.*31.

Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus, cap.1.num.59. *psal.*33.

Retribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem animæ meæ, cap. 1. num.11.* *psal.*34.

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. in præfatione pagina 3. *psal.*35.

Mutuabitur peccator, & non soluet, iustus autem miserebitur, & retribuet, cap.1.num.11. *psal.*36.

Rugiebam à gemitu cordis mei, cap.15.num.3. *psal.*37.

Obmutui, & humiliatus sum. & silui à bonis, & dolor meus renouatus *psal.*38.

uatus est,cap.6.num.18.

psal.39. Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi, cap.1.num.38. *

psal.41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte,cap.25.num.16.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, cap.17.num.11.

psal.43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu,cap.5.num.3.

Et cooperuit nos vmbra mortis, cap.9.num.6.

psal.44. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis, cap.3.nu.26. cap. 8.num.4.& 7.

Propterea vnxit te Deus,Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis, cap.2.num.3.

Audi filia,& vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum,& domum patris tui,cap. 7.num.13.

Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis,cap.23.num.14.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram, cap. 1. numero 65. *

psal.45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei,sanctificauit tabernaculum suum altissimus, cap.2.numero 6.

psal.47. Sicut audiuimus,sic vidimus in ciuitate Domini virtutem,in ciuitate Dei nostri,cap.7.num.13.

psal.48. Sicut oues in inferno positi sunt,& mors depascet eos, cap.25. numero 26.

psal.49. Laborabit in æternum,& viuet adhuc in finem,cap.24.nu.26.

Aduocauit cælum de sursum,& terram discernere populum suum, cap.1 num.7.

Peccatori autem dixit Deus:quare tu enarras iustitias meas,& assumis testamentum meum per os tuum? &c. vsque, arguam te, & statuam contra faciem tuam, cap.6.num.28.

Et in circuitu eius tempestas valida,cap.24 num.26.

Et delictum meum coram me est semper,cap.1.num.47. psal.50.

Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, cap. 5. num.20.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata,cap.7.num.13.

Auerte faciem tuam à peccatis meis,& omnes iniquitates meas dele,cap.1.num.47.

Quoniam vidi iniquitatem,& contradictionem in ciuitate, & super muros eius iniquitas, & labor in medio eius,& iniustitia, & nõn defecit de plateis eius vsura,& dolus, cap. 1.num.62. & cap 8.num 30. psal.54.

Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula, cap. 3. num.23.

Pro nihilo saluos facies illos, cap. 4. nu. 11. psal.55.

Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,quę non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter, cap.6.numero 46. psal.57.

Exurge in occursum meum, & vide:& tu Domine Deus virtutum sanctus Israel,intende ad visitandas omnes gentes,cap.4.nu. 7. psal.58.

Deus ostendit mihi super inimicos meos,ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei.Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine, cap.1.num.29.

Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti me- psal.59.

metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui, cap.1.num.63. cap.2.num.2. *

Lætabor,& partibor sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar,cap.9.num.2.

In Idumæam extendam calceamentum meum:mihi alienigenæ subditæ sunt,cap. 11.num.22.

psal.63. A timore inimici eripe animam meam,cap.8.num.19.& 22.

Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus,capite 6.numero 11.

psal.64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate, &c. vsque. clamabunt, etenim hymnum dicent, cap.4.num.7.

psal.66. Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ, caput 6. num.14.

psal.67. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata est,cap.2.num.5.

Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, cap 1.num.10.

Mons coagulatus,mons pinguis,vt quid suspicamini montes coagulatos,cap.2.num.4.

Ascendisti in altum,cepisti captiuitatem,accepisti dona in hominibus,cap.6.num.53.

Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, cap. 25. numero 11.*

Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argento, cap. 2. numero 12.

psal.68. Infixus sum in limo profundi,& nō est substantia,cap.10.num.19.

Laboraui clamans,raucæ factę sunt fauces meæ,cap.3.num.11.

Obscurentur oculi eorū ne videant, & dorsum illorum semper incurua,cap.1.num.30.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum,cap.1.num.25.

Et placebit Deo super vitulum nouellum,cornua producentem, & vngulas.cap.8.num.11.

Deus iudicium tuum regi da,& iustitiam tuam filio regis, cap. 2. num.12. psal.71.

Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam,cap.1.nu.26.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis,donec auferatur luna,cap.2.num.13.

Erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super libanum fructus eius,& florebunt de ciuitate, sicut fœnum terræ,cap.4.num.7.

Deiecisti eos dum alleuarētur,cap. 14.num.11. psal.72.

Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum, cap.6. numero 30.*

Quia calix in manu Domini vini meri,& plenus misto, & inclinabit ex hoc in hoc:verumtamen fex eius non est exinanita,bibent omnes peccatores terræ,cap.25. num.12. psal.74.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis,cap.2.num.5. psal.75.

In mari via tua,& semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur,cap.6.num.10. psal.76.

Immissiones per angelos malos, cap 1.num.63. & cap.6.nu.49. psal.77.

Et excitatus est tāquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora:opprobrium sempiternum dedit illis, cap.

cap. primo, num.58.

psal.79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis, in lachrymis in mensura, cap.27.num.11.

Vt quid destruxisti maceriam eius, vindemiant eam omnes qui prętergrediuntur viam, capite 27. num. 6.

psal.84. Et terra nostra dabit fructum suũ, cap.4. num.6.

psal.86. Fundamenta eius in montibus sanctis diligit Dominus portas Siõ super omnia tabernacula Iacob, cap.2.num.4. & capite 6. numero 49.

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum eorum qui fuerunt in ea, cap.1. nu.65.

Tunc locutus est in visione sanctis suis, cap.6.num.2.

psal.88. Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, exprobrauerunt commutationem Christi tui, cap. 1. num.68.

psal.89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies externa, quæ præterijt, cap.10.num.23.

psal.90. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. cap. 4.num.14.

psal.91. Bene patientes erunt, vt annunciẽt, cap.2.num.15.

psal.93. Qui facit mirabilia magna solus, cap. 8.num.30.*

psal.98. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, inuocabant Dominũ, & ipse exaudiebat eos, &c. Deus tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum, cap.26.num.18.*

ps. 100. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ. cap.8.num.16.

Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto, cap.6.num.9. *ps.* 101.

Qui replet in bonis desiderium tuũ, cap. 2. num.18. *ps.* 102.

Potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. cap.1.num.50.

Extendens cælum sicut pellem. cap.3.num.11.cap.8.num.5. *ps.* 103.

Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, cap.6.num.22.

Inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua, super ea volucres cæli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces, cap.2.num.5.*

Iucundum sit Dei eloquium meum. cap.1.num.52.

Omnem escam abominata est anima eorum, cap.1.num.10.

Quęrite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper, cap.6 num.11.* *ps.* 104.

Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eum de interitionibus eorum, cap.27.num.9. *ps.* 106.

Et conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, cap.6.num.40.

Cęlum cęli Domino, terram autem dedit filijs hominum, capite 8. numero 3. *ps.* 113.

Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax, cap.6. numero 19. *ps.* 115.

De tribulatione inuocaui Dominum.cap. 23.num.2. *ps.* 117.

Circumdederũt me sicut apes, cap. 7.num.33.

Lapidem quem reprobauerunt ædifican-

ficantes : hic factus est in caput anguli, cap.8. num.14.
ps. 118. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur, seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ, capite 3. num.17. & cap.8. num 18. 19.
Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secũdum verbũ tuum, cap.5. nu. 8.
Bonum mihi Domine, quod humiliasti me, cap.12.n.4.
Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me, cap. 1. n.50.
Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo, capite 1. nu 59. & cap.7. n.30.
Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur me omnis iniustitia, cap.26. numero 11.
Lætabor ego super eloquia tua quasi qui inuenit spolia multa, ca.3. nu.5. cap.9. n.11.
Fiat manus tua, vt saluet me, cap.1. nu.64. cap.8. nu.5.
ps. 119. Sagittæ potentis acutę cum carbonibus desolatorijs, cap. 6. n.24. cap.7. num.37.
ps. 120. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem, cap.4. nu.11.
ps. 121. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalẽ, cap.3.n.20.
ps. 123. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan viuos absorbuissent nos, cap. 8. nu.19.
ps. 124. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & vsque in sæculum, cap.5. num. 6.
ps. 126. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum, cap. 6. nu.30. *
ps. 127. Beati omnes, qui timent Dominum qui ambulant in vijs eius, labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit, cap.3. nu.19.
ps. 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam, cap.1. num. 22. cap. 2. nu.24.
Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit, capite 17. num.8.
ps. 130. Domine nõ est exaltatum cor meũ, neque elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me, cap.3. num. 8.
ps. 132. Sicut vnguẽtum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, cap.1. n. 26.
ps. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est, & non potero ad eam, cap. 6. num.11.
ps. 140. Pone Domine custodiã ori meo, & ostium circunstãtiæ labijs meis, non declines cor meum in verbo malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, c.6. n.18.*
ps. 136. Humiliãs autem peccatores vsque ad terram, cap.24. nu.20.
ps. 147. Mittit christallum suum sicut buccellas, ante faciem frigoris eius, quis sustinebit? emittet verbum suum, & liquefaciet ea, flauit spiritus eius, & fluent aquæ, cap.1. num. 54. *
ps. 149. Exultabũt sancti in gloriã, lætabuntur in cubilibus suis, ca.26.n.30.

Ex lib. Prouerbiorum.

cap. 1. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, cap.2. num.18.
Auersio paruulorũ interficiet eos,

cap.

capite 3. num. 7.
cap. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ, cap.5. num. 26.
Viæ eius viæ pulcræ,& omnes semitæ eius pacificę, cap.9.nu.75.
cap. 5. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, &c. cap.2. num.18.
Bibe aquam de cisterna tua, &c. cap.25. nu.3.
cap. 7. Liga eam in digitis tuis,ca.8.n.26.
cap. 8. Veritatē meditabitur guttur meū: cap.7. num.19.
cap. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis eius, cap.8. num.22.
cap. 16. Diuinatio in labijs eius,in obseruationibus. nu.12. pag.7.
cap. 19. Non est speciosa laus in ore peccatoris, cap.6. num. 28.
cap. 20. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo, c. 6. num. 6.
Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo, cap.4. num.3.
cap. 23. Cui væ? Cuius Patris væ? cui rixæ, cui foueę,cui sine causa vulnera, cui suffosio oculorum,nonne ijs, qui commorantur in vino, & student in calicibus epotandis?cap. 5. num. 15.
cap. 36. Sanguisugæ duæ sunt filiæ,dicentes affer, affer, cap.2. nu.28.
Et viam viri in adolescentia,cap.7. num. 26.

Ex lib. Eccles.

cap. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur,vt iterū fluant,in prolog. ad lect. & cap.1. nu.11.
Qui addit scientiam addit, & laborem, cap.6. num.19.
cap. 2. Feci mihi cantores, & cantatrices. cap.3. num.3.
Funiculus triplex difficile rumpitur, cap 5. num.22. cap. 4.
Diuitiæ congregatæ in malum Domini sui, cap.2. num.18. cap. 5.
Et quid prodest possessori,nisi quod cernit diuitias oculis suis,cap.2. num. 18. *
Etenim quia nō profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala, cap.26. num.17. cap. 8.
Væ tibi terra cuius Rex puer est. cap.3. num.7. * cap. 10.
Pecuniæ obediūt omnia,ca.2.n.19.

Ex lib. Cantic.

Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino,c.1. num.61.& cap.12. nu.7. cap. 1.
Trahe me post te,curremus in odorem vnguentorum tuorum, cap. 2. num. 5. *
Ego flos campi,& lilium conualliū. cap.11. num.2.
Sicut pelles Salomonis. cap.3.n.11.
Indica mihi quem diligit anima mea,vbi pascas,vbi cubes in meridie. cap.7. num.13.
Dum esset rex in accubitu suo,nardus mea dedit odorem suū,ca.4. num.7. & cap. 5. num.2. *
Filij matris meæ pugnauerunt cōtra me, cap.22. num.3.
Posuerunt me custodem in vineis, vineam meā non custodiui.c.11. num. 9.
Ego flos campi, cap.7. num.24. cap. 2.
Vox dilecti mei,ecce iste venit,capite 7. nu.13.
Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles,,cap.8.nu.6.
Iam enim hiems trāijt,imber abijt & recessit, cap. 9.nu.9.
Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas,cap.3.n.23. & cap.

& cap. 4. num. 3.
Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias cap. 10. nu.4.
cap. 4. Fons hortorum puteus aquarum viuentium, cap. 12. num.8.
cap. 7. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis, capite 2. num. 19.
Nasus tuus sicut turris libani, cap. 21. num. 9.
cap. 8. Fuge dilecte mi assimilare capræ, hinnuloq. ceruorum, super montes Bethel, cap.4. nu.6.

Ex lib. Sapientiæ.

cap. 3. Bonorum laborũ gloriosus est fructus, cap. 3. num.21.
cap. 5. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter electos sors illorum est, cap.13. nu.12.
cap. 6. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, cap.6. num.16.
Iuxta mensuram delicti, erit & plagarum modus, cap.24. nu.23.
cap. 16. Angelorum esca nutriuisti populũ tuum, vsque, quam in filios habes ostendebas, cap.1. num.9.

Ex lib. Eccli.

cap. 2. Fili mi accedens ad seruitutem Dei sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, cap.7. numero 3.
cap. 4. Est confusio adducens peccatum, & est cõfusio adducens gloriam, & gratiam, cap.1. num.70.
cap. 7. Ne iteres verbum in oratione tua, cap 1. num.45.
cap. 15. Deus ab initio constituit hominem & reliquit illum in manu consilij sui, &c. cap.26. num.10.
Non est speciosa laus in ore peccatoris, cap.6. nu.28.
cap. 18. Cum cõsummauerit homo, tunc incipiet. in præfatione, nu. 2. pag. 2.
cap. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate & à domo eius non recedet plaga, cap.1. num.20.
cap. 29. Initium vitæ hominis aqua, & panis, cap.3. num.3.
cap. 33. Contra malum bonum, & contra mortem vita, cap.25. num. 14.
cap. 34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui, cap. 1. num. 40.
cap. 35. Non despiciet preces pupilli, neque viduam si effundat loquelam gemitus: nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt? &c. cap.1. num. 51.
cap. 36. Innoua signa, & immuta mirabilia, cap.7. num. 19.
Et fauces contingunt cibum feræ. cap.3. nu. 4.

Ex Isaia.

cap. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, cap. 19. num. 4.
cap. 3. Et ambulauerunt extento collo, cap.2. num. 22.
cap. 5. Et viri Iuda germen delectabile eius, cap.4 num.4.
Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum, cap. 2. num. 8.
cap. 7. Radet dominus in nouacula conducta, cap.1. num. 63.
cap. 8. Velociter spolia detrahe, cito prædare, cap.6. num.53.
cap. 9. Omnis violenta prædatio cum tumultu, & omne vestimẽtum mistum sanguine, erit in combustionẽ, & cibus ignis: paruulus enim

natus

natus est nobis,& filius datus est nobis, cap.1. num.61.
Paruulus natus est nobis, cap. 6. num.14. & cap.7. nu.20.
cap. 10. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea,aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra leuantem se,& exaltetur baculus, qui vtique lignũ est, cap. 6. num.26.
cap. 11. Habitabit lupus cum agno, cap.2. num. 13.
Et erit requies eius honor, cap. 5. num. 5.
cap. 12. Confitemini Domino,& inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius, cap.3. num. 21.
cap. 13. Præciosior erit vir auro,cap.3.n.10
cap. 14. Quomodo cecisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas, in corde tuo: in cælum conscendam super sidera Dei exaltabo solium meum, &c. cap.2.nu.9. cap. 6. num.8.
cap. 15. Sicut descendit imber,& nix de cęlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram,&c. cap. 27. num. 9.
cap. 26. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea murus,& antemurale, cap.5. nu.6.
Misereamur impio,& non discet iustitiam,in terra sãctorum iniquè gessit, cap.r. nu.14.
Tollatur impius ne videat gloriam Dei,secundum aliam litteram, cap.6. nu. 4.
Conculcabit eam pes,pes pauperis gressus egenorum, cap.13. nu.3.
cap. 28. Quia manda remãda manda remanda. Expecta reexpecta, expectare, expecta: cap.5. nu.24.
Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & breue pallium vtrumque operire non potest, cap.4. nu.3.
Sicut in monte diuisionũ stabit Dominus, cap.1. nu.7.
Et erit vobis visio omniũ sicut verba libri signati,quem cum dederint scienti litteras dicent,lege istum,& respondebit,nõ possum. Signatus est enim. Et dabitur liber nescienti litteras, diceturq. ei:lege,& respondebit:nescio litteras, cap.8. nu.5. *cap.* 29.
Hæc est via,ambulate in ea & non declinetis,neque ad dexteram, neque ad sinistram,cap.26.n.11. *cap.* 30.
Propterea erit vobis iniquitas hęc, sicut interruptio cadens quoniã subito dum non speratur veniet contritio eius cap.1. num.69.
Ecce nomen Domini venit de longinquo,ardens furor eius,& grauis ad portandum,labia eius repleta sunt indignatione, cap. 3. num. 18.
Et lingua eius quasi ignis deuorãs, cap. 5. num.29.
Spiritus eius velut torrens inundans cap.2. nu.26.
Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solemnitatis, c.3. n.18.
Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est,aquæ eius fideles sunt, cap.2. nu.5. *cap.* 33.
Vbi est litteratus, vbi legis verba ponderans? in obseruationibus, pag.6. num.10.
Locus fluuiorum, riui latissimi, & patentes. cap.6. nu.16.
Et complicabuntur sicut liber cæli, cap.8. num.5. *cap.* 34.
Confortare manus dissolutas, & genua debilia roborate, dicite pusillanimis,confortamini,& nolite timere, cap. 8. nu.21. *cap.* 35.

Ecce

cap. 36. Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum super Ægyptũ,cui si innixus fuerit homo intrabit in manũ eius,& perforabit eam, cap.7. nu. 34.
cap. 37. Venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi, cap. 26. num. 26.
cap. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, cap.1. nu.53.
cap. 40. Exsiccatum est fænũ,& cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo, cap.5. nu. 23.
Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, cap.2. num. 5.
Omnes gentes quasi nõ sint,sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatę sunt ei, c.6.n.10.
Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinẽ,assument pennas sicut aquilæ,current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient, cap.1. num. 49.
cap. 41. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habẽs rostra serrantia,triturabis montes,& comminues, & colles quasi puluerem pones, cap.1. num.24.
cap. 42. Non clamabit,neque accipiet personam, neque audietur vox eius foris, cap.8. num.14.
cap. 45. Transibunt ad te,& adorabunt te, & in te orabunt, quia in te est Deus,& non est Deus absque te: vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator, capite 9. num. 53.
cap. 48. Ego Dominus docens te vtilia, cap.9. num. 61.
cap. 49. Viuo ego dixit Dominus,quia omnibus his velut ornamẽto vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa: in obseruationibus, numero 11. pag.7.
Quam pulchri super montes pedes annunciantis,& prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis regnabit Deus tuus. Vox speculatorum tuorum, cap.7. num.19. *cap.* 52.
Ecce intelliget seruus meus exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum, cap.2. num.3.
Et nunc quid mihi est hic dicit Dominus? cap.18. nu.8.
Et ascendet sicut virgultum coram eo,& sicut radix de terra sitienti,cap.4. num.5. * *cap.* 53.
Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum, cap.6. num. 4. *
Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, cap.1. num.45.
Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus, capite 2. num.14.
Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris,& ponam iaspidem propugnacula tua,& portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, cap.3. num.10. * *cap.* 54.
Multiplicatæ sunt iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis, capite 3. num. 16. *cap.* 59.
Qui sunt isti, qui vt nubes volant, cap.19. nu 2. & cap.11.nu.21. *cap.* 60.
Propter Sion nõ tacebo, & propter Hierusalem nõ quiescam, donec egredietur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur, cap.2. num.3. * *cap.* 62.
Torcular calcaui solus,& de genti- *cap.* 63.

bus non est vir mecum, cap. 5. num. 9.

Ex Hieremia.

cap. 1. Et dicit a, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum, cap. 6. num. 31.
Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, capite 6. num. 23.
cap. 2. Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix, capite 1. num. 62. & 70.
Verterunt ad me terga, & non faciem, cap. 9. nu. 84.
cap. 3. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, cap. 5. num. 14.
Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, cap. 3. nu. 14.
cap. 5. Percussisti eos, & non doluerunt; attriuisti eos, & noluerunt accipere disciplinam; indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti, cap. 1. num. 23. *
cap. 6. Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt, cap. 6. numero 47.
State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris, cap. 1. nu. 49.
Defecit sufflatorium in igne; consumptum est plumbum; frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptę, cap. 1. num. 23. *
cap. 9. Intrauit mors per fenestras nostras, cap. 27. num. 3.
cap. 11. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius, cap. 8. num. 18.
cap. 12. Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis, cap. 8. num. 18.
cap. 14. Quare quasi colonus futurus es in terra? & quasi viator declinãs ad manendum? cap. 19. nu. 4.
cap. 16. Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos, & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, de cauernis petrarum, cap. 7. num. 37. *
cap. 22. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua, & non in iudicio, cap. 5. num. 11.
cap. 25. Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, cap. 1. nu. 31. *
cap. 31. Creauit Dominus nouum super terram femina circundabit virum, cap. 7. num. 26.
Et nõ docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicẽs, cognosce Dominũ: omnes enim cognoscẽt me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus, cap. 8. num. 5.
cap. 33. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo verbum bonũ, quod locutus sum ad domum Dauid, cap. 27. num. 9.
cap. 49. Ecce quasi aquila ascendet, & auolabit, & expandet alas suas super Bosram, cap. 8. nu. 16.

Ex lib. Threnorum.

cap. 2. Et prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino, capite 6. num. 2.
cap. 3. Recordare paupertatis meę, & trãsgressionis meæ, absinthij, & fellis, cap. 17. nu. 7.
Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. cap. 2. num. 14.
Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum, capite 6. num. 9.

Par-

cap. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, in præfatione, num. 4. pag. 5.
In vmbra eius viuemus inter gentes, cap. 4. num. 13.
cap. 5. Senes defecerunt de portis, cap. 3. num. 9.

Ex lib. Baruch.

cap. 3. Stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt, vocatæ sunt, & dixerunt, adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas. Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum, cap. 8. num. 11.
Post hæc in terris visus est, cap. 7. num. 13.
Et cum hominibus cõuersatus est, cap. 7. num. 29.
cap. 4. Delicati mei ambulauerunt vias asperas, cap. 1. nu. 49.
Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes, requiretis eum, cap. 1. num. 49.

Ex lib. Ezechiel.

cap. 1. Et facta est super eũ ibi manus Domini, cap. 8. num. 20.
Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis, cap. 6. num. 27.
Et aspectus earum, & opera quasi sit rota in medio rotæ, in præfatione, num. 1. pag. 1.
cap. 2. Et cum scorpionibus habitas, capite 3. num. 23.
Et ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris, in præfatione, num. 3. pag. 3.
Fili hominis sta super pedes tuos, cap. 21. num. 10.
cap. 3. Et comedi illum, & factus est in ore meo sicut mel dulce, cap. 1. num. 59.
Ecce dedi faciem tuam valẽtiorem faciebus eorum, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, cap. 6. num. 19. *
Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, cap. 2. num. 8.
Filij hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis ei ex me. Si dicẽte me ad impium, morte morieris, non annunciaueris, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, animam autem eius de manu tua requiram, cap. 6. numero 18.
cap. 4. Et tu filij hominis, cap. 3. nu. 8.
Et fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis agerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro, capite 7. num. 3. *
cap. 5. Sume tibi gladium acutum radentẽ pilos, & trahe per caput tuũ, & barbam tuam, & assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos, &c. cap. 7. num. 34.
cap. 7. Et quærent visionem de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus, &c. cap. 6. num. 2.
cap. 13. Væ his quæ consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciũt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, cap. 1. num. 62.

cap. 17. Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, cap. 8. nu. 16.
cap. 20. Ego dedi eis præcepta non bona; cap. 1. num. 39.
cap. 28. Tu Cherub extentus, & protegens, &c. cap. 3. num. 11.
cap. 34. Vos autem cum austeritate imperabitis eis, & cum potentia, capite 3. num. 8.
Securi dormient in saltibus, cap. 4. num. 13.
cap. 36. Faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini, cap. 10. num. 12.
cap. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, eritque clausa principi, cap. 7. num. 24.
cap. 46. Spontanea holocausta, & pacifica voluntaria, cap. 1. num. 15.

Ex lib. Daniel.

cap. 1. Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio, cap. 3. num. 4.
Abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, &c. vsque, & factus est mons magnus, cap. 2. num. 2.
Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, cap. 6. num. 23.
cap. 3. Cadẽtes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex, cap. 2. num. 19.
Et species quarti similis filio Dei, cap. 6. num. 8.
cap. 4. Septem quoque tempora mutabuntur super te, cap. 9. nu. 2.
Potestas eius, potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generationem, cap. 7. nu. 32.
cap. 5. Fecit Rex grande conuiuium optimatibus suis, &c. cap. 21. numero 6.
cap. 7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt, cap. 26. num. 32.
Et antiquus dierum sedit, in obseruationibus, num. 11. pag. 7.
cap. 12. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates, cap. 8. num. 5.
In tempus, & tempora, & dimidium temporis, cap 9. num. 2.
Vade Dan; quia clausi sunt, signatique sermones vsque ad præfinitum tempus, capite 8. numero 25.

Ex lib. Osea.

cap. 1. Sume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationum, in obseruationibus, nu. 5.
cap. 2. Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, capite 9. num. 84.
Argentum multiplicaui eis, quæ fecerunt Baal, cap. 1. num. 12.
cap. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi, cap. 8. nu. 14.
cap. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, capite 2. num. 6.
cap. 12. Adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis, & locutus sum super prophetas, & ego visionem multiplicaui, cap. 6. num. 2.
cap. 13. Consolatio abscõdita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet, cap. 1. num. 7.

Con-

Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum, cap. 1. num. 36.

Ex lib. Ioel.

Cap. 2. Quis scit, si conuertatur, & relinquat post se benedictionem? c. 1. num. 22.

Et scietis, quia in medio Israel ego sum, & ego Dominus Deus vester, & non est amplius, & non confundetur populus meus in æternum, & erit post hæc, & effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt, capite 6. num. 2.

cap. 3. Ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu, cap. 6. nu. 6.

Ex lib. Amos.

cap. 1. Triturauerunt in plaustris ferreis Galaad, cap. 5. nu. 23.

cap. 2. Ecce ego stridebo subter vos sicut stridet plaustrum onustum fœno. cap. 5. num. 23.

Ex lib Ionæ.

cap. 1. Et nauis periclitabatur conteri. cap. 1. num. 17.

cap. 4. Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret: laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit. Et cum ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido, & vrēti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat, cap. 4. nu. 15.

Ex lib. Mich.

Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meū, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem, & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium, cap. 1. num. 62. *cap. 3.*

Fere totum caput quartū Micheæ explicatur Isaiæ 2. *cap. 4.*

Cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum; & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ, capite 8. numero 11.

Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis, capite 9. num. 54. *cap. 5.*

Factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ, c. 4. num. 8. *cap. 7.*

Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum, audiet me Deus meus. cap. 8. num. 28.

Ex lib. Nahum.

In diluuio prætereunte, consummationem faciet, capite 8. numero 15. *cap. 1.*

Ex lib. Habacuc.

Cap. 2. Væ ei qui multiplicat non sua, vsq; & aggrauat contra se densum lutum, cap. 2. nu. 18. *

cap. 3. Domine audiui auditionem tuam, & timui, cap. 6. num. 12.

In medio duum animalium cognosceris, cap. 1. nu. 13.

Splendor eius, vt lux erit, cap. 9. num. 4.

Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors, cap. 5. numero 4.

Contriti sunt montes sæculi, incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius, cap. 2. num. 23.

Ex lib. Sophoniæ.

cap. 1. Ecce dies venit magnus, & horribilis, &c. vsque ibi, super omnes angulos excelsos, capite 9. num. 87.

cap. 3. Iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane, cap. 3. num. 7.

Ex lib. Zachariæ.

cap. 1. Qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria, capite 7. numero 19.

cap. 2. Absque muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum, & iumentorũ in medio eius, &c. cap. 8. num. 16.

Et ego ero ei murus ignis in circuitu, cap. 5. num. 6.

cap. 3. Quia viri portendẽtes sunt, in præfatione, num. 1 pag. 2.

cap. 4. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septẽ lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius, cap. 2. num. 3.

Lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel, cap. 1. num. 24.

cap. 5. Ego video volumen volans; longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me. Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ, quia omnis fur sicut ibi scriptum est, iudicabitur, & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud, dicit, Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eã, & ligna eius, & lapides eius, cap. 1. num. 20. *

Hæc est amphora egrediens, cap. 2. num. 18.

Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier sedens in medio amphoræ, cap. 1. num. 17.

cap. 8. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Hierusalem, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum, cap. 3. num. 9.

cap. 11. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, proijce illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini ad statuarium, cap. 6. nu. 36.

Ex lib. Malachiæ.

cap. 1. In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, cap. 18. num. 11.

cap. 2. Dispergam super vultum vestrum, stercus solemnitatum vestrarum

cap.1.num.41.& cap.16. nu.11.
Angelus Domini exercituum est. cap.18. num. 3.
cap. 3. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans argentũ, & purgabit filios Leui,& colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia, cap. 1. num.24.
Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? cap.5.nu.20,

Ex lib. 1. Machab.

cap. 2. Inuenerunt sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, quæ apud Iamniam fuerunt, cap. 17. num.5. & cap.25. nu.18.

Ex lib. 2. Machab.

cap. 2. Inuenitur autem in descriptionibus Hieremiæ prophetæ, &c. cap.6.num.42.

Ex Euangelio Matthæi.

cap. 1. Et vocabis nomen eius Iesum, cap. 7. num. 29.
Et non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum. cap.7. num.28.
cap. 2. Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? cap.2.nu.6.& c.8. nu.11.*
cap. 3. Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur,& in ignem mittetur, cap.1. num.71.
Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, cap.25. num.5.
cap. 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me, cap.2. num. 19.
Venit Iesus,& habitauit in Capharnaum maritima in finibus Zabulon, & Nephtalim, capite 9. num. 2.
Videns autem Iesus turbas ascen- cap. 5.
dit in Montem, cap.2. nu. 5.
Neque accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt, cap.2. nu.3.* cap.9. num.5.
Vos estis sal terræ, cap.3. num.8.
Vos estis lux Mundi, cap.7.num.8. in prolog. ad lect.
Ego autem dico vobis,diligite inimicos vestros, cap.24.nu.7.
Panem nostrum supersubstãtialem cap. 6.
da nobis hodie, cap.1.num.10.
Miserere nostri filij Dauid, cap. 7. cap. 9.
num. 16.
Exeuntes foras de domo, vel ciui- cap. 10.
tate,excutite puluerem de pedibus vestris, cap.6.num.30.
Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, cap.1. num.42.
Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, capite 19. numero 4.
Venite ad me omnes qui laboratis, cap. 11.
& onerati estis, & ego reficiam vos; tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum,& humilis corde,& inuenietis requiem animabus vestris. cap.6. num.12.
Iugum meum suaue est, & onus meum leue, cap.12.num.19.
Generatio mala, & adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, cap.7. num.19.
Simile est Regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo

feminauit in agro suo, capite 8. num. 5.

cap. 16. Et portæ inferi non præualebũt aduersus eam, cap.7. nu.4.

Tibi dabo claues Regni cælorum. cap.22. nu. 23.

cap. 17. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine bonum est nos hic esse, cap.1. num.57. *

Et ecce apparuerunt Moyses, & Elias cum eo loquentes, cap. 5. num. 5.

cap. 18. Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq. fratri suo de cordibus vestris. cap.7. num.17.

cap. 20. Dicunt ei, possumus, capite 3. numero 12.

cap. 21. Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, cap.3. numero 21.

Qui ceciderit super lapidem istum confringetur, super quem verò ceciderit conteret eum, cap. 1. num.69. * & cap. 8. nu.24.

Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius, capite 3. num.5.

cap. 22. Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias, capite 1. num. 10.

cap. 23. Digito autem suo nolunt ea mouere, cap.8. num.26. & capite 22. num. 19.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, & noluisti? cap.3. nu. 11.

cap. 25. Ite maledicti in ignem æternum, cap.17. num.10.

cap. 26. Iam non bibam de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum, in Regno Patris mei, capite 25. num. 12.

Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem, & acceperunt triginta argenteos pretium appretiati quem appretiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus, cap.6.num.36.& 40. *cap.* 27.

Et respõdens vniuersus populus dixit, sanguis eius super nos, & super filios nostros, cap.4. nu.1.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum, cap.1. nu.35.& 39.

Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus, cap.6. nu.34. *cap.* 28.

Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris & Filij, &c. cap.6. nu.17.

Ex Euangelio Marci.

Sicut scriptum est in Isaia propheta, ecce ego mitto Angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, capite 6. num. 43. *cap.* 1.

Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam, cap.8. nu.16. *cap.* 2.

Et scandalizabantur in illo, cap.8. num. 23. *cap.* 6.

De die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque filius, nisi pater. cap. 7. numero 31. *cap.* 13.

Vt quid perditio ista vnguenti facta est? cap.11. num.8. *cap.* 14.

Ex Euangelio Lucæ.

Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi, *cap.* 1.

quæ

quæ vocatur ſterilis, quia non est impoſſibile apud Deum omne verbum, cap. 7. nu.26.

Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, cap.7.nu.29.

Aue Maria gratia plena Dominus tecum, cap.7. num.20. & cap.8. num. 3.

Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo, cap.8.num.3.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce euim ex hoc beatã me dicent omnes generationes, c.8. num.23. cap.9. nu.16.

Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi, cap.4. num.17.

Exurgens autem Maria in deibus illis abijt in Montanæ cum feſtinatione in ciuitatem Iuda. capite 6. num. 11.

Quod ſupereſt date Eleemoſynam, cap. 23.num.14.

cap. 2. Et hoc vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio, cap.7.nu.19.

Paſtores loquebantur ad inuicem transeamus vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis. cap. 2. nu.1.

Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur, cap.8. num.23.

cap. 3. Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira, cap.1.num.19. *

In verbo tuo laxabo rete, cap. 19. num. 10.

cap. 7. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod accubuiſſet in domo phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti, & ſtans retro ſecus pedes eius lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, cap.1. num.21. & numero 54. *

cap. 8. Et aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem, cap.5. num. 7.

Et mulier quædã erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtãtiam ſuam, nec ab vllo potuit curari, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius, cap.1. num.21.& nu.54. *

cap. 9. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me, cap.9. num. 13.

cap. 10. Ite, ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos, cap. 2. nu. 15.

Gaudete autem, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis, cap. 4. num. 9.

cap. 11. Quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia, cap. 8. num.30.

Cum fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet. Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet, cap. 8. num.6. & cap.9. nu.10. *

Reuertar in domum meam, vnde exiui, cap.8. num.6.

cap. 12. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciant, cap.8. numero 22.

Beati ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, &

re,&

re, & transiens ministrabit illis, cap.1. nu. 63.

cap. 14. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum, cap.2. num.18.

Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit, dicat tibi, amice ascende superius, cap. 6. num.8.

cap. 17. Et factum est, dum irent, mundati sunt, cap.1. num.53.

cap. 18. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis, cap. 5. num.3. *

cap. 19. Quia si cognouisses, & tu, & quidẽ in hac die tua, quæ ad pacem, tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis eius, cap. 1. num. 62. num. 15.

cap. 22. Reges gentium dominãtur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur, cap. 3. num. 8.

Et factus in agonia prolixius orabat, cap.7. num.18.

cap. 24. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, drm loqueretur in via: & aperiret nobis scripturas? cap.6. num. 24.

Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, cap.8. nu.5.

Ex Euangelio Ioannis.

cap. 1. Et verbum caro factum est, cap. 2. num. 1.

Et habitauit in nobis, cap. 2. nu.3. & cap. 7. num. 29.

Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis, cap.5. nu.5.

Et de plenitudine eius nos omnes, accepimus, cap.2. nu.3.

Super quem videritis Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto, cap. 3. nu.26.

Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit, cap.8. num.7.

cap. 2. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit es, & mensas subuertit, capite 9. numero 6.

cap. 4. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem, cap. 5. num.8. & cap.7.num.18.

Sed aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ęternam, cap.3. nu.8.

cap. 5. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum, cap.1. num. 35.

Locus de duobus panibus hordeaceis, & duobus piscibus, explicabitur, cap.25.nu.16. *

cap. 6. Nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus filius Dei, cap. 7. num. 12.

Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? cap.7. num. 12.

cap. 7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuę, cap.12. num. 9.

cap. 8. Samaritanus es tu, & dæmonium habes, cap.21. num.13.

Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est, cap.9. num.7.

Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo, cap.8. nu. 18.

cap. 9. Si cæci essetis, non haberetis peccatum, cap. 6. num.47.

cap. 10. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, cap.6. nu.15.

bonus pastor animam suã dat pro oui-

ouibus suis, cap. 1. num. 10.

cap. 11. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat, capite 8. numero 18.

Domine iam fætet, capite 6. numero 12.

Lazare veni foras, capite 22. numero 23.

cap. 12. Nunc iudicium est mundi, & nunc princeps huius mundi eijcietur foras, cap. 1. num. 68. & cap. 4. num. 10.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, cap. 2. num. 3. & 6.

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, excæcauit oculos eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos, cap. 6. num. 47.

Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo, cap. 6. num. 5. & num. 14.

Qui amat animã suam, perdet eam. cap. 8. nu. 19.

cap. 13. Et cum recubuisset, iterum dixit eis, scitis quid fecerim vobis? cap. 6. nu. 12.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem, dilexit eos, cap. 6. nu. 12.

cap. 14. Philippe, qui videt me, videt, & Patrem, cap. 8. nu. 7.

cap. 15. Iam vos mũdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis, cap. 6. num. 23.

Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, cap. 1. num. 61.

cap. 17. Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. capite 5. num. 5. *

Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, cap. 7. num. 13.

Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi, cap. 8. num. 28.

cap. 18. Si ergo me quæritis, sinite hos abire, cap. 3. num. 15.

cap. 19. Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: consummatum est, cap. 1. num. 35.

Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, cap. 8. num. 18.

Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, nõ fregerunt eius crura, &c. vsque os non comminuetis ex eo, capite 25. num. 10.

cap. 20. Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eũ tollam, cap. 8. num. 9.

Cum ergo esset sero die illo vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis; Pax vobis, ca. 1. n. 26.* & cap. 9. num. 75.

Hæc cum dixisset insufflauit, & dicit eis; accipite Spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt, cap. 2. num. 26.

Nisi videro in manibus eius fixurã clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorũ, & mittam manum meam in latus eius, non credam, cap. 7. nu. 12.

Exijt Petrus, & ille alius discipulus & venerunt ad monumentum. cap. 11. num. 22.

cap. 21. Pasce agnos meos, capite 5. numero 21.

Mittite in dexteram nauigij rete, cap. 19. num. 10, & 11.

Ex epistola sancti Pauli ad Romanos.

cap. 1. Omnibus, qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, capite 4. num. 8.

cap. 6. Vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, cap. 4. num. 3. *

Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo, cap. 9. num. 10.

Sicut enim exibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificatione, cap. 1. nu. 49. cap. 9. nu. 10.

Quem ergo fructum habuistis, tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? cap. 1. nu. 70.

Stipendia enim peccati mors, cap. 9. num. 12.

cap. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis, cap. 3. num. 19.

cap. 9. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, cap. 6. nu. 22.

Si fuerit numerus filiorũ Israel tanquam arena maris, reliquię saluę fient, cap. 4. nu. 8. *

Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur, cap. 8. nu. 24.

cap. 10. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, in præfatione, numero 1.

Isaias enim dicit, Domine quis credidit auditui nostro? capite 6. num. 29.

Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, cap. 6. num 45.

cap. 11. Fracti sunt rami, vt ego inserar, cap. 2. num. 17.

Non tu radicem portas, sed radix te, cap. 4. num. 5.

Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, capite 4. num. 4.

cap. 13. Sed induimini Dominum Iesum Christum, cap. 4. num. 3.

cap. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones Patrum, cap. 9. num. 7.

Ex 1. epist. ad Corinthios.

cap. 1. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia & sanctificatio, & redemptio, cap. 1. nu. 68. & cap. 2. num. 16.

cap. 2. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram, cap. 5. num. 4. *

cap. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit, cap. 6. num. 25.

Dei enim sumus adiutores, cap. 1. num. 25.

cap. 10. Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? ministri eius, cui credidistis? cap. 6. num. 25.

Nolo enim vos ignorare fratres,

quo-

quoniā patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari, cap. 8. num 11.

cap. 11. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, c. 3. num. 6.

Ex 2. epist. ad Corinth.

Paulus Apost. Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum sanctis omnibus, qui sunt in vniuersa Achaia, capite 4. numero 8.

cap. 2. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbū Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur, cap. 1. n. 62.

cap. 3. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, cap. 22. num. 17.

Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, capite 8. num. 4.

Littera enim occidit, spiritus autem viuificat, cap. 1. num. 35.

Nos vero omnes reuelata facie Domini gloriam speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu, cap. 6. num. 16.

cap. 4. Vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei inuisibilis, cap. 5. n. 5.

cap. 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes, cap. 9. nu. 6.

Quasi mortui, & ecce viuimus, capite 26. nu. 22. & nu. 28.

Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam. cap. 25. num. 11.

cap. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? cap. 3. nu. 11.

Ex epist. ad Galatas.

Itaque lex pędagogus noster fuit in Christo Iesu, vt ex fide iustificemur, cap. 1. num. 39. *cap.* 3.

Nunc autem cum cognoueritis Deū, immo cogniti estis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo seruire vultis? capite 1. nu. 35. *cap.* 4.

Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis, cap. 26. num. 26. *cap.* 5.

Vt vnanimes vno ore glorificetis Deum, cap. 11. num. 3.

Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tēteris, cap. 8. num. 21. *cap.* 6.

Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, cap. 3. num. 15.

Ex epist. ad Ephesios.

Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Iesu, cap. 1. num. 56. & cap. 8. num. 18. *cap.* 1.

Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, &c. capite 2. num. 3.

Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quòd autem ascendit, quid est, nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ? cap. 4. nu. 7. & cap. 2. nu. 8. & 6. *cap.* 4.

Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & se

ipsum

ipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata, cap. 1. num. 94.

Ex epist. ad Philippenses.

cap. 1. Coarctor autem e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo multo magis melius; permanere autem in carne necessarium est propter vos, capite 8. num. 22.

cap. 3. Vnum autem quæ quidẽ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora extẽdens meipsum ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis, cap. 7. nu. 4.

cap. 4. Nulla mihi Ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti, cap. 23. num. 3.

Ex epist. ad Colossenses.

cap. 1. Qui est imago Dei inuisiuilis, primogenitus omnis creaturæ, capite 8. num. 7.

cap. 2. Delẽs quod aduersum nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, &c. cap. 1. nu. 39.

cap. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, cap. 3. nu. 19.

Ex epist. ad Thessalonicenses.

cap. 5. Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eius superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, &c. capite 8. num. 24.

Ex 1. epist. ad Timoth.

Scimus autem, quoniam bona est lex, si quis ea legitimè vtatur, cap. 1. nu. 39. *cap. 1.*

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, cap. 7. num. 19.

Similiter autem, & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. cap. 3. nu. 28. *cap. 2.*

Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio, capite 3. numero 22.

Nam quæ in delitijs est, viuẽs mortua est, cap. 3. nu. 4. *cap. 5.*

Noli adhuc aquam bibere, sed vino modico vtere propter stomachũ & frequentes tuas infirmitates. cap. 5. nu. 15.

Ex 2. epist. ad Timoth.

Sed verbum Dei non est alligatum, cap. 6. num. 29. *cap. 2.*

Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, capite 8. num. 19. *cap. 4.*

Ex epist. ad Hebræos.

Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula, cap. 2. num. 2. *cap. 1.*

Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq. omnia verbo virtutis suæ, purgationem

tionem peccatorum faciens, capite 8. num. 7.

Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, cap. 6. num. 9. & 22.

Nonne sunt omnes administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? cap 6. num. 22.

cap. 2. Ego ero fidens in eum, cap. 8. numero 28.

cap. 6. Terra proferens spinas, ac tribulos reproba est, & de maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem, cap. 2. nu. 19.

cap. 8. Dicendo autem nouum, veterauit prius, cap. 8. num. 4.

cap. 11. Iuxta fidem defuncti sũt omnes isti non acceptis repromissionibus, cap. 1. num. 57. *

Sed à longe eas aspicientes, & salutantes, &c. in præfatione. num. 1.

In solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ, cap. 25. nu. 3.

cap. 12. Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, cap. 1. num. 17.

Non enim accessistis ad tractabilẽ montem, & accensibilem ignem, & turbinẽ, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt excusauerunt se, &c. sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatẽ Dei viuentis, &c. cap. 2. nu. 4.

Et sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel, capite 5. num. 12.

Ex epistola Iacobi.

cap. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum, cap. 2. num. 8.

Ex 1. epist. S. Petri.

cap. 2. Et ipsi tãquam lapides viui superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, &c. cap. 3. num. 10.

Vobis igitur honor credentibus, nõ credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, cap. 8. num. 23.

Sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo, lac concupiscite. cap. 8. num. 29.

Ex Actibus Apostolorum.

cap. 2. Non enim, sicut vos æstimatis, ebrij sunt cum sit hora diei tertia, cap. 5. num. 15.

Factus est repente de cælo sonus, tanquam venientis spiritus vehementis, & repleuit totam domũ, vbi erant sedentes, & apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis, &c. cap. 7. num. 13. & cap. 25. num. 11.

cap. 3. Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? cap. 6. num. 27.

cap. 7. Mittens autem Ioseph accersiuit Iacobum patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque, cap. 6. n. 37

cap. 10. Surge Petre, occide, & manduca, cap. 2. num. 7.

Surge, & ego ipse homo sum, cap. 3. num. 8.

cap. 13. Et crediderunt quotquot erãt prędinati ad vitam æternam. cap. 4. num. 9.

Discipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu sancto, capite 4. num. 7.

Nunc

cap. 15. Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? cap.9. num.2.

cap. 28. Incrassatum est enim cor populi huius,& auribus grauiter audierũt, & oculos suos cõpresserunt,&c. cap.6, nu.47.

Ex Apocalypsis.

cap. 1. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat, cap.7. num.8. & cap.1. num. 60.

cap. 2. Scio vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam, cap. 6. num. 20.

Vincenti dabo mãna absconditum, & dabo illi calculum candidum, &c. cap.6. nu. 23.

cap. 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatẽ & sapientiam,& fortitudinem, & honorem,& gloriam, & benedictionem, cap.8. nu.5.

cap. 6. Nomen illi mors,cap.9. nu.7.

Abscondite nos à facie sedentis super thronum,& ab ira agni, c.2. num. 21.

cap. 7. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. in obseruationibus, num 11. pag. 7.

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat,ex omnib' gentibus stantes ante thronum, cap.25. num. 8.

cap. 8. Datum est illis, ne occiderent eos, sed vt cruciarent mensibus quinque,& cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij cum percutit hominem, cap. 7. num.4.

cap. 12. Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius,&c. vsque ibi: filiũ eius deuoraret, capite 26. numero 26.


cap. 14. Hi sequuntur agnum quocunque ierit, cap.3. nu.6. & 30.

cap. 16. Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem,& datũ est illi æstu affligere homines,& igni. cap. 4. num. 11.

cap. 20. Et qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut manibus suis,& vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis,cap. 4. nu.3.

cap. 21. Et alius liber apertus est,qui est vitæ, &c. cap.4. num. 9.


Finis Indicis sacræ Scripturæ.




PRÆFA-

PRAEFATIO AVCTORIS SVPER LIBRVM ISAIAE.

IN QVA AGITVR DE CONCORDIA LEGIS & Prophetarum, & quædam obseruationes ad eorum intelligentiam traduntur.



1 Rom.10 QVONIAM finis legis (vt Paulus testatur) Christus est in salutem omni credenti,] oportet ad plenã prophetarum intelligentiam, qui eiusdem legis interpretes, & prædicatores fuerũt eximij, in singulis eorũ oraculis ordinẽ, quem ad Christum habent, maxima attentione perpendere. Omnia namque mysteria, & sacramenta, quæ in lege euãgelica sunt nobis misericorditer exhibita; omnia sub tegumentis quibusdã, & figuris fuerunt in lege antiqua obumbrata, in Prophetis promissa, & aliquatenus explicata. † Vnde S. Augustinus explicãs illud Psal. 126. [Sicut sagitta in manu potentis, ita filij excussorum.] Per filios excussorum intelligit Apostolos filios Prophetarum, eo quod eorum prædicatione excussa sunt, & manifestata mysteria, quæ in Prophetarũ oraculis latebant. Sic enim ait: [Excuti dicimus aliquid, vt exeat inde, quod forte absconditum est. Aliter enim dicimus excuti vestem, vt excutiant inde pulverem; & aliter dicimus excuti saccum, vt illud, quod intus latebat, appareat, & exeat. Ego intelligo fratres quantum possum, filios excussorum, fortasse ipsos Apostolos dictos filios Prophetarum. Prophetæ enim clausa sacramenta, & operta continebant: excussi sunt, vt inde manifestata procederent. †] Quod aperte sanctus Ezechiel, cũ de quatuor rotis loqueretur, insinuat. [Et aspectus (inquiẽs) rotarũ, & opus earum quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earũ, & opera, quasi sit rota in medio rotæ.] Quæ verba explicans B. Gregorius sic ait: [Recte sacra eloquia visioni maris similia narrantur, quia in eis magna sunt volumina sentẽtiarum, & cumuli sensuum.] Et post pauca: [Et quatuor rotarum erat vna similitudo, quia quod prædicat lex, hoc etiam Prophetæ: quod denunciant Prophetæ, hoc exhibet Euangeliũ, quod exhibuit Euangeliũ, hoc prædicauerunt Apostoli per mundum: Rota intra rotam est testamentum nouum intra testamentum vetus: quia quod designauit testamentum vetus, hoc testamẽtum nouum exhibuit. † Et S. Augustinus: [Vetus, inquit, testamentum promissiones habebat temporales, sed significationes spirituales. Si promissa est Iudæis terra promissionis, ipsa aliquid spirituale significabat: similiter si promissa est ciuitas Hierusalem,

Marginal notes: Legis, & Prophetarũ consonantia. — Augus. in Ps. 126. — Ezec. 1. — Greg. ho. 6. in Eze. — Aug. ser. 44. de diuersis. to. 10.

salem, significabat spirituale Hierusalem.] Et infra: [Volebat senex Isaac benedicere maiorem filium Esau, sed benedictio peruenit ad minorem. Mater, id est, Ecclesia dat consilium filio minori, pater in benedictione maiorem intendebat benedicere; sed benedictio peruenit ad minorem. Quid est ergo, quod sub specie maioris benedicitur minor? nisi quia sub figuris veteris testamenti, peruenit benedictio ad populum Christianum? audiunt illi terram promissionis, audimus & nos. Tanquam ad Iudæos videtur Scriptura loqui de Terra promissionis, & ad nos peruenit intellectus terræ promissionis, qui dicimus: Portio mea Domine sit in terra viuentiũ.†] In cuius rei signum, super propitiatorium ex mandato Domini erãt duo Cherubim constituta, se & illud, versis vultibus respicientia: quia duo testamenta, per Cherubim, quod plenitudo scientiæ interpretatur, designata; ita sibi concordãt, & mutuo respiciunt, dum mediatorem Dei, & hominum Christum Iesum, [qui propitiatio est pro peccatis nostris,] intuentur: vt vnum exhibitum denunciet, quod alterũ promisit. Vnde Augustinus: [Lege, inquit, omnes libros propheticos, nõ intellecto Christo, quid tam insipidum, & fatuum inuenies? Intellige ibi Christum, non solum sapit quod legis, sed etiam inebriat, mutans mentẽ à corpore, vt præterita obliuiscẽs, in ea, quę ante sunt, extẽdaris.] Hinc est, quod Zacharias Prophetas viros portendentes appellat, [quia viri, inquit, portendentes sunt.] Hoc est portentorũ spectatores, mysteria magna, & stupenda, Christi videlicet, & Ecclesiæ, multo tempore post futura, verbis & factis designantes; & vt Paulus ait, [à longe ea aspicientes, & salutantes, & cõfitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram.] Inter omnes autem Isaias propheta ita quasi digito illa ostendit, & sigillatim enarrat; vt non futura prædicere, seu prophetare; quod (vt S. Thom. docet) est ea, quæ procul sunt à communi hominum sensu eloqui, sed res iam gestas enarrare videatur. Propter quod B. Hieronymus, illum non tam prophetam, quam quintũ Euangelistam potissimè in mysterijs passionis Christi, & vocationis gentium, appellandũ fore arbitratur. Cuius sententiam confirmat B. Augustinus, immo & B. Ambrosius, id Augustino insinuauit, cum iussit illi, vt legeret Isaiam prophetam, eo quod præ ceteris Euangelij, vocationisq́; gentium sit prænunciator apertior. Cuius prophetiam insignem faciunt, tum generis eius nobilitas, tum etiam vitæ sanctitas, & austeritas, idem S. Hieronymus in epist. 8. de scientia diuinæ legis ad amicum ait: [Futuræ vitæ gloria, pręsentis vitæ incommodis comparatur. Christianis vexilla crucis sunt delitiæ, viri fortes opprobria sciunt portare, non munera. Paupertati, non nobilitati futurorũ beatitudo promittitur: Isaias vir nobilissimus, qui socer Regis Ezechiæ fuisse refertur, iussu Dei nudus incedit?]

2 Sunt autem Prophetarum oracula difficillima, & multis inuoluta obscuritatibus, tum propter innumeras metaphoras, quibus in suis vaticinijs sæpissimè vtuntur, tum etiam propter conscissas, & penè imperfectas sentẽtias, quas habẽt: dum enim de vno loquuntur, ad aliud

Marginalia (left column): Exo. 25 — Christum respiciũt lex, & prophetæ. — 1. Io. 2. a — Aug. to. 9. tract. 9 in Ioan. — Zach. 3. — Prophetę viri portẽdentes dicuntur.

Marginalia (right column): Heb. 11 — Isaias est quintus Euangelista. — B. Tho 3. p. q 7. ar. 8. — B. Hier. in epist. ad Paulinũ de omnib⁹ S. Scripturæ libris, & in præf. sup. Isai. — B. August. 18. de ciuitat. Dei c. 29. to. 5. — Hier. to. 4. epist. 8. — Oracula prophetarum difficilia, & quare.

aliud sermonem transferunt, secũdum quod Spiritus sanctus prout vult, eorum linguam, & spiritum rapit; tum denique propter profunditatem eiusdem Scripturæ sacræ, quæ vnico verbo plura complectitur mysteria. † Ideo magna cũ consideratione, & attentione legenda sunt, ait enim D. Augustinus lib. 2. de Doct. Christiana cap. 6. [Multis & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temerè legunt, aliud pro alio sentientes, quibusdã autem locis quid vel falso suspicentur, non inueniũt: ita obscurè quædam dicta densissimam caliginem obducunt. Quod totum diuinitus esse prouisum non dubito, ad edomandam labore superbiam, & intellectũ à fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plerumque vilescunt.] Et in fine capitis: [Nemo ambigit, & per similitudinem libentius quæque cognosci, & cum aliqua difficultate quæsita, multo grauius inueniri. Qui enim prorsus non inueniunt quod quærunt, fame laborant. Qui autem non quærunt, quia in promptu habent, fastidio sæpe marcescunt. In vtroque autem languor cauendus est. Magnificè igitur, & salubriter Spiritus sanctus ita Scripturas sacras modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret.] † Vnde idẽ Augustinus Volusiano dicenti: [Legi Dei deest, quidquid Augustinum contigerit ignorare.] Respondet: [Primũ igitur hanc de me opinionem facile præsumptam, quæso, deponas. Tãta est enim Christianarũ profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem: si eas solas ab ineunte pueritia, vsque ad decrepitam senectutem, maximo ocio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere.] Et post pauca subdit: [Tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, atque nõ solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quę intelligendæ sunt, latet altitudo sapiẽtiæ; vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimisq; cupiditate discendi hoc contingat, quod eadẽ Scriptura quodam loco habet: Cũ consummauerit homo, tunc incipiet.] Congruaque, & altissima Spiritus sancti, qui locutus est per Prophetas, dispositione factum est, vt tãta profunditate, & obscuritate sacra Scriptura vteretur. Cuius rei duplex solet à sanctis Doctoribus ratio assignari. Primam reddit B. Hieronymus, vt nõ facile pateat sanctũ canibus, & margarita porcis, & prophanis sancta sanctorum. Scriptũ est enim: [Nolite sanctum dare canibus.] Vnde B. Thom. [Ipsa, inquit, occultatio figurarum qua vtitur Scriptura, vtilis est ad exercitiũ studiosorum, & cõtra irrisiones infidelium, de quibus dicitur: nolite sanctum dare canibus.] Vide infra cap. 29. num. 21. Secundam adhibet B. Augustinus, videlicet ad edomandam labore hominum superbiam, & intellectum à fastidio reuocandum, cui facile inuestigata cito, plerumque vilescunt. Vnde idẽ August. lib. 5. de Genesi ad literam cap. 3. ait: [Sacra Scriptura profundè loquitur, vt altitudine superbos irrideat, profunditate attentos terreat, veritate magnos pascat, affabilitate paruulos nutriat.

Aug. epi. ad Volus. to. 2.

Profunditas sacræ Scripturæ.

Eccl. 18

B. Hiero. sup. Nahum. c. 3.

Mat. 7.

B. Tho. 1. p. q. 1. ar. 9 ad 2.

Augu. to. 3. li. 2. de doc. Christia. c. 6.

3 Propter quod (vt optime adnotauit B. Gregorius) Scriptura sacra, nunc panis, nunc aquæ nomine desi-

B. Greg. hom. 10. in Ezech. in princ.

Eccl.15 deſignatur, ſecundum illud. [Cibabit eum pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapiētię ſalutaris potabit eū.] Vnde etiam Dominus per quemdā

Amos 8 prophetam, ait: [Mittam famem in terram, non famem panis, nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.] In rebus enim, & locis apertioribus aqua eſt, & potus. Potum namque abſque vlla difficultate, & labore, etiam nō mandendo, nec maſticando glutimus. Apertiora ergo mandata bibimus, quia etiam non

Scriptura ſacra nūc panis, nūc aqua dicitur. expoſita intelligere valemus. In locis autem obſcurioribus, panis eſt, & cibus, quia niſi frangantur, & exponantur, & veluti cibus multo labore maſticentur à nobis, intelligi nequeūt. Vnde quia multa Ezechiel propheta obſcura, atque perplexa erat auditurus, nequaquam ei de ſacro volumine dicitur, bibe,

Ezec.3. ſed comede. [Fili hominis quodcumque inueneris comede, comede volumen iſtud, & vadens loquere filijs Iſrael.] Propter quod de eodē volumine, quo propheta erat cibandus, dicitur, cap.2. eiuſdem Prophetæ, quod erat inuolutus liber, ſcriptus intus & foris. Inuolu-

Greg.ho.9.in Eze. tus quidem, quia (vt ait Gregor.) profunditate ſententiarum inuoluitur, vt non facile ſenſu omnium penetretur, intus ſcriptus, per allegoriam, foris per hiſtoriam: intus per ſpiritualem intellectum, foris autem per ſenſum literæ ſimplicē, adhuc infirmantibus in via congruentem. In patria verò, vbi nullus erit infirmus, nullus paruulus, nullus ſuperbus, panis iſte totus vertetur in potum, Propheta dicē-

Pſal.35 te: [Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrēte voluptatis tuę potabis eos:] quia, vt Auguſtinus ait: [tunc nullo labore diſputandi, & ſermocinandi, quaſi frangendi, atque mandendi opus erit; ſed ſolo hauſtu ſinceræ, & perſpicuę veritatis.] Aug.to.4 lib 2. de ſerm Dñi in monte c.17. †Quædā igitur ſunt in Prophetis, quæ facile inueſtigare, & intelligere poſſumus. Quædam autem altiora, quæ ſcrutari non licet, ſed humilitate venerari, & fide integra deglutire. In cuius ſignum agnum manducantibus pręcipitur: [Caput Exo.12 cum pedibus eius, & inteſtinis vorabitis; nec remanebit quicquam ex eo vſque mane, ſi quid reſiduum fuerit igne comburetis.] Quæ verba exponens Gregorius Niſſenus: Greg Niſſen. in enarrat. vitæ Moſeos, circa medium. [Ex igne, inquit, ſolum cibus nobis propoſitus eſt, quoniam fides, quæ per cibum illum ſignificatur, ardentiſſima eſſe debet, nihil humidum, aut labile, ac fluens poſſidens, ſed firma ac ſtabilis, ex qua comedemus quantum nobis poſſibile: oſſium autem, ac durum nobis igni tradimus, quod quale ſit inſpiciatur.] Illud teneamus duo eſſe præceptorum diuinorum genera, nam alia huiuſmodi ſunt, vt poſſibile nobis ſit ea intelligere plenè, probabilemq; de ipſis reddere rationē. Hæc non ignauiter, nec quaſi coacti pertractare debemus, ſed vt fameſcentes comedunt cum deſiderio, ſcilicet, & libenter, vt ad bonā nobis hic cibus valetudinem animæ poſſit prodeſſe. Alia ſic latent, vt duriora ſint, quàm vt vel plenè Scripturę ſacræ loca obſcura nō ſūt curioſe ſcrutāda. intelligere, vel reddere rationem queamus: vt ſi quis quæreret quænam ſit ſubſtantia Dei, quæ ſit neceſſitas eorum, quæ fiunt, aliaq; quamplurima, quæ curioſè multi quærunt, hæc omnia Spiritui ſancto relinquens, [qui Dei profunda 1.Cor.2 inueſtigat, & ſcit,] vt Apoſtolus ait. Nam ignem pro Spiritu capi plerunque in ſacris litteris, nemo

lacte

facte ipsarum nutritus, negabit. Hoc est etiam, quod Sapientia monet: [Altiora te non quæras,] id est, noli ossa Christi conterere, nō enim eges scientia ipsorum. *Eccl. 3.*

4 Aggressurus igitur Isaiæ prophetæ expositionem, in quo sunt quamplurima difficilia intellectu, magnis obscuritatibus clausa, atque inuoluta, & quibusdam mysteriorum nodis ligata, multo labore vti opus erit in euoluēdis voluminibus sacris, antiquis Doctoribus perlegendis, atque eiusdem Prophetæ præcipuis cōmentatoribus consulendis: vt sic tandem fractus cibus iste, & masticatus in stomachū eorum, qui præsens opus videre dignabuntur, facile, & cum quadā interioris hominis suauitate, & dulcedine traijciatur, & omnibus Christi fidelibus in aliquale nutrimentum spirituale esse possit. Frangant ergo nobis panem hunc sancti Ecclesiæ Doctores, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, & Angelicus Thomas, S. Chrysostomus, Bernardus, & alij, qui Spiritu sancto inspirante, de altissimis eloquij sacri mysterijs profundissimè loquuntur, & quæ à Deo misericorditer acceperunt, nobis liberaliter in scriptis largiti sunt. Ipsi enim sunt candidi, & fortissimi Ecclesiæ dentes, (vt inquit B. Augustinus) per quos spiritualis cibus in stomachum Ecclesiæ, & fideliū omnium traijciendus, masticandus est. Frangat & Christus ipse, qui sanctis Apostolis aperuit sensum, vt intelligerent Scripturas, qui & sancto Ezechieli inuolutum librum expandit; si enim Dominus, cuius est panis, illum non fregerit: continget nobis, quod de alijs scriptū est: [Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.] Hinc B. Bernardus: [Frāge, inquit, ò Domine Iesu pijssime esurientibus panem tuum, meis quidem si dignaris manibus, sed tuis viribus: id enim à benignitate tua speratur.] Frangat denique ipse Spiritus sanctus, qui per Prophetas nobis est loquutus. Eodem namque spiritu, quo Prophetarum oracula fuere cōscripta, debent interpretari Apostolo dicente: [Alij quidem per Spiritū datur sermo sapientiæ, alij prophetia, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, hæc autem omnia operatur vnus, & idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.]

Doctores sunt Ecclesię dētes. Aug. to. 8 sup. Psal. 3. & 77. Luc. 24. Ezec. 2. Tren. 4 Bern. ser. 1. in Cāt. 1. Cor. 12

Obseruationes ad intelligentiam Prophetarum prænotandæ.

1 QVamuis ad intelligentiam Scripturæ sacræ, multæ regulæ obseruatione dignissimæ, soleant ab eius expositoribus constitui, potissimè à S. Augustino, à Sixto Senensi, à Pagnino in Isagoge ad mysticos scripturæ sensus, à Georgio Edero in œconomia bibliorum, quas quidem regulas cū alijs pluribus in vnū colligit quidā modernus auctor nomine Martinus Cantapetrensis, in regulis sacræ Scripturæ; nihilominus in præsenti aliqua sunt obseruanda, quæ specialiter ad intelligentiam Prophetarum deseruire videntur.

Regulæ ad intelligendam Scripturam.

Primo obseruandum, quod (vt docet S. Augustinus, & S. Gregorius) non solum dicta, & verba, sed etiam vita ipsa, & facta Prophetarum, prophetiæ sunt. Dicit enim August. loco citato Fausto: [Patriarchas, & Prophetas calumnia-

S Aug li. 22 contr. Faustum. c. 24. S. Greg. 22. mor. c. 21. & hom. 11. in Ezech.

tis, sed ego ostendam vobis Deo vestro esse meliores, quorum non tantum lingua, sed etiam vita prophetica fuit: & non solum in ijs, quæ dicebant, sed etiam in ijs, quæ faciebant, prophetabant, quia omnia figuræ nostri fuerunt.] Quod in Hieremia, Ezechiele, & Osea videre licebit. Præcepit Dominus Hieremiæ, vt accipiat lumbare, & abscondat illud in foramine petræ ad Euphratē, vt ibi putrefiat. Exequitur Propheta mādatum Domini, & statim ad illum sermo factus est. [Hæc dicit Dominus, Sic computrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Hierusalem multam, &c.] Ecce factum Hieremiæ aliquid prophetice designabat. Multa alia exempla consimilia inuenies apud Ezech. cap. 4. & 5. quæ in eodem contextu explicantur. Dixit Dominus ad Oseam: [Vade, sume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationis.] Obtemperat Propheta, & fecit tres filios, & cum tertius filius natus est; statim Dominus ad Oseā: [Voca (inquit) nomen eius absque misericordia;] vt hoc facto significaret prophetice reprobationem populi Iudaici, qui Christum Dei filium abnegauit. Quare, cum ex mandato Domini aliquid Prophetæ perficiunt, considerandum est quid factum illud significet: vt latētia in illo mysteria manifesta fiant. Cum enim auctor sacræ Scripturæ sit Deus, in cuius potestate est, vt non solum voces ad significandum accommodet (quod etiam homo facere potest) sed etiam res ipsas, & facta, vt docet S. Thomas, vocibus, & rebus, verbis, & factis vtitur ad multa mysteria designanda.

Hier. 3

Prophetarum facta prophetiæ sunt.

Ezec. 4. & 5.

Osea 1.

S.Th. 1.p. q.1.a.10.

6 Secundo obseruandū id, quod Ioānes Driedo aduertit, multoties Prophetas recitare historias tam rerum præsentium, quā gestarum tempore præterito velut vmbram & typum eorum, quæ futura sunt: in quibus non sunt ita referenda, quæ Prophetæ narrant ad futura, vt historiæ veritatem negligamus. Vtrumque enim Spiritus sanctus intendit, & historiæ veritatē enarrare, & per illam futurum aliquod mysterium obumbrare. Narrat Isaias cap. 7. veram historiam, iuxta quam duo illi reges Rasim, & Phacee obsederunt Hierusalem, & volebant debellare eam, ita vt in magnas angustias Achaz esset coniectus. Ad quem Dominus, [Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum, &c.] significans velle sua misericordia illum ab imminenti periculo liberare. Hæc omnia secundum rei veritatem gesta fuere, sed tamen (vt infra patebit suo loco) significare voluit prophetice Spiritus sanctus futuram libertatē, qua Christus Dominus à tyrannide principis tenebrarum vniuersum mundum per peccatum inuadentis, & occupantis, genus humanum misericorditer eripuit, iuxta illud quod scriptum est: [Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.] In his ergo, & consimilibus locis, ita ad futura mysteria, quæ designantur, est habendus respectus, vt nihil veritatis historiæ prætermittatur.

Driedo libro 3. de Eccl. Script. tract. 1. c. 5.

Historiæ sacræ prophetiæ sunt multoties.

Ioa. 12.

7 Tertio obseruādum, quod (vt adnotauit S. Chrysostomus) multa dicuntur sæpissimè in Prophetis de vno, & adimplentur in alio. Dicitur de Simeon, & Leui: [Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel:] hoc tamen in eis, qui de stir-

Chrys. homil. 8. in Mat to. 2

Gen. 49

pe

pe Simeon & Leui nati sunt, adimpletum fuit. Similiter dixit Dominus ad Dauid, loquens de Salomone: [Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius: ipse ædificabit domum nomini meo: & stabiliam regnum eius vsque in sempiternum, ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium.] Et tamen hæc promissio in Christo Domino filio Dauid potius, quàm in Salomone adimpleta est, vt latissimè ostendit S. August. de ciuit. Dei. Vnde S. Paulus ad probandum Christum Iesum esse Dei filium naturalem vtitur testimonio adducto ex lib. 2. Regũ. [Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.] Quod argumentum profecto inefficax esset, nisi Scriptura intenderet, quod illud promissum erat in Christo potissimè adimplendum.

2. Reg. 27

Aug. lib. 17. de ciuit. Dei, c. 8. & 9. tom. 5.

Heb. 1.

8 Quarto obseruandum cum S. August. quòd multoties Prophetæ, cum aliquid futurum vaticinãtur, loquuntur per modum prẹteriti, vt Psal. 21. [Foderunt manus meas, & pedes meos: & dinumerauerunt omnia ossa mea.] & Isaia: [Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis.] Seruant autem istum modum loquendi ipsi Prophetæ, tum propter maximam certitudinem prophetiæ, ad insinuandum, quod ita infallibiliter eueniet, quod prædicunt, ac si iam factum, & completum proprijs oculis cerneremus; tum etiã quia in dispositione diuina iam factum erat & exhibitum, quod Prophetæ annunciant fore exhibendum, quam rationem assignat S. Augustinus lib. 3. citato.

Aug. lib. 3. contra Maximi. c. 23. to. 6

Psal. 21

Isai. 9.

Prophetẹ de futuro loquũtur per modũ prẹteriti, ꝓpter certitudinẽ prophetiæ.

9 Quinto obseruãdum, esse valde attẽdendum ad tempora, in quibus Prophetæ claruerunt, vtrum ante captiuitatem, vel post, an in ipsa captiuitate prophetauerint, & ad reges, qui ipsis prophetantibus regnauerunt, & ad loca, in quibus Prophetarum officio functi sunt: Nam (vt adnotauit Montanus) hæc omnia quamplurimum conducunt ad Prophetarum oracula intelligẽda, in quibus multoties cõtra Reges loquuntur, eorum crimina arguendo. Quòd si res gestas per eosdem Principes, de quibus in libris Regum fit mentio, ignorare cõtingat: & Prophetarum oracula ignorare, necesse erit. Attendendum est etiam ad cõtemporaneos Prophetas, qui eodem tempore vaticinati sunt; vt ex eorum collatione cuiuslibet interpretatio planior reddatur, atque facilior. Claruerunt autem omnes canonici Prophetæ (vt B. Augustinus & Gregorius Naziãzenus docent) tempore intermedio inter legem datam, & Christi aduentum. Tempore autem primi tẽpli (vt notauit Nicolaus de Lyra) cæperunt discurrere per Iudæam: sed postea populus Iudaicus caruit Prophetis per trecẽtos annos ante aduentũ Baptistæ. Ex illis (teste B. Hieronymo) quidam prophetauerunt ante captiuitatem filiorum Israel, videlicet, Isaias, Oseas, Ioel, & Amos: quidam post captiuitatem, vt Daniel, Aggæus, & Zacharias; inter quos etiam connumeratur à beato Augustino Malachias: Quidam captiuitate imminente, sicut Hieremias in terra Iuda, & Ezechiel in Babylone. Igitur Isaias, vt constat ex primo capitulo illius, prophetauit in Iudæa, & Hierusalem, regnantibus Ozia, Ioatham,

Montan. Oseæ 1. in illa verba, in diebus Oziæ.

Aug. 18. de ciuit. Dei. 27. & infra vsque ad 35.

Nazianz. in apologet.

Lyra Isa. 35. in illa verba Lætabitũ deserta.

Hier. sup. c. 1. Hier.

Aug. 18. de ciuit. 35.

Athaz, & Ezechia Regibus Iudæ. Habuit contemporaneos Oſeam, Ioelem, Amos, & Micheam, vt ex initijs eorumdem Prophetarum liquet: fatentur enim ſe ſub eiſdem Regibus, ſub quibus Iſaias ſuam prophetiam edidit, propheta ſſe; quod ſpecialiter de Ioele B. Hieronymus teſtatur: Nec tamen propterea exiſtimãdum eſt, Iſaiam ante omnes alios Prophetas ſuam prophetiam edidiſſe, quia in canone Bibliæ reliquos ordine præcedit, & in capite omnium collocatur. Etenim (vt Georgius Ederus docet) ante illum claruerunt Abdias, Ionas, Micheas, & Oſeas. Propter dignitatem autem prophetiæ, & quoniam plura de Chriſto, & myſterijs gratiæ vaticinatur, quàm alij: primo loco in canone Bibliæ conſtituitur.

Hier. ſup. c. 1. Iſai.

Eder. ſup. Iſai.

10 Sexto obſeruandum, quod in Scriptura ſacra, & maximè in Prophetis non tantum ſententiæ, ſed & verba ſingula ſunt profunda meditatione penſanda, & magna attentione ponderanda. Quod & ipſe Iſaias inſinuaſſe videtur: [Vbi eſt, inquiens, literatus? Vbi eſt legis verba ponderans? Vbi eſt Doctor paruulorum?] Quaſi dicat, à Doctoribus & literatis, verba legis eſſe ponderanda, & latentia in illis myſteria ſollicitè perquirẽda. Hinc Bernardus ait: [Plena ſunt omnia Scripturæ verba ſupernis myſterijs, ac cæleſti ſingula dulcedine redundantia: ſi tamen diligentem habeant inſpectorem, qui nouerit ſugere mel de petra.] In huius ſignum (vt adnotauit B. Chryſoſtomus) cibus de cælo miſſus Patribus in deſerto, qui figuram habet verborum Dei, quo animæ reficiuntur, manna dicebatur, quod interpræ-tatur Hebraicè, quid eſt hoc? vt quotieſcumque audierimus verbũ aliquod, admoneat nos ipſum nomen perquirere: quid eſt hoc, quod audimus. Sic erimus animalia ruminantia, quę in lege reputabantur munda: Quia (vt explicat beatus Thomas) illi pro animalibus mundis ſunt habendi, qui Dei verba ſæpe in faucibus voluunt, vt latentia in illis myſteria deguſtent.

Iſai. 33

Ber. ho. 1 ſup. Euangel. Miſſus eſt.

Chryſoſ. ho. 41. im perf. col. 2. to. 2.

Exo. 16

Leu. 11.

S. Tho. 1. 2. q 102. ar. 6. ad 1.

11 Septimo eſt obſeruandum cum B. Auguſt. Greg. & Origene, quòd quandocumque verba ſacra poſſunt in proprietate ſermonis accipi: non ſunt metaphoricè interpretanda; ſed in ſenſu literali, vt ſonant, accipienda. Si verò aures pias talis interpretatio propria offendat, vel alteri loco Scripturæ ſacræ contradicat, tunc erunt verba per tropum, & metaphoram in ſenſu literali intelligenda, Senſus enim literalis eſt, qui immediate per verba intenditur à Spiritu ſancto; ſiue in ſignificatione propria, ſiue in metaphorica verba accipiãtur. Subijciamus exemplum. Dicitur de Deo: [Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Veſtimenta eius quaſi nix candida, & capilli capitis eius, quaſi lana munda.] Verba hæc nõ poſsũt in proprietate ſermonis interpretari. Cum enim Deus Spiritus ſit, & purus actus, nec caput humanum habet propriè, nec capillos, nec veſtimenta. In ſignificatione ergo impropria hæc ſunt per metaphoram accipienda. Etenim (vt dicit Auguſtinus) per caput Dei, ipſam eſſentiam diuinitatis illius, qui omnia præcedit, & cui omnia ſubiecta ſunt, debemus intelligere, per capillos Dei albos, antiquitas, & æternitas illius deſigna-

Aug. 3. de doc. Chr. cap. 5.

Greg 21. mor. 1.

Orig. ho. 1. ſup. Geneſim.

Dan. 7.

Ioan. 4.

Aug. lib. de eſſent. diuinit.

gna-

gnatur. Per vestimenta candida quasi nix, vniuersi electi significantur metaphoricè, de quibus scriptū
Apoc.7. est: [Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.] Sunt enim omnes electi veluti ornamenta Dei, & vestimenta Christi, Propheta dicen-
Isai.49 te: [Viuo ego, dicit Dominus: quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circūdabis eos tibi.] Quia sicut vestimenta ex se frigida cum sint, à corpore tamen calorem accipiunt, quem postea reddunt eidē: ita & electi à Christo Domino charitatis ardorem participant, quem tamen statim reddunt illi, immortales gratias Deo, à quo bona cuncta procedunt, agentes sine intermissione, & gloriam illius, & non suam propriam quærentes. Vnde
S.Tho. 1. p.q.1. ar. 10. ad 3. (vt docet B.Thomas) in omnibus parabolis sensus literalis non est ille, quem verba materialiter, & grāmaticaliter sumpta significant: sed qui per ipsam parabolam intenditur à Spiritu sancto.

12 Octauo obseruandum, ea quæ in prophetis difficiliora fuerint, per ea quæ magis perspicua sunt, & plana, interpretanda esse, conferendo vaticinium Prophetæ cum his, quæ de eadem materia in veteri testamento, & in lege Euangelica habentur conscripta. Quo-
In procemio nu.1 niam (vt supra diximus) cum vtroque testamēto Prophetæ consonāt. Vnde ex vtroque intelligētia prophetiæ subobscuræ colligenda est.
Pro.16 Iuxta quod & Sapiens ait: [Diuinatio in labijs eius,] ac si diceret. Ex labijs Dei vera intelligentia Scripturæ sacræ accipienda est, idq; quasi diuinando, quoniam profunditatem eius, & latentia mysteria; dum sumus in hac vita ex parte cognoscimus, & non perfectè. In labijs, inquit, eius, id est in vtroque testamento, nouo, & veteri, quæ (vt docet beatus P. Augustinus) sunt duo labia Dei sibi inuicem cohærentia, per quæ Deus nobis semper loquitur, & vnum sine altero verbum aliquod non profert. Aug. lib. de essent. diuin. to. 4.

Capita octo, ad quæ reducuntur generaliter omnia, de quibus Prophetæ loquuntur, vel annunciant.

13 VT autem propius ad materiā huius prophetiæ accedamus, obseruandum est cum Georgio Edero, quod omnia, quæ Prophetæ loquuti sunt, & nobis scripta reliquerunt, ad octo capita potissimè reducuntur, videlicet. Ederus in œconom. biblior.

Ad
1 Historias.
2 Vaticinationes.
3 Exhortationes.
4 Minas.
5 Pollicitationes.
6 Preces.
7 Luctus.
8 Consolationes.

Quæ omnia sunt in præsenti breuiter explicanda, exempla in Isaia subijciendo, quibus & distributio prophetiæ in suas partes, & materia de qua agit; & prophetæ potissimus scopus ad quem omnia ab illo conscripta destinantur, manifestus fiat.

14 Primum ergo caput cōtinet historias. Aliquando enim Prophetæ res gestas enarrant, aut verò ab alijs scriptoribus sacris iam enarratas

ratas commemorant: vt per illas mysterium aliquod propheticè designent. In hac materia frequens est Isaias. Etenim in cap. 7. historiã refert, quæ commemoratur 4. Regum 16. de Rasin Rege Syriæ, & Phacee filio Romeliæ Rege Israel ascẽdentibus in Hierusalem, vt debellarent eam. Item etiam cap. 36. commemorat historiam, quæ enarratur 4. Regum 18. & 2. Paralipomenon 32. de Sennacherib Rege Assyriorũ, qui ciuitates Iuda munitas debellauit, & cæpit. Præterea in cap. 37. refert tristitiã, qua Ezechias fuit affectus, cum dictum est

Isai. 37 illi: [Dispone domui tuæ, quia morieris.] & orationem humilem illius, mortem Sennacherib, qui à filijs fuit occisus, & stragem magnã ab Angelo factam, centum octoginta quinque millia virorum exercitus illius perimente. Lege totum caput 38. & 39. Prophetæ, in quibus alias plures refert historias in lib. 4. Regum enarratas prius, potissimè Ezechiæ ægritudinem, & qualiter eius vitæ quindecim annos adiecerit Dominus.

15 Secundum continet vaticinationes, quibus Prophetæ ea, quæ procul sunt à communi hominum sensu annunciant; siue præterita explicando, siue præsentia ostendendo, siue prędicendo futura. Prophetauit de præterito Moyses, cum

Gen. 1. creationem mundi in principio factam descripsit. De præsenti vaticinatus est Propheta ille, & plusquã

Ioan. 1. Propheta Ioannes Baptista. [Ecce, inquiens, Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.] Cuius verbis tantam vim Dominus contulit, vt

Chrys. homil. 17. in Ioan. to. 3. illis (teste Chrysostomo, immo, & Euangelista referente) duos Apostolos, quorum vnus erat Andreas frater Simonis Petri, ad Christum conuerterit. De futuro autem quãplurima sunt præloquuti omnes Prophetæ, inter quos Isaiæ debetur palma. Est enim frequentissimus in hac materia. Legi, & perlegi pluries totam illius prophetiam, qua potui attentione singula verba notando: & nullum ferè caput reperi, in quo mysterium aliquod, ex his quæ ad legem gratiæ pertinent, nõ annunciet. Discurramus per singula. In capite primo infirmitatem legalium, & eorum abolitionem (adueniẽte lege gratiæ) denunciat, & sacramentorum efficaciam repromittit. In capite secundo vaticinatur quamplurima de aduentu Christi, & de prædicatione Euangelij, summã pacem, qua illud obseruantes perfruentur, annunciando, ita vt nulla sit linea, verbum nullũ vacans mysterio. In capite 4. prædicit septem Ecclesias, de quibus Apocalyp. 1. fit mentio, sub vno viro Christo gubernandas forè, & aqua baptismali abluendas. Et vt multa vnico verbo percurram, de conceptione Christi agit cap. 7. De Natiuitate illius, vaticinatur cap. 8. 9. 11. & 52. De Vocatione gentium, & reprobatione Iudæorum multa prædicit cap. 35. 49. 60. & 62. De Baptismo loquitur cap. 12. 41. 44. & 55. De Prædicatione Christi prophetat cap. 49. & 61. De Passione Christi quid enarrant omnes quatuor Euangelistæ, quod vnus Isaias cap. 50. 52. 53. & 57. non fuerit præloquutus? Denique de Ascẽsione Christi, & admirabili fructu passionis eius in cap. 63. apertissimis verbis eadẽ, quæ omnes Euangelistæ narrant, denunciat, vt in singulis locis patebit amplius.

16 Tertium caput complectitur pro-

prophetarum exortationes. Cum enim fuerint prædicatores legis antiquæ, ad obseruantiam eiusdem legis populum hortantur, illam explicando, interpretando, & transgressorum peccata acriter arguendo. Quæ omnia ad doctrinas pertinent, & exortationes. In hac materia quamuis non sit multum frequens Isaias, aliqua tamen, quæ ad illam pertinent, suæ prophetiæ intermiscet. Vt est illud: [Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis, &c.] Et cap. 3. [Populum meum exactores sui spoliauerunt.] Et infra: [Vos depasti estis vineã meã.] cap. 5. [Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas.] & cap. 22. [Et vocauit Dominus in illa die ad fletum, &c.] Et cap. 55. [Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, &c.] Denique totum caput *56. 58.* & *66.* ferè in exortationibus, & doctrinis consumit Propheta.

Isai. 1.

17 Quartum caput cõtinet minas, in quibus sunt Prophetæ frequentissimi, cum videlicet pœnas inferendas legis transgressoribus cominantur. Quia enim lex antiqua, lex erat timoris, metu pœnæ populum duræ ceruicis à peccatis retrahebat. Vnde & Deus vltionum antiquis erat Dominus, qui modo nobis Pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis. Huiusmodi autem cõminationes, & minas innumeras apud Isaiam reperies. Sed vt facile omnes possis memoriæ retinere, in tres partes diuidere poteris. In prima inuehitur Propheta contra populum Iudaicum, aliquando contra duas tribus illius regni seorsum, aliquando cõtra decẽ tribus separatim, aliquando contra omnes permixtim, quibus ob varia crimina, diuersas pœnas futuras propheticè denunciat, nunc Hierosolymitanam euersionem, nunc captiuitatem Babylonicam vaticinando, prçcipuè propter peccatum idolatriæ, de quo cap. 2. ab illo versiculo, [Proiecisti enim populum tuum,] vsque ad finem capitis, & toto cap. 3. 5. & 22. in quo sub hoc nomine, [Onus vallis visionis,] loquitur contra Sacerdotes, & Regnum Iudæ. Deinde annunciat euersionem, & destructionem factã per Salmanasar, & alias pœnas inductas populo Israel propter peccatum superbiæ, ebrietatis, incredulitatis, & similia; ac demum quoniam Prophetarum oracula, & Dei promissa irridebant, illius auxilium pro nihilo habentes, & ad Regem Ægypti cõfugientes, vt eos ab imminentibus periculis liberaret, de quo agit cap. 29. [Væ Ariel,] id est, væ Hierusalẽ, cap. 30. [Væ filij desertores.] & cap. 31. [Væ qui descendunt in Ægyptũ.] & de hac materia sermonem intermiscet in omnibus ferè duodecim capitulis prioribus, vt in commentarijs patebit infra. Denique in speciali regi Ezechiæ captiuitatem Babylonicam cõminatur, eo quod Babylonijs omnes diuitias suas superbè ostenderit. De hoc agit cap. 38. In secunda parte comminationum loquitur Isaias aduersus exteras nationes, finitimas tamen populo Iudaico, illiq; adiacentes: quibus etiam ob sua peccata pœnas maximas comminatur, potissime propter iniustitiam, & immanitatem, qua filios Israel oppresserunt, & propter superbiam, qua arroganter erecti sunt, fortitudini brachij sui, & nõ Deo partas victorias tribuen-

Psal. 93

Prima pars comminationum.

Secunda pars comminationum.

buentes. Continet autem hæc pars decem onera. Primùm loquitur contra Babylonios, quorum destructio facta per Cyrum, & Darium prædicitur cap. 13. & 14. Vbi etiam inuehitur Propheta contra Nabuchodonosor Regem Babylonis. Secundũ onus est contra Philisthæos, de quo agit eodem cap. 14. circa finem ab illo versiculo. [Ne læteris Philistæa, &c.] Tertium est contra Moabitas cap. 15. ibi, [Onus Moab, &c.] Et cap. 16. [Audiuimus superbiam Moab, &c.] Quartum est contra Damascum, & cõtra Syros, & habetur cap. 17. per totum. Quintum onus loquitur contra Æthiopes, & Ægyptios cap. 18. 19. & 20. Sextum contra Assyrios & Babylonios cap. 21. Septimum contra Idumæos eodem cap. versic. [Onus Duma.] Octauum contra Arabes, habetur etiam eodem cap. versiculo. [Onus in Arabia.] Nonum contra Regnum Iudæ cap. 22. Decimũ contra Tyrum cap. 23. In tertia parte comminationum, loquitur Isaias cõtra vniuersam mundi machinam, diẽ vniuersalis iudicij annunciando, iram Iudicis, & pœnas damnatorum: electorum gloriam, & alia plurima ad iudicium pertinentia mirificè describẽdo cap. 24. 25. 26. & 27.

Tertia cõminationum pars.

18 In quinto cap. reponuntur omnes pollicitationes, & promissiones, quibus Prophetæ ad obseruantiam legis populum inducebant. His plenus est liber Deuteronomij, maximè cap. 28. & nonnullas etiam apud Isaiam inuenies, vt cap. 1. [Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.] Et in alijs capitulis allegatis num. 17. aliquas pollicitationes miscet inter minas.

19 Sextum cap. continet pias preces, quibus prophetæ ad Deum intercedebant pro populo, sicut Moyses, implorando bona, aut vero suis orationibus mala ab illo auertendo. In hac materia etiam Isaias est frequens, præcipuè cap. 16. [Emitte agnum Domine dominatorem terræ.] & cap. 37. [Et oraui ad Dominum, dicens.] Et cap. 64. [Vtinam dirumperes cælos, & descenderes.]

20 Septimum caput complectitur luctus, quibus Prophetæ calamitates populi deplorabant. Id quod inter omnes lugubri voce in Threnis efficit Hieremias. Neque Isaias in hac parte est deficiens. Aliqua enim consideratione digna in illius prophetia reperiuntur, sicut est illud: [Recedite à me, amarè flebo. Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitatem filiæ populi mei.] Et cap. 24. [Secretum meum mihi, Væ mihi?] *Isai. 22.*

21 Octauũ caput continet consolationes. Sæpe namque Dominus per Prophetas verbis misericordiæ, & benignitate plenis, iustos alloquitur: ne inter peruersos puniti nimia tristitia deprimantur. Ad hoc caput pertinet illud Isaiæ 3. [Dicite iusto quoniam bene.] Et Isai. 10. [Noli timere populus meus habitator Sion.] & cap. 30. [Canticũ erit vobis, sicut vox sanctificatæ solẽnitatis.] cap. 33. [Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ, &c.] & cap. 40. [Consolamini, consolamini popule meus.] Lege cap. 51. & 52. & videbis Prophetã iustos alloquentẽ, & dulcioribus verbis super mel & fauũ ipsos consolantem, ne deficiant, ne tristitia absorbeantur, ne sequantur peccatorũ vestigia, & pereant in æternũ.

Di-

Distributio totius Prophetiæ.


22 QVoniam (teste B. Hieronymo) potissima Isaiæ intentio, & scopus, ad quem omnia, quæ dicit, destinantur, est agere de admirabili regno Christi, quod ad deiectionem superborum, & exaltationem humilium ordinatur, iuxta illud, quod in suo cantico beata Virgo decantat, cum ait: [Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles:] in duas partes principales præsens prophetia diuiditur.

Scopus prophetæ.

Luc. 22.

In prima simul cum Christi mysterijs, & statu Ecclesiæ, eius sacramentis, & alijs multis, quæ regnũ Christi concernunt, describitur impiorum deiectio, & Iudæorũ, aliarumq; finitimarum nationum punitio, à capite primo vsque ad quadragesimum. In secunda parte agitur de humilium exaltatione, & reparatione electorum, & consolatione, atque de libertate illis concessa per Christum Dominum à peccato, & per Cyrum Regem ab exilio, à cap. 40. vsque ad 66. Prima autem pars in quinque membra subdiuiditur: Primum loquitur contra Iudæos, eorum ruinam, & punitionem denunciando à cap. 1. vsque ad 12. Secundum contra exteras nationes, & finitimas à cap. 13. vsque ad 23. Tertium contra vniuersam mundi machinam vltimam iudicij diem prædicendo, à cap. 24. vsque ad 27. Quartum specialiter contra Sacerdotes, & Iudæorum Principes vaticinia Prophetarum illudentium, à cap. 28. vsque ad 32. Quintũ contra quasdam singulares personas, videlicet contra Sennacherib cap. 33. & 36. & contra Ezechiam cap. 38. 39. de quo multa historicè narrat Propheta, vt eius perfectionem, pœnitentiam, & orationem ad Dominũ cap. 37. Infirmitatẽ quoque, à qua misericordia Dei (quindecim annis ad vitam illius adiectis) liberatus est, cap. 38. Nec obliuiscitur Propheta in capitulis præallegatis miscere sermonem de mysterijs redẽptionis nostræ, de vocatione gentium, de pace, & tranquillitate futura inter illos, qui perfectionem euangelicam fuerint amplexati: de conceptione Christi, de natiuitate illius ex Virgine, & gaudio fælicitatis æternæ, vt verax inueniatur qui dixit: [Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.] Secunda autem pars principalis etiam diuiditur in duo membra, vt suo loco (Deo dante) patebit. Vnde nostra commentaria in septem libros distribuenda erunt, iuxta totidem membra supra posita. Tres tantum primus tomus continebit, à capite videlicet primo vsque ad vigesimũ sextum: reliquos vero pro secundo tomo reseruabimus.

Abac. 3.



LIBER

LIBER PRIMVS COMMENTARIORVM IN ISAIAM PROPHETAM.

Auctore

F. DIDACO ALVAREZ METINENSI,
prouinciæ Hispaniæ, Ord. Præd. Archiepiscopo
Tranensi, & Salpensi, quondam Romæ in
Collegio S. Thomæ super Mineruam
S. Theolog. professore, & Regente.

DE IVSTA IVDAEORVM PVNITIONE.



PROPHETIA ISAIAE.

De auctoritate, & expositoribus huius prophetiæ.



NVLLVS absque Fidei præiudicio, dubitare poterit, an liber iste sit canonicus, vel ab Isaia editus; cum vtrumque sit in multis concilijs definitum. Etenim in canone 84. Apostolorum, in Concilio Florentino decreto super vnione Arm. in Concilio Cartaginensi tertio, canone quadragesimoseptimo, & nouissimè in Concilio Tridentino sessione quarta, prophetia Isaiæ inter libros canonicos computatur, & Isaiæ adscribitur. Inter Doctores autem, qui super Isaiam scripserũt, sensum illius literalem explicant optime S. Hieronymus, S. Thomas, Eusebius Cæsariensis, Haimo, Hector Pintus Lusitanus, Adamus, & Franciscus Forerius. Mysticum verò, Origenes, S. Ambrosius, & Rupertus Abbas. Sanctus etiam Augustinus, S. Chrysostomus, Basilius, Bernardus, & Cyrillus Alexandrinus in varia Isaiæ loca, scripserunt. Nos autem breuitati studentes, difficiliora tantum, & quæ Cõcionatorum vtilitati magis accomodata fuerint, dilucidabimus, sanctorum Patrum dictis, & sententijs inhærendo.



CAPVT

CAPVT PRIMVM.

3 VISIO Isaiæ 4 filij Amos, 5 quam vidit super Iudam
& Hierusalem 6 in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, &
Ezechiæ regum Iuda. 7 Audite cæli, & auribus per-
cipe terra, 8 quoniam Dominus locutus est, 9. 10.
Filios enutriui, & exaltaui: 11. 12. ipsi autem spreue-
runt me. 13 Cognouit bos possessorem suum, & asi-
nus præsepe Domini sui: 14 Israel autem me non co-
gnouit, & populus meus non intellexit. 15 Væ genti 16 peccatrici, 17
populo graui iniquitate, 18 semini nequam, 19 filijs sceleratis: 20 dere-
liquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, 21 abalienati sunt
22 retrorsum. 23. 24 Super quo percutiam vos vltra, 25 addentes præ-
uaricationem? 26 Omne caput languidum, & omne cor mœrens. 27 A
planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, &
plaga tumens, 28 non est circumligata, nec curata medicamine, neque
fota oleo. 29 Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: regionẽ Inf.5.b
vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate
hostili: 30. 31 Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & si-
cut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. 32 Nisi Do- Rom.9.
minus exercituum reliquisset nobis 33 semen, quasi Sodoma fuissemus, Gen. 9.
& quasi Gomorrha similes essemus. 34 Audite verbum Domini princi-
pes Sodomorum, percipite auribus legẽ Dei nostri populus Gomorrhæ.
35. 36 Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? Iere. 6.
37 Plenus sum. 38 Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sangui- Amos 5
nem vitulorum, & agnorum, & hircorum 39 nolui. 40 Cum veniretis
ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambu-
laretis in atrijs meis? 41 Ne offeratis vltra sacrificium frustra: incensum
abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non
feram, iniqui sunt cœtus vestri: calendas vestras, & sollemnitates vestras
odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. 42 Et cũ
extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum mul-
tiplicaueritis orationem, non exaudiam: 43 manus enim vestræ sangui-
ne plenæ sunt. 44. 45 Lauamini, mundi estote, 46 auferte malũ cogita- 1.Pet.3
tionum vestrarum 47. 48 ab oculis meis: 49 quiescite agere peruersè,
50 discite benefacere: 51 quærite iudicium, subuenite oppresso, iudica-
te pupillo, defendite viduam. 52. 53 Et venite, & arguite me, dicit Do-
minus: 54 si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabun-
tur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. 55 Si vo-
lueritis, & audieritis me, 56. 57 bona terræ comedetis. 58 Quod si nolue-
ritis, 59 & me ad iracundiam prouocaueritis: 60 gladius deuorabit vos,
61 quia os Domini locutum est. 62 Quomodo facta est meretrix ciuitas
fidelis, plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Ar-
gentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua. Prin-
cipes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur re-
tributiones. Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad il- Iere.
los.

los. 63 Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. 64 Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. 65 Et restituam iudices tuos, vt fuerũt prius, 66 & consiliarios tuos sicut antiquitus. 67 Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. 68 Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia: 69 & conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumentur. 70 Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis, quos elegeratis. 71 cum fueritis velut quercus defluẽtibus folijs, & velut hortus absque aqua. 72 Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendentur vtrumque simul, & non erit, qui extinguat.

SVMMA CAPITIS.

2 *IN primo capite tria principaliter intendit Isaias. Primo enim arguit filios Israel de duobus generibus peccatorum, quibus Deum ad iracundiam concitauerunt: videlicet de peccato ingratitudinis cõmisso contra Deum*: ibi, [*filios enutriui*, &c.] *vbi obiter incorrigibilitatem notat populi, ab illo versiculo, Super quo percutiam vos*, &c. *& de peccato iniustitia commisso contra proximum. De quo* ibi, [*Quomodo facta est meretrix, &c.*]

Secundo, vanam populi præsumptionem excludit: qua sacrificijs, & ceremonijs legis veteris omnis generis peccata expiari credebat. ibi [*Audite verbum Domini principes Sodomorum, Quo mihi multitudine victimarum vestrarum?*]

Tertio, quibus nam medijs verè à peccatis suis liberari debeant, ostendit, videlicet pænitentia salutari, de qua subdit, Lauamini, &c. & Christi sanguine pretiosissimo, cuius virtus per sacramenta noua legis ad nos deriuatur. ibi, [*Sion in iudicio redimetur.*]



COMMENTARIVM.

3 VISIO Isaiæ:] Accipitur in præsenti visio pro rebus visis, & intellectui Isaiæ lumine ꝓphetico præsentatis; & (vt annotauit beatus Basilius) prophetia ipsa visio appellatur, propter maximam eius certitudinem. De his enim, quæ oculis cernimus, magnam certitudinem habemus. Propter eandem rationem, quæ fide cognoscimus, scire dicimur. [Scio quòd redẽptor meus viuit,] ait Iob 19. Vnde Prophetæ videntes appellantur, vt patet lib. 1. Regum cap. 9. Quod nomen potissimè Isaiæ potest adaptari, qui plura vidit, quàm alij prophetæ: & ea, quæ futura erant, quasi præsẽtia intuitus est. Vnde Eccles. 48. propheta magnus appellatur, & fidelis in conspectu Dei. & paulo inferius: [Spiritu, inquit, magno vidit vltima, & consolatus est lugen-

Basilius Isai. 1.

gen-

gentes in Sion vsque in sempiternum. Ostendit futura, & abscondita antequam euenirent.

4 [Filij Amos,&c. Omnes ferè sancti doctores præcipuè Augustinus,conueniunt, patrem Isaiæ non fuisse illum Amos: qui inter prophetas minores est tertius, vt arbitratur Clemens Alexandrinus primo Stromaton: sed alium Amos etiam prophetam: quem fratrem fuisse Amasiæ Regis Iuda, cuius fit mentio 4. Regum 14. annalia Hebraica testantur. Vnde colligitur Isaiam de stirpe regia fuisse natum: & (vt refert glossa ordi.4.Reg.21. in fine) Auunculus fuit Regis Manasse ex parte matris: vt & Christi, qui ex regali stirpe nasciturus erat typum gereret. Cui,& nomen ipsum Isaiæ applaudit. Isaias enim auctore Hieronymo in præsenti, Saluator Domini interpretatur.

Aug. lib. 18. de ciuit. Dei, c.27.to.5

Quis fuerit Isai. explicatur.

5 [Quam vidit super Iudam, & Hierusalem,] idest contra Iudam, & Hierusalem, vt transferunt 70. interpret. Quo denotatur Isaiam non læta populo, sed aduersa nunciare. Et idem significat illa dictio, [super,] onus videlicet graue, & insperatum, & tribulationem de cælo missam; vt Dei populum contereret,& funditus euerteret. Adiecit autem, [quam vidit:] ne populus ad incredulitatem propensus, de veritate prophetiæ dubitaret. Maior quippe fides oculatis testibus adhibetur quàm auritis. Et not.quòd per Iudam (vt ait Hieronymus) intelliguntur duæ tribus, scilicet tribus Iuda, & tribus Beniamin, quæ in distributione tribuū semper adhæsit tribui Iuda. Aliæ namquè decem tribus per hæc nomina Samaria, & Israel designari solent. Vnde in hac parte potissimè contra duas tribus, propheta loqui videtur: quamuis multoties etiam aduersus alias sermonem conuertat. Hierusalem, ciuitatem designat, quæ præcipua sedes regni Iudæ erat.

Hier. sup. c. 1. Isai.

6 [In diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda:] Notat Isaias tempus, in quo suam texuit prophetiam, scilicet regnantibus quatuor regibus prædictis. Etenim sub Ozia prophetauit vsque ad sextum caput, sub Ioathan vidit sexti capitis admirabilem visionem: sub Achaz prædixit ea, quæ à capite septimo vsque ad finem cap.14.habentur, sub Ezechia vaticinatus est quæ continentur à capite quintodecimo, vsque ad quadragesimum. Incertum autem est, an alia, quæ sequuntur, sub eodem rege Ezechia prædixerit, an sub Manasse eius successore. Historias, quæ istorum Regum temporibus acciderunt, habes 4. Regum 15. 16. 18. 19. 20. & 21. & 2. Paralipomenon cap. 23. & sequentibus vsque ad 33. Quæ omnia in memoria retinere oportet: ex eorum namque notitia, magna ex parte huius prophetiæ intelligentia dependet: vt supra diximus in proœmio numero quinto,& sexto. Hinc collige primo Isaiam habuisse contemporaneos Oseam, Amos,& Micheam, qui sub eisdem Regibus prophetauerunt, vt ex eorum titulis constat. Habuit etiam contemporaneum Ioelem, vt docet sanctus Augustinus, S.Hieronymus, Clemens Alexandrinus, & Ruffinus. Collige secundo Isaiam 796.annis ante Christi aduentum prophetasse: quia tot computantur à temporibus Ioathā vsq; ad Incarnationē verbi, vt dicit Adamus Is. 1.

S. Augu. 18. de ciuit. c.27. Hier. Isa. 1. & Ioel 1. Clem. Alexan. 1 Stromat. Ruphin. Ioel 1.

7 [Audite cæli, & auribus percipe terra:] Ardentissimus affectus loquentis prophetæ ostenditur, cũ inanimatis, atque insensibilibus, ac si sensibilia essent, alloquitur. Solẽt quidam Patres per methonymiam nomine cælorum Angelos intelligere, & nomine terræ homines, vt placuit Cyrillo, & Procopio: plus energiæ habet ad cõmouendos animos (quod maxime curauit propheta) si ad elemẽta, & insensibiles cælos, vt Rupertus sentit sermo vertatur. Sicut enim Moyses, inquit, [Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei: & cap. 4. & trigesimo eiusdẽ libri, cælum, & terram testes inuocat, vt homines rebelles condemnet: ita & nunc Isaias imitatus Moysem quadam tragica inuocatione, vniuersum mundum aduersus ingratum populum vocans, quasi in hunc modum exorditur. O cæli, o terra quoniam tanta est hominum impietas, vt ad verba Dei obsurdescant, loquar cælo, loquar terræ, loquar insensibilibus creaturis: Cælum, quamuis sit remotissimum, audiet, terra, quamuis crassa, & dura auscultabit, in sensibilis creatura studiosas aures præbebit, & tamen rationalis homo tot benedictionibus dulcedinis à Deo præuentus, mandata eius contemnet. Consimilem affectum ostendit propheta 3. Regum 13. cum sermonem ad altare conuertens ait: [Altare, altare hæc dicit Dominus:] Scinditur altare ad sermonem Domini, & tamen Ieroboam obduratus permansit. Quanta erit aliquando nostra confusio, qui vocem, quæ ad cælum vsque pertingit, & terrã prærumpit, non audimus? Nota cũ sancto Hieronymo, consonantiam legis & prophetæ, Etenim, quos in

Deute. 33.

promulgatione eiusdem legis, vt essent testes, Moyses inocauerat; nunc in transgressione illius Isaias in testes conuocat: vt omnibus manifestum fiat; iustè Dominum ad vltionem inimicorum suorum esse concitatum. Eadem ratione Christus Dominus in vniuersali iudicio cælum, & terram in testes inuocabit: iuxta illud quod scriptum est. [Aduocauit cælum de sursum, & terram discernere populum suum:] Hoc est ad discernendum populum suum, & separandum oues ab hœdis, vt ibi explicat Augustinus. Fiet enim in die iudicij, hæc separatio à supremo omnium iudice; vt triticum in horreum hæreditatis æternæ mittendum: purũ sit, & paleis impermixtum. Hinc Oseas. [Consolatio abscondita est ab oculis meis, quoniam ipse inter fratres diuidet,] videlicet bonos, & pios, à falsis, & impijs fratribus separando & diuidendo. Quòd in magnam electorum consolationem cedet: quoniam iam pericula inter falsos fratres non erunt. Hinc & locus ipse, in quo iudicium debet cõsumari, mons diuisionum appellatur, Isaia dicente: [Sicut in monte diuisionum stabit Dominus, &c.] Quem locum de vltimo iudicio interpretatur sanctus Hieronymus, quoniam ibi inter fratres diuidet.

Ps. 49. Aug. to. 8

Osea 13 & ibi glosa.

Isai. 28 Hieron.

8 [Quoniam Dominus locutus est.] Captat populi attentionem ex auctoritate, & dignitate loquentis, quasi dicat: Si me indignum ministrum, & inutilem seruum audire dedignamini, non me, sed per me loquentem Dominum considerat. Non enim dicendi locum vendico, non curro tamquam non missus, nihil confingo, quia quæ loquor non mea, sed Domini verba

sunt,

sunt, cui omnia ad nutum obediũt: vocat enim ea, quæ non sunt tamquam ea quæ suut. Equum est ergo, vt illum loquentem audiatis.

9 [Filios enutriui,& exaltaui:] Iam incipit propheta, ingratitudinis poqulum arguere. Ad cuius manifestationem duo magna beneficia à Deo illi exhibita, commemorat in his verbis. Eò enim ingratitudo maior ostenditur, quo post plura accepta beneficia subsequitur. Alterum beneficium est, quo filij Israel speciali Dei cura, ad instar filiorum cibo cælesti nutriti sunt in deserto: Alterum, quo à misera Pharaonis seruitute in brachio extento fuerunt erepti, & in terra promissionis sublimati: & nomine filiorum, & specialis populi (alienigenis sibi subiectis) exaltati. Hæc beneficia non fore contemnenda, sed perpetua memoria celebranda, docuit Moyses, præ labijs semper illa repetens. [Non est, inquit, alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquãtes sibi:] Et iterum. [Quæ enim est alia gens sic inclita,&c.] Et iterum: [Te elegit Dominus vt sis ei in populũ peculiarẽ, de cunctis gentibus, quæ sunt super terram.] Dicit ergo, [Filios enutriui,] idest, ad instar nutricis educaui cibo suauissimo lacte & melle. [Ego, inquit, quasi nutricius Efraim; portabam eos in brachijs meis,& nescierunt, quod curarem eos. In textu hebræo pro enutriui,] habetur verbũ [gidalti,] idest, nutriendo magnificaui, magnos feci, cum diligẽtia, cũ affectu: quia est verbum secundæ coniugationis, quòd significat sẽper actionẽ, vel passionẽ, uon remissam, sed vehementem, & cũ affectu. In quo notatur intimus Dei amor, & eximia charitas, a qua nutrimentũ illud, procedebat. Vnde Sapiens hoc expendendens, postquam dixerat: [Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & panem paratum de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem,] vt notaret paternum affectum. vnde talis cibus procedebat, subdit: [Substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quàm in filios habes ostẽdebas.] Sicut enim rex non nutrit, vt famulum, sed potius tãquam filium, vel amicum specialiter dilectũ honorat, exaltat,& magnificat illum; quem ex propria mensa buccella selecta sibi gratissima cibat: sic Deus nutriendo honorauit,& exaltauit, quos cælesti pane nutriuit. Vnde ipse panis, & cibus populo Israelitico fuit,& honor. Expendendũ est autẽ quòd in veteri lege numquã filij Israel patrẽ vocauerunt Deũ: vt aduertit S. Augustin. to.4. lib.2. De sermone Domini in monte, cap. 8. & Theophilactus ad Rom.8. in illa verba. In quo clamamus Abba Pater, cũ tamen hoc nomine Pater, potius quã alijs, honorati exoptet (Hieremia dicente: [Ergo saltẽ ammodo voca me pater meus, dux virginitatis meæ tu es:] Deus autẽ vice versa illos sæpissime filios appellabat. [Filius meus, inquit, primogenitus Israel.] Et iterum: [Ex Aegypto vocaui filium meum.] Et rursus per Isaiam ait: [Filios enutriui.] Quid est hoc, nisi quia Deus semper illos affectu paterno, vt filios dilexit, omnia patris officia adimplens: ipsi autem filiorum pietatem erga Deum non habuerunt, nec illum vt patrẽ venerati sunt; sed vt serui ingrati benefactori suo rebelles fuerũt dijs

Marginalia (left column): *Nu.* 11. *Ps.* 77. *Deut.* 4 *Deu.* 14 *Osea* 11 Nota. ex lingua sancta.

Marginalia (right column): *Sap.* 16. Simile. August. Theoph. *Hier.* 3. *Exod.* 4 *Osea* 11

alienis adhærendo? Vnde & ipse Dominus piè de hoc per Malachiam conqueritur. [Filius honorat patrem suum: & seruus Dominum suum. Si ergo pater ego sum; vbi est honor meus? Si Dominus ego sum, vbi est timor meus? *Malac. 1.*

Exp sit. moral. 10 Hinc libet colligere, dulcedinem maximam, quam in filios suos Christus ostendit, illos propria carne, & sanguine in Eucharistia cibando, vbi non solum substantiam suam,& dulcedinē, quam in filios habet, ostendit: sed & substantiam suam illis exhibet,corpus suum,animam, sanguinem, & seipsum totum in alimentum tribuendo, quod ardentissimæ charitatis, & cuiusdam inæstimabilis dulcedinis indicium fuit. [Parasti (inquit prophèta) in dulcedine tua pauperi Deus.]Quid parauit? Non explicat propheta, quia inexplicabile est omnino: aut vero, quia omnia, quæ desiderari possunt in vna buccella suis Christus præparauit: [Tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata.] Omnia parata sunt nobis in Eucharistiæ sacro conuiuio, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.[In dulcedine,inquit, tua.]Cur non in amaritudine in tristitia, in angustia?[Dominus, nāque Iesus,in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agens,fregit,& dixit:Accipite,& manducate, hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur.] Si ergo in qua nocte tradebatur,conuiuiū istud præparatū est,in qua tristis fuit Christi anima vsq;ad mortē,quomodo ait propheta: Parasti in dulcedine tua?Profecto,quia pati, flagellari, coronari spinis, cruci inter duos latrones affigi, & mori, *Psa. 67.* *Matth. 22.* *1. Cor. 11.* *Luc. 22*

pro maxima dulcedine duxit Christus, eo quod hæc omnia pro dilectis patiebatur: aut vero,quia tale conuiuium eximię dulcedinis indicium fuit, eo quod in illo omnia nobis parauit. Vnde & cibus iste sub figura manna,omnis esca nuncupatur propheta attestante. [Omnē escā abominata est anima illorū:quia omniū cibū etiā Angelorū, immo & ipsius Dei in se continet. Hinc est illud, quod dicitur in oratione Dominica.[Panē nostrum supersubstantialem da nobis hodie.] Quem locum de Eucharistia explicant beatus Hieronymus, Matthei 6. & B. Cyprian.in tractatu de oratione Dominica circa medium. Ipsa ast enim panis super substantialis: q̄a substantiā super oēs substantias, & cibum super omnes cibos in se continet. Et substantia debilibus tribuenda, ne deficiant in via. Et ad insinuandum omnem alium cibum non esse substantialē, quia non mentem reficit, sed ventrem: postquam Dominus potestatem dedit Noe vtendi carnibus in cibū sub his verbis, [Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum:]Subintulit,[Quasi olera virētia tradidi vobis omnia. Vbi expendendū,quod cibaria maioris substātiæ,quibus ad vitam sustentandam homines vtuntur,qualia sunt pisces maris, & animalia quæ super terrā mouentur, apponi dicuntur homini quasi olera virentia, quæ nullius videntur substātiæ, nā substantialis cibus, & supersubstātialis, in Eucharistia erat tribuēdus.Intonet ergo vox prophetæ nomine Christi suos alloquentis.] Filios enutriui,& exaltaui.] Vere .n. enutriuit & exaltauit, quos pro- *Ps. 106* *Matth. 6.* *Gen. 9.*

prio

prio corpore, & sanguine cibauit. Vnde Bern. [Bonus, inquit, pastor Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis; animam pro ouibus, & carnem ouibus; illam in pretium, istam in cibum, ipse pastor, ipse & pascua.] Matres non tanto quos genuerunt filios amore prosequuntur, vt illos proprio sanguine nutriant, sufficit eis, si proprio lacte sibi dilectos pascant. Multoties enim nutricibus alieno procreandos committunt. Christus autem, vt notauit Chrysostomus, non alienis nutricibus suos pascendos dereliquit: nec lacte tantũ, sed & sanguine suo illos pascit.

Bern. ser. 31. in cãt. *Ioa.* 10.

Chry. ho. 43. in Io. to. 3.

11 [Ipsi autem spreuerũt me.] Enumeratis beneficijs acceptis redarguit populi ingratitudinem, suum benefactorem contemnentis. Magna ingratitudinis audacia, tàm per magnificum, & beneficum Dominum non solum non laudare, & immortales gratias pro beneficijs acceptis non referre, sed etiam offendere, & spernere: atque eisdem beneficijs in contemptum benefactoris, & Domini vti. Audite, o rebelles piam Domini querimoniã, de incommodis ex vestra ingratitudine vobis subsequutis potius, quàm de se ipso condolentis. [Retribuebant (inquit) mihi mala, pro bonis sterilitatẽ animæ meæ.] Quid est sterilitatem animæ meæ? Numquid Christi anima Verbo Dei coniuncta, & fonti totius misericordiæ copulata, & manus eius tornatiles aureæ plenæ hiacynthis, steriles aliquando esse poterunt? Pessimum ingratitudinis vitium (vt notauit Augustinus) malum hoc fecit, & manus liberales, steriles reddidit. Vnde S. Bernard. [Ingratitudo (ait) est quasi ventus exsiccans, & vrens fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ.] Ad locum vnde exeũt flumina reuertuntur, vt iterum fluant] (ait Sapiens) quia nisi fluenta gratiæ à Deo in nos deriuata, ad ipsum per gratitudinem, & gratiarum actionem reuertantur, non fluent iterũ, fonte misericordiæ exsiccato. Ideo idem Bernardus. [Ingratitudinem, ait, odit anima mea, peremptoria enim res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis, vias obstruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet. Putas ne quod ingrato, quòd videtur habere auferatur ab eo? nõ ne iure perditum reputatur, quod ingrato donatum est? aut dedisse non pœnitet, quod perisse videtur? oportet proinde gratum esse hominem Deo.]

Ingratitudinis mala.

Ps. 34. Aug. to. 8.

Bernard. serm. 51. in Cant.


Eccls. 1

Bernard. ser. 2. do. 6. post tri it.

Iusti autem econuerso, vt maiorem, & vberiorem misericordiam à Deo accipiant, semper debitas ei gratias retribuunt. De impio, namque scriptum est. [Mutuabitur peccator, & non soluet,] scilicet gratias Deo pro donis mutuo acceptis (vt explicat August.) Hoc enim lucrum ex mutuo, quasi pro fœnore Dominus expectat. Sed de electis statim subditur. [Iustus autem miserebitur, & retribuet,] scilicet debitam gratitudinem, Deo gratias agendo. † Vnde beatus Ambrosius, explicans illa verba [Aedificauit Noe altare Domino, notat ait. Iam fecerat Noe omnia, quæ admonitus diuinitus fuerat. Hoc autem quod nõ admonitus est cur fecerit, fortasse requiratur? Sed Dominus nõ debuit quasi auaras mercedem gratiæ postulare, & iustus intellexit eam veram gratiarum actionem esse, quæ non iuberetur,

Psal. 36 Aug. to. 8

Ambros. lib. de Noe & arca, cap. 12. gene. 8.



sed deferetur itaque nec dilatatio-nem passus est. Etenim grata animi virtus passionem dubitationis excludit: qui autem gratiæ, vt à se exigantur expectat ingratus est,] * Et ad designandā hanc benefactori gratissimam iustorū retributionē; cum sponsa, quæ est fidelis anima, tota pulchra sponso videretur: prima pulchritudinis pars vnde laudatur, sunt oculi. [Oculi (inquit) tui columbarum,] in quo eius gratitudinem admiratur, atque commendat. Sicut enim columba cum singula grana rostro accipit, & deglutit; rostrum statim, & oculos, quasi gratias agendo, in cælum erigit; sic & iusti ad singula Dei beneficia voluntatem, & intellectū cum gratiarum actione ad benefactorē eleuant: agnoscentes cum Apostolo; quoniam [omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum.] Quid etenim, vt verbis, vtar sancti Augustini: [quid melius, quod animo geramus, & ore proclamamus, & calamo exprimamus, quàm Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, neque agi fructuosius potest.] Vnde hoc verbo, Deo gratias, creditur beatissimam Virginem salutasse Elisabet.

Cāt. 4. — Simile. — *Iacob 1.* — Aug. epi. 77. ad Aurel. Papā. to. 2. — *Luc. 2.*

12 Alia litera habet. [Et ipsi bellicauerunt in me,] vt paraphrasis chaldaica exponit, rebellauerūt contra me, idest mihi hostes effecti sunt, eadem beneficia accepta contra me vertentes, vt me Deum verum relinquerent, & idola sibi tanquam Deum, qui liberauerit eos, constituerent, & dona mea illis offerrent. Vnde Dominus de hoc per Ezechielem conqueritur. [Et tulisti de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas.] Et paulo inferius: [Oleum meum, & incensum meum posuisti ante faciem Idolorum tuorum.] & rursus per Oseam ait: [Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt,] idest sacrificauerunt [Baal,] vt explicat Augustinus libro 3. de baptismo contra Donatistas cap. 19. Et iterum: [Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel.] Sicut enim mulier meretrix donaria ab vno amatore accepta, alteri tribuit in magnum contemptum prioris: ita Domus Israel, quæ à Deo acceperat, Idolis offerebat. Hoc est bellicare contra dominum, bellum cōtra illum indicere, vt coronam regni, quantum in se est, ab eo auferant, & alteri tribuant. Fortassis vaticinium hoc referri poterit ad Christum, contra quem Iudæi in passione bellicauerunt, vt eum occiderent & à regno pellerent, iuxta illud, quod ipse ait: [Quoniam multi bellantes aduersum me.] Penè dixisset, & ipsi bellicauerunt in me. Expende illud verbum, bellicauerunt, quod est frequentatiuū, & quasi diminutiuum à verbo bellare; quo designatur, quòd quantumcunque impij contra Deum frequenter nitantur, frustra laborabunt, nihil efficient: quia [non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.]

Ezec. 16 — *Osea 2.* — Aug. to. 7 — *Hier. 3* — Simile. — *Psal. 55* — *Prou. 21.*

13 [Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.] Ostendit exemplo Iudæos, qui Angelis erant conferendi, adeo ingratos fuisse, & stolidos, vt nec iumen-

iumentis insipientibus comparari queant. Bos enim vel taurus, & si ferox, asinus quantumuis irrationabile animal, suum tamen Dominum, & pabulum, quo nutriuntur agnoscunt. Israel autem non cognouit Dominum, & oblitus panis Angelorum, quo in deserto nutritus est, ad cæpas & ollas Aegypti inhiabat. Multi sancti doctores asserunt hanc fuisse apertam prophetiam bouis,& asini, qui natum Dominum in præsepio quasi agnouerunt, de quibus scriptum est. [In medio duorum animalium cognosceris.] Sic interpretantur locum istum Isaiæ beatus Augustinus to. 8. super psal. 126. in illa verba, [Sicut sagittæ in manu potentis, &c.] beatus Ambrosius libro secundo in Lucam cap. 2. B. Chrysostomus in sermone de natiuitate Domini, & beatus Athanasius in libro de verbis Euangelij; [Euntes in vicum qui contra vos est.] Constituitur ergo Dominus in medio duorum animalium in præsepio; vt illic eum inter fœnum & paleas inuenirent, & adorarent: qui in paradiso noluerunt illi esse subiecti. Agnoscat bos præsepe Domini sui: homo videlicet, qui cum in honore esset non intellexit, sed per peccatum comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Assuetus stabulo, paleis, & fœno, pabulo cælesti commorante inter paleas vescatur: sed bouis prius naturam imitetur ceruicem iugo legis Euangelicæ, & præceptorum Dei humiliter submittendo.

Abac. 3

August.

Ambros.

Chrysos.

Athanas.

Psa. 48.

14 [Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.] Notat Isaias elegantissimè his verbis supremum, & pessimum ingratitudinis gradum, qualis est beneficiorum esse omnino immemorem, & benefactorem nescire. Malos enim dicimus, qui opere gratias non agunt: peiores, qui nec ore referunt; pessimos vero illos reputamus, è quorum mentibus beneficiorum, & benefactoris memoria omnino extincta est. Ad istum summum ingratitudinis gradum populi Israelitici malitia peruenit, vt nec cognouerit Christum, nec receperit, sed extra castra illum eijciens occiderit. [In propria venit, & sui eum non receperunt,] ait Euangelista; id quod propheta vaticinatus est in prædictis verbis (vt docet beatus Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos, cap. 3. & Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem.) Expende verbum illud [Israel autem,] habet enim emphasim, & admirationem magnam præfert. Israel, interpretatur videns Deum, & tamen qui hoc nomine gaudet inter cæteras nationes, & populi electi gloriam sibi vsurpat: Deum non cognoscit, nec intelligit: Mira res. [Timeant clerici, timeant religiosi, timeant ministri Ecclesiæ (inquit beatus Bernardus) qui in terris sanctorum, quas possident, iniqua gesserunt.] Hinc est quod cum Dominus ad Angelos suos, loqueretur dicens. [Misereamur impio.] Ipsis pauentibus, atque quærentibus, [non ergo discet facere iustitiam?] Non inquit, subdensque causam: In terra, ait, sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.] Vide quam pessimum sit in terra sancta sub sanctitatis habitu malum operari. Hinc Dominus ad Moysem, [Ne appropinques huc, solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.]

Matth. 21.

Ioan. 1

Cyprian.

Tertull.

Bern. ser. 23. in cantic.

Isa. 26.

Exod. 3

Vbi ex terræ, quam habitabat, sanctitate, timorem, & tremorem incutere Dominus conabatur. Hinc denique est illa terribilis reprehensio, qua Dominus Angelo Ecclesiæ Sardis alloquens ait. [Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es, non enim inueni opera tua plena coram Deo meo:] ostendens maximum crimen esse nomen, & speciem sanctitatis habere, & tamen sanctitatis opera non exercere. Expende secundo prophetam non explicare, quid populus Dei non intellexerit, sed absolute dicere, & populus meus nō intellexit; quia, qui Deum non cognoscit; nec intelligit, quid poterit intelligere? Nihil, sed erit tamquam animal stolidum carens ratione. In textu hebræo habetur verbum Loidbonā, à verbo bun, idest, intelligere, & est quartæ coniugationis, & significat non se intellexit: Si enim populus ille se cognouisset, & Deum forsitan intellexisset; cognitio enim Dei à propria hominis cognitione incipit, propheta dicente, [Mirabilis facta est scientia tua ex me.] Vnde beatus Leo Papa: [Agnosce ò homo, dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ noli in veterem vilitatem, degeneri cōuersatione redire.

Apoc. 3.

Ps. 138.

Leo ser. de natali Domini.

15 [Væ genti peccatrici.] Alia litera habet, [heu gens peccatrix.] Nostrum erat facinora nostra deplorare, atque illa irremediabilibus lacrymis deflere. Quia tamen ille populus excæcatus suam non plangebat miseriam, pius pater cælestis plorantis, & dolentis sumit affectū, sicut & alibi pœnitentis. Vt enim constat ex textu hebraico, illa dictio. (Væ) nō est comminantis, sed interiectio animi dolentis. Dolet Dominus, tum de ingratitudine populi, & alijs peccatis, quibus erat implicatus: tum etiam de pœna, quam pro eisdem peccatis debebat luere. Hunc eumdem pietatis affectum libet in Christo animaduertere. [Videns enim ciuitatem, fleuit super illam dicens, quia si cognouisses & tu.] Vbi præ dolore videtur sermonem interrumpere, & imperfectum relinquere. Eundem affectum in cruce pendens iam moribundus ostendit: plus enim de ingratitudine nostra, quàm de suis cruciatibus dolebat. Quod beatus Antoninus in secunda parte Theol. titulo tertio, cap. 9. §. 5. expendit verbis illis B. Bernardi, in persona Christi pendentis in cruce homines alloquentis.

Vide inf. nu. 63.

Gen. 6.

Luc. 19

Antonin.

Vide homo, quæ pro te patior,
Ad te clamo, qui pro te morior
Vide plagas, quibus afficior,
Vide clauos, quibus confodior,
Et cum sit tātus dolor exterior,
Et interior, plus tamen crucior,
Quod te ingratum experior.

Not. verba S. Ber.

Hinc est illa vox omni dolore plena, in cruce patrem alloquentis. [De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me. Quoniam tribulatio proxima est; & non est, qui adiuuet.] Vbi Augu. [Quid est, inquit, quoniam tribulatio proxima est, quasi ei passio adhuc immineret: cum ipse media passione verba ista dicere intelligatur, quæ de illo in hoc psal. prophetata sunt?] Non ergo passionem suam, quam iam sustinebat, tribulationem proximam censuit: sed ingratitudinem populi, & discipulorum mox futuram dispersionem, de quibus scriptum est. [Percutiam pastorem, & di-

Ps. 21.

Aug. epi. 120. ad Honoratum. c. 13 tom. 8.

Zac. 13

& dispergentur oues gregis.] Vides qualiter pro nostris delictis Deus doleat, & dicat, [heu.] Potest etiam illa dictio (væ) non inconuenienter accipi, ita vt sit comminantis, & denunciantis damnationem æternam, siue aliquod graue damnum. Sic accipitur Luc. 22. [Væ autem homini illi,] & in hoc sensu arbitrantur esse in præsenti accipiēdam multi doctores, inter quos est Origenes libro secundo contra Celsum & B. Hilarius super Psal. 2. in illa verba, [Tunc loquetur ad eos in ira sua.] Respicitquè hæc comminatio illud, quod infra subsequitur. [Terra vestra deserta, &c.] Vtraque acceptio habet fundamentum in dictione hebraica, Hoy, quæ (vt adnotauit Adamus) & dolentis, & comminantis interiectio est, & in sacra Scriptura solet indifferenter in vtraque significatione accipi. Etenim infra in hoc capite vbi nos legimus [Heu consolabor super hostibus meis, &c.] habetur in hebræo Hoy, & tamen ibi certum est, ly heu, interiectionem esse animæ dolentis. Similiter etiam infra cap. 5. væ qui dicitis malum bonum, &c. vbi etiam in textu hebraico habetur interiectio, Hoy: cum notissimum sit in loco præallegato ly vę esse interiectionem comminantis.

Luc. 22

Origen. Hilar.

16 [Genti peccatrici.] Non dicit peccanti, sed peccatrici, idest, peccatis deditæ, quæ peccat ex habitu vitioso longa consuetudine acquisito, sicut artifex dicitur, qui operatur ex arte proprio exercitio acquisita. † De sic peccantibus dicit Bernardus. [Postquā terribili Dei iuditio prima flagitia impunitas sequitur, experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur concupiscentia reuiuiscente, sopitur ratio, ligat consuetudo, trahitur miser in profundum malorū, trahitur captiuus tyrannidi vitiorum, vt carnalium voragine desideriorū absorptus, suæ rationis diuinique timoris oblitus dicat insipiens in corde suo: non est Deus. Iam indifferenter libitis pro ligitibus vtitur: Iam ab illicitis cogitandis, patrandis, inuestigandis, animus, manus, vel pedes non prohibentur; sed quidquid in cor, in buccam, ad manus venit, machinatur, garrit, & operatur, maleuolus vaniloquus & facinorosus. Et quemadmodum ascensis gradibus humilitatis corde iam alacri, & absquę labore pro bona consuetudine iustus currit ad vitam: sic descensis impius eisdem pro malo vsu, non ratione se gubernans, non rationis freno retentus intrepidus festinat ad mortem. Iustus & peccator currunt sine impedimento & absque labore, ad mortem hic, ad vitam ille festinat, alter alacrior, alter procliuior: illum alacrem charitas, hunc procliuem cupiditas facit. In altero amor, in altero stupor laborem non sentit. In illo denique perfecta charitas, in isto consumata iniquitas foras mittit timorem: illi veritas, huic cæcitas dat dant securitatem. Est ergo duodecimus malitiæ gradus consuetudo peccandi, qua Dei metus amittitur, & contemptus incurritur,] * Væ sic peccantibus. De his est maxime dolendum, quia sunt in morali periculo æternæ damnationis, eo quod peruersæ consuetudini difficile resistitur. Nam (vt docet S. Augustinus) multiplicitas peccatorum, & peccandi consuetudo rapido flumini compara-

Consuetudo peccandi vitanda.

Bernard. libr. de grad. humilitatis.

paratur, cuius impetum nullus valet detinere. [Væ tibi, inquit, flumen moris humani, quis resistet tibi? quandiu non siccaberis? Quousque volues Euę filios in mare, mare magnum, & formidolosum, quod vix transeunt, qui lignum conscenderint.] Vnde Iob. [Ossa eius, (idest, impij ex consuetudine peccãtis) implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.] Vbi Gregorius. [Ossa, seu vitia consuetudine obdurata, & roborata cum eo in puluere dormiẽt, quia eo vsque in illo iniquæ consuetudines perdurant, quo hunc ad mortis puluerem pertrahant. Cum eo enim in puluere ossa, vel vitia dormire, est vsque ad puluerem eum non deserere; idest, vsque ad mortem ab iniquitate minime cessare.] Vnde scriptum est:] Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Hinc etiam beatus Augustinus ait: [Suspirabam ego miser ligatus, non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate: velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi anulis quibusdam sibi met innexis vnde catenam appellauit, tenebat me obstrictum dura seruitus. † Cui consonat quod Diuus Bernardus ait in libro de conscientia. Mala & tranquilla conscientia est, quę nec Deum timet, nec homines reueretur, quæ cum venerit in profundum malorum contemnit, & vide casum malę conscientię quàm minutatim declinet, à Deo & ita in profundum malorum descendat. Primo enim cum peccat peccatum insuperabile iugum iudicat, postea non insuperabile, sed graue, paulo post & leue iudicat: & postea vulnera non sentit, verbera non attendit, vnde, verberauerunt me & non dolui. In breui vero tempore non solum non sentit, sed & placet & dulce fit, quod amarum erat. Ducitur deinde in consuetudinem, ad extremum non potest auelli quia consuetudo vertitur in naturam, & sic descenditur à Hierusalem in Iericho, sic itur in auersionem & duritiam cordis. Hic peccator fœtet, hic quatriduanus est, hic lapis spelũcæ superpositus, hęc est mala conscientia, quę per huiusmodi præcipitia ruit & corruit. * Lege eumdem Augustinum epistola 49. ad Hieronymum in principio to. 4. lib. 1. De sermone Domini in monte, cap. 23. & to. 6. lib. contra Adimantum Manichęorum discipul. cap. 25. B. Gregorium lib. 4. moral. cap. 24. & 25. in illa verba, Iob 3. Quare non in vulua mortuus sum: & 13. moral. capite sexto in illa verba Iob 16. Concidit me vulnere super vulnus: & lib. 26. cap. 24. in illa verba Iob 36. Saluabit te de ore angusto latissimè, vbi multa docent de praua consuetudine peccandi, quæ accommodari possunt Euangelio de Lazaro, ibi, [Domine iam fœtet] quatriduanus in monumento, habens super se lapidem, quæ deprauatam consuetudinem, vel obdurationem in peccato designat.

Aug. lib. 1. conf. c. 16. to. 1. — *Iob 20.* — *15. Mor. 5.* — *Proue. 22.* — *Aug. lib. 8 conf. 5. to. 1.* — *Bernard. lib. de cõscientia.* — *Ioa. 11.*

17 [Populo graui iniquitate.] Idest, qui grauatur iniquitate, grauat enim animam iniquitas, & in profundum demergit, Dauid attestante. [Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut

Onus peccati importabile.

Ps. 37.

aut onus graue, grauatæ sunt super me.] † Hinc S. Aug. explicans illud Ps. 7. [conuertetur dolor eius in caput eius,& in verticem ipsius iniquitas eius descendet,ait.Factus est sub peccato tanquam seruus, vn
Ioa.8. de:Omnis,qui facit peccatum, seruus est peccati, ipse ergo inferior erit, vt eius iniquitas sit superior, & in illum descendat, quia illum grauat & onerat. Et hoc fit cum in peccatore seruit ratio, & libido dominatur.]Et in libro 1.de libero arbitrio c. 11. agēsde onere peccarum ait:Numquid parua pœna peccati putanda est, quod animæ libido dominetur, spoliatamquè virtutis opulentia per diuersa inopem atque indigentem trahit, nunc falsa pro veris approbantem, nunc etiam defensitantem, nunc improbantem,quę antea approbauisset,& nihilominus in alia falsa irruētem, nunc assensionem suspendentem suam, & plerunque perspicuas ratiocinationes formidantem: nunc desperantem de tota inuentione veritatis, & stultitiæ tenebris penitus inhærentem, nunc conantem in lucem intelligendi,rursusque fatigatione decidentem,cum interea cupiditatum illud regnum Tyrannicè sæuiat, & varijs,cōtrarijsquè tempestatibus totum hominis animum vitamquè perturbet. Hinc timore, inde desiderio, hinc anxietate,inde inani falsaquè lętitia, hinc cruciatu rei amissæ quæ diligebatur, inde ardore adipiscendæ, quæ non habetur.Hinc acceptæ iniuriæ doloribus, inde facibus vindicādæ quaqua versum potest coarctare illum auaritia,dissipare luxuria,addiscere ambitio,inflare superbia,torquere inuidia, desidia sepelire, peruicacia concitare,affictare subiectio,& quæcumque alia innumerabilia regnum illius libidinis frequentant & exercent? Possumus ne tandem nullam istam pœnam putare,quam omnes,qui non inhærent sapientiæ,necesse est perpeti? † Vnde beatus Paulus peccatum appellat omne pondus. [Deponentes,inquit,omne pondus, & circunstans nos peccatum:] In comparatione namque illius, nihil graue reputatur, aut pondus habens. Cælum, terra, & mare pondus hoc sustinere non potuit. Cælum quidem; nam primus angelus pondere superbiæ in locum infimum demissus est. [Videbam, inquit, Satanam tanquam fulgur de cælo cadentem. Terra huius rei signum perhibuit, cum verbum æterni Patris, eius fortitudo, & brachium vmbram huius ponderis, in cruce portans, genuflexo inclinatus est.Mare autem, nam cum nautæ magna tempestate vrgente mitterent vasa in mare, vt alleuiaretur ab eis, non tamen alleuiabatur nauis, quia (vt adnotauit B.Chrysostomus)pondere importabili peccati Ionæ ita grauabatur, vt penè submergeretur. Sed misso Iona in mare, propter quem tempestas exorta est,mare quieuit, & nauis alleuiata remansit. Plus enim ponderis habebat solum Ionæ peccatum, quam alia omnia, quæ nauis portabat.Hinc est, quod iniquitas per talentum plumbi significatur. Zachar. 5. quia plumbi grauitatem excedit, vt explicant beatus Chrysostomus homil. de Iona,& tomo 2. hom. 28. imperfecti in Matthæum in fine, & B. Bernardus serm. 15. super psalmum. Qui habitat. In textu Hebræo, vbi nos legimus graui iniquitate habetur, cobed, idest aggrauatio de delicto, vel

Heb.11 *Luc.10.* *Iona 1.* Chry ho. 5. de poenit. col. 5 to. 5. Chrysos. Bernard.

vel diuitiæ de delicto. Et demptis punctis possumus dicere cobed, idest, cumulus delicti, vel Kebod, idest, gloria delicti, quia gloriantur, & [lætantur cum malefecerint, *Prou.7* & exultant in rebus pessimis.]

18 [Semini nequam,] quod idem est, ac generatio praua, & peruersa. His enim nominibus consueuit Dominus populum ingratũ appellare: Tum quia per peccatum filij diaboli effecti sunt, iuxta illud, *Ioan.8.* [Vos ex patre diabolo estis:] Tum etiam, quia ingrati fuerunt parentibus, & prophetis, quorum beneficio in fide educati sunt, ipsos necando, immo & ipsi Deo, à quo fuerunt in fide geniti, occidentes illũ. *Luc. 3.* Propter quod S. Baptista eos appellat genimina viperarum. Quia vt Origen. Origenes ibi adnotauit, quemadmodum vipera masculum, cũ quo Simile. coiuit, necat, & fœtus rursus matrẽ perimit, quia scisso illius vtero nascitur in vindictam quodammodo perempti genitoris: (natura id specialiter prouidente, ne animalia venenosa multiplicentur) ita iudæi, Patres spirituales, eorum doctores, & prophetas, immo & Christum à quo tanquam filij per gratiam geniti fuerant, necauerunt. Horum impietatem Christus Dominus verbis illis euangelij notauit. *Matth. 23.* [Hierusalem, Hierusalem, quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, † quibus Chrysostomus ho Chryso. hom. 76. in Math. imper homil. 46. mil. 76. in Math. ait [Quomodo sanaberis, quæ malum ad te medicũ venire permittis? quomodo curabo infirmitatem tuam, quæ omnem medicinam conculcas? Sãctis meis non peperci, vt tibi parcerem peccatrici: illorum vitam neglexi, ne tuam mortem viderem. Omnes medici spirituales in te defecerunt & tu curata non es. Insanabilis est passio tua vicit enim artem diuinam: si de morte tua gauisus fuissem nunquam ad te, misissem prophetas. Si te perdere voluissem, nunquam ad te ego ipse venissem. Ego tibi quid faciam si tu ipsa viuere non vis? * Hinc & Moyses ait, Deum, qui te genuit, dereliquisti.] *Deuteron. 32.* De quo & Isai. eundem populum improperat subdens.

19 [Filijs sceleratis.] Idest sceleribus deditis. Quod verbum adiecit propheta ad notanda quædam immania peccata illius populi, & potissimè peccatũ, quod Christum occidendo commiserunt. Scelus enim significat enorme aliquod vitium, vel peccatum. † Iudæi autem hoc scelus perpetrantes (vt ait Sanct. Augustin.) dęmonijs fuerunt peiores, *Augu. in orat. de quinque hær. c.4.* [Vtinam quomodo dæmones iudicem, qui dicunt venisti ante tempus torquere nos, sic homines agnoscerent Saluatorem: dæmones viderunt & tremuerunt, homines viderunt & occiderunt. Dæmones confessi sunt: homines persequuntur. Quanta miseria imparem etiam dæmonibus inueniri. Dæmones credunt, & contremiscunt. Homines vero sunt rebelles lumini: nec timent. * In Hæbræo habetur malcchhithim, quod est participium tertiæ coniugationis significantis actionem transeuntem, à verbo sciachhath, idest corrumpere, inde deriuatur malcchhithim, idest facientes corrumpere: quia illi non solum erant corrupti moribus, sed alios corrumpebant, sedentes in cathedra pestilentiæ, quæ *Psal. 1. Aug. ibi.* totum populum inficere solet. Vnde Gen. 6. vbi nos legimus, Omnis quippe caro corruperat viam suam

suam, habetur in hebræo idem verbum, sciachhath.

Hierony. super Is. cap. 1. 20 [Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt Sanctum Israel.] Prophetia est de Christo, vt aduertit Sanctus Hieronymus. Quem Iudæi reliquerunt, & abiecerunt † Quibus Sanctus Augustinus ait, [Non cognouerunt Christum verum regem de tribu sua, & ipsi voce sua abdicauerunt se ab eo dicentes; Non habemus Regem nisi Cæsarem. O Iudæi qui vocamini, & non estis si non habetis Regem nisi Cæsarem defecit ergo iam Princeps ex Iuda. Venit ergo iam ille qui repromisus est. Sed ipsi non cognoscentes eum dereliquerunt Dominum. * [Non habemus Regem, nisi Cæsarem.] Quem etiam etiam blasphemauerunt multa conuicia in eum iactantes. Dicebant enim suo creatori. [Samaritanus es tu: & dæmonium habes.] Et iterum.] Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reedificas illud,] Et iterum: [Si Rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei, &c Et iterum scriptum est:] Et viri qui tenebant eum illudebant ei cædentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius dicentes. Prophetiza quis est, qui te percussit, & alia multa blasphemantes dicebant in eum. Hæc sunt opprobria, exprobantium quæ (vt dicit Propheta) ceciderunt super Christum. Hæc sunt verba, & hæc signa quibus infirmus populus, & phreneticus, Sanctum Israel curare volentem eius vulnera, blasphemauit. Et vt verbis vtar Augustini, Cæci medicum occiderunt, qui tanquam perniciosi, & furiosi phrenetici, faciebant iniuriam ei, à quo illis fuerat salus allata. Ille volebat curare, illi seuire, hinc tristitia medico.] Vide cælestis medici pietatem, qui potius propter incurabilem populi infirmitatem, quam propter incommoda, quæ ab illo vt à phrenetico patiebatur, tristis erat. Incurabilem dixerim, cuius superbiam humilitas Christi, cuius auaritiam saluatoris paupertas, cuius impietatem pietas medici curare non potuit. Hinc perpendant Dei nomen sanctissimum blasphemantes, & sine debita reuerentia illud ore immundo in testem mendacij adducentes, quam graue sit Dominum ita pium, & beneficum contumelijs afficere. Quod beatus Polycarpus expendens, cum à tyranno, vt Christum blasphemaret induceretur, respondit. Octoginta sex annis seruio Christo: & nihil me læsit vnquam: quomodo possum maledicere, & basphemare regem meum, qui salutem mihi dedit? [Blasphemauerunt inquit, non qualemcumque sed sanctum.] Nec quemcunque sanctum, sed [sanctum Israel,] idest, Israel sanctificantem, & curantem. Sanctum illum, cuius ineffabile nomen, ita venerandum erat antiquitus, vt soli summo sacerdoti, illud in lamina de auro purissimo opere gemmario scriptum in thiara portare liceret. Proh dolor modo, quando illud magis venerari oportebat, pueri. & infames, ore immũdo sanctissimum Iesu nomen irreuerenter conculcant: de quo videndus est sanctus Chrysostomus homilia nona in Acta Apostolorum, & to. 5. hom. 26. ad populum. Timendum est ne huiusmodi periuris illud accidat, quod Zachar. contra iurantes mendaciter, scriptum est. [Ecce, inquit, ego video volumen volans, longitudo eius

Margin notes: Augu. in psal. 75. — Ioa. 16. — Matth. 27. — Luc. 22 — Ps. 68. — Aug. sup. ps. 68. in illa verba & sustinui to. 8. — contra iuramenta. — Lib 4. histor. Ecc. — Exod. 28. & 39. — Chrysost. to. 3. — Zach. 5.

eius xx. cubitorum, & latitudo eius x. cubitorum: educam illud, dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius.] Septuaginta interpretes vbi nos legimus: [Et ecce volumen volans,] vertunt: [Et ecce falx volans:] quam trãslationem sequuntur S. Chrysostomus, sanctus Cyrillus, & Theodoretus. Illum locum expendit elegantissime sanctus Chrysostomus, cum quo libet adnotare, volumen illud, in quo iudicium contra iurantes continetur siue falcem, qua exequendum est; alas habere, & volare: quia nullus ab ira Dei effugere poterit. Qui enim sicut Ionas in mare, vt à facie Domini se abscondat, properauerit; illic fidelem ministrum, & exequutorem diuinæ iustitiæ inueniet. [Si ascendero (inquit Psalmista) in cælum tu illic es: si descendero in infernum ades; si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero in extremis maris, illuc manus tuas deducet me: & tenebit me dextera tua.] Vnde Augustinus. [Vbi estis, inquit, fontes lacrymarum? quo ibimus? vbi nos occultabimus ab ira veritatis, si non solum negligimus cauere mendacia, sed audemus insuper decere periuria? [Not. 2. falcem illam ingredi in domum furis, & in domũ irantis mendaciter, vtranque coniungens in supplicio, quæ coniuncta fuerant in peccato. Multos namquè reperies, qui vt vnum furentur argenteum, decem periurijs commaculari non renuunt. Not. 3. verbum illud, [Et commorabitur in medio eius,] Denotat enim, quod non cito transiet falx, & vindex ira Dei per domum furis, aut periuri, sed diu inhabitantes affliget, spiritu sancto attestante. [Vir multum iurans replebitur iniquitate.] Semper enim periurium alia vitia comitantur: Et à domo eius non recedet plaga.] Nota 4. cum sancto Chrysostomo quod falx quæ apparuit prophetæ non solum iurantem destruxit, sed, & domum eius ligna & lapides funditus euertit, omnia consumendo, omnia deuastando ad perpetuam rei memoriam, vt alieno supplicio discant homines propria cauere periuria. Etenim peccatore de medio sublato peccata illius successu temporis obliuioni traduntur, & cum illo in sepulchro sepeliuntur: at euersa funditus eius domo, & sale consperfa semper in memoria hominum perseuerant, & omnes illius posteros admonet, vt timeant, & à periurijs caueant. Vide multa alia contra iuramenta apud Crysostomum to. 3. ab hom. 8. vsque ad 13. & to. 5. hom. 5. 13. 14. 27. & 28. ad populum.

Mala ex periurijs subsecuta.

Chryso. ho. 15. ad popul. co lu. 6. to. 5

Iona 1.

Ps. 138

Aug. lib. contra Mendaciũ c. 18.

Eccli. 23.

Chryso. ho. 29. ad pop. to. 5

21 [Abalienati sunt retrorsum,] idest quasi alieni ad Deum terga verterunt se ab illo elongantes, & à legitimo possessore in alterius dominium transferentes. Hoc enim significat ab alienari, idest, alieno Domino tradi. Illud autem aduerbium [retrorsum] statum designat peccatoris se ex præsentia Dei subtrahentis: & quasi constituentis vbi oculis diuinæ misericordiæ non videatur. Quod & Genes. 3. Dominus Adæ insinuauit ipsum postquam peccauit interrogando. [Adam vbi es?] tacite admonens illum, vt attenderet, vbi nam fuerit per peccatum constitutus,

tus,

tus,retrorsum , videlicet iuxta il-
Hier. 7 lud , [Facti sunt retro , & non an-
te . [Quod Threnorum 1. prophe-
Thre. 1 ta sinagogæ attribuit dicens: [Ipsa
autem gemens, & conuersa retror-
Luc. 7. sum. [Hinc est quod Magdalena
cum esset peccatrix, stans retro la-
chrymis cœpit rigare pedes Domi
ni,mulier etiam, quæ sanguinis flu
xum patiebatur , dum esset infirma
Luc.8. accessit retro , & tetigit fimbriam
Chrysost. homil. 7. ex varijs in Marc. col. 1. to. 2. vestimenti eius, Cuius rei S.Chry-
sostomus rationem assignat: quia
suis peccatis retro facta fuerat.Sed
statim postquam sanata est proci-
dit ante pedes eius , quia iam Dei
gratia illam ante Domini oculos
constituerat. Dicuntur præterea Iu
dæi ab alienati retrorsum, quia ce-
pas & ollas Aegypti quas retro re-
liquerant aspiciebant. Quod Chri-
stus Dominus suis sectatoribus pro
Luc. 9. hibuit : [Nemo (inquiens) mit-
tens manum suam ad aratrum , &
respiciens retro aptus est regno
Dei .] In cuius signum vxor Loth ,
Gen. 19 ex Sodoma fugiens,quia post se re-
tro respexit in statuam salis versa
Aug. lib. 16. de ciuit. Dei, c. 30. to. 5. est . Vbi Augustinus aduertit non
in statuam marmoris, sed in statuã
salis fuisse conuersam , vt in sale il-
lo,condirentur homines,& sic alie-
Deute. 32. no periculo edocti saperent , & in-
telligerent , & nouissima prouide-
rent,& discerent retro contra man
datum Domini non aspicere,sed cũ
Phil. 3. Apostolo, quæ retro sunt obliui-
scẽtes, ad anteriora se extenderẽt,
ad brauium videlicet supdrnæ vo-
cationis . Bene autem coniunxit
propheta nomen [abalienati] cum
Proue. 26. dictione [retrorsum:]nam qui stu-
dio, atque animo sicut canes ad vo
mitum reuertuntur , alienati ma-
nent,venundati sub sub peccato, &
Rom. 7. serui illius effecti , vt eleganter ex-
plicat S. Augustinus to. 1. lib. 1. de
libero arbitrio , c. 11. & 12. & san-
ctus Chrysostomus to. 4. hom. 18.
sup. 1. epist. ad Timoth. col. 3.

22 Multo aliter iusti Deum di- Morale.
ligentes retro se constituunt , non
abalienati à Deo, sed cathenis cha-
ritatis eius deuincti stant retro ,
vt Christus tamquam pastor gre-
gem suum præcedat, & illi tamquã
oues , eius vestigia sequantur , [& *Isa.* 30.
vocem illius audiant post tergum
monentis , hæc est via ambulate in
ea, & non declinetis ad dexteram ,
neque ad sinistram,] vt benedictio- Vide Ber. in ser. 61. in cant.
nem , quam post se, idest, illam se-
quentibus relinquit, obtineãt,pro-
pheta dicente:[Quis scit si conuer- *Isaia.*
tatur, & ignoscat, & relinquat post
se benedictionem ? Vt Christũ inter
se,& patrem mediatorem habeant,
in cuius faciem prius, quam in nos
aspiciat,iuxta illud prophetæ,[Re- *Ps.* 83.
spice in faciem Christi tui,] vt ira
Dei iustè contra nos concepta , ibi
sistat. Vt sarcinam peccatorum
suorum,& onus intollerabile,quod
sustinere non poterant , supra dor-
sum Christi deponant, sub quo sal-
uator quasi gemens clamat.[Supra *Ps.* 128.
dorsum meum fabricauerunt pec-
catores, prolongauerunt iniquita-
tem suam . [Ipse enim est Agnus *Ioan.* 1.
Dei ipse, qui tollit peccata mundi,
qui fert, & aufert, nostra delicta .
Aufert,inquam , à nobis, illa super
se portando, & in se transferendo .
In cuius signum , cum Dauid cla-
mans, [peccaui Domino] veniam
sui delicti à Domino expostolasset, 2. *Reg.* 12.
subdit Nathan. [Dominus quoque
transtulit peccatum tuum . Tran-
stulit,inquit, non abstulit : quia vi-
delicet à Dauid peccatore in iustũ,
& iustificantem Christum transla-
tum fuit,vt portaret illud , & ad
æqua-

æqualitatem patri pro eo satisfaceret, sicut dicit propheta: [Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. [Vnde Ezechiel 40. scriscriptum est: [Et dimisit per super montem excelsum nimis, super quē erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad austrum.] Super mōtem, inquit, idest, super Christum, qui mons est, vt Isaias ait, in vertice montium constitutus. [super quem erat quasi ædificium ciuitatis, &c.] Quia (vt Greg. ait) mores & culpas nostras solus ille sustinet, qui totam sanctæ Ecclesiæ machinam portat, qui per prophetæ vocem, de peruerse adhuc viuentibus dicit: [Laboraui sustinens.]

Isai 38
Ezech. 40.
Isai. 2.
Greg. ho. 13. in Ezech.
Iere. 6.

23 [Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem. &c.] Graphice depingit propheta his, & sequentibus verbis, incorrigibilitatem populi, qui nec flagellis emendari, nec adhibita medicina sanari potuit, sed ad omnia quasi insensibilis effectus semper proficiebat in peius. Et vt colligitur ex S. Hieronymo in præsenti duplicem sensum patitur locus iste. Primus est, [super quo,] idest, in qua corporis parte [percutiam vos, &c.] A planta enim pedis, vsque ad verticem, à minimo, vsque ad maximū: omnes adeò estis plagis affecti, vt nulla pars non percussa remaneat, quæ flagellum sentiat, quasi dicat. Ex assuetate ad flagella insensibiles effecti estis. Consonat hæc explicatio cum verbis Hieremię 5. [Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos, & indurauerunt faciem suam supra petram.] Sanctus Gregorius expēdit illud verbum, [non doluerunt:] quia videlicet insensibiles facti sunt. [Supra petram, inquit, quoniam, vt aduertit idem Gregorius 2. moral. 9. sicut percussi lapides clarum sonum reddere nequeunt: quia enim vita carent, sensum in sonitu non habent, ita nonnulli quasi lapidibus similes, sic adeò ad pietatis præcepta duruerunt, vt cum eos percussio supernæ animaduersionis examinat: nequaquam sonitum humilis confessionis reddant. Tales erant Iudæi, ne dicam deteriores insensibilitatem lapidum excedentes isti enim ictibus percutientium cedunt, illi vero flagellis duriores fiunt. Secundus sensus est, [super quo percutiam], idest, quorsum percutiemini? quid opus est flagellis, cum peiores in dies efficiamini? Quasi dicat. Superfluum est, & vanum vos de cætero castigare. Quadrat hic sensus cum versione Septuaginta interpretum quæ sic habet. [Quid vltra percutiemini addentes præuaricationem?] Ex quo infert B. Hierouimus ideo Dominum peccatores punire in hoc sæculo, vt eos corrigat, & emendet, & tribulationibus ad regnum futurum cōpellat intrare: de quo vide Augustinum epistola 48. ad Vincentium: Sed tamen eisdem flagellis electi erudiuntur ad vitam, reprobi peiores fiunt ad mortem. De illis namque scriptum est. [Castigasti me Domine, & eruditus sum, tāquam iuuenculus indomitus.] De istis vero. [Populus meus non est reuersus ad percutientem se:] Et iterū: [Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt:] Et rursus Hieremias ait: [Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. [Vbi sanctus Hieronymus & glossa ordinaria aduertunt,

Hier. 5
Gregor.
Luc. 14
August.
Hie. 31
Isai. 9.
Hier. 2.
Hier. 6.
Hierony.
glossa.

tunt, Hieremiam his verbis assimilare Deum argentario purgare volenti aurum, vel argentum. Sicut enim argentarius ad purgandum aurum, miscet illi plumbum, vel stannũ, ne ignis aurum consumat, aut lædat, sed purificet: quod si forte, aurum mundatum non fuerit, plumbum consumitur, & conflatio frustra fit, & aurum læditur: ita Deus ad purgandũ homines à peccatis, flagellis aduersariorum illos conflat: sed quando emendatio vitæ nõ subsequitur, deficiunt flagella, & consumuntur, & frustra peccatores à Deo castigantur, quia malitiæ eorum non sunt consumptæ, sed reseruantur, vt perpetuo gehennæ igne ardeant in inferno: & hoc sonant ad literam verba Hieremiæ supra inducta.

Simile.

Morale. 24 Sed tamen vt ad spiritum verba Prophetę referamus, ad Christum videlicet, qui passione sua, & morte homines à peccatis purgare venit, iuxta illud: [Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui.] Obseruandũ est, ideo Verbum humanitatem ad vnitatem sui suppositi assumpsisse, vt nos à peccatis mundaret. Iuxta quod & Paulus ait: [Purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis Dei in excelsis.] Habuit se humanitas ad instar plũbi, vel stanni, quo aurum examinatur. Vnde Zachar. 4. [Lætabuntur, inquit, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel.] Videbunt diuinitatem humanitati coniunctam in Filio, qui est manus Patris, per quẽ omnia facta sunt. Per lapidem enim diuinitas, per stannũ humanitas designatur, & per lapidem stanneum totus Christus. [Sicut enim stannũ (ait Hieronymus) ab igne alia metalla defendit, & cũ sit natura sua æs, ferrumq; durissimum, si absque stanno fuerit, vritur, & crematur: sic omnis Angelorum & hominum fortitudo, si nõ habuerit auxilium Saluatoris, imbecillis probatur, & fragilis.] Arsit ergo lapis stanneus, Christus videlicet flammis charitatis, & igne passionis exustus, vt purgaret filios Leui. Sed consumptum est plumbũ: quia Christus mortuus est, & tamẽ malitiæ peccatorum nostrorũ consumptæ non sunt. Frustra ergo conflauit conflator. Vnde idem Dominus: [In vacuum, inquit, laboraui, sine causa fortitudinem meam consumpsi.] Et iterum: [Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea, nimia rubigo eius neque per ignem.] Hinc est, quod vt adnotauerunt S. Chrysostomus homil. 3. imperfecti in Matthæum col. 10. & post illum S. Gregorius lib. 26. Moral. cap. 9. flagella à Deo immissa, & tribulationes plaustro trituranti comparantur, Isaia dicente: [Ecce posui te sicut plaustrum triturans, nouum habens rostra serrantia, triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerẽ pones.] Quia sicut plaustrum in area triticum à palea separat & diuidit; vt cum fuerit ventilabro purgatum, congregetur in horreum: paleam verò in ignem mittendam comminuit, & in puluerem redigit: ita tribulatio aream vbi sunt boni malis permixti triturat, & præmit, iuxta illud, quod scriptum est: [Tritura mea, & filia areæ meæ.] Sed electi, cum se triturari persentiunt, à paleis peccatorum, quibus erant inuoluti, se excutiunt, diuidunt, & separant, vt ventilabro, quod est in manu Domini ad emundandam a-

Malac. 3.
Heb. 1.
Zach. 4.
Hier. sup. cap. 4 Zachar.
Isai. 49
Ezech. 24.
Chrysost. tom. 2.
Gregor.
Isa. 41.
Simile.
Isa. 21.

ream suam purgati, in horreum cęleste congregentur: reprobi verò, sicut paleæ in ignem æternum, reseruatæ comminuuntur, & deteriores fiunt tamquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Aduertit tamen Chrysost. vbi supra, esse multoties inter triticum grana quædam vana sic adeò paleę cōiuncta & incorporata, vt quātumuis triturentur & excutiantur, ab illa separari non possint: ac demū simul cum palea colliguntur, & in ignem mittuntur. Tales erant Iudæi ingrati, superbi, & vani, qui percussi flagellis, semper suis peccatis magis, ac magis inhærebant, quod morale reprobationis eorum indicium erat. Vnde congrua ratione de illis dicitur, super quo? vt quid percutiam vos?

Psal. 1.

25 [Addentes præuaricationem.] quasi dicat, Superuacaneum est vos percutere, siquidem percussi peccatum peccato additis, & delictum delicto. † De peccatoribus autem, qui trahunt peccata sua velut restem longam, ait D. Augustinus: [Nihil est infelicius fælicitate peccantium: quia mala voluntas velut hostis interior roboratur.] Et super Psal. 1. explicans illud: [Et in cathedra pestilentiæ non sedit,] ait: [Abijt peccator cum recessit à Deo, stetit cū delectatus est peccato: sedit cum in sua superbia confirmatus, redire non potuit, nisi liberetur per eum, qui non abijt.] Refertq; in epistola 29. ad Hieronymum, quod cum quidam in puteum cecidisset, alius videns eum in puteo, ab eo quærebat, quomodo cecidisset; cui ille, qui in puteo erat respondit, cogita quomodo hinc me liberes; non quomodo huc ceciderim quæras. Sic peccatore in peccato consuetudinis iacente, non quomodo ibi ceciderit, sed quomodo inde extrahendus sit, cogitare debemus. Puteus enim est mala peccandi consuetudo: Addentes autem præuaricationem peccatores, illam restem faciunt, de qua idem Augustinus super Psal. 139. explicans illud, Et funes extenderunt in laqueum, ait: [Dominus flagellum de resticulis fecit, vt ementes & vendentes de templo eijceret.] De quibus ait Propheta infra cap. 5. [Væ eis, qui trahunt peccata sua velut restem longam.] Quare dicitur restis? quia omnis peccator perseuerans in peccatis suis, addit peccata peccatis, & quis finiet restim peccatorum? Et optime dicitur restis, vt enim torqueatur restis, additur: Et non adduntur recta fila, sed torta, prauitas sibi connexa ducitur in longum: & nō cogitat præcidere quod male texuit, sed retem longam facit, qua ligatis pedibus mittatur in tenebras exteriores.] Cui consonat quod D. Bernardus in serm. 11. super Psal. 90. de peccatore obstinato ait, explicans gressus, quibus ad obstinationem peruenit. [Primus, inquit, est dissimulatio propriæ infirmitatis: Secundus ignorantia sui: Tertius excusatio, vel defensio peccati: quartus contemptus, quia cum venerit in profundum malorū contemnet; & contēptus tradit animū impænitētiæ, impænitentia obstinatione firmatur, & hoc est peccatum, quod nec in hoc sæculo remittetur, neque in futuro. *] Hoc ipsum multo antea de illis Dauid vaticinatus fuerat. [Appone, inquiens, iniquitatem super iniquitatem ipsorum. Quid est hoc (ait Au-

Aug. epi. 7. ad Marcellum.

Ioan. 2.

Isai. 5.

Psa. 68.

Aug.to.8 Augustinus,) Quis non expauescat? Deo dicitur appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum? Rom.9. Numquid iniquitas est apud Deũ? absit.] Et post pauca: [Sicut quis auget febrem, auget morbum, non morbum adhibendo, sed non succurrendo: sic quia tales Iudæi fuerunt, vt curari non mererentur, in ipsa malitia quodammodo profecerunt, sicut scriptum est: 1. Time 3 Mali autem & facinorosi proficiunt in peius.] Hoc est appone iniquitatem super iniquitatem, id est, permittes, quod iniquitas super iniquitatem ab ipsis apponatur, de quibus nunc dicitur: [Addentes præuaricationem.]

26 Omne caput languidum, & omne cor mœrens.]Per caput Princeps intelligitur, vt ait S.Thomas, 1. Reg. 15 iuxta illud: [Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus constitutus es.] Et ratio analogiæ ex eo desumitur, quia princeps primũ locum obtinet in Republica, sicut caput in corpore, & eam gubernat, viuificat, & mouet. † Vnde beatus Bernardus in serm.3.de Epiphania explicans illa verba Matth.2.[Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, ait: Nec mirum quod turbatur Herodes, sed quod Hierusalem (quæ visio pacis est) cum Herode turbetur, quis non miretur? Videte fratres quantum noceat iniqua potestas, quomodo caput impium, subiectorum quoque suæ cõformat impietati. Misera plane ciuitas in qua regnat Herodes.]Et D.Hieronymus super hunc Isaiæ locum ait: [Inter sensus, & omnia membra corporis, principalem locum obtinet caput, in quo visus, odoratus, auditus, & gustus est. Cum igitur caput doluerit; omnia membra debilia sunt, & per metaphoram docet, quod à Principibus vsque ad extremam plebem, à Doctoribus vsque ad imperitum vulgus in nullo sit sanitas; sed omnes in impietatem pari corde consentiant.* Per cor sacerdotes, quia, sicut cor in corpore, medij esse debent inter Deum & populum, vitam spiritualem, & internum influxum, primo in se recipientes, & illum cæteris membris communicantes. [Suscipiant montes pacem Psal.71 populo, & colles iustitiam,] inquit Propheta, hoc est Prælati, & Sacerdotes pacem à Deo suscipiant, sed non sibi tantum eam reseruent, suscipiant illam, vt etiam populo cõmunicent. In cuius signum prius Christus Dominus, discipulis pacem dedit, [pax, inquiens, vobis,] Ioa.20. & cum illi accepissent Spiritum sanctum, statim subdit: [Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:] quia (vt adnotauit Grego- Greg.lib. 4. super 1.Reg.5. in princ. rius) sacerdotes prius à Deo pacẽ, & Spiritum sanctum sibi debent suscipere, & deinde illum alijs fidelibus communicare. Hinc est illud Psalmi: [Sicut vnguentum in capi- Ps. 132 te, quod descendit in barbam, bar- Aug. lib. 2. contra epist. Petilia. cap. 104.to.7. bam Aaron; quod descendit in orã vestimenti eius.] Vbi iuxta interpretationem Augustini per barbã Apostoli, & sacerdotes, qui speciali familiaritate Christo Domino sicut barba capiti sunt coniuncti; & per oram vestimenti inferiores populi designantur, qui pauimento adhærentes sunt magis à consortio capitis, & ab eius influxu elongati. Vnguentum ergo, id est, pinguedo spiritualis à Christo capite in barbam, id est, sacerdotes descendit, vt ex barba per totum ve-

stimentum Domini, quod reliquos fideles designat, diffundatur, ita vt vsque ad oram vestimenti pertingat, & sint veluti cæli lucidi, qui suis influentijs siccam terram irrigant, & fœcundant, & sicut primũ mobile in mundo visibili, quod suo velocissimo, & regulari motu, omnes alios inferiores orbes secum trahit. Sed proh dolor, omne caput languidum (inquit Propheta) & omne cor mœrens. † De Principibus enim qui caput sunt, & de Sacerdotibus, qui sunt cor, ait Dominus per Ezech. cap. 22. [Ecce Principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem: patrem & matrem contumelijs affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam cõtristauerunt apud te.] Et de peccatis Principum, & Magnatorum quamplurima prosequitur, quæ in textu Ezech. videri possunt. De Sacerdotibus autem, qui cor Reipublicæ sunt, subdit: [Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea inter sanctum, & prophanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt; & à Sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum.*] In textu Hebræo pro cor mœrens, habetur dabai, id est, spurcatum, & immundum, sicut mulieris menstruum. In quo maximam corruptionem, & fœditatem Sacerdotum designat, & populi periculum. Infirmitas enim in corde, quod est vitæ principium, si ad corruptionem vsque pertingat, lætalis est & incurabilis: atque in totius corporis detrimentum cedens. Quæ enim sanitas erit in populo, si caput languet, si cor mœret, si principium vitæ, vita caret? nulla. Vnde & statim subditur.

Simile.

27 [A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.] Qualis rector est ciuitatis: tales & habitantes in ea, bonum enim vel malum à capite in membra à Principe in inferiores redundat. † Cũ ergo in verbis præcedentibus Principum infirmitatem notasset, dicens: [Omne caput languidum, & omne cor mœrens] consequenter totius populi languorem subiungit: [A planta pedis (inquiens) vsque ad verticem non est in eo sanitas.] Hugo Pratensis, qui anno Domini 1300. claruit, his verbis explicari docet statum miserum peccatoris, cuius membra deseruiunt iniquitati ad iniquitatem. [Quia & oculos habet pronos ad illicita videndum, & aures ad vana audiendum, & os ad prohibita comedendum, & manus ad mala exercendum, & pedes ad mala loca eundum, & memoriam ad iniurias recolendum, & intellectum ad proximum per mirabiles industrias decipiendum.*] Quidam, inter quos est Leo de Castro, hæc verba de Christo Domino interpretãtur; qui in passione sua ita fuit vulneribus, & plagis affectus, & concisus: vt nulla corporis pars in eo permaneret illæsa: Decebat enim, vt qui populum à planta pedis, vsque ad verticem vulneratum sanare venerat: à planta pedis vsque ad verticem dira tormenta, sicut & passus est, pateretur. Consonat hæc explicatio cum duplici alia translatione. Altera est Septuaginta Interpretum, videlicet, [A pedibus vsque ad caput non est in eo integri-

Eccles. 10

Hugo Pratensis ser. 70.

Leo.

tegri-

tegritas; sed vulnus,& liuor,& plaga tumens.] Altera est Rabi Dauid,& Rabi Abraham, qui præsentem locum sic transferunt. [A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo forma humana.] Quod idem propheta clarioribus verbis postea explicuit.[Non est ei species neque decor:& vidimus eũ, & non erat aspectus:] Et infra. [Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum,& percussum à Deo, & humiliatum, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.] Vide qualiter in Christo reperiatur secundum prophetam, vulnus, & liuor,& plaga tumens. [Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.] Ecce vulnus: [Et liuore eius sanati sumus.] Ecce liuor, [Et nos reputauimus eum quasi percussum à Deo,& Leprosum.]Ecce plaga tumens. Sed cum tot plagis propter scelera populi fuerit Christus percussus, liuore eius sanata non est synagoga, nec curata. Vnde,& statim subditur. *Isai.53*

28 [Non est circumligata, nec curata medicamine nec fota oleo.] Numerauerat propheta tres plagas populi, vulnus, liuorem, & tumentem plagam: quibus tribus remedijs subuenitur. Vulneri, illud circumligando, liuori medicamen adhibendo, tumenti plagæ,oleo fouendo:tamen, nec plaga populi fuit circumligata, nec liuor curatus medicamine; nec fota oleo plaga tumens. Pagninus vbi nos legimus, [Non est circumligata,]vertit, [non est constricta] scilicet plaga, vt educeretur sanies. Vnde non mirum si putruerint, & corruptæ factæ fuerint cicatrices populi à facie insipientiæ eius, & illi competat quod Hieremias ait: [Insanabilis fractura tua: pessima plaga tua.] Quare insanabilis fractura? quia non est circumligata. Quare plaga pessima? Quia non est curata medicamine, nec fota oleo. Medicamine,inquam,de cælo allato, ab illo cuius folia ad medicinam valent,oleo diuinæ misericordiæ,quo Samaritanus præteriens,idest Christus Dominus alligata vulnera illius, qui incidit in latrones,fouit, vinum correctionis desuper infundendo. † In sensu morali adaptari hæc possunt cuilibet peccatori in quo [caput languidum] debilitas est arbitrij, [cor mœrens]inopia consilij: à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas; quia lepra fomitis, & concupiscentiæ, quæ totum inficit corpus, fœdatur: [vulnus] crimen designat apertum: [liuor] occultum, [plaga tumens] peccatum consuetudine putrescens,quo tota anima sordidatur. [Non est circumligata,] quia leges tàm diuinas, quàm humanas,quibus constringũtur vulnera, contemnit. [Nec curata medicamine,] eo quod in illo nullus est pudor, nullus stimulus, frœnum nullum;propter quod eius plaga non est fota oleo misericordiæ cœlestis. Putrescit igitur anima cũ in delictis suis infirmatur, & marcescit, nec est qui curã illius habeat,qui de eius lãguore doleat, & medicamenta ei adhibeat. Omnia animalia ad antidota (cum ægrotant) naturali instinctu confugiunt. Vrsa (vt Basilius testatur) sæpenumerò vulneribus sau- *Psal.37* *Hier.* *Ezech. 47.* *Luc.10.* *Basil. ho. 9.in H.x.*

cia grauibus, sibi ipsi medetur omni conatu calenti adhuc vulneri verbascum siccæ naturæ herbam indens, obturansq; Videris vulpem laricis, aut piceæ lachryma seipsam medicantem. Testudo quoque viperæ immodicè exatiata carnibus per aduersam origani naturā, nocumētū è venenata fera sibi prouenturum euitat. Quin & anguis fœniculi pastu lippitudinem oculorum curare videtur. Caprea (vt refert Ambros.) vulnerata dictamum petit, & de vulnere excludit sagittas. Norunt & bestiæ remedia sua. Leo æger Simiam quærit, vt deuoret, quo possit sanari. Leopardus Capreæ agrestis sanguinem bibit, & vim languoris euitat omnis fera ægra. Canis hausto curatur sanguine. Vrsus æger formicas deuorat. Ceruus oleæ ramusculos mandit. Ergo feræ norunt expetere ea, quæ sibi prosunt; tu ignoras ò homo remedia tua.] Homo vt corpus suum aliquo morbo affici sentit, statim gemit, strato decumbit, medicos peritissimos conuocat, plurima sibi medicinarum genera postulat adhiberi: sola anima triginta & octo annos habēs in infirmitate sua negligitur, nec medicina eius infirmitate congruens adhibetur. *

Ambr.lib.6.Hexo.c.4.

29 [Terra vestra deserta,] scilicet erit. Hebraicè habetur pro deserta Semama, idest desolatio, vel stupefactio, quasi dicat. Non solum desolabitur, sed erit ipsa desolatio, vel stupefactio, quia calamitas vobis superueniens, omnes in stuporem adducet. [Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur, sicut in vastitate hostili.] Postquam Isaias supra enumerauit peccata populi contra Deum commissa; consequenter subiungit prophetando condignam eorum pœnam. Quam etiam Christus Dominus ferè eisdem verbis prædixit Matth. 23. [Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta,] Et Matth. 24. [Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.] S. Chrysostomus, refert hoc vaticinium ad tempus Titi & Vespasiani quando post passionem Domini Iudæi fuerunt à Romanis capti, & Hierusalem, & aliæ ciuitates vastatæ, & templum Domini igne combustum, quia tunc hæc Isaiæ prophetia adimpleta est. Idem sentiūt sanctus Augustinus to. 6. in dialogo de altercatione Ecclesiæ, & synagogæ, sanctus Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos cap. 6. Tertullianus lib. 3. aduersus Martionem, Athanasius lib. 1. de passione & cruce, & Eusebius Cæsariensis lib. 2. demonstrationum Euang. cap. 36. Dicit ergo. [Terra vestea deserta:] quia post captiuitatem nullus erat Iudæus, qui coleret campestria; sed illam spinæ, & vepres occupauerunt, iuxta illud, quod dicitur infra. [Super humum populi mei spinæ, & vepres ascendent:] Sequitur. [Ciuitates vestræ succensæ igne.] Hoc ex parte adimpletū est, 2. Regum 25. vbi habetur, quod per Nabuchodonosor Hierusalem euersa est, & templum combustum: Sed plenius in aduentu Romanorum: qui post crucem Domini, Hierusalem, & alias ciuitates destruxerunt Iudæis in fugam conuersis, vt colligitur ex cap. 9. Danielis, & Zachariæ 14. Vbi expendendum, multos ex Iudæis non fuisse tunc occisos, sed per orbem dispersos, vt ait Zacharias. [Et fugietis ad vallem montium eorum, & fugietis, sicut fugistis à facie terræmotus in die-

Matth. 23. Matth. 24. Chryso. ho. 44. in Matt. to. 2. August. Cyprian. Tertull. Athanas. Eusebius Cæsar. Isai. 32 Zac. 14.

diebus Oziæ regis Iuda.] Quod diuina dispositione factum est, vt per orbem dispersi, eadem lege, eisdem cæremonijs, eisdem ritibus, & figuris, quibus pertinaciter inhærebant, veritatem legis euangelicæ testificarentur, & confirmarent. Hoc multo antea, prophetica Dauidis petitione prædictum fuerat.
Ps. 38. [Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidus eos, ne quando obliuiscantur populi mei: Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.] Quid est ne occidas eos? Ne patiaris illos à Romanis occidi, serua eos ad vtilitatem populi mei, sed disperge illos in virtute tua. Quo? Per vniuersum mundum, vt vetus testamentum in obsequium nostrũ super humeros suos portent. Vnde
Concione.1.to.8 Augustinus super eũdem Psalmum sic ait. [Iam hoc factum est, per omnes gentes sunt dispersi Iudæi, testes iniquitatis suæ, & veritatis nostræ. Ipsi habent codices de quibus prophetatus est Christus, & nos
Gen. 38 Christum ipsum tenemus.] Et in hu
Chryso. ho.1.imperf. in Matthæ. col.4.to.2. ius signum (vt notauit Chrysostomus) cum Phares & Zaram partui appropinquarent, prius Zarã, per quem Iudaicus populus designatur; manum protulit in prophetis, vt Christum gentibus, quasi digito demonstraret. Quod & per Ba
Ioa. 1. ptistam fecit, dicentem, [Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.] Vnde & Magis inquiren
Matth. 2. tibus, [Vbi est qui natus est rex Iudæorum?] Locum ostendunt quasi digito illum signantes; & dicentes:
Mich. 5 [In Bethleem Iudæ,] (Sic enim scriptum est per prophetam,) [Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.] Sed tamen manum quam obstetrix coccino ligauerat statim retraxit, & tunc egressus est alter, scilicet Phares, qui typum populi gentilis gerebat. Quo designatur Iudaicum populum signo circuncisionis quasi coccino ligatum intra legis vmbram adhuc manere perclusum, cum tamen prius quasi nasci incipiens solam manum ex vtero protulisset, vt viam veritatis nobis demonstraret. Hac ergo ex causa terra Iudæorum mansit deserta & habitatores illius, imminente clade fugientes fuerũt per orbẽ disper si. Istã populi dispersionẽ in verbis sequẽtibus magis explicat ꝓpheta.

30 [Et derelinquentur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.] Triplicem his verbis affert similitudinem, iuxta quam in triplici sensu præsens locus potest explicari. Primus sensus iuxta primam similitudinem, [Sicut vmbraculum in vinea] est. Derelinquetur filia Sion scilicet à suis inhabitatoribus fugientibus, vt supra dictũ est. Quod Zac. 14
etiam clarè explicuit Zacharias. Derelinquetur (inquam) sicut vmbraculum in vinea: nam cum fructus amplius ex vinea non speratur: à custode statim deseritur vmbraculum. Appellatur autem Hierusalem filia Sion, quia iuxta montem Sion erat collocata, atque præsidijs illius tamquam filia munita. Secundus est iuxta primam & secundam similitudinem. Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucu merario. Quia adueniente veritate Euangelij, cessauerunt vmbræ legis antiquæ, & omnia eius folia,

 idest,

idest cæremoniæ ceciderunt, & vmbraculum legis scriptæ dissolutum est, sicut fructu vineæ, aut cucumerarij collecto, tugurium dissipatur, & folia illius in terram cadunt, & arescunt: ita vt nullus sit qui in eo
Isai. 5. inhabitet. Vinea Domini exercituum domus Israel est, & fructus vineæ potissimus, Christus Dominus, & redemptio mundi facta per illum; iuxta illud quod dicitur in-
Isai. 27 fra, [& iste est omnis fructus, vt auferatur iniquitas. Ipse (inquam) Christus est botrus, ipse fructus vi-
Num. 13 neæ in torculari crucis exprimen-
Aug. ser. 110. de tem ore. to. 10. dus, quem (teste Augustino) botrus ille à duobus exploratoribus de terra promissionis in stipite adductus designabat. Ipsum portauerũt duo populi, Iudaicus & gentilicus. Ille præcedebat, iste sequebatur, Salutem suam (inquit Augustinus) iste ante conspectum suum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium præfert ille contemptum. Ideo &
Ps. 68. de Iudæis Propheta testatur. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum illorum semper incurua. Incedunt duo sub sacro fasce ordine suo. Hic semper videt, ille semper relinquit. Iudæus autem proximum se extimat: sed absentat. Christianus ergo præsenti munere fruitur: Iudæus solo onere prægrauatur. Quia Christus sicut credenti salus, ita onus est non credenti.]
Cant. 1. Vnde & Sponsa: [Botrus, inquit, cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.] Fructus iste, & botrus de vinea Domini est collectus, propter illum multo tempore sustinuit Dominus populum rebellem, sed postquam salutem mundi, in medio terræ fructus ille operatus est, cecidit tugurium, & vmbraculum legis
Matt. antiquæ dissipatum est, & velum templi scissum: & ceciderunt folia manentibus Iudæis, sine cæremonijs, sine lege, sine sacerdotio, & sacrificio. In cuius signum vmbraculum hederæ, subter quod protegebatur Ionas, lætusq; lætitia magna *Ion. 4.* quiescebat, diluculo ascendente verme à Domino præparato, & hederam percutiente statim aruit, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: quia (vt adnotauit S. Au- *Aug. epist. 49. ad Deogratias presbit. q. vlt. tom. 2.* gustinus) resurgente Christo vmbraculũ decidit, & lex, de qua Paulus, [Vmbram habens lex futurorũ non ipsam imaginem rerum,] adueniente veritate cessauit. Christus enim vermis est, de quo Regius Propheta ait, [Ego autem sum ver- *Ps. 21.* mis, & nõ homo,] Sed quid vermis iste fecerit audiamus. Despectus fuit à Iudæis, & occisus, sed resurrexit, & præparauit Dominus vermẽ istum in ascensu diluculi in crastinum, quia diluculo surrexit ipso attestante, [Exurgam diluculo.] Vn- *Ps. 107.* de Psalmus in quo vermis Christus appellatur, inscribitur pro susceptione matutina. Et vt vmbræ cessarent, percussit hederam, & exaruit, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat vmbraculo deficiente. Sic & modo æstuat populus Iudaicus percussus à Deo, & per vniuersum orbem dispersus manet sine vmbra legis, sine sacerdote, sine sacrificio: & derelicta est ab eis filia Sion sicut vmbraculum in vinea. Hæc de secundo sensu.

31 Tertius sensus est iuxta omnes tres similitudines, [& derelinquetur filia Sion] scilicet à Deo. Sicut solet medicus infirmum dere- *Chrysost. hom. 23. in Matth. col. 7. to. 2.* linquere, cum de eius salute spem non habet: & sicut Dominus, qui sæpe fugientem seruum à se proijcit, & repellit. Hinc est illud, quod medi-

Hier.51 medicus cælestis, de populo infirmo per Hieremiã ait: [Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.] Loquitur Dominus ad Angelos, vt Hierusalem relinquant. Vnde & ab Angelis filia
Ios.lib.6. de bello Iud. Sion derelicta est. Nam (vt refert Iosephus) in euersione Hierosolymitana, vox Angelorum in templo audita est se mutuo adhortantium; relinquamus, relinquamus sedes istas, & ad locum aliũ transeamus.
Ps. 80. Hinc est etiam illud, [Et dimisi eos, secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuẽtionibus suis.] Hinc & Dominus per Ezechielem
Eze.16 ait: [Zelus meus recedet à te, vt nõ irascar tibi amplius.] Non irascar amplius, inquit, cum tamen summa ira Dei sit recedere, & zelum suum
Ps. 26. à peccatore auertere. [Ne auertas faciem tuam à me, (inquit Propheta) ne declines in ira à seruo tuo.] In ira, inquit, nam aliquando declinat in misericordia. In ira, inquit, quia terribilis ira Dei est cum non irascitur, cum peccatorem non castigat. Corripiat me iustus Dominus in misericordia, & increpet me, & non declinet in ira à seruo
Bern.ser. 56. in cát. suo. Vnde Bernardus: [Ideo, inquit Propheta, ne declines in ira à seruo tuo, sciens quia & in misericordia poterat declinare. Nam & si propè sit Dominus omnibus inuocãtibus eum in veritate, & iuxta ijs qui tribulato sunt corde, non tamen omnibus forsan ita, vt dicere possint. quia ipse stat post parietem. Spon-
Cant. 2 sæ autem quamprope est, quæ vno tantum pariete diuiditur?] A Iudæis ergo Dominus in ira declinauit, cum eos dereliquit; in ira declinauerunt & angeli, vt omnibus malis, omnibus calamitatibus, & miserijs terra, sicut vmbraculum in vinea, sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur à Deo derelicta, impleta remaneret: sicut repletur vmbraculum in vinea, & tugurium animalibus venenosis, & immundis cum in cucumerario deseritur à custode. Quod & Hieremias apertioribus verbis denunciat. [Et cõticuerunt, inquit, Hiere. 25
arua pacis, à facie iræ furoris Domini.] Et vt designaret in quo ira furoris sui Dominus ostẽderet, subdit: [Dereliquit quasi leo tabernaculum suum.] Quid est quasi leo? Audi Hieronymũ. [Dereliquit, ait, Hier.sup. c 25. Hierem.
quasi leo cubile suum: vt omnes bestiæ vastandi terram eius habeant potestatem. Leone quippe custode, & præside, nullus ad eandem audet accedere:] Nulla bestia agri intrat illuc, nullus hostis leonis cubile inuadit. Sed postquam illud dereliquerit, statim ab animalibus immũndis inhabitatur. Ergo quasi leo cubile suum Dominus populum Iudaicum dereliquit. Ipse cubile seruabat, dum habitaret in eo, rugiens rugiebat super decorẽ suum, vt ait Propheta. Solo rugitu, hostes tremebant. [Leo rugit, quis non timebit?] Sed tabernaculum suum Amos 3
deserente, quid sperandum nisi illud, quod infra scriptũ est, [Et erit Isa. 34.
cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia, & onocentaurus, & clamabit alter ad alterum?] Vbi per hæc animalia varietatem intelligit peccatorum se adinuicem adhortantium, vt cubile à Deo derelictum inhabitent. Nota, quod non sine magno mysterio, post similitudinem vmbraculi in vinea derelicti, adiecit aliam cucumerarij, & tugurij illius. Refrigerant enim cucumerarij fructus, propter quod sitientibus, & febricitan-

citantibus cōceduntur, vt designaret nullum refrigerium in synagoga Deum inuenisse, cum tamen illius salutem maximè sitiret; sed cū expectaret, vt faceret vuas, fecit labruscas. Vnde & alibi scriptum est: [Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum.] Hinc & ipse Dominus ait: [Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto:] Quod ad litteram in passione factū fuisse, narrant Euangelistæ, [Sed tunc (ait Augustinus) nō ipsum, quod dederunt esca erat, potus enim erat: sed in escam dederunt.] Et infra: [Sitiebam, & acetum accepi, id est, fidem illorum desideraui, & vetustatem inueni.] Et forsitan fel in escam datum dicitur, quia infidelitas populi, & obstinatio magis amara Christo fuit, quā potus fellis. Amaritudo enim in cibo, qui masticatur, & faucibus voluitur; peior est, & diuturnior, quam in potu, qui cito bibitur. Altera vero similitudo: [Et sicut ciuitas quæ vastatur:] apposita est ad maiorem rei explicationem, & amplificationem. Sic enim adeò exinanita est ciuitas à vastatoribus, & diuturna obsidione vexata, vt penè à fundamentis fuisset extincta, Nisi.

Deut. 32. Psal. 68. Aug. con. 2. sup. Ps. 68.

32 [Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen,] vel residuum, aut reliquias vt quidā transferunt, nam in Hebræo habetur zarith, id est, reliquia, [Quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus,] id est, funditus euersi, & totaliter destructi, sicut duæ illæ ciuitates, quas cōstat fuisse ex toto desolatas, ita vt ex habitatoribus, nec vnus relinqueretur incolumis. [Nisi Dominus reliquisset semen, &c.] per quod vastata ciuitas restauraretur. Et loquitur ad similitudinem agricolæ, qui in summam statim miseriam deuenit, si semen, quod terræ mandet non habet. Quidā Doctores, inter quos est, Vatablus, & Lyranus, intelligūt per semen in loco isto, paucos illos homines, qui ex captiuitate Babylonica, sub Zorobabel duce, & Iesu sacerdote, filio Iosedech, reuersi sunt in Hierusalem, per quos ciuitas, & templum reparata sunt, vt habetur 2. Esdræ 3. Sed tamen sanctus Paulus adducens, quem explicamus locum Isaiæ, intelligit per semen Apostolos, & eos qui ex Iudæis crediderūt in Christum, quos idem Propheta aliquādo reliquias appellat, sicut cap. 10. [Si fuerit Israel quasi arena maris, reliquię cōuertētur ex eo,] aliquando residuū sicut cap. 28. [Erit Dominus exercituum sertum exultationis residuo populi sui.] In præsenti autem semen nuncupantur (vt placet sancto Augustino, & Eusebio Cęsariēsi.) Quia ex illis veluti ex semine, & granis quibusdam licet paucis, tota Ecclesię messis speciosa surrexit. Hinc est illud quod de Apostolis dicitur infra. [Isti sunt semen cui benedixit Dominus.] Propter benedictionem Domini semen hoc multiplicatum est valde, ita vt ex eius fructu horreum cæleste impleretur.

Gen. 19. Vatabl. Lyra. Rom. 9. Isai. 10 Aug. lib. 1. ad Simplic. q. 2. to. 4. Euse. lib. 2. demōst. Euang. c. 36. Isai. 61

33 Potest & per semen Christus Dominus intelligi; de quo ad Galatas Paulus ait: [In semine tuo, quod est Christus.] Per illū euersio Hierusalem spiritualiter reparata est, [Ipse dispersiones Israelis congregabit, qui sanat contritos corde, & alligat omnes contritiones eorū.] Ipse est granum frumenti cadens de

Gal. 3. Ps. 146.

de cælo in terram, quod mortuum,
Ioa. 12. multum fructum attulit, multiplicauit fideles, & ruinas sui populi reparauit. Post mortem Ioseph filij Israel creuerunt nimis, & supra
Exod. 1 modum multiplicati sunt: quia vt
Origen. dicit Origenes, [Antequam Christus Dominus moreretur, valde pauci erant filij Israel: cũ verò pro omnibus gustauit mortem, multiplicatus est fidelium populus] & filij Israel diffusi sunt. Quorum multitudinem inenarrabilem omnino futuram esse, arbitratur ipse Isaias, non aliam rationem tantæ multiplicationis assignans, nisi immaturam
Isai. 53 ram Saluatoris mortem. [Generationem, inquit, eius, quis enarrabit? quoniam abscissus est de terra viuentium.] Quasi dicat. Ex eo generatio spiritualis filiorum Dei, multiplicanda est nimis, & proles Christi supra numerum augenda, ita vt enarrari non possit, aut numerari: quoniam mortuus est pro nobis, & abscissus trigesimotertio ætatis suæ anno de terra viuentiũ,
Cyrillus. vt explicat S. Cyrillus: [Si posuerit, inquit, pro peccato animã suã,
Dissimile videbit semen longæuum.] In generatione carnali oportet, quod pater longo viuat tempore, vt multiplicentur filij: quia non mortuus, sed viuens illos generat. Sed in hac diuina, & spirituali semen Abrahæ multiplicatur sicut stellæ cæli, quæ numerari non possunt, & sicut arena, quæ est in littore maris. Quare? Quoniam abscissus est de terra vi-
Ioa. 12. uentium. Hinc est illud: [Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet? Non erunt ei spirituales filij, nec generatio rectorum. Ipsum solum manet. Vnde & Christus ipse
Ps. 140. per Prophetam testatur: [Singulariter sum ego donec transeam,] id est singularis, & solus sum, donec per mortem transeam ex hoc mundo ad Patrem (vt explicat Augustinus super eumdem locum.) Et iterum. [Factus sum sicut passer solitarius in tecto.] Quia, videlicet, cũ in tecto suæ celsitudinis erat, solitarius videbatur, & solus, etiam si multa millia millium ministrarent ei, & decies centena millia illi assisterent. Hominem enim quem diligebat non habebat secum. ideò solitarius erat. Sed cum ad locum humilitatis nostræ descendit passer ille ambulans super pennas ventorum, non iam solus, non solitarius, sed plurium sanctorum caterua comitatus surrexit. Lege Augustinũ tom. 3. lib. 2. de Trinit. cap. 17. to. 4. lib. 2. quæstionum super Exodum quæst. 154. & tom. 8. super Psal. 120. in illa verba, [Ecce non dormitabit, &c.] Et Psal 138. in illa verba: [Posuisti super me manum tuam.] Aug. to. 8 Ps. 101.

34 [Audite verbũ Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri populus Gomorrhæ.] Hic incipit secunda pars 2. Par. 6. 1 huius capituli. In qua vanam Iudæorum præsumptionem excludit. Peccata enim peccatis addentes, sacrificijs & oblationibus legis veteris, atque alijs cæremonijs, omnis generis peccata statim remitti, credebant: atque seipsos eisdem oblationibus sanctificari putabant. Quorum peruersitatem Dominus per Malachiam redarguit. Nam postquam innumera sacerdotum, & populi flagitia notauit, vnum statim quasi cæteris deterius, loco vltimo constituit, dicens: [Et hoc rursum fecistis, operiebatis lachrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita vt nõ respiciam vltra ad sacrifi- Mal. 2.

crificium, nec accipiam placabile, quid de manu vestra.] Quid est hoc? Numquid non relinquitur hostia pro peccato? Numquid lachrymis operire altare Domini nephas est? Vtique, si lachrymis pauperum operiatur, & rapina ornetur templum Domini. Multi enim bona pupillorum per totum annum incessanter rapiunt, & in die Paschatis altare Domini ex illis operiunt, arbitrãtes huiusmodi oblationibus Deum placari: cum tamen illum magis ad iracundiam prouocent. Et hoc intẽdit Malachias loco inducto, vt explicat S. Chrysostomus hom. 86. in Matt. col. 5. & S. August. lib. de salutaribus documẽtis cap. 53. Igitur in præsenti cõuertit specialiter Isaias sermonem ad sacerdotes, ad principes, & magistratus populi Iudæorum. Quos principes Sodomorum appellat, eo quod in omni flagitiorum genere illis fuerunt similes, immo & deteriores, maiora scelera quam Sodoma, & Gomorrha perpetrando, dum auctorem vitæ extra vineam eijcientes occiderunt: quod nec Sodoma vnquam fecit, nec Gomorrha. Vnde & scriptum est: [Et maior est effecta iniquitas populi mei peccato Sodomorum.] Et iterum: [Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ: iustificatæ enim sunt à te,] id est, in comparatione tui, iusta & sancta Sodoma videtur, & Gomorrha. Excessit ergo Iudæorum delictum facinus Sodomorum. Cum enim Sodomorum historia & ruina, auctore Iustino martyre, Origene, & Irenæo vastitatis Iudæorum, & excidij Hierosolymitani typũ gesserit, clare colligitur istorum delicta & pœnam illatam, illorum calamitatem, & crimina excedere, sicut veritas vmbram, & res figurata suum typum, & princeps populum præcedit. Obserua in verbis Prophetæ quanta libertate debeant palam verbi Dei prædicatores delicta principum, & totius populi reprehendere sermone aspero, si opus fuerit eos increpando: sic enim Christus quamuis humilis & mansuetus, [Generatio, inquit, mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ.] Sic & Baptista: [Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?] Hæc enim & alia huiusmodi verba, cor durum peccatoris confringunt multoties, & emolliunt, vt resipiscat, & conuertatur ad Dominũ, & saluus fiat. Quid autẽ ad principes Sodomorum Propheta dicat audiamus.

Chrysost. tom 2. Aug. to. 4. | Thre. 4. | Eze. 16 | Iustin. in dialog. cũ Triphon. Orig. lib. 4. contra Celsum. Iren. lib. 4. cap. 8. | Mat. 12 | Luc. 3.

35 Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum holocausta arietũ, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorũ nolui, &c.] Sed antequam hæc verba sigillatim expendamus, oportet prius diuersas translationes huius loci prænotare, quas Frãciscus Lucas Brugensis in suis annotationibus super sacram Bibliam in vnum collegit, vt ex eorum collatione planior fiat sensus Prophetę. Prima translatio est vulgata, quam modo retulimus ex S. Hieronymo. Hanc translationem sequuntur S. Thom. Lyra, Hugo, Haymo, & cõmuniter Sancti. Secunda translatio est Septuaginta Interpretum; quæ sic habet, [Plenus sum holocaustis arietum.] Vbi est finis, & statim subditur:] Et sanguinem taurorum, & hircorum non volo,] quam translatio-

lationem sequũntur ferè omnes Doctores Græci. Tertia est: [Plenus sum holocausto arietum, & adipe pinguium:& sanguinem vitulorum & agnorum, & hircorum nolui,] Sic transtulit Chaldæus Paraphrastes. Quarta est translatio noua, quam sequitur Franciscus Forerius. [Ad quid mihi multitudo victimarum vestrarum, dicit Dominus? Satiatus sum. Holocausta arietum,& adipem altilium,& sanguinem iuuencorum, & agnorum non accipio.] Memorem velim esse lectorem eius, quod in procemio huius operis adnotaui, ita videlicet legem & Prophetas, Euangelium & Apostolos inter se ad inuicem concordare, vt vna tantum vox omnium videatur. Id quod in præsenti Isaiæ vaticinio licet comprobare. Annunciat enim Prophe-

Infirmitas legalium.

ta his, & subsequentibus verbis cessationem legalium futuram, & eorum infirmitatem denunciat, ac tandem prædicit terminum varijs legis veteris sacrificijs per vnicum nouæ legis,quo Deus placatur,esse imponendum. Hoc ipsum, & lex ipsa sæpissimè obumbrat,hoc Euangelium,hoc & Apostoli prædicant. Ideo nãque (vt aliqua exempla ex veteri Testaméto subijciamus) Ge-

Gen. 4.

nes.4.sacrificiũ Cain ex terræ fructibus oblatum reprobatur à Deo, & holocaustum Abel,qui agnũ obtulit,acceptatur: quia antiqua sacrificia reprobanda erant, & nouæ legis sacrificium suscipiendum, vt

Aug.to.6

explicat Augustinus lib.12. contra Faustum, cap. 9. Etenim vt docet

tom.4.

idem Augustinus lib.quæstionum ex veteri Testamento, quæstio 5.& quæst. 103.de vtroque mixtim, sacrificium Abel eo quod agnũ obtulit; sacrificij Christi,qui tamquã agnus corã tondente se obmutuit, typum gessit. Ideò Moyses,tabulas

Isai 53

testimonij lapideas, in quibus lex antiqua erat conscripta, ad radicẽ

Exo.32

montis confregit, & alias iterum digito Dei conscriptas,ad filios Israel adduxit, quas numquam postea dilaceraüit, vt designaret vetus testamentum esse abolendum per nouum, quod nullo alio reuocari poterat. Vnde Augustinus sic

Aug.to.4 q 144. in Exod.

ait: [Iratus quidem Moyses videtur tabulas testimonij digito Dei scriptas collisisse, atque fregisse; magno tamen mysterio figurata est iteratio Testamenti noui,quoniam vetus erat abolendum, & constituendum nouum.] Ideo denique rubus ardebat & non comburebatur, nec cõsumebantur eius spinæ,

Exod.3

vt designaretur,legem antiquam spinas quidem peccatorum ostendere, sed virtutem ad illas delendas non habere. Ita interpretantur illud signum S.Augustinus to.4.q.

August.

7.& 42. ex veteri Testamento, & lib.83.quæstionum q.66.& lib.1.ad Simplicianum q.1.& S.Greg.hom.

Gregor.

7. in Ezech.col.5. Etenim ignis ille, quo ardebat rubus, typum gerebat legis antiquæ, de qua dicitur: [In dextera eius ignea lex.]

Exo.32

Hæc illuminabat quidem peccatorum spinas,& eorum malitiã osten debat. Iuxta quod & Paulus ait: [Per legem cognitio peccati.] Et

Rom.3.

iterum:[Nam & ego concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret.] Sed tamen spinas ipsas peccatorum non consumebat, quia gratiam lex illa non continebat, nec aduersus peccatum, hominem debilem confortabat. [Si enim data esset lex

Gal. 3.

quæ posset iustificare, vere ex lege esset iustitia.] Super quæ verba S. Augustinus. [Lex, inquit, vetus magis

Aug. lib. de gratia Xpi cótr. Pelag. c. 8. to. 7. magis iubet quam iuuat, docet morbum, sed non sanat.] Vidisti legem hanc veritatem obumbrantem, audi Euangelium illam cófirmantem. *Ioan. 5.* Ideo enim (vt interpretatur Augustinus) *Aug sup. Psal. 83. to. 8.* in quinque porticibus erat multitudo languentium claudorum, & aridorum expectantium aquæ motum, quia non lex, sed Christus, non aqua pluuialis piscinæ, vbi abluebantur oues & alia animalia in templo offerenda, sed magnus ille consilij Angelus, qui de cælo descendit, eos sanauit. Potuit quidem lex infirmos prodere, sed non curare; potuit hominem triginta & octo annos habentem in infirmitate sua nutrire, sed non valuit verba illa Dei virtute plena proferre: [Surge tolle grabatum tuum, & ambula.] Ideo etiam moriente Domino, *Mat. 27* [velum templi scissum est,] quia (vt interpretatur Augustin.) *Aug. lib. 2. de pec. orig. cót. Pelag. & Calest. c. 25.* Christi morte lex antiqua rumpenda erat, atque scindenda, vt latens sub velamine eiusdem legis veritas Euangelij manifesta fieret. Ideo denique Dominus expirare volens, *Ioan. 19* dixit: [Consumatum est,] vt designaret legalia per mortem ipsius terminari. Audisti legem, audisti Euangelium, infirmitatem legaliũ, & eorum abolitionem ostendens. Attende ad Apostolum eamdem veritatem prædicantem. *2. Cor. 3* [Litera (inquit) occidit, spiritus autem viuificat.] Quid enim per literam, nisi legem scriptam literis in tabulis lapideis deformatam intelligit? Quid per spiritum, nisi lex gratiæ in tabulis cordis spiritualibus impressa designatur? Litera ergo occidit, non quidem directè, sed occasionaliter, *Aug. lib. de Spiritu & litera c. 14.* quia (vt ait Augustinus) peccatum ostendebat, imponebat præceptum, & vires ad seruandum illud non præbebat. Spiritus autem viuificat, quia gratiam continet, qua peccata nostra delentur, & illã digne suscipientibus eius sacramenta cóferunt. Hinc & ad Gal. 4. *Gal. 4.* Vacua, infirma, & egena elementa legis datę sacramenta appellat. Vacua, quia mundabant foris, sed intus nullam prorsus virtutem ad abluendam animam à peccatis, continebant. Infirma, quia (vt S. Thom. *S. Thom. Galat. 4. lect. 4.* inquit) [per se subsistere non valebant, in nihilum enim deciderent, nisi ea manus cuncta regentis teneret, secundum illud Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.] Vel secundum alios dicuntur infirma, quia baculum legis euangelicę manu tenebant, & ab illa virtutẽ, qua subsisterent mendicabant. Egena verò, quia egebant Christo reparatore, qui legem non venit soluere, sed adimplere. *Mat. 5.* Tandem in epistola ad Hebręos ex ipsa ęthimologia nominis veteris testamenti ostendit Apostolus finem aliquãdo legalibus cæremonijs esse imponẽdum, [aufert, inquit, primum, scilicet testamentũ, vt sequens statuat] id est, vt nouum stabiliat. Et iterũ: [Nam quod antiquatur & senescit prope interitum est.] *Heb. 8.* Hæc autem omnia latius patebunt in explicatione singulorum verborum auctoritatis Isaiæ, quam modo interpretari volumus, & expendere.

36 [Quo mihi multitudine victimarum vestrarum?] vel iuxta nouam translationem: [Ad quid mihi multitudo victimarũ vestrarum?] Ac si apertius dicat. Arbitramini, ò Pharisæorum Principes & Iudæi, vos nõ esse à Deo puniẽdos, neque castigandos, quia sumptuosa offertis sacrificia, quia multiplicatis victimas, & dies festos celebratis?

tis?

tis? Non ijs à vestra ingratitudine mundabimini, neque ista pro gratiarũ actione requiro, sed animum pium, qui me honoret, in me credat, me amet, & verba mea obseruet, neminem offendat, sed omnibus benefaciat. Hæc sacrificia accepto, non illa. Vnde & per Prophetam ait: [Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.] Sacrificium laudis requiro non carnis taurorum, [Cor contritum, & humiliatum non despicio. Mihi enim sacrificium est spiritus contribulatus. Consonant hæc verba cum illis: [Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum.] Et explicans quid debeat facere ille qui conuertitur, subdit: [Tollite vobiscum verba, & ite ad Dominum, & dicite: Omnem aufer iniquitatem, & suscipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorũ.] Verba petit, laudẽ requirit, lachrymabilem pœnitentiam, humilem confessionem, qua pœnitens vitulos labiorum suorum offerat Deo, eisdem labijs cor suum Deo, & sacerdoti manifestando, & seipsos in sacrificium offerendo. In sacrificiũ, inquam, Deo acceptũ, de quo scriptum est: [Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.] Hoc enim est reddere, [vitulos labiorum nostrorum.] Expendendum autem est illud verbum [Multitudine victimarũ,] quo S. Paulus aduersus Hebræos triumphat. Ex illo enim colligit infirmitatem legalium, & sacrificiorum veteris legis imbecillitatem. [Et omnis, ait, sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe

Psal. 49

Psal. 50

Osе. 14.

August. Psal. 50

Heb. 10

offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata. Hic autem, id est, Christus vnã pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei.] Et post pauca: [Vna enim oblatione cõsumauit in sempiternum sanctificatos.] Oblationes antiquæ, quia inefficaces erant, neque vim habebant ad delenda peccata, sæpè repetebantur, & in illis per singulos annos cõmemoratio peccatorum fiebat: & quia vnitatem non causabant, multiplicabantur. Christus autem vna oblatione consumauit in sempiternũ sanctificatos. Vna, inquit, oblatione, non multitudine victimarum. Vna, quia infiniti valoris erat, & nõ opus fuit, nec potuit alia superaddi. Vna quia per illam in vnitatem Ecclesiæ suos cõiunxit, vt fieret vnum ouile & vnus pastor. Vna quia (vt Leo Papa inquit) [vno expleta est sacrificio variarum differentia victimarum.] Bene ergo ait: [Quo mihi multitudine victimarũ vestrarum?] Ac si apertius dicat: Non multitudine victimarum legis antiquæ, sed virtute vnius victimæ legis gratiæ, quam filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, offeret, placandus sum.

Leo. ser. de Pal. q incip scio quidem.

Luc. 3.

37 [Plenus sum.] hoc est. Ideo vestra sacrificia non requiro, sed vos, quia plenus sum, & diues, abundo meis, nec vestris oblationibus indigeo. Sic explicat S. Ambrosius lib. de interpellatione Dauid in fine. Consonatq; illius explicatio, cum verbis Psal. 49. [Non accipiã de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos: quoniam meę sunt omnes feræ siluarum, iumenta in montibus, & boues.] Potest secundo hic locus sic explicari. [Plenus sum, id est, satiatus sum sacrificijs legis

Ambros.

Psal. 49

legis antiquæ,non mihi placent,anima mea iam nauseat super illis. Quadrat hæc interpretatio cum duabus translationibus commemoratis,scilicet cum translatione Septuaginta Interpræetum. [Plenus sum holocaustis arietum,] & cum versione noua, quæ vbi nos legimus, [Plenus sum,]legit, [satiatus sum,] &c. Quibus verbis duo insinuat. Alterum est,illa sacrificia nõ esse ex se Deo grata,& accepta, sed ex deuotione offerentiũ: & quia typum sacrificij nouæ legis præferebant. Alterũ est, post Christi mortem, & sufficiẽtem Euangelij promulgationem, non solum mortificata,sed & mortifera esse futura, ita vt non ad misericordiam,sed ad iracundiam Deum prouocent. Vnde subditur.

37 [Holocausta arietum,& adipem pinguium,& sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui,] vel[Non volo,]vt transferunt Septuaginta.vel[Nõ accipio] vt habet versio noua. Explicat his verbis nullam ex se illa sacrificia virtutem ad placandum Deum,aut interius emundandas conscientias à peccatis habere.Et(vt adnotauit Hierony. S.Hieronym.)ideo dixit,nolui de præterito ad denotandum, quod etiam olim in lege scripta illa sacrificia non erant Deo grata ex seipsis, sed propter sacrificium nouæ legis,quod præsignabant. Si autem legamus [non volo,]vel[non accipio] de præsenti potest hoc vaticinium ad tempus Euangelij referri, in quo vnicum sacrificium Christi Deus acceptat,alia reprobat, quia per illud abolita sunt omnia. Sic explicat hunc locum S.Ambrosius super Psal. 45. S. Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos cap. 13. Irenæus lib.4. cap.32. Vtraque explicatio, & verba Isaiæ in hoc loco valde consonant cum illis Prophetę,Psal. 39. [Sacrificium, & oblationem Psal.39 noluisti,aures autem perfecisti mihi.]Septuaginta transferunt,[Corpus autem aptasti mihi. Holocaustum & pro peccato nõ postulasti, tunc dixi,Ecce venio.] Ex quibus vèrbis S.Paulus infert,non per sa- Heb.10 crificia antiqua,nec eorum virtute homines sanctificari, sed per oblationem corporis Christi semel. Sic enim ait: [Impossibile enim est,sanguine taurorum,& hircorum auferri peccata,ideo ingrediens mundũ dicit: Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata, & pro peccato, non tibi placuerunt:tunc dixi,ecce venio. In capite libri scriptum est de me,vt faciam Deus voluntatem tuam,superius dicens,quia hostias, & oblationes, & holocaustomata pro peccato, noluisti, nec placita sunt tibi,quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi,Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.] Hactenus S.Paulus.Quia ergo legis sacrificia Deo placita non erant, quia ea noluit, ideo Verbum Dei filius,Patrem alloquens ait: [Corpus autem aptasti mihi,]id est,aptum dedisti,vt in illo vulnerari,flagellari,cõspui,spinis coronari possim,cruciq; affigi. Ad hoc veni in mundum,vt faciam Deus voluntatem tuam. Hæc fuit Pater voluntas tua, vt pro hominibus crucis patibulum subirem, hoc cogitaui, hoc disposui perficere & ego ipse, cum primum mundum sum ingressus; cum trabea carnis indutus sum. Quare? Quia sacrificium, & oblationem noluisti.

39 Sed quare prius sacrificium & ob-

& oblationem Deus voluit, & præcepit, & postea se illa nolle declarat? Numquid quod à Deo qui immutabilis est, semel ritè factũ fuerat, & statutum, decuit dissolui, & reprobari? Non dissoluitur, vetus testamentum à Deo statutum, sed impletur, & in melius cõmutatur.

Mat.5. Vnde & scriptũ est: [Non veni soluere legem, sed adimplere.] Impletur lex per euangelium, per quod abolentur vmbrę, vt promissa veritas, iã exhibita appareat. Vt enim docet Augustinus, omnia illa legis veteris sacrificia quasi verba erãt, & chirographum, ineffabile nouæ legis sasirificium promittẽtis, quo exhibito rumpitur chirographũm & deletur, & quasi pro nihilo reputatur. Quis chirographum soluto iam pretio acceptabit? quis illud voluit de cætero? Hanc ergo ob causam nouæ legis exhibito sacrificio, velum templi scissum est: quia ruptum est chirographum. Ideo ergo dicit per Prophetam Dominus: Holocausta arietum non volo, ad nihilum valent vltra, non mihi placent, si de cetero offerantur. Et forsitan ob eamdem causam præcepta antiqua dicuntur non bona.

Aug. sup. Ps. 39. to. 8. in illud: Sacrificium & oblatione nõ noluisti.

Eze 20 Ezech. 20. [Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus non viuent.] Nam (vt inquit Bernard.) licet præcepta legis veteris, bona suo tempore fuerint: nunc autem non sunt obseruatione digna, nec bona. Erant enim omnia illa legalia præcepta, vsque ad tempus tantum correptionis imposita. Hanc etiam ob causam soluto redemptionis nostræ pretio Christus Dominus legis, & peccati chirographũ abstulit, Apostolo dicente, Colos. 2. [Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat cõtrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.] Alia præcepta pœdagogus puero, alia magister eidem, cum ad perfectam ætatem peruenerit, imponit. Sic & Deus Hebræis diuersa pro qualitate temporum, vt Augustinus ait, imposuit præcepta, erant enim sub lege, quasi pueri sub pedagogo cõclusi. Vnde & Paulus ait: [Sub lege custodiebamur conclusi. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo.] Quid est pedagogus in Christo? Nutriens nos tamquam paruulos sub rigoris disciplina, vt Christo perfectionis magistro suo tempore traderet, altiori doctrina nutriendos. Tamquã pedagogus ergo lex antiqua Hebræis puerorum ætati & statui, apta præcepta imposuit, quæ tamen statu perfecto legis gratiæ adueniẽte euacuauit Christus, & alia tãquam viris perfectis præcepit custodiri. Vnde & Apostolus ait: [Cum essem paruulus loquebar vt paruulus, sapiebã vt paruulus,] id est, sub pedagogo legis antiquæ, [cogitabã vt paruulus, quando autem factus sum vir,] id est cum ad perfectũ statum legis gratiæ, Christi misericordia me perduxit, [euacuaui quę erant paruuli,] id est, antiqua præcepta paruulis imposita, non amplius custodienda esse duxi. Præcepta ergo quæ paruulis bona erãt, & accõmodata, viris perfectis nõ bona dicuntur. Nec obstat, quod Paulus ait: [Itaque lex bona est, & sancta, & mandatũ sanctũ.] Et iterum: [Scimus quoniã bona est lex.] Nam (vt adnotauit Chrysost.) non docet Apostolus absolutè legem antiquam modo esse bonã, aut eius obseruantiam laudabilem: sed addidit: [Si quis ea legitimè vtatur,] id est, ad proprium finẽ, scilicet ad co-

Vide Ber. in ser. 58. in Cant.

Simile. Aug epi. 5. ad Marcellinũ in prin. to. 2

Gal. 3.

2. Cor. 13

Rom. 7.

1. Tim. 1 Chrysost. ho. 2. sup. eandem epist. col. 2. c. 2.

gnoscendum Christū, & ad diligendum illum, & mandata eius obseruandū. [Finis enim legis Christus est] vt dicitur ad Rom. 10. Vnde idē Chrysost. hom. 11. in epist. ad Philip. ait, quod sicut vtimur scala, vt ad locū eminentem ascendamus, quo cum peruentum fuerit, iā non vltra scala opus est, nec tamē propterea vituperamus illam, sed in angulo domus constituimus: ita & lex nos sicut scala euexit ad Christum, & eo loco nos cōstituit, vt adminiculo isto iam deinceps non sit opus, & pro hoc ipso, quod eius opera non egemus, æquum est, vt gratias illi referamus, quia per ipsam, & nō volucrum more in sublime cōscendimus. Lege eundem Chrysost. homil. 2. in 1. epist. ad Timoth.

Simile. Chrysost.

40 [Cum veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambuletis in atrijs meis.] Postquā in præcedentibus ostendit Isaias sacrificia antiqua non fuisse olim ex se Deo grata. hic consequenter demonstrat etiam ex parte offerentium, non esse Deo accepta: Tum, quia ex iniuste acquisitis offerebant illa tam populares, quam sacerdotes: Tum etiam quia quamplurimis erant inuoluti peccatis illa offerentes. Ideo non ait, Quis quæsiuit hæc absolute, sed addidit de manibus vestris, sanguine videlicet pauperū plenis, & multis latrocinijs maculatis. Hinc licet colligere cum S. Augustino, quam execrabile Deo sit sacrificium ex substantia pauperum oblatū. Scriptū est enim [Ego Dominus habens odio rapinā in holocausto.] Et iterū: [Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in cōspectu patris sui.] Pauper enim Dei filius est, quem Deo Patri victimat ex eius sudore sacrificium offerēs, vt explicat S. Gregorius in Pastor. lib. 3. admonit. 22. [Dic mihi quæso (ait Chrysostomus) si asinum mortuum vel fœtidum in sacrificium offerres, nōne te lapidarent vt impium, quia fœtidam rē obtulisti?] Mortuo ergo asino grauius olet sacrificium ex rapina Deo oblatum. Quod si Cain munera non Deo placuerūt, quia ex proprijs deteriora obtulit, quomodo ex alienis oblata illi erunt accepta. Vide eundem Chrysost. tom. 5. hom. 36. ad populum, S. Gregor. 17. Moral. cap. 23. in illa verba Iob. 15. errore deceptus, quod aliquo pretio redimēdus sit, & quæ diximus supra numero 34. Expendatur illud verbum [vt ambularetis in atrijs meis,] quo Iudæorū præsumptio vana, & superbia notatur: qui sacrificium offerentes ita confidenter, & secure in atrijs Dei perābulabant, ac si mundi essent interius coram Domino, & placabile, quidpiam in præsentia illius obtulissent.

Aug. lib. de salut. doct. c. 23

Isai. 61

Eccl. 34

Chrysost. ho. 72. in Io. col. 3. to. 3.

Gen. 4.

41 [Ne offeratis vltra sacrificiū frustra, incensum abominatio est mihi.] Confirmat his verbis Propheta, id quod supra de abrogatione legalium prædixerat. Præcipitq; ne de cætero sacrificia legalia illi offerantur, post vnicum illud nouæ legis sacrificium. Ideo namque, vt adnotauit Chrysostom. & Eusebius Cæsar. post Christi passionem templum Hierosolymitanum, in quo tantum licebat Iudæis sacrificium offerre, euerti per Romanos Deus voluit, & destrui omnino, vt intelligerent sacrificia antiqua non esse vltra Deo offerenda, & adducit Chrysost. optimam similitudinem medici, qui si infirmo licentiam bibendi

Chrysost. ho. seu orat. 1. contra Iud. col. 7. to. 5.

Simile. Chrysost.

bendi aquam concederet, sed in singulari quodam & determinato vase tantum vas confringendo, licentiam concessam bibendi aquam consequenter auferret. Non aliter Deus templum euertendo, in quo sacrificia antiqua offerre licebat, ait cõsequenter, [ne offeratis vltra sacrificiũ frustra.] In textu Hebraico vbi nos legimus, frustra, habetur Sab, id est, vanitatis vel mẽdacij. Post prædicationem namque Euangelij, & exhibitionem realem noui sacrificij, antiqua vanitatis & mendacij, seu mendacia sacrificia effecta sunt. Nam (vt docet Augustinus) illa sacrificia Christum venturum designabant, & futurum sacrificium nouæ legis promittebãt. Cum ergo sacrificium illud iã fuerit exhibitum, & nullum aliud restet in futurum exhibendum, mentiuntur sacrificia antiqua, nunc illud sacrificium, tamquam futurum designantia, & promittentia. Rectè igitur sacrificia mẽdacij à Propheta nuncupantur, & sacrificia vanitatis: quia eorum promissio vana est iam, & mendax. Vnde & in sequentibus verbis reprobat solemnitates & calendas, & festiuitates alias legis antiquæ, docẽs iniquos esse cætus ad solemnitates illas cõuenientium. Vnde & ipse Dominus per Malachiam. [Dispergã, inquit, super vultũ vestrum stercus sollẽnitatum vestrarum.] Quod si sollẽnitatibus suis in die Iudicij reprobi remanebunt cõfusi, & illas Deus stercus appellat super faciem eorum dispergendũ, qualis erit illorũ confusio, cum omnia scelera, cogitationes iniquę, & alia crimina eorum fuerint detecta. † Pro eo autẽ quod vulgatus transtulit. Neomeniam & Sabbatum & festiuitates

Aug. in illa verba Psal. 39. sacrificiũ & oblat. noluisti. to. 8.

Mal. 2.

alias non feram: vertunt Septuaginta: [Neomenias vestras, & Sabbata, & diem magnum non fero,] & videtur alludere ad diem illum, in quo Dei filius traditus est morti, de quo Euangelista ait: [Erat enim magnus dies illa Sabbati.]

42 [Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cũ multiplicaueritis orationem, non exaudiam.] Docet hic locus ad perfectam orationem, & Deo gratam, necessarium esse quod ex puro corde procedat; & non ex animo peccati veneno infecto. Vnde & Dominus ad discipulos: [Estote (inquit) prudentes sicut serpentes.] Super quem locum B. Augustinus ait: [Est quodam genus serpentis, quod cum ceperit ire ad bibendum aquam, antequam veniat ad fontem, euomit omne venenũ. Imitare & tu hunc serpentem in hac parte secundum Euangelicum Domini nostri Iesu Christi præceptum: Estote prudentes sicut serpentes, & omne venenũ iræ, & odij amarũ euome, & remitte conseruis tuis, vt & tibi remittantur à Domino peccata tua.] Quia ergo Scribę & Pharisæi sicut sepulchra dealbata pleni erant intus hypocrisi, & iniquitate, & omnium fere peccatorũ veneno corrupti: cum extenderent manus suas, vt veniam peterent delictorum, auertebat Dominus oculos suos ab eis, nec exaudiebat illos. Vnde Prouerb. 28. [Qui obturat aures suas, ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Ante orationem ergo præpara animam tuã, (ait Sapiens) & noli esse sicut homo qui tentat Deũ.] Vbi glossa, [Deum, ait, tentat, qui orat sicut Deus docuit, sed non facit quod iussit.]

Mat. 10

Aug. to. 4 lib. de sal. doct. c. 28.

Pro. 28.

Eccl. 18

Gloss. interlin.

43 [Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.] Aſſignat rationem propter quam antiqua Iudæorum ſacrificia Deo non erant accepta, nec orationes gratæ, quia videlicet eorum manus ſanguine plenæ ſunt, id eſt, opere crudelitatis, vt explicat B.Gregor. lib. 9. Mor. cap. 19. Vel per ſanguinem intelliguntur diuerſa peccatorum genera, ſcilicet idolatriæ, rapinæ, homicidij, &c. Etenim (vt docet idem Greg. lib. 13. Mor. cap. 10.) hoc nomen ſanguis peccatum ſignificat, vt patet Oſeæ 4. [Et ſanguis ſanguinem tetigit.] Et Pſal. 50. [Libera me de ſanguinibus, &c.] † Ex quo manifeſtè conſtat, parum prodeſſe longas orationes ſimulare, niſi ab omni opere illicito cohibeantur manus. Vnde Hieronymus: [Vtendũ eſt (inquit) hoc teſtimonio contra eos, qui cum quotidianis operibus, ſanguine plenas manus habeant, in oratione noctes, dieſq; coniungunt.] Sanguine plenas manus habent, qui inſidiantur proximo, qui bona eorum, & honorem rapiunt, qui paruulos ſcandalizãt, & infirmos ad peccandum inducunt. Vnde Auguſtinus: [Quia peccata de carne & ſanguine naſcuntur, ideo Apoſtolus ait, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt: cum tamen corruptibile hoc induet in corruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Tunc caro & ſanguis ſecundum ſubſtantiam regnabunt in cælo, ſed nomine ſanguinis appellantur peccata, ſicut linguam appellamus membrum, & locutionem quæ per illam efficitur, ſic dicitur ſanguis iniquitas quæ fit per ſanguinem. *] Sed tunc inſurgunt Iudæi proteruè, affirmantes Deum re vera in præſenti, nullatenus antiqua ſacrificia reprobaſſe: ſed tantum offerentium iniquitatem condemnare. Nam tota ratio propter quam ait Propheta: [Quo mihi multitudine victimarum veſtrarum, &c. Et incenſum abominatio eſt mihi; ſanguinem agnorum, & hircorum, & vitulorum nolui, eſt quia manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt.] Si ergo lauerint manus ſuas, & à peccato cor mundauerint, poterunt illa ſacrificia nunc offerre. Bene arguis Iudæe. [Sed ſi laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculatus es coram me in iniquitate tua, dicit Dominus.] Non enim potuiſti manus tuas ſanguine Chriſti plenas emundare. Non emundauit ſuas Pilatus, quantumuis illas coram omni populo lauerit. [Innocens (inquiens) ego ſum à ſanguine iuſti huius.] Vnde præſens Iſaiæ prophetiæ vtrumque reſpicit, & ſtatum legis antiquæ, in quo propter offerentium crimina illa ſacrificia Deo non erant accepta, quia non ex opere operato, ſicut nouæ legis ſacrificium, ſed ex fide, & deuotione offerentis effectum habebant: & ſtatum legis Euangelicæ, in quo ipſa veterum ſacrificiorum oblatio prohibita eſt, & illicita: quia figura veritate apparente ceſſauit. Et ad inſinuandum ex vtroque capite Deo ſacrificia antiqua non placere, prius dixit Iſaias: [Iniqui ſunt cætus veſtri.] Et poſtea ſubdit: [Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.] Prioribus verbis primam cauſam propter quam etiam antiquitus Deus Iudæorum ſolemnitates, & ſacrificia reprobabat, aſſi-

Gregor.

Oſeæ 4.
Pſa. 50

Aug. ſup. Pſal. 50.
1. Cor. 15

Hier. 2

Matth. 27

assignat: quia videlicet illa sacrificia offerentes erant iniqui, & peccatores, Deo odibiles, & reprobi: cum tamen sanctitatem magnam, & religionem simularent. Vnde in textu hebraico pro [iniqui sunt cætus vestri,] habetur baabara, id est, iniquitas, & abstinẽtia. quasi dicat, iniquitas, & abstinentia, qua religio simulantur à Pharisæo, dicente:
Luc. 18. [Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium, quæ possideo, ad iracundiam maximam Deum prouocãt. Posterioribus autẽ verbis, scilicet [manus enim vestræ sanguine plenæ sunt,] tangit causam secundam, propter quam in statu Euangelij antiqua sacrificia reprobãtur, quia scilicet Iudęorum manus, sanguine Christi intinctæ sunt. Quo fit, quod si hæc prophetia ad statum legis datæ referatur, nomine sanguinis potest indifferenter quodcunque offerentium crimen intelligi, propter quod eorum sacrificium Deus non probabat, nec accipiebat. Si verò ad statum legis gratiæ, nominẽ sanguinis intelligeudus est sanguis ille, de quo crucifigentes Dominum dixerunt:
Matth. 27 [Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] Et est sensus. Quia Iudæi Christi sanguine manus suas maculauerunt; sacrificia antiqua, multitudo victimarum, solemnitates, & calẽdæ, & cætera legalia odibilia Deo sunt effecta: eo quod his omnibus per nouæ legis sacrificiũ est terminus impositus. Sic interpretantur locum istum Isaiæ B. Hierony. B. Cyrillus, B. Cyprianus, Irenæus, Tertullian. & Origenes super cap. 27. Matth.

3. Pars c. 1. 44 [Lauamini, mũdi estote, &c.] Hic incipit 3. pars huius capitis, in qua reiectis antiquis sacrificijs, atque infirmis elementis, & vacuis reprobatis, ostendit Propheta quibusnam medijs verè debeant à peccatis emundari, nouæ legis sacramenta, & eius sacrificium introducens. Et quoniam prima illorum ianua, & vitæ spiritualis principiũ est baptismus, sacro attestante Cõcilio Florentino, ab ipso incipit, dicens: [Lauamini, mundi estote,] ac si apertius dicat. Mundi nõ eritis interius à peccatis, nisi aqua baptismali lauemini exterius secũdum illud, quod scriptum est: [Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.] Et Zachar. 13. [Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionẽ peccatoris, & menstruatæ.] Quem locum de aqua baptismali, qua totius generis peccata ante baptismũ cõmissa abluuntur, intelligunt multi ex Doctoribus sanctis. Et iuxta hanc interpretationem, quam sequuntur B. Chrysostomus, & Gregorius Nazianz. referẽda sunt hæc Isaiæ verba ad tempus gratiæ, ex quo præceptum Baptismi obligare cepit. † De quo S. Ambros. ait, [In illo aquarum sepelimur elemento, vt renouati per Spiritum resurgamus. In aqua enim imago mortis; in spiritu pignus est vitæ, vt per aquam moriatur corpus peccati, quæ aqua quasi quodam tumulo corpus includit, vt per virtutem Spiritus renouemur à morte peccati. Et ideò hij tres testes vnum sunt, sicut Ioannes dixit, aqua, sanguis, & spiritus, vnum in mysterio, non in natura. Aqua testis est sepulturæ. Sanguis testis est mortis, Spiritns testis est vitæ. Si qua ergo in aqua gratia, non ex natura aquæ, sed ex præsentia est Spiritus sancti. Nunquid in aqua viuimus sicut

Conc. Florent. dec sup. vnion. Arm.
Ioan. 3.
Zach. 13
Chry. ho. 3 in c. 3. Matth. in illa verb. facite fructus dig. pœniten. Greg. Nazianz. in Epiphan. Amb. lib. 1. de Spiritu sancto c. 6.
1. Io. 5.

in spiritu?] Et in lib. de hijs, qui initiantur cap. 7. [Accepisti, inquit, vestimenta candida in Baptismo, vt esset inditium, quod exuens inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ casta velamina,
Psal. 50 de qua dicitur, Asperges me Domine hissopo & mundabor, lauabis me, & super niuē dealbabor. Christi quoque erant vestimenta candida sicut nix, quia super niuem dealbatur, cui culpa dimittitur. Hæc vestimenta cernentes filiæ Hierusalem dicunt: Quæ est ista quæ ascendit dealbata? hæc erat nigra, vnde subito dealbata? * Si vero in alio sensu ad tempus legis antiquæ, in quo illa protulit Propheta referantur; interpretanda sunt de pœnitētia interiori, per quam anima à peccatorum maculis emūdatur, iuxta illud, quod scriptum est:
Psal. 6. [Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum ri-
Psal. 50 gabo.] Et iterum: [Amplius laua me Domine ab iniustitia mea, & à peccato meo munda me.] Vnde B.
Greg. Gregor. hom. 20. in Ezech. & epist. 186. intelligit etiam de vera pœnitentia locum supra inductū ex Zachar. 13. [Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem, &c.] Ait ergo Propheta: [Lauamini, mundi estote.] Ac si apertius dicat. Quid prodest tantummodo varijs legis baptismatibus, & iustitijs carnis, quæ exterius tantum ab irregularitatibus legis mundant, lauari, nisi per veram pœnitentiam interius apud Deum anima abluatur? † Ex hoc
Hier. ad cap. 14. & seq. loco S. Hieronymus Nouatianorū errorem, negantium pœnitentiam impugnat. [Nouatiani, inquiens, se mundos vocant, cum sint om-**nium immundissimi, negantes pœ**nitentiam, per quam peccata mundantur, iuxta illud quod scriptum est: Lauabis me, & super niuem *Psal. 50*
dealbabor. Et in Isaia: Lauamini, mundi estote. Lauachrum autem non Baptismum vocat, sed omnem pænitudinem, quæ sordes abluit à peccatis. * Vbi expendendum valde cum S. Chrysost. hom. 3. de pœ- Chrysost. to. 5.
nitentia col. 5. illud verbum, Lauamini. Cum enim Propheta suprà diuersa populi vulnera retulisset, dicens: [A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens.] Et reprehendisset populum, quod plaga eius non esset circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo: modo non ait: Curamini à vulneribus, educite eorum saniem, sed inquit Lauamini, vt efficaciam pænitentiæ præsignaret, quæ ita peccatorum vulnera curat, vt illorum signum aliquod deforme, vel cicatrix non remaneat, quod in corpore chirurgi facere nequeunt. Vnde Christus ita proprio sanguine lauit Ecclesiam, vt illam (sicut Paulus ait:) [Sibi redderet gloriosam, non *Eph. 5.*
habentem maculam aut rugam, aut aliquod huiusmodi.] Non habentem, inquit, maculam, sicut qui Simile.
faciem lauat, lutum ab illa aufert, ita vt nec signum deformitatis remaneat, nec ruga. Nam propterea Christi corpus extensum est in cruce, vt rugam & fœditatem omnem ab Ecclesia tolleret. Hinc est illud, quod in persona Christi inquit Propheta: [Sicut aqua effusus sum.] *Psal. 21*
Vbi Augustinus ait: [Aqua quādo Aug. to. 8
effunditur, aut abluit, aut rigat. Effusus ergo est Christus sicut aqua, quia irrigatæ sunt mentes per passionem eius: & ablutæ peccatorum

sordes.

sordes.] Vide Chrysost. hom. 8. ad populum, in princip.

45 Vel certè ideo, inquit [Lauamini,] & non curamini, vt peccatores intelligant, quam facili negotio salutem per pœnitentiam possint consequi. Non opus est ferro, non igne, non gladio, sed lauacro
Tit. 3. regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Lauacrũ recreat corpus, & lauat, & lachrymæ animam.
Iob 9. † Vnde S. Iob: [Si lotus, inquit, fuero quasi aquis niuium, & effulserint velut mundissimè manus meæ, tamen sordibus intinges me.] Quem
Greg. 9. Mor. cap. 19. locum S. Gregorius explicat de lacrymis pœnitentis, dicens: [Aquæ niuium lacrymæ humiles sunt, quæ animam velut niuem candidam faciunt. Aquæ fluminum, & fontium oriuntur, & excaturiunt ex terra, aquæ vero niuium de cælo descendunt. Qui ergo propter amissionem rei temporalis plorat, fletus eorum ab imis venit, quasi enim ex terræ aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in præcibus compunguntur. Qui verò plorant, quia æterna bona desiderant, vel propter peccata sua, hi aquis niuis mundantur, à summis enim accipiunt vnde inundentur. *] Dolores nostros medicus super se suscepit, & suauem, lenem, & recreantem medicinã vulneribus sauciatis re-
Isai. 53 liquit. Audi Prophetam: [Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum: & liuore eius sanati sumus.] Vide mysterium. Ipse vulnerum portauit dolores, & nobis tribuit sanitatem, ipse attritus est propter scelera nostra, & sic attritus, [sanat contritos corde, & alligat cõtritiones eorum.] Disci- Ps. 146.
plina pacis nostræ super eum, & super nos reconciliatio. Liuore eius sanati sumus, vt iam non sit in nobis vulnus, nec liuor, nec plaga tumens. Hoc solum requirit, hoc expostulat. [Lauamini, mũdi estote.] Et tamen multi curare renuunt, lauari refugiunt, medicinam refrigerantem animam contemnunt: quibus profecto illud competit, quod de Naaman Syro scriptum est. Ad quem, cum leprosus esset, 4. Reg. 5
misit Elisæus nuntium, dicẽs: [Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Numquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder? Cum ergo vertisset se, & abiret iddignans, accesserunt ad eũ serui sui, & locuti sunt ei. Pater, & si rem grandem dixisset tibi Propheta, certe facere debueras, quanto magis, quod nunc dixit tibi, lauare & mundaberis.] Quã multi sunt, peccatorum suorum lepra infecti, Naaman Syro per omnia similes, qui irascuntur, cum Dei nuncios audiunt prædicantes, Lauare septies in Iordane & mundaberis. [Lauamini, mundi estote,] & vertunt se, & abeunt indignantes, immo, & dedignantes Iordanis lauacro emundari. O ingrati, ò rebelles, ò salutis propriæ inimici. Si rem grandem, si difficilem, si asperam, & doloribus pœnam pro consequenda salute animæ Dominus postulasset, certe facere debuissetis,

tis, quanto magis, quod nunc petit, Lauamini. [Lauamini, mundi estote.] Sed quare addidit, mundi estote, postquam dixit, lauamini? [Numquid qui lotus est, non est mundus?] absit: [Qui lotus est (dicit Dominus) non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus.] Ideo ergo additũ est, Mundi estote, (vt aduertit Gregorius) nam inuanum per lauacrũ mũdatur, quisquis deinceps ad volutabrum luti redire non renuit. † Est enim sicut sus lota in volutabro luti, quæ cũ lauatur sordidior redit. Grauiori enim se culpæ subijcit, quia ipsam quam flendo impetrare potuit veniam, contemnit, & quasi in lutosa aqua semetipsum voluit, quia dum fletibus suis vitæ munditiam tribuit, subtrahit ante Dei oculos, sordidas ipsas etiam lacrymas facit. * Hinc & per Ecclesiasticum dictum est: [Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius?] Baptizatur quippe à mortuo, qui mundatur fletibus à peccato, sed post baptisma mortuum tangit, qui culpam post lacrymas repetit. Hinc rursus scriptum est, [Ne iteres verbũ in oratione tua.] verbũ namque in oratione iterare, est post fletum committere, quod rursum necesse sit flere, vt dicit S. Gregorius.

Ioa. 13. *Greg. 3. p. Past. curæ, admonit. 31.* *Eccl. 34* *Eccli. 7.*

46 [Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.] Versiculus iste maximam consolationem affert his, qui immũdis, vel alijs prauis, blasphemiæ, aut infidelitatis infestantur cogitationibus; quas omnino cauere, dum sumus in hoc ergastulo corporis, etiam viri perfecti nõ possunt: secundum illud, quod August. ait: [Suspiciones cauere non possumus.] Ideo Dominus in præsenti non præcipit nobis, nec dicit, auferte cogitationes malas, non habeatis cogitationes malas: nam illas omnino vitare, aut præcauere ne insurgant, nõ est in nostra potestate, cum sæpe etiam nolentibus occurrãt, sed ait: [Auferte malum cogitationum,] illud videlicet, quod per consensũ, vel per morosam delectationẽ causatur in anima. Vnde & scriptum est: [Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?] Noxias dixit, quia nocent animæ, si in illis quispiam voluntariè immoretur. Si verò eis forti animo resistat, non nocebunt: sed ad gloriam & coronam, viriliter certanti imputabuntur, vt optime docet Bernar. serm. 5. de Quadrag. serm. 7. sup. Psal. Qui habitat, in illa verba, [& decem millia à dextris tuis,] &c. & in lib. Meditat. cap. 14. Hinc est illud, quod Concil. Trident. Sess. 5. decr. de Peccato originali, ait: [Cõcupiscentia, cum ad agonem relicta sit: nocere non consentientibus, sed viriliter per Iesu Christi gratiam repugnantibus, non valet: quin immo qui legitimè certauerit coronabitur.] Hinc etiam est illud, quod Lucia Virgo ad Paschasium dixit: [Si me inuitã violari feceris, castitas mihi dupplicabitur ad coronam.] Hinc denique in quadã oratione in cõfirmationẽ hui' doctrinæ canit Ecclesia: [Quia nulla eis nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas.]

August. *Hier. 4.* *Bernard.* *Conc. Tridentino.* *Dictum Luciæ.*

47 [Ab oculis meis.] omnia sunt plena mysterijs, omnia verba diligentem sincerum, & humilem inspectorem requirunt. Iota vnum, aut vnum apicem sancti non prætereunt, quod maxima consideratione nõ expendant. Igitur sanctus Chrysostomus hom. 5. de pœnitẽtia

col.

Chrysost. to.5. col.4.hom. 41. ad populum, col.3. ponderatione dignum existimat illud verbum ab oculis meis. Non enim ait, Ab oculis vestris, sed ab oculis meis, vt admoneret peccatores, Peccata sua prę oculis suis semper habere, vt illa recoleodo, & in amaritudine animæ suæ recogitando, à Dei memoria deleant, atque ab oculis maiestatis eius auertant. Sic malum cogitationum tuarum ò insipiens & improuidus peccator ab oculis Dei auertes, si illud ante proprios statuas. Audi Dauid peccatorem, & disce peccatis tuis etiam occultis opportunũ remedium adhibere: [Quoniam iniquitatem meam, inquit, ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.] Quid ex hac continua peccati proprij memoria snb sequutum est? Statuit illud ante oculos suos, & ab oculis Dei auertit. Grauitatem delicti in memoria propria reuoluit, & illud ex memoria Dei abstulit. Vnde & subditur. [Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele,] à tua scilicet memoria, vt explicat S. Chrysost. hom. 12. de pœnitentia, & lib. 2. de compunctione cordis. Ac si apertius dicat: Domine Deus Iustus, fortis, & patiens, ego faciem meam à peccatis meis non auerto, auertat ergo misericordia tua faciem suam à peccatis meis. Ego delictum meum coram me semper habeo: deleatur ergo à præsentia tua. Ego iniquitatem meam cognosco: agnosce ergo, ò Pastor optime errantem ouem, ne despicias illam, quoniam mandata tua non sum oblitus. Hinc est illud Psalmi: [Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. Quod propterea dictum esse arbitratur Augustinus, non quia id multum erat, sed quia Dauid multum reputabat, sicut qui inde iam satur erat & fastidiosus. Non ergo auertat peccator delicta sua ab oculis suis, nec in dorso ponat ea obliuioni tradens: ne quando iratus Dominus, peccata eadem ante faciem peccatoris in conspectu omnium constituat, in magnã ipsius confusionem. Scriptum est enim: [Arguam te, & statuam contra faciem tuam.] Quid? Peccata vtique obliuioni tradita, vt explicat Augustinus.

Psal. 50 · Chrysost. · Psal. 24 · Aug. lib. de vera, & falsa pœnitea. to.4.c.2. · Psal. 49

48 Multo aliter debet homo iustus, & timens Deum in operibus virtutum se gerere, vt adnotauit Chrysost. hom. 2. super Psalm. 50. & to. 2. hom. 2. in Matth. Auertat illa ab oculis suis, non recordetur eorum amplius, vt in Dei memoria permaneant, & retributione præmiet æterna. [Si simplex fuero (inquit Iob) hoc ipsum ignorabit anima mea.] Et iterum: [Si vidi solẽ cum fulgeret, & lunam incedentem clarè.] Quasi dicat, non vidi. Nam vt elegantissimè docet Gregor. in Moral. hæc eadem verba explicans, electi in malis præteritis, & peccatis, sæpius oculos mentis figunt: quam in bonis operibus. Non vident fulgorem solis, id est, bonorũ operum candorem, uec lunæ claritatem conspiciunt, id est bonæ famæ, quæ ex radijs bonorum operũ procedit, claritatem non contemplantur: sed in consideratione perpetua suorũ scelerum sibimetipsis vilescunt. Hinc & Paulus: [Nõ sum dignus (inquit) vocari Apostolus: quoniam persecutus sum Ecclesiã Dei.] Et iterum: [Qui prius fui blasphemus, & persequutor, & contumeliosus.] Lege Chrysostomum

Chrysost. · Iob 9. 31 · Greg. 21. Mor. cap. 4. 5. · 1. Cor. 15 · 1. Tim. 1

mum homil. 12. de pœnitentia.

49 [Quiescite agere peruerse.] Perpendite modum loquendi Spiritus sācti, desistere à peccatis appellat quiescere, vt designet quā graue sit & onerosum peccatis deseruire; & veram quietem in sola virtute consistere, quod ipsa veritate, & longa experientia coacti fatentur impij. [Lassati, inquit, sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles.] Hinc est illud Baruch. 4. [Delicati mei ambulauerunt vias asperas.] Delicati, inquam, ad disciplinam & virtutis laborem; sed ad onus peccatorum portandum fortes, & audaces. Via plana incedere nesciūt, & complantatam lapidibus, & asperam percurrunt. Sed in fine itineris laborē sentient, & lassi nullam profecto requiem inuenient. [14] Et lassis non dabatur requies (inquit Propheta) Quiescite, quiescite, agere peruerse, dicit Dominus. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.] † Super quæ verba D. Bernardus ait: [Laborantes ad refectionem inuitat, ad requiem prouocat oneratos, nō tamen interim onus subtrahit, aut laborem, magis autem onere alio, alio labore cōmutat, sed onere leui, suaui iugo, in quibus requies ac refectio. Graue onus iniquitas sedens super talentum plumbi, de quo ait Dauid: Et sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quod ergo onus Christi? onus leue? vt ego sentio onus beneficiorū dulce onus, sed ei qui sentit ei qui experitur, alioquin si non aduertas graue omnino & periculosum.]

Sap. 5. Baruc. 4. Thre. 5. Mat. 11 Bern. ser. 15. in Ps. 90. Psal. 50

Et in epist. 72. ad Ranaldum: [Humilitas facit iugum Christi suaue, & onus leue libet admirari quam leue sit onus veritatis: nam verè leue est, quod portantem non grauat, sed leuat. Quid eo leuius onere, quod non solum non onerat, sed & portat omnes, quibus portandū imponitur. Hoc onus potuit vterum grauidare Virginis, grauare non potuit. Hoc onus ipsa, quibus se præbuit sustentandum, senis Simeonis brachia sustentabat. Occurrit mihi simile de pennis auium, quæ quodam singulari modo, & corpulentiorem reddūt substantiā, & agiliorem. Mirum opus naturę, vnde grossescit materia, inde sarcina leuigatur. *] Hinc Hieremias ait: [State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.] De semitis, inquit, nam arcta est via, quæ ducit ad vitam, & tamen fessis requiem præbet, iuxta quod & scriptum est: [Ibi cessauerūt impij à tumultu, ibi requieuerunt fessi robore, & quondā vincti pariter sine molestia.] Fessi robore, inquit, nam (vt explicat Gregorius) ipso robore, & fortitudine, qua iniustitiæ, & iniquitati ad iniquitatem seruierunt, lassati sunt, & fessi. Quid ergo facient fessi robore, vt quiescant? Suum robur, suam fortitudinem in melius commutare oportet: & sic erunt pariter sine molestia. [Qui sperant in Domino (ait Propheta) mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ: current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.] Ac si diceret: Erunt pariter sine molestia. Qui lassati sunt in via iniquitatis; non laborant, nec deficiunt curren-

Bernard. Hier. 6. Iob 3. Greg. 4. Mor. c. 30. Isai. 40

currendo per viam veritatis. Quare? Quia mutauerunt fortitudinē. Vnde Paulus: [Humanū dico propter infirmitatem carnis vestræ: Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.] Vbi expendenda est illa dictio, sicut, hoc est, eadem fortitudine ad minus, eadem propensione animi, eadem sollicitudine & vi, qua iniquitati, vt deseruirent, exhibuistis membra vestra: eadem in obsequium iustitiæ illa conuertite. Hoc enim non est difficile, non arduum, nō impossibile: sed humanum, [Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ.] Humanum, id est, facile, Dei gratia factibile, & quod ab imperfectis, ab incipientibus, ab infirmis, & carnalibus debet exhiberi. Nam spirituales viri, & perfecti nō solum sicut, non tantum eadem fortitudine, non modo eodem affectu, quo peccatis seruierunt, se ad Deum conuertunt, sed decies tanta fortitudine quęrunt illum, Propheta dicente: [Sicut fuit sensus vester vt erraretis à Deo, decies tantum conuertentes requiretis eum.] Cuius rei viuum exemplum in Maria Magdaleua reperies, quæ (vt Gregorius ait) [Quot in se habuit oblectamenta: tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum: vt totum seruiret Deo in pœnitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa.] Quando enim vt iniquitati deseruiret, ad pedes alicuius prostrata iacuit lachrymis plena? quando illos lachrymis rigauit, & capillis suis tersit? quando osculata est illos? quando vnxit vnguento? Et tamen vt deseruiret iustitiæ, hæc omnia ante pedes Christi inter conuiuantes compleuit. † Hinc Bernar. [Pudeat negligentius nunc in vitam, quam prius in mortem ire, & minori studio salutis acquirere, quam perditionis augmentum. Nam vt omnino simus inexcusabiles, in via vitæ quo citius, eo facilius curritur: & leue Saluatoris onus, quo crescit amplius, eo portabilius est. Nonne & auiculas leuat, non onerat pennarum, siue plumarū numerositas ipsa? Tolle eas, & reliquum corpus pondere suo fertur ad ima. Sic disciplinam Christi, sic suaue iugum, sic onus leue quo deponimus, eo deprimimur ipsi, quia portat potius, quam portatur.*] Sed quoniam non sufficit declinare à malo, & quiescere agere peruersè, nisi & bonum simul facere studeamus, ideo subdit.

Rom. 6. — *Baruc. 4* — Greg. ho. 33. in Euang. — Bern. epi. 341.

50 [Discite benefacere.] Non ait, discite bene loqui, sed discite benefacere. Attendant sacerdotes, & veritatis magistri, qui docent alios, & seipsos non docent. Discant prius quam doceant. Discant, inquam, benefacere, vt & bene loqui de virtutibus sciant, nec sint sicut illi, de quibus Hieremias ait: [Bene autem facere nescierunt.] Vnde Gregorius: [Nulla ars doceri permittitur, nisi intenta prius meditatione discatur: Ab imperitis ergo pastorale magisterium, qua temeritate suscipitur, quando ars est artium, regimen animarum?] Pastoribus ergo & magistris dicitur: Discite benefacere. Nullus enim ad culmen perfectionis, nisi addiscendo potest peruenire: nullus magister virtutis perfectus erit, nisi in virtute prius, & ipse perfectus sit. Vn-

Prius discendum, quam docendum — *Hier. 4.* — Greg. li. 1. past. c. 1.

Ps. 118. Vnde Dauid: [Bonitatem, inquit, & disciplinam, & sciētiam doce me.] Prius bonitatem, & disciplinam sibi: deinde scientiam, qua possit alijs prodesse, requirit. Hanc requirant prædicatores Euangelij, sed prius benefacere discant. Sic enim fiet, vt eorum verba sicut ignis ardeant, & ardore charitatis audientes inflāment: de quo legite S. Chrysost. hom. 5. super 2. epist. ad Thessalon. S. Basilium to. 1. hom. 24. Gregor. lib. 6. Moral. cap. 5. in illa verba Iob 5. Cuius messem famelicus comedet, & bibet sitiens diuitias eius, & lib. 11. cap. 2. in illud Iob 12. Abundant tabernacula prædonum. Si autem recta docuerint, & praua opere compleuerint: caueant, ne illis contingat, quod Hieremię 22. scriptum est: [Seminastis triticum & spinas messuistis.] Qui enim dicunt, & non faciunt: bonum semen in corda fidelium iactant, & spinas peccatorum, & confusionis æternæ metunt sibi, vt explicat August. lib. 2. de sermone Domini in monte cap. 27. Poterūt qui eiusmodi sunt, potentes in sermone esse, sed non in opere & sermone sicut Christus, aut sicut illi, de quibus scriptum est. [Potentes virtute, facientes verbum illius.] Facientes verbum (inquit) non docentes verbum, vel audientes: audire enim vel docere Dei verbum, & non facere, est in arena ædificare, vt inquit Augustinus super eundem locum. Quia ergo sacerdotum Principes, & Pharisæi bene loqui nouerant de virtute, sed recte facere nesciebant: ideo hortatur illos vt benefacere discant.

Hiere. 22

Aug. to. 4

Luc. 24.

Ps. 102.

Aug. to. 8

51 [Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā, &c.] Iniūgit Propheta Principibus & Pharisæis opera misericordiæ, quibus ad remittenda hominum peccata Dominus inclinatur. [Consilium meum (ait Daniel) tibi placeat ò Rex, peccata tua eleemosynis redime.] † Vnde D. Bernar. [Quatuor sunt genera hominum regnum cælorum possidentium: alij enim violenter rapiunt: alij mercantur, alij furantur, alij ad illud compelluntur. Rapiunt qui reliquerunt omnia, mercantur qui eleemosynas faciūt; furantur qui bona occultè faciunt, sicut mulier illa, quæ dixit, si tetigero fimbriam vestimenti eius salua ero, compelluntur ad illud pauperes necessarij.] Et S. Ambrosius in serm. 31. de eleemosyna, explicās illud Ecclesi. 3. [Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum, ait: Dixit Dominus ad discipulos suos, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quamuis enim pollutus sis, si eleemosynam feceris, innocēs esse cæpisti, absterget enim eleemosyna, quod auaritia polluerat, & maculam, quam res alienas diripiendo, contraxeras, tuas erogando purificas. Vide ergo quæ sit misericordiæ gratia, quæ vna & sola virtus cunctorum est redemptio peccatorum. *] Nec mirum, quod alijs operibus misericordiæ prætermissis, vnam viduarum defensionem, & pupillorum protectionem persuadeat, illamq; forensem. Vt designet primo, non paruam rē esse in tribunalibus sæculi reperiri iustitiam in fauorem viduæ, atque pupilli, qui omni sunt humano fauore destituti: præcipuè cū soleant iudices multis muneribus à potentioribus corrumpi. Scriptum est enim, [Omnes diligunt munera, sequun-

Dan. 4.

Bern. in lib. Sentē tiarum.

Ambrof.

Isai. 1. sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.] Ideo quippe causa viduæ non ingreditur ad iudices, quia viduæ munera ad illos non ingrediuntur. Docet secundo locus iste, Deum speciali quadam ratione patrem orphanorum esse, & iudicem viduarum, quarum lachrymæ, & gemitus cælos penetrant, iuxta illud: [Non despiciet preces pupilli, nec viduæ, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? à maxilla enim ascendunt vsque in cęlum, & Dominus exauditor delectans in illis.] Docet tertio licitum esse fidelibus, etiam viduis ius suum petere in iudicio. Nec obstat illud Pauli, [Frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles?] Nam (vt docet S. Thom. super eundem locũ) Apostolus solum damnat iudicia, quæ fiunt cum perturbatione pacis, & contentione, quæ maxime inter fratres vitari debet; & hoc designat verbum illud, [Contendit. Nam vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum.] Expẽdant Iudices modũ loquendi Spiritus sancti. [Quærite iudicium,] vel (vt alij legunt:) [Sciscitemini iudicium.] Quo admonentur, vt diligenti studio inquirant, & si opus fuerit sciscitentur ab alijs, quid & qualiter iudicare debeant, exemplo illius supremi Iudicis, dicentis: [Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est: & peccatum eorum aggrauatum est nimis: descendam, & videbo, vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.] Ecce qui omnia nouit, quem nulla latet cogitatio, qui scit singula antequã fiant, non profert contra iniquos iudicium: non eos punit, nisi examinata causa, & diligenti inquisitione pensata, [Descendam, inquit, & videbo, an sit ita, vel non, vt sciam.] Et tamen iudices, qui nihil sciunt, nihil inquirunt, qui ad singularia facti, non descendunt, nec iuris secreta perscrutantur, audent multoties innocentes absque indicijs sufficiẽtibus torturæ exponere, & graues causas iudicare. Quid mirum si ex ignorantia iudicium peruertãt?

Psal. 67

Eccl. 35

1. Cor. 6

Tho. lect. 2.

Iac. 3.

Gen. 18

52 [Et venite arguite me, dicit Dominus.] Beatus Augustinus in commentarijs super Psal. 103. concione 3. in fine, vbi nos habemus, [Iucundum sit ei eloquium meũ,] legit, [Suauis sit ei disputatio mea.] Quibus verbis (ait) ostendit Propheta, suauem Deo esse disputationem, & argumentationem gratam, quæ post peccatorum pœnitentiam fit cum illo, pias querelas proponendo, & iræ illius resistendo viriliter, sicut B. Iob, qui fiducia ex ante acta pœnitentia concepta, dixit: [Ad omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio.] Et iterum: [Quis mihi tribuat, vt cognoscam, & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius, ponam corã eo iudicium, & os meum replebo increpationibus, vt sciam verba, quæ mihi respondeat.] Hoc ipsum in præsenti loco insinuat Isaias. Postquam enim dixit: [Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum, &c.] Subdit: [Et venite arguite me,] Septuaginta Interpretes vertunt, [Et venite, & disceptemus.] Pagninus transfert, [Et venite increpemus nos.] Vatablus: [Disceptemus, vel videa-

Aug. to. 8

Iob 13.

Diuersæ translationes.

deamus omnia. Lauamini, inquit, & arguite me.] Ac si apertius dicat: Si lauemini per baptismum, si per veram pœnitentiam dealbemini, adeò mundi eritis, & sancti, vt possitis cum Deo iudicio contendere: quia iam non poterit in illo ad confusionem vestram peccata adducere, quæ per veram pœnitentiam sunt remissa. Vnde B. Gregorius hæc eadem Isaiæ verba explicans, sic ait: [Et quid est quod Dominus agere sancta nos admonens, adiungit, & venite arguite me, nisi quod apertè insinuat, quantam bonis actibus fiduciam præstat. Ac si patenter dicat: Recta agite, & animaduersionis meæ motibus non iam per deprecationis gemitum, sed per fiduciam auctoritatis obuiate. Hinc etiam Ioannes dicit: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.] Et forsitan ob hanc causam, cum Scribæ, & Pharisæi accessissent ad Iesum, ipsum arguere volentes, quod [Discipuli eius transgrederentur traditiones seniorū. Non enim lauant manus suas cum panē manducant:] eos acriter reprehendit. dicens: [Quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditiones vestras?] Quasi dicat: Interius omnes vos immundi estis, & quia discipuli mei exterius manus non lauant, me reprehenditis? Lauamini & vos, & tunc venite & arguite me. [Vtique qui arguit Deū (ait Dominus) debet respōdere ei? Sed quid poterit respōdere, qui leuiter loquutus est. [Qui leuiter loquutus sum (ait Iob) respondere quid possum? manum meam ponā super os meum. Vnum loquutus sum, quod vtinam non dixissem, & aliud quibus vltra non addam.] Et iterum: [Verè scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo cōpositus, id est, comparatus Deo. Si voluerit contendere cum eo; non poterit ei respondere vnum pro mille.] Vnum fuerat Iob loquutus leuiter, scilicet [disputare cū Deo cupio,] & aliud suam iustitiā Deo proponendo, cum dixit: [Non peccaui, &c.] Et tamen de multis interrogatus à Deo, nihil potuit illi respondere, sed obmutuit. Quare? [Quia leuiter, inquit, locutus sū.] Quod si qui leuiter loquutus est, Deo interroganti non respondet, sed conuictus tacet, obmutescit, agnoscit Dei iustitiā, & iudicij equitatem: qui grauiter locutus est, qui aliena rapuit, qui fuit blasphemus, & contumeliosus, & alijs innumeris peccatis implicatus, nec de illis pœnituit, quid poterit respondere? Si Iob iustus, simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, iudicium Domini rectum expauescit: [Quid faciam, inquiens, cum venerit ad iudicandum Dominus, & cum quæsierit, quid respondebo illi?] Quo ibit peccator? Vbi abscondetur immundus, quid respondebit transgressor, cum quæsierit? Cum quęsierit, inquam, cum interrogauerit de beneficijs acceptis, de peccatis dimissis, sed iteratis, de Sacramentis susceptis, & alijs huiusmodi?

53 Scio quid faciat. Sumat secum comitem pœnitentiam, quæ aduocati locum obtinet, ad summum pietatis fontem pergat, confiteatur nunc peccata sua, & dicat, Chananæam imitatus: [Miserere mei.] Non est in actibus meis bonum, non est mihi de conuersatione fiducia, ad misericordiam tuā confugio. Lauet a malitia interius cor suum,

Grego. 9. Mor. 20.

1. Io. 3.

Mat. 15

Iob 39.

Iob 9.

Iob 31.

Mat. 15

fluum, & discat benefacere. Nam vt ait Sapiens: [Qui iusta didicerint inuenient quid respondeant.] Ecce sanctus Iob, hac via quid responderet, quid Deo diceret confidenter, quomodo se ab eius iudicio liberaret, inuenit. Post peractam enim pœnitentiam, quam iuxta interpretationem Greg. illis verbis explicuit: [Tædet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum: loquar in amaritudine animæ meæ,] subdit statim confidenter cũ Deo in iudicio contendens: [Dicam Deo, noli me condemnare: Tædet, inquit, animam meam vitæ meæ.] Ecce cordis cõtritionem: qua cũ tædio vitæ præteritæ, cum displicentia, cum dolore, & amaritudine animæ singula peccata recogitantur, sicut scriptũ est: [Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ:] Vbi Bernardus: [De mea, inquit, misera vita suscipe obsecro residuũ annorum meorum: Pro ijs vero, quos viuendo perdidi, quia perditè vixi, cor contritum & humiliatũ Deus non despicias. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & præterierunt sine fructu, impossibile est, vt reuocem. Placeat vt recogitem tibi eos in amaritudine animæ meæ. Dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.] Ecce oris confessionẽ, qua aduersum semetipsum loquitur, se accusando, non excusando, delicta propria detegendo in confessione, non aliena sicut multi faciunt: tunc [dicam Deo, noli me condemnare.] Siquidem iam ego condemnaui meipsum, égo accusator, ego testis contra me, ego reus. Delictum meum confessus sum: noli cõtra me, sed pro me, ò Iudex iuste sententiam proferre. Post confessionem ergo suorum scelerum, reus à iudicio Dei liber exit, & absolutus, iuxta illud quod scriptum est: [Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris.] Et iterum: [Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.] Vbi S. Augustinus expendit Dei misericordiam, in his verbis: [Promittit, inquit, se pronunciaturum, & illi iã dimittitur. Attende mi frater: Magna res, Dixi pronunciabo, non dixit pronũciaui, & tu remisisti, quia ex eo ipso, quod dicit pronũciabo, ostendit, quia nondum pronunciauerat, sed corde pronunciauerat. Hoc ipsum dicere pronunciabo, pronunciare est, ideo & dimisisti impietatem cordis mei. Vox mea nondum in ore erat, sed auris Dei iam erat in corde.] In cuius signũ decem leprosi, dum irent ad sacerdotes, mundati sunt, quia (vt dicit Augustinus) Ex desiderio sacerdotis fit reus dignus venia:] Non sic in criminalibus causis contingit peccatoribus (vt optimè docet S. Chrysost. hom. 20. in Gen.) non sic relaxantur eorum delicta in tribunali hominum, in quo, vt suspendatur reus, solum expectatur eius cõfessio. Confitetur delictum & plectitur statim, sed in Dei iudicio, dũ confitetur reus, absoluitur & liberatur. Vnde & subditur.

Sap. 6. — Iob 10. — Greg. li. 9. Mor. c. 23 24. 37 & 38. — Isai. 38 — Bern ser. 20. in Cãtic. col. 1. — Isai. 43 — Psal. 31 — Aug. lib. de salut. doct. cap. 57. to. 4. — Luc. 17 — Aug. lib. de ver. & fal. pœn. c. 11. to. 4 — Chrysost. to. 1.

54 [Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur; & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt:] Isti duo colores sunt inter omnes valde tenaces. Nam in lana aut vestibus longo tempore perseuerãt, & quasi versi in naturam ab eis ferè dimoueri non possunt. Hac ergo similitudine

tudine

De efficacia pœnitentiæ. Ambrof. Bafilius. Greg. N. tudine efficaciam pœnitentiæ commendat Propheta (vt explicat B. Ambrofius in apologia Dauid cap. 12. Bafilius hom. de pœnitentia, & Gregorius Nazianz. in Epiph.) Et fenfus eft, Tanta virtute pollet pœnitentia, vt quantumuis peccata veftra grauia fuerint, quantumuis tetra & cruenta, etiam fi adeò tenaciter inhæferint, vel longa confuetudine in naturam] conuerfa videantur: non minus virtute lachrymarum candidi apparebitis oculis Domini & nitidi, quam foleat nix, vel lana munda oculis hominum apparere. † Quod & S. Auguftinus in Pfal. 50. explicans verba illa: [Afperges me Domine hyffopo & mundabor: lauabis me, & fuper niuem dealbabor, adnotauit his verbis: Hyffopum herbam nouimus humilem, fed medicinalem. Saxo herere radicibus dicitur, vnde in minifterio mundandi cordis fimilitudo affumpta eft. Apprehende ergo & tu radicem dilectionis petram tuam, & efto humilis, in humili Deo afpergeris hyffopo, & humilitas Chrifti te mundabit: noli herbam contemnere, vim medicamenti attende. Dicunt etiam hyffopum purgandis pulmonibus aptū effe. In pulmone folet notari fuperbia. Illic enim inflatio, illic anhelitus; vnde de Saulo fuperbo per- *Act. 9.* fecutore dicitur: Spirans, minarū & cedis anhelabat. Cedes anhelabat fanguinem, nondum purgato pulmone; fed proftratus & humiliatus fuit, id eft, hyffopo purgatus, & fuper niuē dealbatus, quia fi fuerint peccata veftra vt coccinū, *Mat. 17* quafi nix dealbabuntur. De talibus exhibet Chriftus fibi veftem fine macula & ruga, & ideo veftis eius in transfiguratione, quæ ficut nix facta eft alba, fignificauit Ecclefiam omni macula peccati mundatam.*] Concipiant hinc fiduciam peccatores, nec de mifericordia diuina defperent. Grauiora peccata dimittens, vtique & leuioribus veniam concedet. Vnde Propheta: [Mittit chryftallum fuam ficut buccellas, ante faciem frigoris eius, quis fuftinebit? Emittet verbū fuum, & liquefaciet ea, flauit fpiritus eius, & fluent aquæ.] Vbi Au- *Pf. 147.* guftinus, per chryftallum peccatorem intelligit, longa confuetudine induratum. Chryftallus enim nix *Aug. to. 8* eft glacie durata per multos annos, ita vt fole, vel igne facile diffolui non poffit. Per niuem autem illos peccatores accipimus, qui in deprauata confuetudine non perfiftunt; niues enim præteritæ hiemis facile diffoluit æftas. Ne igitur defperet nix, refoluit Dominus chryftallum, & flante Dei fpiritu liquefcit. Vide Paulum, vide Magdalenam chryftallus erat diuturna, & *Luc. 7.* annofa duritia congelata. Acceffit ad Chriftum, & ftās retro fecus pedes eius lacrymis illos cœpit rigare. Sed quid mirum? Liquefecit, & refecit refolutam in lamentis verbū miffum cælitus. Quomodo enim ad caminum ignis, ad Chriftum videlicet accedens, non liquefieret? Si chryftallum induratam Chrifti charitas refoluit, & niuem vtique liquefaciet, vt in aquis niuis peccator lauetur, & mundus appareat ficut lana alba. Sed quid] eft, quod S. Iob lachrymis pœnitentiæ dealbatus: [Si lotus fuero, inquit, quafi *Iob 9.* aquis niuis, & effulferint quafi mūdiffimæ manus meæ, tamē fordibus intinges me, & abominabuntur me veftimenta mea?] Quomodo enim peccata eorū qui lauantur, & mundi funt,

di sunt,quasi lana alba poterũt apparere, si Deus sordbius mundissimas manus intingit?Certe nihil aliud voluit his verbis sanctus ostẽdere, (vt Gregorius ait) nisi quod opera nostra quantumuis nitida sint & fulgida,si cum diuina munditia conferantur, candorem omnem ammitunt,ita vt non candida sicut nix,sed tamquam pannus mẽstruatæ immunda videantur.Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo in iniquitate conceptus. Obserua, quòd non solum peccator,sed & peccata ipsa dicuntur per pœnitẽtiam dealbari, quia postquã Christi sanguine tincta fuerint, & mundata: non ad cõfusionem electorum,sed ad coronã & gloriam in iudicio apparebunt.

Grego 9. mor. 19.

Isai.64

55 [Si volueritis, & audieritis me.]illa conditionalis,[si, vt præsenti aduertat Basilius libertatem denotat & instabilitatem humani arbitrij,quod Deus nõ cogit ad bonum, sed reliquit hominem in manu consilij sui. [Si quis vult] (ait Christus)[post me venire; abneget semetipsum] &c Colligunt ex hoc loco Pelagiani, nostri liberi arbitrij esse & non gratię Deum audire,in illum credere,& recte operari.Sed resopondet Augustinus, esse quidem nostri liberi arnitrij credere ,'quia non coactè, sed liberè credit homo non tamen est liberi arbitrij ex sibi naturalibus, nec voluntatis humanæ proprijs viribus, sed a Deo auxilio gratiæ præuentæ. Vnde Patres Concilij Colonien. in Enchiridion. Christianæ institutionis tract. de sacram. pœnit. inquiunt, Velle pœnitere, velle resipiscere, velle accipere remissionem peccatorum, non est a sola voluntate,sed illud nobiscum operatur Deus; dum immutando maleuolam voluntatem, eã facit beneuolam, & suæ voluntati consentientem.Itaque voluntatem nostram Deus immutat,& sic operatur in nobis velle, & perficere, Hactenus Patres Concilij.Hinc est, quod cum Deus hominem creauit, [Faciamus,]ait, [hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram,] vel secundum aliam litteram, [Ad vmbram,& similitudinem nostrã:] vt significaret, quod sicut vmbra non habet ex se motum aliquem, nec potest habere,nisi illum quẽ a corpore, cuius est vmbra, participet:ita homo bonum motũ, qui ad salutem animæ pertineat.habere non potest,nisi a Deo, cuius est vmbra moueatur, Vnde & scriptum est: [Quia sine me nihil potestis facere, Et iterum; [in ipso.n:viuimus mouemur, & sumus.] Propter eamdẽ rationẽ (vt adnotauit Aug.)humanitas Christi dicitur, vmbra verbi, Thren. 4. [Spiritus oris nostri Christus Dominus,cui diximus; In vmbra tua viuemus in gentibus quia videlicet in omnibus sequuta est motionem verbi, sicut vmbra imitatur motum corporis.

Eccli.15 Mat.16

Pelagian.

Aug.li de perf.iust. to. 7.

Patres Conc.Colonien.

Gen. 1.

Ioan 15 Act. 1. Thrẽ.4.

Augustin. lib. 2. de incar.ver c.vlt.t.4.

56 Bona terræ cõmedetis: Obserua cum beato Augustino genus promissionis legis antiquę, omnino diuersum a repromissionibus legis gratiæ.Illa namque terrena promittit suis sectatoribus, hæc cælestia.Illa terram lacte, & melle manantẽ pollicetur, temporale regnũ, vbertatem fructuũ, fœcunditatẽ filiorum: hæc cælum omnibus bonis affluẽs electis offert.Illa clamat Si volueritis,& audieritis me,bonę terrę comedetis. [Hæc,] Beati pauperes spiritu:Beati mites:Beati qui persecutionẽ patiuntur ꝓptre iusti-

Aug.supp. 73.col 2.to.8. Exod.3 Deut.28

Mat.5.

iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum.] Et iterum: [Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.'] In cælis, inquit, non in terra. Vnde ab eodem legislatore tanta repromissionum diuersitas? Certe quia sic expediebat ad diuersus vtriusq. legis status. [Primo enim illa temporalia repromitti opportebat] (inquit Augustinus) Deinde spiritualia: quia (vt Paulus ait) non prius, quod spirituale est, sed quod animale, postea spirituale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes. Ad imaginem terreni pertinet vetus testamentum, ad imaginem cælestis nouum testamentum. Sed ne quisquam putaret ab alio factum esse hominem terrenum, ab alio cælestem: Ideo Deus ostendens se esse vtriusque creatorum, etiã vtriusq. testamenti esse voluit auctorem, vt & terrena promitteret in veteri testamento, & cælestia in nouo testamento. Sed tamdiu homo terrenus es, quamdiu terrena sapis. Numquid quoniam puero dantur quædam puerilia ludrica, quibus puerilis animus auocetur: propterea grandescentium non excutiũtur de manibus, vt aliquid iam vtilius tractet, qnod grandem decet? Verumtamen tu ipse dedisti filio tuo & nuces paruulo, & codicem grandi. Non ergo quia illa, quasi ludrica puerorum Deus per nouum testamentum excussit de manibus filiorum, vt aliquid vtilius daret grandescentibus: propterea priora illa non ipse dedisse putandus est. Ipse vtrumque dedit. Sed lex per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.] Hinc & Paulus de Deo loquens ait: [Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Iesu.] In omni, ait, benedictione spirituali in cælestibus (vt adnotauit Chrysostomus) nõ in benedictione temporali, in terrestribus: vt non in pinguedine terræ, sicut antiquitus, sed in rore cæli, in bonis vtiq. spiritualibus sit benedictio nostra. Hinc sunt illa eiusdẽ Apostoli verba ad spiritualia bona capessanda [excusis terrenis) omnes homines adhortantis. [Si consurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite non quę super terram.] Quasi dicat. Postquã Christus resurrexit, postquam per passionem suam & mortem, nos ad perfectam virorũ ætatẽ perduxit. non iam terrena quæ puerilia sunt paruulis repromissa, sed cælestia viris perfectis proposita perquiramus. Hinc colligit idem Apostolus Christum Dominum melioris, & perfectioris testamẽti esse mediatorem, quoniam bona excellentiora, præcepta seruãtibus repromittit. [Et melioris,] inquit, [testamẽti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitũ est.

57 Sed proh dolor, cum terrestria sanctis patribus fuerint repromissa, non illa sed cælestia perquirabant, quod sanctus Augustinus explicat ila verba. Psal. 120 [Dominus custodit te Dominus protectio sua.] super manum dexteram tuam, ad notauit his verbis. [Quid Dexteram nostram Deus Custodit & sinistram non custodit? None qui nobis

Aug. loco cit. to.

1. Co. 15

Simile.

Ephes. 1.

Chry. ho. 1 ad Eph. in princi. to. 4.

Colos. 3.

Heb. 8.

Perquirẽda cælestia.

Aguft. in Psal. 120.

nobis fecit dexteram fecit & sinistram? quid soletis intelligere in
Matt. 5 Euangelio cum dicitur nesciat sinistra tua quid faciat [dextra tua? Hoc enim intellecto inuenietis quid sit dextera & quid sinistra: vtranq. enim Deus fecit & dexteram & sinistram. & tamen non debet sinistra scire quid faciat dextra Sinistera nostra dicitur quidquid tēporali seu habemq. dextra nostra dicitur quid quid nobis eternum Dn̄s pollicetur. Si autem ille qui dabit eternam vitam ipse de istis tēporalibus consolatur præsentem vitam ipse fecit dextrā & sinistram vnde in alio Psal. dicit dextra eorum dextra iniquitatis Inuenit er-
Ps. 143. go quosdam & reprehēdit qui dextram veram pro sinistra habebant & veram sinistram dexteram tibi fecerunt. Qui sunt isti exponit consequenter. Omnis homo qui felicitatem non putat esse hominis nisi solum in istis temporalibu facultatibus & delitijs & affluentia & copia mundi huius, iste est stultus atq. peruersus qui sinistram fecit sibi dexteram de quibus dextera eorum dextra iniquitatis, quorum filij sicut nouel le oliuarum, & c. Magnam felicitatem quorumdam descripsit: posset tamen istam felicitatem & aliquis. Iustus habere si-
Iob. 1. cut habuit Iob sed Iob pro sinistra illam habebat non pro dextera: nā dexterā non habeat nisi apud Deū perpetuam & sempiternam felicitatem. Ideo concessa est percutiēda sinistra & suffecit ei dextera. Quomodo percussa est sinistra? tentationibus diaboli qui ei abstulit omnia. Sed Iob qui nouerat sinistram, sinistram esse; & dexteram non nisi dexteram quomodo se tenuit ad dexteram? De interioribus diuitijs Dei plenum cor habebat &
dixit Dominus dedit Dominus ab- Iob. 1.
stulit sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini Benedictum. Hoc erat dextera ipsius ipse Dominus ipsa vita eterna illa lucis possesio fons vitæ lumen in lumine.] Nos ergo quibus non hęc peritura, sed æterna promittuntur: animo atquæ studio, terrenis inhæremus. Quod hinc est, quod cū terram Chanaam repromissam, lacte & melle manentem, sancti patres a Deo accepissent, de omnibus
nihilominus Paulus ait: [Iuxta fidē Heb. 11
defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à lōge eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt habebāt vtique tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, idest, cælestem.] Quia ergo mortui sunt omnes non acceptis promissionibus? Numquid repromissiones terrenas non acceperunt? Acceperunt vtique sed, non ad illas inhiabant. ero nihilo ducebant omnia. [Expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. Ideo demoratus est Abraham in terra repromissionis, tamquam in aliena in casulis habitando cum Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem.] Quia ergo patriam cælestem quam inquirebant, non acceperunt ante Christi aduentū, dicuntur iuxta fidem defuncti non acceptis repromissionibus vt ele-
gantissima explicat S. Chrysosto- Chrisost.
mus homilia 77. quæ est 10. de tom. 1.
habenda cura salutis proximi. O

quam grandis confuſio hinc oritur Chriſti ſanguine redemptis, & eius baptiſmo inſignitis, qui ad cæleſtia euocati, requiem requirunt in terrenis. Quos (vt Gregorius inquit, & Benardus) ſimiles dixerim dimidiæ tribui Manaſſe, quæ terræ promiſſionis oblita, extra Iordanem habitationẽ elegit. Dimidia enim pers illius tribus, vbertate regionis, & paſtibus optimis attracta Iordanem cum alijs eiuſdem tribus tranſire neglexit. [Manaſſe] (inquit Bernardus) [obliuioſus interpretatur. Vterque ergo populus Manaſſes vterquè obliuioſus. Sed alter quidem Hieruſalem, alter Babylonis oblitus.] Audi quid dicat Manaſſes terræ promiſionis oblitus. [Terra quam percuſſit Dominus in conſpectu filiorum Iſrael regio vberrima eſt ad paſtum animalium, & nos ſerui tui habemus iumenta plurima. Precamurquè ſi inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in poſſeſſionem, nec facias nos tranſire Iordanem. Qui igitur iumenta plurima poſſident] (ait Gregorius) [Iordanem tranſire refugiũt, quia quos multa mundi implicamenta occupant; habitationem cæleſtis patriæ non requirũt.] Imitantur qui eiuſmodi ſunt inſipientiam Petri, qui ſui & patriæ cæleſtis oblitus neſciens quid diceret ait: [Domine bonum eſt nos hic eſſe, Si vis faciamus hic tria tabernacula, &c. Sed quid dicit dimidia pars tribus Manaſſe, ille videlicet populus, qui ciuitatis Babylonis non recordatur? [Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad anteriora me extendo, ad brauium ſupernæ vocationis.] Et iterũ; [Si oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuiſcatur me dextra mea adhereat lingua mea faucibus meis, ſi nõ meminero tui.] Decet enim ad ſuperna vocatos ad anteriora ſe extendere. Decet eos qui non habent hic manentem ciuitatem, futuram inquirere, & ad locum feſtiuitatis æternæ aſpirare.] Reſpice Siõ] (ait propheta) [reſpice ciuitatem Sion, ſolemnitatis noſtræ: oculi tui videbunt Hieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquã transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternũ, & omnes funiculi eius non rumpentur. Quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus Deus noſter, locus fluuiorum, riui latiſſimi & patentes.] Hæc bona repromiſſa ſunt ſectatoribus iuſtitiæ in lege gratiæ. illa reſpiciamus, eorum recordemur, ad illa, ſpretis terrenis, corde, & animo curramus. Nec eligat ſibi homo tabernaculum in terra, quia [tabernaculum impiorũ nõ ſubſiſtet.] Appetat potius illud cæleſte, quod nequaquam transferri poterit, nec auferẽtur claui eius in ſempiternum.

Ioſue 11 Greg 27. Mor 7. Ber. Ser 6 Vig. Nat. — *Ioſue* 3. — Greg. vbi ſupra. — *Mat.* 17 — *Phil.* 4. c — *Pſa.* 136 — *Iſa.* 33. — *Iob.* 8:

58 Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis.] Expende primo illud verbum ſi nolueritis, quo (vt notauit sãctus Chryſoſtomus, & Origens) deſignatur potiſſimam cauſam, propter quam rebellis homo Deum nõ audit, nec præcepta eius obſeruat, eſſe, quia non vult. Hinc eſt illa vox impiorũ [Qui dixerunt Deo recede a nobis ſciẽtiam viarum tuarum nolumus. Hinc inuitati ad nuptias, nullam excuſationem aliam inquirentes; [Nolebãt venire.] Hinc & locatores vineæ audacter clamauerunt. [Nolumus hũc regnare ſuper nos. Volun-

Chriſ. in plo. ſup. Ioa. orig. lib. 3. c. 1 — *Iob.* 21. — *Mat.* 22

Voluntas enim mala vel bona mẽsura est operum, & omnium meritorum, & benefactorum, vt explicat Agustinus Epi.49.ad Deo gratias exponens locum Mat.7.in quo enim Iudicio Iudicaueritis iudicabimini numus si inoquo Iudicio Iudicabunt iniquo iudicio iudicabũtur absit sed voluit dicere in qua volũtate benifeceitis liberabimini vel in qua malefeceritis condemnabimini. Iudicio enim suo vtitur homo vel ad bene licet ad malefaciendum. Vnde non iniqum est, vt in quo iudicat in eo puniatur & iudicetur,& sic intelligitur quod sequitur eadem qui per mensura qua mensi fueritis remetietur vobis in voluntate enim propria metitur homo bonus bona facta & in ea metietur betitudo & e contra indi mala volũtate ideo per perfetã cit Deo hominibus ꝙ si nolueritis.

Aug. Ep. 49. ad Deo grat.

Mat.7.

Expende secundo verbum illud,& me ad iracundiam prouocaueritis. quo denotatur rebelles peccatores irã Dei suis delictis ꝓuenire & excitate,vt eos puniat.Et excitatus est tamquam dormiẽs Dominus:quasi potens crapulatus a vino:& percussit inimicos suos in posteriora,opprobriũ sẽpiternũ dedit illis,Quid est & exercitatus ꝑcusit inimicos suos,nisi quia quasi coact⁹ clamorib⁹ peccattorũ,punit illos? A nostris ergo delictisira Dei incipit,cũ tamẽ misericordia e cõuerso ab illo tãquam a prima radice otiatur. Ab illo incipit,oĩa nostra merita ꝑuenit:[Et misericordia ei⁹](inquit ꝓpheta)[ꝓuenit me.]Ipsa est quæ peccatores iniquitatib⁹ dormiẽtes excitat vt vigilẽt, & mouet vt cõuertatur: Propter ꝙ malũ homini, bonũ autem Deo potissime tribuẽdum est. Deus enim mortẽ non fecit,] inquit Sapiens. Sed quis eã in mundum introduxit? [Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam.] Vnde & scriptum est: [Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum.]

Psal.77

Psal.58

Sap. 1.

Osee 13

59 Alia litera,pro, [me ad iracũdiam prouocaueritis,] habet:[& me inamaricaueritis.] Consimili trãslatione vtitur S. Augustinus in illa verba Psal.2. [Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.] Legit enim: [Quoniam inamaricauerũt te Domine.] Quid ergo est inamaricauerunt te Domine, aut si me inamaricaueritis? [Ego sum,inquit, panis viuus, qui de cælo descendit. Et:[Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.]Peccatoribus autem (ait Augustinus) panis veritatis amarus est,vnde os vera dicentis oderunt. Ipsi ergo amaricauerunt Deum:qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt, vt cibum veritatis suauissimum,quo sanæ animæ gaudẽt, tamquam felleum sustinere nõ possint.] In cuius signum liber ille inuolutus in ore duorum testium, Ezechielis videlicet,& Ioannis, factus est tamquam mel dulce,sed in ventre amarissimus inuentus est. [Et faciet,inquit,inamaricari ventrem tuum.] Quia (vt interpretatur Augustinus)verbum Dei,suaue iustis, amarum efficitur peccatoribus. Quid enim per librum inuolutum, nisi verba Dei (vt supra diximus)designantur, in quibus multa latent mysteria, sub tegumentis figurarum obuoluta? Quid per os, nisi iustos intelligimus, de quibus scriptum est: [Si separaueris pretiosum à vili,quasi os meum eris?] Quid verò venter nisi peccatores de-

Aug.to.8

Ioan.6.

Psal.33

Ezec.3.

Apo.10

Aug.to.4 q. 72. de nouo testamen. In præf. num.3.

Hiere. 15

Phil.3. designat,[quorum Deus vêter est?] Desiderabilia ergo super aurum & lapidem prætiosum multum, sunt electis Dei eloquia,& dulciora super mel & fauum. Quæris quare? Psal.18 Audi quare: [Etenim seruus tuus custodit ea,in custodiendis illis retributio multa.] Quia expertus sum,inquit,Dei suauitatem, quia opere eius præcepta adimpleui: dulcedinis diuinæ perhibeo testimonium. Apoc.2. Est enim[manna quoddã absconditum,quod nemo nouit,nisi qui accipit.] Vnde & scriptũ est: Psal.33 [Gustate & videte,quoniam suauis est Dominus.] Pene dixisset,gustate,& videbitis, Heb.6. [Omnis enim disciplina, non videtur in præsenti gaudij esse,sed mœroris:postea tamen exercitatis per eam fructum pacatissimum iustitiæ affert. In custodiendis illis retributio multa.] Ecce aliam causam dulcedinis. Quomodo enim non dulce reputabitur, 2.Cor.4 [Momentaneum,& leue tribulationis nostræ, quod supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis?] Quis amaram obseruantiam mandatorum Dei esse dicet; in quibus custodiẽdis retributio multa?Hinc Ps.118. Psalmista: [Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.] Ori meo,inquit,non ventri, id est, peccatoribus,quoniam inamaricauerunt te Domine. Videant ergo & caueant quoniam inamaricantibus Deum dies magna, & amara valde præparata est; de qua Sophon. Soph.1.[Vox diei Domini amara.] Vnde & statim subditur.

60 [Gladius deuorabit vos.] Quibus verbis legis transgressoribus comminatur pœnas illas à Deo Exo.28 statutas Exod. 28. Per gladium intelligit Lyranus materialem gladium, quo in euersione Hierosolymitana multi ex Iudæis fuerũt occisi,de quo Hieremiæ 24. [Mittam in eis gladium, & famem.] Eadem Hiere. videtur sententia S. Hieronymi in præsenti,vbi per gladium Romanũ Hierony. intelligit exercitum; cui consonat August.lib.3.super Leuit.q.94. Iustinus autem martyr in Apologetico pro Christianis 2. per gladium August. Iustinus. intelligit ignem, quo templũ Hierosolymitanum fuit combustum. Nam flamma ignis admodum gladij est extensa. Tertullianus lib.aduersus Iudæos de claritate gentiũ Tertull. docet, prophetam in præsenti per gladium Christum Dominum subintelligere,quem etiam Psalmista frameã nuncupauit,cum in persona eius ad Patrem loquẽs,ait:[Erue animam meam ab impio,] scilicet ab iniquo Iudæorum populo. Psal.16 [Frameam tuam ab inimicis manus tuæ.] Vbi iuxta interpretationem Augustini,per frameã Dei, Christi humanitas intelligitur,quã manus, id est, virtus Verbi assumpsit, vt per illam regna debellaret iniquitatis, & electos diuideret ab impijs. Vnde in die Iudicij, vbi fiet hæc diuisio, gladius ex vtraque parte acutus exiet de ore eius, ille Apoc.1. videlicet, [Ite maledicti in ignem Matth. æternum,qui paratus est Diabolo, 25 & angelis eius.] Qui propterea ex vtraque parte acutus esse perhibetur,quia vtramque hominis partẽ, animam scilicet, & corpus mittet Luc.12. in gehennam.

61 [Quia os Domini locutum est.Ineuitabilem esse pœnam comminatam ostendit, quia illam per os Prophetæ Dominus denunciauit, cuius verba non transibunt, cuius dicere facere est. [Ipse dixit, Ps.148. & facta sunt]inquit Propheta. Et

iterum

Isai. 14 iterum: [Dominus exercituum decreuit: & quis poterit infirmare?] Dicitur autē os Prophetæ os Domini (vt adnotauit Chrysostomus hom. 2. super cap. 6. Isaiæ) quia per illud Dominus loquebatur, sicut dicit Apostolus. [An experimentū quæritis eius, qui in me loquitur Christus.] B. August. per os Dñi intelligit duo testamenta, quibus velut duobus labijs nobis loquitur, præmium iustis, & pœnam iniquis constitutam explicans, de quo iā diximus in obseruationibus huius libri, num. 12. B. Gregorius 27. Mor. cap. 10. explicans illud Iob 37. [Audiet auditionem interiorē oris eius, & sonū de ore illius procedentem.] Intelligit per os Domini, Verbum incarnatum, cuius ore osculum pacis Ecclesia suscepit, sicut scriptum est: [Osculetur me osculo oris sui.] Cuius verbis Deus Pater nobis locutus est, Paulo attestante: [Nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.] Sicut enim in ore dum loquitur, duo labia coniunguntur, superius videlicet, & inferius: ita & in Filio duæ naturæ in vno supposito diuino cōiunctæ sunt, superior, & inferior, Diuina, & humana, vt in vtraque subsistens nobis verba salutis loqueretur. Gladius ergo deuorabit vos (inquit Propheta) quia os Domini locutum est. Ac si patenter dicat. Quia per Verbum suum, per Filium suum incarnatum Deus Pater vobis. ô Iudæi, loquutus est, peccata vestra grauiora efficiuntur, & ingratitudo deterior, & pœna cōminata immo & multo maiori cōdigna. Nulla quippe excusatio vobis relinquitur. Quod & Christus Dominus Ioan. 15. denunciauit illis: [Si non venissem, inquit, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent,] scilicet infidelitatis, vt explicat Augustinus. [Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.] Idipsum S. Paulus scribens ad Hebræos confirmat. [Propterea, id est, quia nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, &c. abundantius oportet seruare nos ea, quæ audiuimus: ne forte pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus est, sermo factus est firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tātam neglexerimus salutem?] Si trāsgressores antiquę legis, quam per Angelos Dominus ministrauit, morte condigna plexi sunt, quanto putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Vnde Isai. infra assignans causam propter quā, omnis violenta prædatio, & omne vestimentum mistum sanguine, per quod peccatores sanguine cōmaculatos intelligit, erit in cōbustionem, & cibus ignis, inquit, [Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis.] Consonant profecto hæc verba cum illis, [Gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est.]

[Marginal notes, left column: *Isai.* 14; Chrysost.; 2. *Co.* 13; Aug. lib. de essent. diu. to. 4.; Gregor.; *Cant.* 1.; *Heb.* 1.; *Ioan.* 15. Right column: August.; *Heb.* 2.; *Heb.* 10; *Isai.* 9.]

62 [Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. Iustitia habitauit in ea; nunc autem homicidæ, argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuū mistum est aqua. Principes tui infideles socij furum. Omnes diligūt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicāt, & causa viduæ non ingreditur ad eos.] Tangit his verbis admiratione quadam prophetica secundam causam punitionis Iudæorum, &

euersionis Hierosolymitanæ ciuitatis, scilicet peccata in proximũ commissa, & enumerat quatuor. Primum est fornicatio corporalis, sub qua etiam infidelitas compre-
Osea 2. hẽditur. Est enim spiritualis quædam fornicatio, per quam anima à Deo suo, cui per fidem fuerat desponsata, recedit: & ad virum alienum transit idola colendo. Propter hanc causam sæpe synagoga in sacro eloquio meretricis nomine
Hier. 2. notatur: ait enim Hierem. 2. [Sub omni ligno tu prosternaberis me-
Ezech. 16 retrix.] Et Ezech. [In quo mundabo cor tuum; cum facias omnia opera meretricis?] Hoc peccatum quomodo fuerit iu ciuitatem fidelem introductum admiratur Propheta, diceus: [Quomodo facta est meretrix, &c.] Ac si dicat: O quam breui omnia commutata sunt. Ciuitas illa quondam Fidei religione, & pietatis cultu sanctissima: nunc tamquam meretrix impuden tissima omni nefanda libidine contaminata iacet in stercore. Secundum est homicidium. [Nunc autẽ homicidæ, quod quidem potissimè de illis, qui Christum Dominum occiderunt, intelligendum est, vt
Hieron. docet S. Hieronymus, & Cyrillus.
Cyrillus. Tertium est, sacrarum corruptio Scripturarum. Peruertebant enim multoties Scribæ & Pharisæi in detrimentum pauperum eloquia Dei, quæ per argentum designan-
Psal. 11 tur, iuxta illud: [Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum,] id est, septem do-
Glos. in aditio. 1. nis Spiritus sancti, vt ibi explicat glossa. Argentũ probatum, & purgatum, suis traditionibus adulte-
2. *Cor.* 2 rabant. Quos S. Paulus 2. Corint. 2. notauit, dicens: [Adulterantes verbum Dei, &c.] Quædam legi Dei malitiose addebant. Nam præcepto dilectionis proximi addiderunt illud, [& odio habebis inimicum tuum,] sicut constat ex Matthæo cap. 5. [Audistis, quia dictum est *Mat.* 5.
est antiquis. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.] Quædam furtim subtrahebant. Nam (vt aduertit Lyranus in Liranus.
quodam tract. cuius titulus est, Probatio incarnationis diuinæ personæ) ex loco illo Isai. 9. [Paruulus natus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, &c.] abraserunt nomina exprimentia diuinitatem; ne cogerentur fateri Christum esse Deum. Quædam perperam interpretabantur, asserentes munera secundum legem esse Deo offerenda, adhuc in extrema necessitate patre & matre derelictis, vt cõstat ex illo Matthæi 15. [Deus dixit: Honora pa- *Matth.* 15
trem tuum, & matrem: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri, munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, & irritum fecistis mandatũ Dei propter traditionem vestram. Hoc ergo est argentum vertere in scoriã, & aquam vino, id est, falsa veris miscere, vt explicat S. Chrysostomus in oratione aduersus Iudæos, Chrysos.
& Irenæus lib. 4. cap. 25. † Vel a- Irenæus.
quã vino miscere dicuntur Sacerdotes, quia sacris inserebant prophana, vt explicat S. Ambrosius: [Hoc, inquiens, increpat in eis, quia Ambros. serm. 78.
cum functionum diuinarum essent præsules, sectatores facti sunt rerum humanarum, sicut ipse Propheta ait: Sectamini vnusquisque do-

domum suam. Quisquis enim Sacerdos relicto Pontificatus officio, mundi oblectationibus delectatur. Hic aquam vino permiscet, hoc est rebus sanctis & feruidis inserit res viles & frigidas. *] Quartum est Iniustitia, furtum, & auaritia, quæ potissimè in principibus, & magistratibus populi residebant: propter quam muneribus corrupti, iudicium in detrimentum pupilli, &
Sup. nu. 51. viduæ, quorum protectionem supra iniunxerat, peruertebãt. Vnde pro-
Psal. 51 pheta: [Vidi, inquit, iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, die ac nocte circumdabit eam, & super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia, & non defecit de plateis eius vsura, & do-
August. lus.] Vbi S. Augustinus per muros, intelligit principes, quos sibi subiectos tenebat auaritia, cum tamen ipsi velut muri ab oppressoribus, pauperes defendere debuissẽt. Quid ergo mirum, si in plateis vsura & dolus, id est, apud plebeios, quos muri, id est, principes fouent, reperiatur? Quid mirum si videns Iesus ciuitatem, quam tot delicta occupant, lachrymetur super illam, di-
Luc. 19 cens: [Quia si cognouisses, & tu?] Hæc ergo & consimilia peccata, notat Isaias in illis verbis: [Principes tui infideles,] id est, infideliter officium Principis & iudicis exequentes, [socij furum,] se illis associantes, vt bona prædarentur pauperum. [Omnes diligunt munera,] quibus videlicet solent multoties iudices in alteram partem etiam contra Iustitiam inclinari. Hos ni-
Mich. 3 mirum Dominus per Micheam redarguit. [Prophetæ, inquit, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prędicant pacem, & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificãt super eum prælium. Mordentes dentibus suis,] (ait Gregorius) [pacem nunciant]: quia in appetitu suæ rapacitatis dum terrena flagitiosorum dona suscipiunt: eis diuinæ indulgentiæ securitatem pollicẽtur: Super ipsos autem prælium sanctificant, qui in eorum ore aliquid non dant: quia iustos etiam districtis sententijs terrent, qui eis pro voto terrena nõ exhibent.] Et obserua, quod sanctificare prælium est sub specie sanctitatis, & religionis pauperes iustos debellare. Sic Iudæorum principes, sic scribæ & pharisæi iustificabant impium pro muneribus, & viduæ causam iniustam asserebant: quia non dabat in ore eorum quippiam. Vnde & scriptum est. [Hæc dicit Do- *Eze.* 13.
minus Deus. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiẽdas animas. Et cum caperent animas populi mei, viuificabunt animas eorum, & violabant me ad populum meũ, propter pugillum ordei & fragmẽ panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarẽt animas quæ non viuunt: mentientes populo meo credenti mendacijs.] Vide quam graphicè sacerdotum auaritiam, depingat, & eorum astutiam, & rapacitatem describat. Lege S. Gregor. 18. moral. c. 4. & lib. 2. pastoralis curæ, cap. 8. & supra notata nu. 51.

63 [Propter hoc, idest, propter, peccata hæc comemorata, [ait Dominus exercituum sanctus Israel. Heu ego consolabor super hostibus meis, vindicabor de inimicis meis.] Iterum commina- *Supr. n.* 29. 30. 31.
tur pœnam cuius meminit supra,

illis

illis verbis: [Terra vestra deserta,] &c. Et ne Iudæi increduli de futuro euentu huius prophetię dubitarent, aduertit, quod fortis Israel illam comminatur, qui omnipotens est ad eam inferendam, cuius iræ nemo poterit resistere. Sed expende obsecro Dei misericordiam qui contra inimicos suos proferēs sententiam, ingemiscit. Heu, inquit, & singultu quodam contestatur, quod non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat: quod non delectatur in perditionibus nostris, sed quasi contristatur, & dolet. [Et tactus dolore cordis intrinsecus, [delebo,

Gen. 6. inquit, [hominem quem formaui à facie terræ.] Hinc est quod (vt optime adnotauit sanctus Augu-

Exod. 4 stinus) Virga Moysi, vt insignum

Aug. q. 8. de vet. testam. t4. esset Pharaoni in serpentem versa est, non in Leonem, aut vrsum, siue in Draconem terribilem, vt hoc prodigio mirabili designaret, tardum ad iram esse Deum, & spaciū pænitendi peccatori concedere libentissimè. Serpens namque timorem incutit, sed stupore quodam ad nocendum tardior est, quam Leo, qui subito dum irascitur, nescit misereri. In cuius signum, sex

Gen. 1. diebus mundum creauit Deus, & suis numeris absolutum perfecit: sed illud per diluuium destruere

Gē. 6. 7. intendens, vltionem in dies differebat. Vnde centum annis (vt notauit August.) arca in qua Noe &

Augus. q. 2?2. ex vtroq mixtim. eius familia saluaretur, edificata est: vt illam fabricari videntes resipiscerent, & sic locum pænitentiæ peccatoribus concederet. Muri quoque Hierico septem dierum circuitu prostrati sunt. [Circuite,] inquit, [ciuitatem septem die-

Iosue 6. bus, & octa. va die cadet murus:] Vnde Chrysostomus. [Nos

Chry. ho. 5. de poenit. 5. multo tempore ædificamus domū, & breui destruimus. E'conuerso autem fit in Deo, cum struit velociter struit, cum destruit, tarde destruit. Velox Deus struens, tarde destruens. Nam quia Domino hæc quidem conueniunt. Illud quidem potentiæ, bonitatis istud, Potentis excellentia velox, multa de bonitate tardus:] Et infra: [Et octaua die cadet murus. Mundum vniuersum sex diebus construis, & vnam vrbem septem diebus soluis? Quid enim tuæ potentiæ impedimento accedit? Quare non repente destruis? Montes transferre in mare potes, atq; vnam vrbem destruere non vis repugnantem, sed dies septem tribuis excidio? Quare? Nū potētia imbecillior? Absit. Sed clementia diutius tollerat. Septem huic addo dies velut triduū Niniue, si forte pœnitentiæ susciperet prædicationem, & saluaretur.] Lege S. Aug. to. 4. q. 102. ex

Ion. 3. vtroq; mixtum, vbi hanc materiam latissimè prosequitur. & quæ dixi supra nu. 15. Hinc habes proprium esse Deo misereri semper, & parcere. Punire autem quasi alienū opus ab eo. Vnde instrumenta propria, quibus puniat se non habere declarat: sed alienis quasi conductis vti, secundum illud Isaiæ 7.

Isaiæ [Radet Dominus in nouacula cōducta,] de quo infra cap. 7. nu. 34. Hinc est etiam quod præmia per seipsum electis exibet iuxta illud [Precinget se, & faciet eos discū-

Luc. 12. bere, & transiens ministrabit illis.] Sed supplicia reprobis immittit per ministros sceleratos propheta

Psal. 77 dicente. [Immissiones per Ange-

Chrysost. ho. 43. in Act. col. 7 to. 3. los malos.] Quo (vt notauit Chrysostomus) designare voluit. se ad bene-

beneficia exibēda vltroneum esse: supplicia vero quasi coactum inferre.
Luc. 21. Propter hanc causam tot signa diem iudicij vniuersalis præcedere voluit in sole, luna & stellis,
Psal. 59 quasi dans metuentibus se significatiomem, vt fugiant a facie
Greg. 12. mor. c. 14. & lib. 19. c. 28. arcus, hoc est a sententia iudicij, quæ (vt Gregorius docet) arcus dicitur, quia veluti ex insidijs percutit, dum illum, is qui percutitur, non attendit: aut vero, quia ira iudicis, quo magis protenditur eo ab illa tamquam ab arcu exiet sagitta districtior. Ostensurus ergo iram in Iudæorum punitione dicit: [Hæu consolabor super hostibus meis.] Et appellat hostes, & inimicos suos, oppressores pauperum, pupillorum, & viduarum: nam iniuriam quæ illis irrogatur, propriam reputat.

64 Et conuertam manum meā ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.]
Psal. 76 Non ita Deus irascitur, vt misereri obliuiscatur, & in ira sua misericordias suas contineat.
Abac. 3. [Cum iratus fueris] (inquit propheta) [misericordiæ recordaberis.] Iratus ergo Dominus contra rebellem populum præmiserat: [Vindicabor de inimicis meis:] Et statim iram temperat, & quasi oblitus illius, misericordiæ recordatur dicens: [Et conuertam manum meam ad te.] Quā manum? Illam vtique de qua scri-
Ps. 118. *Ioann.* 1 ptum est: [Fiat manus tua, vt saluet me.] Fiat caro verbum tuum; per quod omnia facta sūt. Promittit ergo his verbis incarnationem filij sui vnigeniti, vt explicat Ru-
Rupertus pertus. Venit in mundum, vt consumat scoriam, & auferat omne stannum tuum. Quid enim per scoriam, nisi falsa doctrina simplicitati legis a Iudæis permixra, quid per stannum nisi traditiones Iudæorum præceptis Dei contrariæ designantur? Quid dicunt pharisæi? [Diliges proximum tuum:] Ecce argentum igne examinatum. Sed quid addunt ipsi? [Et odio habebis inimicum tuum.] Stannum est hoc. Cimbalum stanneum si pulsetur, non benesonat, non extenditur ad remotiores partes sonus illius, [Et odio habebis inimicum tuum.] Ecce stannum, non benè pijs auribus sonat dilectionis præceptum, quod ad inimicos nō extenditur: sed ad cognatos & notos. Quid fecit Christus? Expurgauit aurum, argentum mundauit, de medio stannum abstulit. Audi illum: [Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, be- *Mat.* 5. nefacite ijs qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos,] &c. Hæc sunt. [e- *Psal.* 11 loquia Domini, eloquia casta, ar- August. gentum igne examinatum: probatum terræ, purgatum septuplum,] hoc est septem donis Spiritus sancti, vt videlicet eorum sonus ad remotiores quosque se extendat, sicut scriptum est. [In omnem ter- *Psal.* 18. ram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Possunt secundo in eo sensu prædicta verba accipi, vt sint, præ ira, pœnam supra positam iterum atque iterum comminantis, ac si dicat. *Simile* Conuertam manum meam ad te, sicut fullo, qui iterum commaculatum pannum proprijs manibus contundit, vt illius macula abluatur: & sicut aurifex, qui semel & iterum impurum aurum, vel argentum in ignem proijcit, vt ab illo scoria auferatur, & conflatum ad

ad purum perueniat, de qua metaphora vide supradicta num. 23. & 24.

65 [Et restituam Iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus.] Antiqui Iudices, & consiliarij populi Israelitici fuerunt Moyses, Elias, Iosue, & Samuel, ex quibus Moyses ex aquis assumptus mitissimus fuit inter omnes homines qui morabantur in terra. Elias vero sicut ignis surrexit zelo Dei feruidus, cuius verba quasi faculæ ardebant. His similes consiliarios, & Iudices Ecclesiæ suæ Dominus repromittit: in quibus sit spiritus duplex, vt per aquam baptismi, & Spiritus sancti ignem, verbo, & exemplo Christi populum gubernent. Et (vt explicant sanctus Hieronymus, & Cyrillus,) hi Iudices fuerunt Apostoli, & Apostolorum successores, de quibus scriptum est: [In regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.] Et iterum: [Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.] Hoc est pro Petriarchis, pro iudicibus, pro consiliarijs antiquis, nati sunt tibi o Ecclesia Apostoli, & Apostolici viri primitias spiritus habentes. † Sic explicat Agusti. verba illa Psal. 126. sicut sagittæ in manu potentis ita filij excussorum. Fili os inquis excussorum fortasse ipsos Apostolos vocat idest filios prophetarum. Dicimus enim excuti aliquid vt exeat inde quod fortasse absconditum est, aliter enim dicimus excuti vestrem vt excutiant inde puluerem, & aliter dicimus excuti saccum, vt illud, quod intus latebat, appareat & exeat. Filios ergo excussorum Apostolos vocat, idest filios prophetarum. Perfecte enim clausa Sacramenta, & operta continebant & excussi sunt, vt inde manifestata procederent. Apostoli autẽ occulta quasi in Sacco Sacramenta prophetarum excusserunt.] Hinc & Psalmista: [Costitues eos principes super omnẽ terram.] [Ipsa enim Ecclesia principes eos constituit: nam antea infirma mundi erant, & ignobilia, & contemptibilia: sed hæc elegit Deus: vt confundat fortia. [Suscitans a terra inopem & de stercore erigẽs pauperem. Vt collocet eos cum principibus, cum principibus populi sui.] Quid Petrus? Quid Andreas? Quid cæteri Apostoli? Nonne inopes, & pauperes? Quomodo ergo facti sunt principes? Vbi confortatus est principatus eorum? Nũquid extra Ecclesiam? Absit. Scriptum est enim: [Dominus narrabit in scripturis populorũ, & principium horum, qui facti sunt in ea.] In scripturis inquit populorum & principium. Vbi Aug. ait: [Quorum principum? Horum qui facti sunt in ea. Principes qui facti sunt in ea, in ea facti sunt principes: nam antequam fierent principes, infirma mundi erant. Numquid princeps piscator, numquid princeps publicanus? Princeps plane, sed quia facti sunt in ea.] Restituit ergo Deus iudices, vt prius & consiliarios sicut antiquitus, nec semel tantum, sed pluries, quia pro patribus tuis nati sũt tibi filij: pro Apostolis, Martyres & Doctores sancti: Vnde Augustinus. [Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis, filij nati sunt tibi, constituti-

Marginalia: Exod. 2; Num. 2; Eccl. 48; 4. Reg. 2; Hieron. Cyrillus; Mat. 19; Psal. 44; Rom. 8.; 1. Cor. 1; Ps. 112.; Psal. 86.; Aug. to. 8; Aug. to. 8 sup. ps. 44

stituti sũt. Episcopi Episcopi qui hodie cõstituti sunt per vniuersũ mũdum, vnde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es, de prole tua tibi creuit paternitas] pro patribus tuis nati sũt tibi filij. inde & S. Gregor. l. 28. moral. c. 28. [in virtute] inquit [antiquorum Patrum hij qui postmodũ prælati sunt, subrogantur, quia & cum annosa arbusta succiduntur in eorum robore tenera virgultas subcrescunt.

66 [Iudices,] inquit, [& consiliarios.] Obserua quod non dixit, Restituam tibi reges vt prius, nec Dominos sicut antiquitus, sed iudices & consiliarios: vt insinuaret modum gubernandi gratissimũ humilitate, & benignitate plenum, quem Dominus Apostolis præscripsit. [Principes,] inquit, [gentium dominantur eorum, & qui
Mat. 20 maiores sunt potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister.] Multo namque suauius gubernata fuit antiquitus respublica per iudices, quam per reges, vt cõstat ex lib. 1. Regum cap. 8. Propter quod cum
1. Reg. 8 filij Israel dixissent ad Samuelem: [Constitue nobis regem, vt iudicet nos;] Ius regis a Samuele præcipiente Domino statim describitur: [Filios vestros tollet, greges quoq. vestros decimabit: vosq. eritis ei serui, & clamabitis in illa die a facie Regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.] Obserua secundo quod non tantum iudices incorruptos, sed & consiliarios rectos, & prudentes se daturum Ecclesiæ Dominus pollicetur. Nam ad felicitatem reipublicæ, & ad bonam illius gubernationem, non sufficiũt Iudices quantumuis integerrimi, nisi & consiliarios rectos habeat scientia & Spiritu Dei plenos. Vnde & quidam philosophus olim sapienter dixisse fertur: [Mallem iniquum regem optimis consultoribus comitatum præesse reipublicæ; quam iustum & sapientem, & iniquis consiliarijs constipatũ.] Pulchrũ dictum cuiusdam Phi.
Vnde & scriptum est: [Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium: vbi vero sunt plures consiliarij confirmantur:] Et ite- Prou. 15
rum: [Vbi non est gubernator populus corruet, salus autem vbi multa consilia.] Hinc est quod Rex Prou. 11
Salomon in eburneo Throno duodecim Leunculos sculpi fecit, stantes super sex gradus hinc atque inde, ad designandum, quod regis & principis consiliarij qui eius lateri assistunt, rugire debent contra iniustitiam, non vt Leones, qui aliena rapiant, Leo enim rugit, at circuit quærens quem deuoret: sed vt Leunculi stantes & non dormientes, qui rugiunt multum, sed nihil rapiunt. Tales fuerunt duodecim Apostoli, quasi leunculi duodecim ante thronum veri salomonis, idest, Christi in Ecclesia stantes, veluti consiliarij inflexibiles, & recti, non terrena rapientes, sed iustitiam & veritatem prædicatione sua conseruantes † Hinc Ietro ad Moysem. [Prouide inquit de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, inquibus sit veritas, & qui oderint Exo. 18
aua-

3. Re. 10 (margin)

auaritiam : & constitue ex eis tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore.] Vbi quatuor requirit conditiones in iudicibus & consiliarijs reipublicæ. Primo vt sint potentes viri qui valeant irrumpere in inquitatem & se opponere malis imminẽtibus: non imbecilles & effeminati, qui facile succumbunt peruersis aliorum iudicijs. Dicant pro iustitia libere quod sentiũt nullo prorsus habito humano respectu. Secundum quod Deum timent: vbi enim timor Dei, ibi salutẽ reipublicæ esse oportet. Tertio quod sit veritas in consiliarijs, ne in consilijs suis mentiantur, dicentes conuenire id quod iudicant esse in conueniens: odio habeant auaritiam. Nec sufficit non esse auaros nisi etiam bellum indixerint auaritiæ, quæ iudices & consiliarios corrumpit. Harum conditionum deffectu Scribę & Pharisei Concilium ineuntes in hãc impiam deuenerũt sententiam vt Christum morti traderent. Si autem Consiliarijs sunt recti, & iudices incorrupti, pax & iustitia regnabit in republica, sicut floruit cum Ecclesia iudices & consiliarios habuit Apostolos; & Apostolicos Viros. Hinc & propheta consiliarios istos, iustitiam
Psal. 35 Dei appellat. [Iustitia tua,] inquit, sicut montes Dei.] Vbi Augustinus per mõtes Dei intelligit Apostolos, qui per gratiã Dei, paruuli cum essent, facti sunt magni. Hæc ergo iustitia Dei sicut mõtes Dei. Montes igitur Dei, iusti, recti, stabiles in æquitate, & veritate, ciuitatem in iustitia conseruantes, & paruulos fide nutrientes. Vnde & subditur.

67 [Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis]. In textu hebraico pro iusti habetur acdech, idest, iustitie, à verbo zadach, idest, iustificare, & ita transferunt Septuaginta, [ciuitas iustitiæ.] Post hæc idest, cum restituti fuerint] tibi o Sion iudices isti, cum in principes acceperis Apostolos, & consiliarios rectissimos habueris, vocaberis & re vera eris ciuitas iusti, idest Ecclesia Christi. Ipse enim est iustus, & alios iustificans, de quo vtique scriptum est. Prope est iustus meus, egressus est Saluator meus.] Isai 51
Ipsi sicut sponsa vni viro coniuncta eris, & nomine illius decoraberis, cognomen tuum erit ciuitas iusti. Non vltra dices: [Tãtummodo inuocetur nomen tuum super nos, Isai. 5.
aufer opprobrium nostrum.] Vocaberis ciuitas iusti: quia ciuitas iustitiæ eris, ciuitas sancta, in qua iustitia habitet sicut prius, non autem homicidiæ, Vel ciuitas iustitiæ, quia de Sion exibit lex & verbum Domini de Hierusalem [Vrbs fidelis:] quia fidem & fidelitatem sponso tuo inuiolabiliter ob seruabis: neque ad virum alienum, ad idola videlicet; sicut sinagoga te conuertes.

68 [Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia. Postquam supra ostẽderat Isaias legalia nullam virtutem ad emundandam conscientiam à peccatis habuisse; nunc consequenter prædicit virtute sacrificij nouę legis, per quod ex iustitia Christus Dominus pro delictis hominum satisfecit, eadem peccata esse aufferenda, & ciuitatem sanctam Sion redimendam esse in iudicio, & ad dignitatem pristiuam gratiæ, in iustitia esse restituẽdam, videlicet per passio- Supra n 37. & sequen.

sionem & mortem vnigeniti filij
Ioan.14 Dei, de qua scriptum est: [Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras:& ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.] Vnde & mors ipsa, quam libentissimè pro peccatis nostris Saluator suscipit, iustitia appellatur, propheta dicẽte:]
Psal.88. Quoniam exprobauerunt inimici tui Domine: exprobauerunt commutationem Christi tui.]Quid est exprobauerunt commutationẽ, nisi passionem,& mortem. Christi tui, per quam ex iustitia commutatiua nos redemit? Ideo & commutatio mors Christi. Aut vero quia
Aug.to.8 sup.ps.78 (vt dicit Augustinus)per illam nos a morte ad vitam commutauit. Hanc cõmutationem inimici Dei exprobrare non cessant,quos similes dixerim pueris illis Elisæo insultantibus& dicentibus:[Ascende
4.Reg.2 Aug. lib. 12. cõtra Faust. cã. 25.&t.8. in titulo pr. 44. calue,ascende calue.] Quæ verba (vt Augustinus ait) Christum qui in monte caluario patibulũ cõscẽdit,respiciunt. Hinc est quod titulus ps.68.in quo ad literam de passione Christi agitur,inscribitur;[In finem pro his qui comumutabuntur:] Quia per illam dato preciosissimi sanguinis precio, ex iustitia commutatiua nos redemit. Vnde & Paulus ait: [Factus est nobis
1.Cor.1 iustitia,sanctificatio, & redẽptio.] Vt quid hoc? Vt adimpleretur ꝙ scriptum est. [Sion in iudicio redimetur.& reducẽt eam in iustitia.] Ecce quod propheta prædicit futurum:Apostolus narrat impletũ. Ille inquit,[Sion in iudicio redimetur:]Iste autem ait:]Factus est nobis redemptio.] ille, [reducent eam in iustitia:] Iste, [Factus est nobis iustitia,& sanctificatio.]Sed quare in plurali numero,ait,reducent eam in iustitia? Numquid plures redemptores. Numquid & plures mediatores? Absit,Scriptũ: est enim,]Vnus Deus,vnus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.]Sed magnificare voluit Apostolos, honorare operarios suos.[Dei adiutores sumus] (inquit Paulus,(Et iterum:) [Adiuuantes autem exortamur vos, ne in vacuum gratiã Dei recipiatis.] Christus tamquã supremus pastor gregem suum ducet:sed illi veluti adiutores gregem sibi commissum reducent: Ne autem arbitraretur quis solam iustitiam,quæ in Christo est sufficere ad salutem, sicut hæretici somniant negantes opera nostra post sacrificium in cruce oblatum,esse ad finem vltimum consequendum necessaria, denuntiat statim propheta æternam damnationem,ijs qui pro velamine malitiæ suæ habent Christi libertatem. Vnde & sequitur.

1.Tim.2 1.Cor.3. 2.Cor.6 1.Petr.2

69 [Et conteret scelestos, & peccatores simul, & qui derelinquerunt Dominum consumentur:] Illud verbum conteret, damnationem denotat æternam. In præsenti namq.qnantumuis peccatores puniantur a Deo,confringuntur, Sed in iudicio pœnitus conterentur. Mal.21
Vnde & scriptum est.[Qui ceciderit super lapidem istum,confringet eum:super quem autem ceciderit, conteret eum.] Quem locum explicans beatus Augustin' ait: [De ijs dicit qui cadunt super eum,qui illum modo contemnunt, vel iniurijs afficiunt ideo nondum penitus intereunt, sed tamen confringuntur, vt non recti ambulent. Super quos autem cadit, veniet illis desuper in iudicio, cum pœna perdi-

Aug. lib. 1 q.Euãg. q.30.t.4.

perditionis, Ideo dixit: Conteret eos, vt sint impij tamquam puluis quem proijcit ventus a faciæ terræ:]Hij ergo penitus conterentur; ita vt ad nihilum vtiles remaneãt. Vnde idem propheta infra hoc ipsum elegantissimis verbis explicat, Ait enim: [Subito, dum non speratur, veniet contritio eius: & cominuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida;& non inuenietur de fragmẽtis eius testa, in qua portetur igniculus de incẽdio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.]Sic ergo conteret scelestos, & peccatores simul. Lege S.Greg. lib.9. mor.c.12 in illa verba Iob.9. Dominus deturbine conteret me: & l.17.mor.2. in illa verba Iob 24. quasi ignum infructiferum conterentur,& lib.25. moral.c.8.in illa verba Iob 34.conteret multos & in numerabiles.Vbi innumerabiles appellat reprobos,triticũ enim nu meratur: palea numerari nõ potest quia stultorũ infinitus est numerus.

Psal. 1.

Isai. 30.

70 [Confundemur, enim eb idolis quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis, quos elegeratis.]Iterum annunciat. quod supra prædixetat,esse videlicet Iudæos puniẽdos specialiter propter peccatum idolatriæ.Eligebant illi hortos, & loca nemorosa ad sacrificandum idolis, iuxta illnd. [In omni enim colle sublibi,& sub omni ligno frondoso tu prosternebaris maretrix,] Ideo ait;Confundemini & erubescetis.Vbi obserua, qood de futuro inquit, confundemini,& erubescetis.Nam(vt adno tauit.Chrysost.)dum committitur peccatum confusionem omnem,& erubescentiam, quam naturaliter secum affert furatur inimicus, vt liberius peccet & periculosius cadat: & illam postea restituit;quãdo nihil prodest. Vnde Paulus. [Quem ergo fructum habuistis tũc in illis, in quibus nũc erubescitis?] Nunc inquit erubescitis.non tunc, quando ne comiteretur peccatum erubescere oportebat, quando talis cofusio adduceret gloriam, sicut scriptum e st,[Est confusio adducens gloriam,& est confusio adducens peccatum.Vnde (vt adnotauit Chrysost.) multoties peccatũ & conscientia mala non arguunt nec confundunt peccatores, nisi peccato commisso, sed postquam semel patratũ est, statim illos torquent,acriter reprehendunt & cõfundunt: ne diu peccati delicijs perfruantur. Quod diuus Augustinus lib. 26. contram Faustum Manicheum cap. 3. his verbis confirmat, [ad naturalem iustitie ordinem pertinet, vt aut peccata non fiant aut impunita esse non valeant a Deo, vel ab ipsa anima vexant enim peccata conscientiã ipsi q; animo nocent, etiam, si non consequantur dolores.] Vnde & scriptum est, [Dulcedo illius.]scilicet peccati, [vermes,] Quia (vt explicat S. Greg.) delectatio peccati nutrit in conscientia vermem doloris, qui postea pecatorẽ cruciet. Vidisti fratres Ioseph.lætos, & insultantes præ gaudio,cũ fratrem suum Ioseph tractabãt oc cidere? [Ecce,] inquiunt, [somniator venit,venite occidamus eũ, & mittamus in cisternam veterẽ: & tunc apparebit quid prosint illi somnia sua.] Vide illos confusos. Post venditionem fratris conscientia illos redarguit: [Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum videnter angustiam animæ eius, cũ deprecaretur nos, &

Hier. 2.

Chry. ho 80. ad po pul. col. 2 to. 5.

Rom. 6.

Eccli. 4

Chry. ho. 64 in He nes. prin. to. 1.

Aug. lib. 26. q. faus cap. 3.

Iob 24. Greg. 16. mor. 39.

Gen. 37.

Gen. 34.

& non audiuimus. En sanguis eius exquiritur.] Obserua illud, [super hortis quos elegeratis.] Cũ enim Dominus magno proposito præmio homines vt in vinea sua laborarent, conduxisset: illi opus Domini non respiciunt, sed quilibet hortum intra vineam Domini ad delicias sibi eligit. Iuxta quod ait infra 65. [Et quæ nolui elegistis.] Habet auarus hortum suum, habet superbus, habet & ambitiosus. In illo laborat, sed laboris illius stipendium mors erit, & confusio sẽpiterna. Quando?

Isai.55.

71 [Cum fueritis velut quercus fluentibus folijs,] videlicet sicci, & aridi nullum fructum ferẽtes. Omnem enim arborem non ferentem fructum excidet eam & in ignem mittet & ardet.] Ardet, inquam, sicut querc⁹ sicca quę igni est apta. Comparat autem Christus Dominus hominem Arbori. Math. 7. dicens [Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructũ eius malũ] propter bonam vel malam voluntatem. Quẽ locum expendens, D. August. lib. 2. de actis cum Felice Manicheo cap. 4. ait [cum Christus duas arbores commemorat, nõ de naturis loquitur, sed de libero arbitrio: cũ enim dicit aut hoc facite aut illud facite, potestatem indicat non naturam, non enim nisi De⁹ facere arborẽ potest. Sed est in voluntate vniuscuiusque aut eligere quæ bona sunt & esse arbor bona, aut eligere quæ mala sunt & esse arbor mala.] Iudæis ergo qui propter malam voluntatem se fecerunt arborem mala, dicit Propheta. [Erunt velut quercus fluentibus folijs hoc est sicci & aridi.] Viuit arboris radix ait idem Aug. Sed hiemis tempore etiam viridis arbor aride similis est, veniet estas & discernet arbores. Viua radix folia producit & fructus: arida inanis & sicca sicut hieme remanebit. Sic estas nostra Christi est aduẽtus, hiemns nostra Christi, occultatio. Vnde mortui estis & vita vestra abscõdita est cũ Xp̃o: mortui specie, viui radice. Atende tẽp⁹ estatis [Cũ aut Xp̃s apparuerit vita vestra. Tũc & vos apparebitis cũ ipso in gloria] Vita ergo Iustorũ viridi arbori similis est tẽpore hiemis, q̃a & si defluẽtib⁹ folijs, radicẽ tamẽ viridẽ habẽt. Peccatores vero sũt sicut q̃rc⁹ sicca, q̃ igni est apta. Et nota quod querc⁹ cõgrue significat peccatores, q̃a ad similitudinẽ q̃rcus, fruct⁹ quibus porci, idest dæmonens pascuntur, semper ꝓferũt. Erũt p̃terea sicut q̃rcus defluentib⁹ folijs. Quoniam, qui in die iudicij vestem nuptialem non habuerint, folijs, sicut fecerunt olim primi parentes, nuditatẽ suam operire nequibunt.

Mat.3.

Gala.3.


72 [Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stuppæ, & opus vestrũ, quasi scintilla: & succẽdetur vtrũque simul, & nõ erit qui extinguat.] De cõbustione templi. explicat Eusebius hæc verba, & de cõbustione ciuitatũ, de quibus supra dixerat: Ciuitates vestræ succẽsæ igni. Dicitur enim ciuitas Hierusalẽ fortitudo, quia vndequaq. munita erat, Hæc (ait) erit sicut fauilla stuppæ, idest tã facile cõsumetur, sicut stuppa igne succensa. Secundo possunt hæc ad ignẽ inferni referri; quẽ null⁹ extinguere poterit. Hinc collige, quã infelices sint, qui bona huius vitæ quærunt: & hortos ferentes ligna, quæ ignis æterni fomenta sunt, colunt. Sibi enim, & suis magnum incendium præparant.

Aug. Ser. 121. de temp.

Eusebius Cæs. lib. 1 demonst. Euang. c. 37.

F CAPVT

CAPVT SECVNDVM.



ERBVM quod vidit Isaias, filius Amos, super Iu- *Mic.4.*
da, & Hierusalem. 2. Et erit in nouissimis diebus
3. 4. 5. præparatus mons domus Domini in vertice
montium, & eleuabitur super colles, 6. 7. & fluent
ad eum omnes gentes. 8. Et ibunt populi multi, & di-
cente: 9. Venite a ascendamus ad montem Domini,
& ad domum Dei Iacob, 10 & docebit nos vias suas.
& ambulabimus in semitis euis: 11 quia de Sion exibit lex, & verbum
Domini de Hierusalem. 12 Et iudicabit Gentes, & arguet populos
multos: 13. 14. & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas
suas in falces: 15 non leuabit gens contra gentem gladium, nec exer-
cebuntur vltra ad prælium. 16 Domus Iacob venite, & ambulemus
in lumine Domini. 17 Proiecisti enim populum tuum, domum
Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthijm,
& pueris alienis adhæserunt. 18 Repleta est terra argento & auro: &
non est finis thesaurorum eius: & repleta est terra eius equis: & innu-
merabiles quadrigæ eius. 19 Et repleta est terra eius idolis: opus ma-
nuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit
se homo, & humiliatus est vir: 20 ne ergo dimittas eis. 21. Ingre-
dere in petram & abscondere in fossa humo a facie timoris Domini, &
gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & in-
curuabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in
die illa. 22 Quia dies Domini exercituum super omnem superbum,
& excelsum, & super omnem arrogantem: & humiliabitur. Et super
omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus
Basan. Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles ele-
uatos. Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum
munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne, quod visu
pulchrum est. 23 Et incruaubitur sublimitas hominum, & humiliabi-
tur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa: & ido-
la penitus conterentur: & introibunt in spelunchas petrarum, & in
voragines terræ a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius,
24 cum surrexerit percutere terram. In die illa proijciet homo i-
dola argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi, vt adora- *Osea 10.*
ret talpas & vespertiliones. 25 Et ingredietur scissuras petrarum, *Luc.23.*
& incauernas saxorum a facie formidinis Domini, & a gloria maie- *Apoc.9.*
statis eius, cum surrexerit percutere terram. 29 Quiescite ergo ab
homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus
est ipse.

SVM-

SVMMA CAPITIS.



N capite secundo, quatuor ad literam vaticinatur principaliter Isaias. Agit enim primo de aduentu Christi, & vocatione gentium, in principio capitis: Vbi iam incipit describere regnum eius, pacem, & tranquillitatem illius, maiestatemque Ecclesiæ Christianæ, ad quam Gentes, & multi ex Iudæis sunt ingressi, vt fiat vnum ouile, & vnus pastor.

Ioan. 10 *Secundo assignat rationem, propter quam gentes a Deo fuerunt misericorditer ad fidem vocatæ, asseritque eam fuisse, quia Iudæi propter suam incredulitatem excisi sunt, & a Deo derelicti. Vnde loco illorum plenitudo Gentium intrauit, & de hoc agit ab illo versiculo. [Proiecisti enim populum tuum.]*

Tertio reddit causam propter quam Iudæi fuerunt derelicti, scilicet pro pter peccatum augurij, propter vitium contra naturam, propter peccatũ diffidentiæ, & idolatriæ, & alia huiusmodi peccata: quæ tangit ab illo versiculo. [Et augures habuerunt.]

Quarto denunciat pœnam propter hæc delicta à Deo inferendam, quã in capite præcedenti fuerat comminatus: Videlicet euersionem Hierosolymitanam per Nabuchodonosor inchoatam ante aduentum Domini, & post Christi mortem a Tito & Vespasiano consummatam. Et de hoc agit ab illo versiculo. [Ne ergo dimittas eis,] vsque ad finem capitis.



COMMENTARIVM.



ERBVM quod vidit Isaias, filius Amos super Iudam, & Hierusalem.] In præcedenti capite suam prophetiam appellauit Isaias visionem, hic autem verbum quia (vt dicit Hieronymus) (Hierony.) incipit agere de regno illius, de quo scriptum est. [Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis.] Et forsitan ideo ait: (Ioan. 1.) [Verbum quod vidit,] cum ta men verbum non videatur, sed audiatur, quia spiritu prophetico verbum caro factũ præuidit. Viderunt illud pastores. [Videamus, inquiunt, hoc verbum, quod factum est, quod fecit (Luc. 2.) Dominus & ostendit nobis.] Vidit & Isaias, & nondum fuerat factum caro, alias quomodo diceret: [Vidimus eum?] (Isai. 13.) Dicit etiam [Verbũ quod vidit] propter certitudinem visionis, cui non potest subesse falsũ: quia vt ait S. Tho. 22. prophetia est quædam cognitio intellectui (S. Tho. 22 q. 171. art 6. in corp) prophetę impressa ex reuelatione diuina per modũ cuiusdã doctrinæ. Veritas aut cognitionis est eadem in discipulo & in docente, quia cognitio addiscentis est similitudo cognitionis docentis. Sicut etiã in rebus naturalibus forma generati, est similitudo quędam formæ generãtis: & per hunc etiam modum Hieronymus dicit quod prophetia est quodam signum diuinæ præscientię. Oportet igitur eandem esse veritatem propheticæ cognitionis &

enuntiationis: quæ eſt cognitionis diuinæ, cui impoſſibile eſt ſubeſſe falſum, vnde prophetiæ non poteſt ſubeſſe falſum. Vel ideo appellat verbum, quia inſigne aliquod myſterium, & admirabile ſacramentum erat locuturus, quod hoc nomen, verbum, inter alias acceptiones ſignificat; ſicut Lucæ 2. [Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum,] ideſt quod mente poteſt concipi, quantumuis difficile, & mirabile videatur. Reliqua explicata ſunt cap. 1. n. 3. 4. & 5. vide infra cap. 6. num. 3. ſuper illa verba: [Vidi Dominum.]

Luc. 2.

2 [Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles.] Tres explicationes habent verba iſta, iuxta totidem acceptationes, quibus potiſſimè nomen illud mons ſolet in ſacro eloquio vſurpari. Primo enim ſignificat Chriſtum (vt S. Auguſtinus docet & ſanctus Gregorius) & cõſtat ex cap. Daniel. 2. vbi dicitur. [Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus ſuis ferreis, & fictilibus. &c.] Et infra: [Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam factus eſt mõs magnus, & impleuit vniuerſam terram.] Quid enim eſt lapis exciſſus ſine manibus, niſi Chriſtus ſine virili ſemine natus? Lapis paruus in humanitate, ſed magnus in diuinitate. Paruus in regno iudæorum, ſed magnus in regno Gentium, ſicut ſcriptum eſt. [Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Domini virtutum in ciuitate Dei noſtri]. Magnus mons, Chriſtus. Mons quia ſolidiſſimum & inconcuſſum Eccleſiæ fundamẽtum eſt. [Quia fundamentũ aliud nemo poteſt ponere: præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.] Mons quia ſuper omnes colles, ſuper omnẽ principatum & poteſtatem exaltatus. Mons quia ſicut ex lateribus montium, fontes fluunt & flumina, quibus vniuerſa terra irrigatur: ita ex latere Chriſti dum in cruce exaltatur, ſeptem fluxerunt ſacramenta, velut totidẽ flumina, quibus tota fœcundatur Eccleſia. In cuius ſignũ (vt ait Auguſtinus) ex petra bis virga percuſſa egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet & iumẽta: quia ex petra illa de qua ſcriptum eſt. [Petra autem erat Chriſtus,] abundantia omnium gratiarum emanauit, quibus homines & iumenta ſaluabit Deus. Et obſerua, petram bis fuiſſe virga percuſſam, quia crux ex duobus conſtat lignis, quibus fuit Redemptor affixus, vt inde largiſſimæ aquę emanarent. Plaga enim Dominicæ paſſionis aqua vitæ credentibus effecta eſt. Igitur iuxta hanc primam acceptionem, interpretatur primo hic locus de Chriſto. Sic exponunt illum Beatus Auguſtinus, & Gregorius vbi ſupra, Tertullianus aduerſus Iudæos, & lib. 3. aduerſus Marcionem, ſanctus Hieronymus in præſenti, ſanctus Ildefonſus Archiepiſcopus Toletanus in lib. de illibata Virginitate Beatæ Mariæ, cap. 4. & Galatinus lib. 1. cap. 2. & ſenſus eſt. [Erit,] eueniet in nouiſſimis diebus, ideſt tempore legis gratiæ, quod nouiſſimum appellatur, quia poſt illud tempus non erit amplius. [Iurauit enim Angelus per viuentem in ſæcula ſaeculorum, quia tempus non arit amplius.] Vnde, & Paulus ait, [Nouiſſimè diebus iſtis locutus

Mõs Chr. Aug. lib. 18. de ciu. c. 30. & in orõne ad verſ. Iud. c. 7. to. 4. Gregor. 33. mor. 1

Dan. 2.

Pſal. 47.

1. Cor. 3

Simile.

Nũ. 20. Aug. con. Fauſt lib. 16. c. 17.

Pſal. 35

Auguſt. Gregor. Tertull. Hieron. Ildefonſ.

Galatin.

Apo. 10.

Heb. 1.

cutus est nobis in filio.] Nouissimos dies appellauit dies istos; quia non poterant non esse singulares, & insignes dies illi, in quibus Pater per vnigenitum filium locutus est nobis: propter singularissima beneficia accepta propter singularem dilectionem, quam Deus suis ostendit, & propter notitiam singularem mysteriorum fidei, quæ diebus istis reuelata sunt.

3 Præparatus mons domus Domini] Septuaginta interpretes trāsferunt. [Manifestus mons Domini, & domus Dei in summitatibus mōtium.] Quod ideo dictum esse fatentur sancti, quia Christus excelsior fuit in sanctitate, & gratia omnibus patriarchis, & prophetis; & sublimior alijs sanctis. Nam de plenitudine eius omnes acceperūt.

Ioan. 1. Fuit enim gratia in Christo sicut in primo fonte, a quo in ceteros deriuatur: & sicut in capite, cuius influxum membra participant: iuxta quod & scriptum est. [Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię præ

Psal. 44 consortibus tuis.] Quid est præ consortibus? Præ participibus tuis vt legit S. Paulus ad Heb. Præ illis, idest plusquam illi, qui de plenitudine eius acceperunt. Ille fons, alij riuuli. Ille indeficiens, alij deficere possunt. Ille proprijs bonis diues est, alij mutuatis. [Quid tu

Zach. 4. vides?] ait Angelus ad Zachariā: [Et dixit: Vidi & ecce candelabrum aureū totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius, & duæ oliuæ super illud, vna a dextris lampadis & vna a sinistris eius. Audi mysteriū. Septem lucernæ, septem habent infusoria, & duas oliuas hinc & inde, ne illis oleum deficiat, ne extinguantur, & lumen ammittant. Et tamen lampas illa singularis in capite candelabri collocata, nullū habet infusorium. Lampas illa singularis, Christus est, Christumque designat, vt docet Atthanasius, de quo infra scriptum est. [Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam: donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur;] Lucens videlicet per vitream humanitatis capsulam, splendorem suum & lucem inaccessibilem imbecillitati nostri intellectus attemperans, & inter nos habitans: vt sicut lampas portari possit, & in præsepio nocte constitutus lucere. Antea quippe lucebat, sed in sinu patris: modo splendorem emittit, sed in gremio matris. Antea in cælo constitutus solis cursum imitabatur, nullus illum portare poterat, nec in angulo domus illum habere, Sed [Verbum caro factum est, & habitauit in bonis.] Missa est sapientia a sede magnitudinis Dei, vt nobiscum sit, & nobiscum laboret. Vt illuminet eos, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, & dirigat pedes eorum in viam pacis. Hæc ergo lampas infusorium non habet, quia fons, a quo oleum gratiæ, & veritatis in cæteros deriuatur, infusorio non indiget. Septem autem aliæ lucernæ, per quas (vt Cyrillus ait) designantur Apostoli, & reliqui electi, qui vt lucernæ lucent in caliginoso loco, infusorijs indigent, quia oleum quo ardent, a semetipsis non babent. Aliunde illud participant, habent ad manum septem infusoria, septem videlicet

Athan. q. 53. Her. & Cyrill. sup ca. 4. Zach.

Isai. 62

Ioan. 1.

Luc. 2.

Cyrillus.

Ecclesiæ sacramenta, quæ oleũm continẽt gratiæ, & illam digne suscipientibus conferunt. Lucernæ sunt; lumen habent participatum, mutuatum ab illo, qui est [lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.] Qui ignem venit mitere in terram, & quid vult nisi vt accendantur? Vnde (vt S. Augustinus notauit) cum Dominus dixisset: [Vos estis lux mundi:] Ne quis arbitraretur Apostolos, & Apostolicos viros, de quibus loquebatur, lucem esse per essentiam, sicut est sol, nec ab alio primo lucido illam participasse, statim subdit. [Nec accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt.] Lucerna quippe accendi indiget, & extingui potest. Eramus natura omnes nos filij iræ, carbones frigidi & deformes, æterno incendio deputati. Sed ecce a facie eius ignis exarsit, carbones succensi sunt ab eo, & accensæ lucernæ. Ideo ergo Christus Domin' eleuatus dicitur super colles, & lampas candelabri super caput eius: Quoniam ipsum dedit caput super omnẽ Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Vel certè eisdem verbis insinuare voluit insigne mysterium crucis Christi, in qua exaltatus est, & in aera eleuatus: vt principem debellaret iniquitatis. [Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius inter filios hominum.] Vbi nomine exaltationis, crucis mysterium designatur, sicut & Ioan. 3. [Oportet exaltari filium hominis. [Vide infra num. 6.

Ioan. 1. *Mat.* 12 *Mat.* 5. Aug. epist. 120. ad Honoratum. *Psal.* 17 *Isai.* 2. *Ephes.* 1 *Isai.* 52.

4 Secunda explicatio est Ioan. Chrysostom. homilia secunda, in cap. 2. Isaiæ, & in demostratione quod Christus sit Deus; Sancti Cyrilli super Isaiam, & Origenis homilia quinta contra Celsum, iuxta secundam acceptionem, & in Scriptura sacra frequentem, quia mons pro Ecclesia vsurpatur. Mons igitur Ecclesia, quia columna est, & firmamentum veritatis. Mons, quia inexpugnabilis est, & fortis: ita vt portæ inferi contra eam præualere non possint. Mons, quia in loco alto & eminenti est collocata, iuxta illud Matth. 5. [Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.] Ait ergo, [Mons.] scilicet Ecclesia [Domus] appositiue, idest quæ est Domus Domini. De illa enim scriptum est. [Mõs coagulatus, mons pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem:] Quomodo. n. non coagulatus omni pinguedine gratiarum mons, in quo Dominus habitat in finem? [Mons Sion] (canit propheta) [in quo habitasti in eo.] Vnde & Paulus ait: [Non enim accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, &c. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiã primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis.] Hic ego mons erit præparatus, ornatus a Deo, & in vertice montium constitutus, quia super fundamenta Apostolorum, & prophetarum fundata est Ecclesia, propheta dicente: [Fundamenta eius in montibus sanctis.] Vnde &

Chrysost. Cyrill. Origin. 1. *Tim.* 3 *Mat.* 16 Chry. lib. 1. cõt. Gẽtil. col. 2. *Mat.* 5. *Psal.* 67 *Psal.* 73 *Hebr.* 12 *Psal.* 86

& Dominus ait: [Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meã.] [Et eleuabitur super colles.] Quia eius doctrina omnem aliam humanam excedit sapientiam. Aut vero, quia vt sit omnibus conspicua, in loco eminenti collocata est. In cuius signum arca Noe, per quam (vt Augustinus ait) catholica Ecclesia designatur: in montibus excelsis Armeniæ requieuit, quia videlicet Ecclesia super omnes colles eleuata cernitur. [Et eleuabitur super colles.] Vnde psalmista. [In sole posuit tabernaculum suum,] idest Ecclesiam in manifestatione, vt explicat Augustinus. non eam constituit in occulto, non in abscondito, non in penetralibus, sicut hæretici sua conuenticula, sed in manifesto, supra montem, in sole.

Gen. 8. Aug. de catec. rud c. 27. to. 3 & 15. de ciui. 27. t. 5. & 12. con. Fau. c. 14. to. 6 Psal. 18. Aug. epist. 166. post med. to. 2

5 Tertia explicatio est de perfectione vitæ euangelicæ, quam in tertia acceptione mons significat. sicut patet Isaiæ 40. [Super montem excelsum ascende tu, qui euãgelizas Sion.] Vnde Christus Dominus, vt hanc vitam Apostolis prædicaret, ascendit in montem: insinuans eius celsitudinem & eminentiam. Hinc est quod viri perfecti montes sæpissimè in sacro eloquio nominantur. Tum quia illos primũ lux Solis illustrat Christus Dominus, sicut oriente sole, eius radios statim montes suscipiunt. Vnde & scriptum est: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Qui enim a montibus alios illuminat, & montes ipsos illuminare prius, necesse est. Tum etiam quia non irrigãtur aquis terræ, bonis videlicet tẽporalibus: sed imbrem humiliter expectant cælestẽ. Audi prophetam. (Inter medium montium pertransibunt aquæ, potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt Onagri in siti sua: Super ea volucres cæli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces. Rigãs montes de superioribus suis, Quid enim per aquas nisi fluida bona tẽporalia designantur? Numquam persistunt, sed nec persistere possunt: ad mare impetu suo feruntur currunt ad mortem, ibi pereunt, nec comparent. Numquid his aquis irrigantur montes? Absit. Inter medium montium pertransibũt aquæ. potabunt omnes bestiæ agri, inebriabũtur peccatores aquis infidelibus. Sed volucres cæli, idest, electi, de medio petrarum dabunt voces, in vulneribus Christi, in cauerna maceriæ conclusi, petentes, expectantes, desiderantes pluuiam illam voluntariam; quam Deus segregauit hæreditati suæ. Voluntariam, inquam, quia gratis datam. Voluntariam, quia ex caritate eximia, qua Deus suos diligit, dimanat. Voluntariam, quia voluntariè & spontaneè suscipitur. Hac irrigantur montes. [Rigans montes de superioribus suis,] non aqua tantum, sed & proprio sanguine. Et ad designandum sanctorum mentes, pluuia tantum cælesti irrigari sicut montes: de terra promissionis, ad quam iusti aspirant, dicitur, quod erat montuosa: terra autem Aegypti, quam reprobi concupiscunt, plana, nam illa de cælo venientem pluuiam suscipit: hæc fluuiorum aqua fecundatur. Denique perfecti montibus comparantur: quia nullis tribulationum ventis agitantur, sed in virtute immobiles permanent, & stabiles. Erit ergo præparatus mõs perfectionis euangelicæ in vertice

Isai. 40. Mat. 5. Psal. 75. Ps. 103. Psal. 67

montiũ i.super omnes Patriarchas & prophetas. Alij sancti doctores quattam adijuũt explicationẽ per montem intelligentes Beatissimã Virginem Mariam, quam elegit Deus & præelegit atque singulari gratia præparauit. Vt ex illa Verbum caro factum susciperet Ecclesiam. Sic Gregorius Magnus], explicans enim illud [Fuit vir vnus de Ramathr Sophim de mõte effiaim] ait. Potest autem huius mõtis nomine, Beatissima semper Virgo Maria Dei genitrix designari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quę vt ad conceptionem æterni verbi pertingeret meritorum verticem super omnes Angelorum choros, vsque ad solium deitatis erexit? Huius enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinans ait. Erit in nouissimis præparatus mons domus Domini in uertice montium. Mons quippe in uertice montium fuit, quia altitudo Mariæ super omnes sanctos refulsit. Nam sicut mons altitudinem, ita domus designat habitationem. Mõs quippe, & domus apte dicitur, quæ dum incomparabilibus est illustrata meritis Dei vnigeniti, in quo recumberet, sacrum præparauit vterum. Nam mons in vertice montium Maria non fieret, si supra Angelorum altitudinem, hanc diuina fæcunditas non leuaret. Et domus Domini non fieret, si in eius ventre, per assumptam humanitatem, verbi diuinitas non laterer. Sed recte mons frugifer dicitur, de qua optimus fructus id est nouus homo generatur, quam certe in fœcunditatis suæ gloria pulchram, ornatamque Propheta respiciens ait: [Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet]. De huius nanque montis fructu Dauid Deo exultãs, ait: [Confiteãtur tibi populi Deus, cõfiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suũ]. Terra quippe fructum suum dedit: quia quem virgo peperit, non concepit mamateriali opere, sed sancti Spiritus obumbratione. Hinc eidem regi, & prophetæ a Dño dicitur. [De fructu ventris tui ponã super sedem tuã]. Hinc Isaias ait[: Erit fructus terræ sublimis]. Nam quẽ virgo genuit, non solum homo sanctus fuit, sed etiã potens Deus. De hoc fructu ad eandem beatam Virginem, Helisabet salutante dicitur: Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Et eleuabitur,] &c. Quia viri perfecti omnia terrena transcendunt. In carne enim viuents, eorum conuersatio in cælis est. Vnde sicut constitutis in summitate montium, quæ in terra sunt quantumuis magna, minima apparent: de longe namque illa prospiciunt; ita perfectis (vt notat Chrysostomus homilia 15. ad populum columna quarta) omnia huius mundi parua videntur, quia illa cernũt de longe, sicut scriptum est: [Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt; regem in decore suo videbunt, & oculi eius cernẽt terram de lõge.] Et obserua quod mons iste præparatus dicitur: quia postquã Christus Dominus illum conscendit, & perfectionis Euangelicæ exemplũ omnibus præbuit: viam præparauit planam, & facilem, vt ad illũ etiam

S. Greg. sup. lib. 1 reg. c. 1.

Isai. 2.

Isai. 2.

Psal. 66

Ps. 131.

Isai. 4.

Simile.

Chrysost.

Isai. 33.

etiam infirmi, fœminæ, & pueri sequentes Christum ascendere possint, iuxta illud Cantic. 1. [Trahe me post te: curremus in odorem vnguĕtorũ tuorũ.] Vnde & subditur Cant.1.

6 Et fluent ad eum omnes gentes.] Bene vtrumque coniunxit: eleuabitur, scilicet Christus super colles, & fluent ad eum omnes gĕtes. Eleuabitur, inquit, & fluent, quia eleuatus omnia secũ leuauit, exaltatus in cruce omnium corda secum vinxit. [Et ego,] inquit, [Si exaltatus fuero à terra: omnia traham ad me ipsum:] Et iterum: [In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.] Nihil enim humanum cor, vt alium diligat, magis compellit, quam preuenire amando. [Et fluent:] Solent in sacro eloquio aquarum fluentium nomine, multi & diuersi populi designari. [Aquæ quas vidisti] (ait Angelus ad Ioannĕ) [populi sunt, & gentes, & linguæ,] de quibus etiam scriptum est: [Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram.] Igitur vt designaret propheta, multitudinem gentium ad Christum, ad eius Ecclesiam, & ad perfectionem euangelicam magno impetu peruĕturam, dicit: [Fluent,] idest more fluminis cŏuenient ad Christum: omnes gentes, idest, quã plurimæ: [Et fluent] Insinuat primo hoc verbum perpetuam & continuam successionem gentium ad fidem Christi properãtium. Cum enim multi præcesserint, & tot generationes ad Ecclesiam conuolauerint ex gentibus, semper alij alios, sicut aquæ fluminis, quæ semper manant, indeficienter sequuntur, & fluere ad Christum non cessant, nec cessabunt [Donec] (vt Paulus ait) plenitudo gdntium intraret.] Insinuat secundo propensionem magnam, & impetum, quo gentes venerunt ad Christum sicut fluuius rapidus, cuius cursum nullus est, qui detineat. Quis potuit iter Magorum impedire? Numquid Herodes? Nũquid Hierosolyma turbata? Numquid timor amittĕdi bona temporalia, vel vitam si in alieno regno nouum Regem adorandum inquirerent? Non, sed audacter & confidenter dixerunt: [Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.] Fluebant, enim ad Christum. Et sicut in flumine, fluctus à fluctibus vrgentur, & aquæ ab aquis, vt se præcedant ad inuicem, ita venientes ad Christum ad modum fluctuum contendunt se ad inuicĕ impellentes, quis quo citius ad illum perueniat, iuxta illud Domini verbum. [Contendite intrare per angustam portam.] Hinc est illa Andreæ Apostoli depræcatio, obnixe populum exorantis, ne se desideratissimo martyrio fraudaret, cum ipsum vellet de tyranni manibus eripere. Hinc & sancta quædam ac pia cŏtĕtio inter martyres exorta est quis pri⁹ ad palmã martyrij deberet peruenire, & hic est impetus fluminis, qui lętificat ciuitatem Dei, [Et fluent.] Obserua, & venerare frater charissime, maximam Christi humilitatem, qui [Exinauit se forma serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.] Fluent inquit ad eum. Aquæ dum fluunt, ad loca humiliora tendunt, ad iam descendunt. Vide ergo humilitatem Christi. In vertice montium constitus est, super omnes colles eleuatus,

Ioan.12 Osea 11 Apo.17 2.Re.14 Rom.11 Matt.1 Simil. Mat.7. Sophr.4e passione B. Andr. Psal.85 Phil.3. Not. humil. Xpi.

uatus, & dicit: [Fluent ad eum,] ad eum, inquam, qui minor est in regno cælorum, ad eum tamquam ad humilitatis magistrum clamantem. [Discite a me quia mitis sum, & humilis corde.] Ad enm qui [non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis.] Ad eum, qui ptopter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & vt Paulus eit: [Descendit in inferiores partes terræ: Quantumuis ergo sancti se humilient, quantumuis ad loca inferiora impetu suo tendant, magis humilis Christus e st. Fluere igitur ad illum poterunt omnes gentes.

Mat. 11

Mat. 20

Ephes 4

7 Hinc habes omnes in Ecclesia esse adimittendos, nec excludendum venientem ad Christum per veram fidem: [Quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. [In cuius signum, cum apparuisset Petro vas quoddam velut lintheum magnum, quatuor initijs submissum in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, dictum est illi: [Occide & manduca,] quia (vt Augustinus explicat) ad legem euangelicam, & ad Ecclesiam Christi gentes veniētes ex quatuor mundi partibus, quatuor sūmitatibue illius linthei designatis, debebant admitti, & Christo Domino incorporari, si tamen prius tamquam animalia immunda occisa fuerint, & vitæ veteri renunciauerint.

Act. 10.

Aug. li. 1. supr. Gen c. 13. to. 1 & lib. de vni. Eccl. conr. epi. Petil. c. 10 to. 7.

8 Et ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob,] Sicut peccatores alios multos secum ad malū excitant, [Trahentes] (vt dicit propheta) [iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum: ita & iusti secum plurimos ad Christum ducunt, dicentes: [Venite ascendamus. Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro.] Hinc est illud: [Spiritus & sponsa dicunt: Veni. & qui audit dicat, veni.] Hinc & sponsa cum orasset ad sponsum: [Trahe me post te:] Subdit statim, [curremus.] Trahe me, inquit, in singulari, & curremus in plurali, vt intelligas perfectos quosque multos alios ad virtutem secum trahere. In cuius signum de Sanctis animalibus dicitur: [Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alterā. Quid est] (inquit Gregorius) quod hæc pennata animalia, vicissim alas, alteram ad alteram feriunt, nisi quod omnes sancti se inuicem suis virtutibus tangunt, & sese ad profectum excitant & consideratione virtutis alienæ?] Conuersi igitur ex gentibus, alios, vt ad Christum veniāt, inuitāt dicētes: [Venite ascendamus,] &c. Vbi considera, qui ab initio suæ conuersionis de aliorum salute sunt solliciti, quid, quando profecerint, facient, vt fratres suos lucrifaciant? Nec est silentio præter eundum, quod cum paulo antea dixerit: [Et fluent ad eum omnes gentes,] nunc ait: Venite ascendamus.] Non enim videntur sibi inuicem hæc duo conuenire, fluent, & ascendamus. Fluuius enim ad ima currit, non ad alta cōscendit. sed audi mysterium, voluit quippe Spiritus sanctus in hoc designare impetum, quo animæ fideles ad Christum tendunt, non esse illis naturalem, sed ex impulsu Spiritus

Isai. 5.

Psal. 94

Apo. 20.

Can. 1.

Ezec. 3. Greg. ho. 10. in Eze. in fin.

ritus sancti procedere, qui in corde credentis: [Fit fons aquæ salientis in vitam æternam. Cum Ioan.4. enim aqua spiritualis gratiæ de sursum sit descendens a patre luminum illuc vsque iustos suo impe- Iac. 1. tu secum rapit. Vel certe ideo ait fluent, & ascendamus: nam ascensum, descensus necesse est vt præcedat sicut scriptum est: [Quod a- Ephes.4 tem ascendit quid est, nisi quia & descendit prius in inferiores partes terræ.] Vnde Bernardus: [Quis Bern.ser. 4 ascens. Domini. docebit nos ascensum salubrem? quis nisi de quo legimus, quoniam qui descendit ipse est, & qui ascēdit? Ab ipso demonstranda nobis erat ascensionis via, ne ductoris, immo seductoris iniqui, aut vestigium, aut consilium sequeremur: Quia ergo non erat qui ascenderet, descendit altissimus & suo nobis descensu, suauem, & salubrem dedicauit ascensum.

9 Venite ascendamus in montem Domini.] Mons est superbia mons inflans scientia, in quos primus Angelus ascendere voluit, dixit etim in corde suo: [In cælum Isai.14. cōscendam super astra Dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis. [Heu miser] (inquit Bernardus) [in lateribus Aquilonis? frigidus est mons ille, non te sequimur.] Et infra: [Nonne iste est mons, in quem ascendit Angelus, & diabolus factus est? Alterum montem consimilem primis parentibus demonstrauit, volens ascensionis suæ consortes habere. [Eritis,] inquit, [sicut dij scientes bonum & malum.] Pessimus mons Gen. 3. inflans scientia, in quem tamen vsque hodie videas tanta concupiscentia plurimos repere filiorum

Bern. vbi supra.

Adam, ac si non nouerint; quantum pater eorum in illius montis ascensu descenderit, immo quam grauiter ceciderit, quantum tota deiecta sit in illo, & conquassata posteritas. Non dum sanata sunt vulnera quæ tibi in ascensu montis illius inflicta sunt, licet adhuc in patre lateres, & nunc iterum in propria persona conaris ascendere, vt sit error nouissimus peior priore? Igitur Isaias ascensionis desiderio cadentes intuens homines, ad alium reuocat montem, perfectionis videlicet Euangelicæ. cuius ascensus securus, cuius possessio salubris est. [Venite ait, ascendamus ad montem Domini.] An non manifeste eos de priorum montium asceosione redarguens, montis huius prædicat vbertatem, qui ait: [Mons coagulatus, mons Psal.67 pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos?] Et iterum: [Quis ascendet in montem Domini, aut Psal.23. quis stabit in loco sancto eius?] Felix ille, qui ascendere meruerit ciuitatem sanctam Hierusalem, culmen perfectionis attigerit: [Sede- Thrē.3. bit solitarius, & tacebit: quia leuabit se suprase.] Et forsitam antequam propheta homines inuitaret clamans: [Venite ascendamus in montem Domini:] ideo præmisit: [Et fluent ad eum omnes gentes,] significare volens, quod licet iuxta carnis naturam, ardua videatur Christiana perfectio, aspera & difficilis, sicut est via qua in montes excelsos ascenditur: ad eam tamet Spiritus sancti impulsu eo impetu & facilitate conscendūt electi; quo à montibus solent flumina ad ima properare. O vias Domini pulchras. O semitas pacificas. O iugum Christi suaue, & onus

onus leue. Sed obſerua cum ſancto Gregor. prouida diſpenſatione Dei factum fuiſſe, vt arcta eſſet via, quæ ducit ad vitam, & carni moleſta & aſpera, ne viam ipſam pluſquam par eſt diligamus, & in illa diutius quam oporteat, immoremur. [Via.] inquit, [eſt vita præſens, qua ad patriam intendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur: ne viã pro patria diligamus. Solent enim nonulli viatores, cum amæna fortaſſe in itinere prata conſpiciunt, pergendi moras innectere, & à cepti itineris rectitudine declinare, eorumq. greſſus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electi ergo ſuis ad ſe pergentibus Dominus, huius mundi iter aſperum facit: ne dum quiſque vitæ præſentis requiem, quaſi amænitate viæ paſcitur, magis cũ diu pergere, quam citius peruenire delectet, ne dum oblectatur in in via, obliuiſcatur quod deſiderabat in patria.] Et hanc ob cauſam, per locum horroris, & vaſtam ſolitudinem, populum ad terram promiſſionis deduxit: vt itineris aſperitate fatigatus, citius ad illam peruenire concupiſceret.

Greg. 23. mor. 15.

10 Et docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius:] Nõ ſatis eſt noſſe vias Domini, niſi quę facienda agnouimus, opere impleamus. Illius eſt docere, noſtrum, fauente gratia, quod docuit, implere. Sed obſerua non dixiſſe prophetam docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in eis, ſed adiunxiſſe [Et ambulabimus in ſemitis ei⁹.] Nam qui in via, hoc eſt in præceptis Dei fuerit doctus & exercitatus: ſtatim contendit per ſemitas, hoc eſt per conſilia ambulare, & ſtudio atque animo ad perfectiora conſcendere. Nemo enim repente fit ſummus. In cuius ſignum (vt adnotauit Chryſoſtomus) Loth cũ de Sodoma exiret, non ſtatim mõtem aſcendit, vt in illo ſaluus fieret, ſed in ciuitate paruula quieuit: non enim audebat aſcendere in montem. [Non poſſum,] ait in monte ſaluari; ne forte apprehendat me malum, & moriar.] Expauit enim & timuit, cum primũ montis aſperitatem conſpexit. Sed poſtea ſumens audaciam montem conſcendit, & duæ filiæ eius cum eo, [Timebant enim manere in Segor.] Non aliter iuſti, paulatim montem perfectionis cõſcendunt. Incipiunt enim mandata obſeruare. & poſtea proficiunt, ac tandẽ conſilia tenent, ſemitas Domini perambulant & ad montem perfectionis perueniunt. Timendum quippe eſt valde manere in Segor: nam in via Dei non progredi, regredi eſt. Gradatim ergo ad ſummum perfectionis eſt perueniendũ Vnde Gregorius: [Si quidam gradus in cordis aſcenſione non eſſent pſalmiſta non diceret: Ambulabunt de virtute in virtutem: Nec mirum ſi de virtute in virtutẽ, gradus ſint quando vnaquæque virtus quaſi quibuſdã gradibus agitur, & ſic per incrementa meritorum ad ſũma perducitur. Aliud namque ſunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipſa fides ad perfectionem ſuam non quibuſdam gradibus duceretur, ſancti Apoſtoli minime dixiſſent, Adauge nobis fidem.] Et poſt pauca: [Vltro terra fructificat ex ſemine primo herbam, deinde ſpicam, poſtea granum in ſpica. Et cum ex ſe produxerit fructus, mittit Dominus

Gen. 19 Chry. ho. 6. in ſymb princ. t. 5

Greg. ho. 15. in Eze in princ.

Pſal. 63

Luc. 17.

nus falcem, quoniam adest tempus messis. Herbam quippe producere, est inchoationis bonę adhuc teneritudinem habere, ad spicam vero herba peruenit, cum se virtus animo concepta ad profectum boni operis pertrahit. Plenū, vero frumēt um in spica fructificat quando iam in tantum virtus proficit, vt esse robusti & perfecti operis possit.] Et tunc omnipotens Deus vitam incidit, vt granum suum ad cælestia horrea perducat, Vide multa alia apud Greg. vbi sup.

11 [Quia de Sion exibit lex & verbum Domini de Hierusalem.] Reddit rationem, propter quam se ad inuicem, vt ad Christum veniant, cohortabuntur gentes: quia lex, cuius, studio gentes illiciendæ, & inuitandæ sunt, non est ea quæ in monte Synai olim promulgata est, sed quæ in Hierusalem cælesti Spiritu Christi sancietur. Illa enim lex erat timoris, hæc amoris. Illa in tabulis lapideis conscripta: hæc in cordibus hominis Spiritu Dei exarata. Illa vmbras rerū continet: hæc ipsam veritatem. Illa gentes exteras debellat, hæc ad sui obseruantiam omnes gentes inuitat, & sibi subiectas tenet. Ibi, vt August. ait [populus accedere non potuit, vbi lex dabatur. horrendo terrore prohibitus, hic autem in Apostolos superuenit Spiritus sanctus, vbi Digitus Dei legem scripsit in tabulis lapideis, hic in cordibus humanis: ibi lex extrinsecus posita est, qua iniusti terrentur, hic intrinsecus data est, quą iustificarentur: nam mandata, quæ in tabulis scripta sunt, ad vnum reducuntur; diliges Deū & proximum. quia plenitudo legis est dilectio & charitas. Sed tota hæc charitatis

Aug. lib. de spu. & lit. c. 17.

Rom. 13

lex, quæ ibi in tabulis lapideis digito Dei scripta fuit; hic diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis Cum ergo in tabulis scribuntur opera charitatis, lex est operis, & litera occidens præuaricat orē cū autem diffūditur in cordib⁹, lex est fidei & spiritus viuificans dilectorem. Illa extra hominem scribitur, vt eum forinsecus terrificet, hęc in ipso homine, vt eū intrinsecus iustificet.] Et infra quia lex vetus extra hominem scripta erat, eam ministrationem mortis vocat Apost. hanc autem ministrationē Iustitiæ, quia scripta est in cordibus per Spiritum sanctum; ideo illa euacuatur, hæc manet, quia terrenus pedagogus auferetur cum successerit charitas timori: vbi enim est spiritus Domini ibi libertas. Vnde & subditur.

Aug. vbi sup. c. 18.

12 [Et iudicabit gentes, & arguet populos multos.] Predicit his verbis magnitudinem imperij Christi, & Ecclesiæ, cui sic adeò gentes quamplurimæ erunt subiectæ, vt corripiantur & taceant, iudicentur, & illius iudicio sine murmure obtemperet. Hinc & Dominus Iesus [cum cognouisset quod venturi essent vt facerent eum regem, fugit in montem ipse solus] super quæ verba ait Augustinus. [quid enim, non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat omnino, nec talis rex, qui ab hominibus fieret, sed talis rex, qui hominibus regnum daret, præuenire volebant tempus regni eius, regnare venerat, non solū quomodo regnaturus est in die Iudicij de quo regno dicimus [adueniat regnum tuum.] Sed etiam in quantum homo regnare debebat. Sed isti regnum eius præuenire volebant, & manifestum regem vole-

Ioan. 6.

Aug trac 25. in Io

volebant vt esset sed prius oportebat iudicari & tunc iudicare.] Iudicabit ergo gentes & arguet populos multos. Quod nunc impletum proprijs oculis cernimus, Cũ in rectissimo, & Ecclesiæ Catholicę valde necessario sanctæ Inquisitionis tribunali Ecclesia feras arundinis increpat, id est, hæreticos, & Spiritus Dei mundum arguit de peccato, scilicet infidelitatis. Hoc est iudicium illud, de quo scriptum est. [Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio regis, Iudicare populum tuum in iudicio, & pauperes tuos in iustitia.] Et quoniam huius iudicij finis est pax, statim subditur, [Suscipiant montes pacem populo,] &c. Quã & tempore aduentus Christi in Ecclesia futuram esse denunciat Isaias cum ait.

Psal. 67

Psal. 71.

13 [Et conflabunt gladios suos in vomeres & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gẽtem gladium, nec exrcebuntur vltra ad prælium.] Ac si apertius dicat, Tanta erit pax cum Christus venerit, atque cum ad eum gentes conuenerint, vt nullus sit deinceps armorum strepitus, sed omnia instrumenta bellica. in organa pacifica conuertantur: vt pote non iam vltra ad prælium necessaria. Quem locum dupliciter explicant sancti doctores. Primo, explicatur de pace temporali, quæ in aduentu Domini fuit in toto ferè orbe, Augusto imperante, cuius edicto descriptus est vniuersus orbis sub præside Syrie Cyrino, vt habetur Luc. 2. Vnde inter alia signa aduentus Christi hoc vnum tamquam singulare constituunt prophetæ, Scriptum est enim: [Orietur in diebus eius iustitia, & abũdantia pacis :] Quam expositionẽ sequuntur Sanctus Cyrillus, sanctus Chrysostomus, & Theodoretus super istum locum. Irenæus lib. 4. aduersus hæres. cap. 67. & Euseb. Cæs. lib. 9. demonst. Euangel. capite 17. Sed huic interpraetationi aduersantur Iudæi, desumentes argumentum ex verbis sequentibus: [Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium :] Quæ tamen in aduentu Christi minime videntur impleta. Nam (vt multi referunt graues auctores) quam plurima prælia post Christi ascensionẽ fuerunt inter principes, & imperatores, cum gentiles, tum etiam Christianos. Hæc tamen impugnatio nullius est roboris, vel momenti. Etenim propheta non annunciat in præsenti pacem futuram post Christi aduentum in omnibus terris, vel gentibus; sed tempore natiuitatis eius: quam constat fuisse in vniuerso orbe ex descriptione facta à Cyrino, de qua Lucæ 2. Vnde S. Ambros. in Apoc. cap. 7. explicans apertionem septimi sigilli ait. [Apertio septimi sigilli ad natiuitatem Christi pertinet. Ponitur autem in septimo sigillo, hoc est in Sabato, quia ipse est requies omniũ sanctorum suorum quæ per septimum diem figuratur. Et quia ea quæ in Natiuitate Christi gesta sũt spiritualẽ intelligentiã obtinent, sigillum aperuit cum misteria natiuitatis eius doctoribus Ecclesiæ manifestauit, Et tunc factum est silentium in cęlo quasi dimidia hora Per silentium pax quæ ab Octauiano Augusto Christo nascẽte per vniuersum orbem facta est designatur: media autem hora silentium factum est, quia paxquam Ecclesia

Luc. 2.

Psal. 71.

Tranquil. in Caio, c. 43 & in Nero. ca. 40 & 42. Ioseph. li 2 de bel. Iud.

in

in initio fidei apud paganos habuit, pauco tempore mansit: quia a Nerone Imperatore interrupta est. Et Petro Pauloq; interfectis, precepit omnes Christianos per puniri. Vel si ad tempus subsequens ascensionem Christi verba illa referantur: [Nec exercebuntur vltra ad prelium,] intelligenda sunt, non de omnibus terris, nec de omnibus gentibus, sed de illis qui ad Euangelium fuerint conuersi, de quibus supra dixerat: [Et fluent ad eum omnes gentes.] Docet. n. perfectio Euangelica pacem seruare, & percutienti maxillam dexteram, præbere sinistram: Vnde scriptum est: [Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ.] Non sic lex antiqua loquitur, non sic. Sed quid ait? [Oculum pro oculo; & dentem pro dente.] Non erat illa lex vnitatis, non pacis, sed bello docuit terram promissionis possidere. Lex autem gratiæ, humilitate, concordia, pace, & vnitate ad regna cælestia nos introducit: Vnde & scriptum est. [Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hedo accubabit:] Vt nou iam inter fratres tantum, sed inter lupos, & agnos pax seruetur. Talis enim, & tam efficax est Christi gratia, vt virtute illius lupi superentur ab ouibus, & in mansuetudinem ouium conuertantur. Quomodo ergo ouis contra ouem pugnabit, agnus contra agnum? [Pugnant inter se (ait Augustinus) mali & mali, boni & mali; Boni vero, & boni, si perfecti sint, inter se pugnare non possunt.] In cuius signum Abraham capram & arietem diuisit in sacrificio, quod obtulit: Turturem vero & columbam non diuisit: Quo facto (vt ait Augustinus) significare voluit Spiritus Sanctus, carnales semper esse inter se diuisos: Iustos vero & spirituales, concordiam & vnitatem seruare, siue a conuersatione hominum recedant, sicut turtur sectatrix solitudinis, siue inter illos conuersentur, sicut columba societatis amica. Et quoniã pax ista perpetuo debet à viris perfectis conseruari, ideo ait: [Nec exercebuntur vltra ad prælium.] Vnde columba ad arcam reuertẽs, ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo attulit in symbolum pacis, quo (vt Augustinus ait) designatur, quod pax debet esse perpetua. Folia namque oliuæ numquam decidunt, neque arescunt, & oleum eius diuturnitate temporis non putrescit, nec corrumpitur, sed potius purius efficitur.

Mat. 5. | Rom. 12 | Exod. 21 | Isai. 11. | Aug. de ciui. lib. 15 c. 5. tom. 5. | Gen. 15 | Aug. 16. de ciu. 24 | Gen. 8. | Aug. li. 3. de doctri Chr. c. 16 to. 3.

14 Secundo explicatur presens locus Isaiæ de pace spirituali, quã Christus nobis attulit: [Pacificãs per suum sanguinem; siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt[De hac pace Christus dixit Apostolis: [pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis non quomodo mũdus dat, ego do vobis. [Super quem locum dicit Bernardus [& quidem pacem dat mundus iste, sed pacem falsam. Pax enim est vinculum amoris & indissolubilis compago charitatis. Sed quid amat mundus, prorsus nihil? nihil amat, odit cuncta: & ad vltimum omnes mors perimit. Ecce qualis est amor mundi & pax mundi, Non quomodo mundus dat ego do vobis. Dicũtur mundus rerũ mortalium amatores. Sed qualis sit pax inter illos, omnes vident: at verò Christus pacem, scilicet charitatẽ nobis moriendo reliquit, & aliam pacem

Coloss. 1 | Ioan. 13 | Serm. 10. de serm. Domini in monte

pacem nobis resurgendo donauit: prima pace nos liberat a peccato secunda nos reconciliat Deo: prima nobis peccata dimittit, secunda nos ad gaudia Paradisi perducit: primam nobis dedit moriturus in cruce, secundam nobis dabit in ęternitate regnans cum Patre: prima fuit in luctu & dolore, secunda erit in gaudio& exultatione. Vnde

Gen. 9. Genes. 9. [Arcum meum, inquit,

Glossa. ponam in nubibus cæli, & erit signum fœderis inter me & inter terram]. Quid enim per arcum nisi Christus designatur, cuius virga diuinitas est inflexibilis, corda vero humanitas. Arcus ergo in symbolum pacis constituitur, quia dum passus est Christus ex humanitate carnis, flexus est rigor di-

Gen. 9. uinitatis. [Nequaquam vltra maledicam terræ, propter hominē.] Propter quem, nisi propter eum, qui cum esset Deus, propter nos homines homo factus est? Sed obserua, arcum signum prælij esse, non pacis. Cur igitur in signum reconciliationis perpetuæ, arma bellica constituit in nubibus? Sed vt verum fatear, & prælij & pacis signum extitit. Prælij Christo, pacis nobis. In Christum namque velut

1*Reg.* 31 in alterum Regem Israel versum est totum pondus prælij, vt nos pace perpetua perfruamur. [Disciplina pacis nostræ super eum, &

Isai. 53 liuore eius sanati sumus:] Disciplina super illum, pax super nos.

Ephe. 2. [Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.] Quomodo vtnum vtraque fecit? [Interficiens inimicitias, in carne sua:] Hoc est peccata delens per crucem], quam pertulit in carne sua. Arcus ergo &eius sagittę in filium diriguntur, & pax seruis conceditur, & recō-ciliatio. Vnde & in persona filij in cruce pendentis, scriptum est: Tetendite arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.] Et *Thrē.* 3.

iterum: [Violenta sagitta mea, *Iob.* 34.

absquè vllo peccato.] Ideo violenta sagitta: quia absque peccato. cum enim inebriatur sanguine peccatorum, violenta non est, eo quod ad proprium tunc & naturalem tēdit locum. Quis enim dignus est pœna, nisi qui culpam commisit? cum ergo Iustus punitur & innocens, contra naturam in illum arcus protenditur. Vnde & sagitta in illum directa violenta est.

Euangel. nō est armis prædicandū.

15 Ex hoc loco Isaiæ colligitur infideles, qui nunquam religionem Christianam sunt professi, nullatenus esse ad illam armis compellendos: nec religionem Christianā, alicubi metu per bellum introducēdam: sed pacifica prædicatione, sanctitate vitæ, & aratro verbi Dei sunt corda hominum ad fidem disponenda. Hoc & Christus discipulis præcepit, dicens: [Et quicumque non receperit vos, neque *Mat.* 10

audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerē de pedibus vestris.] *Luc.* 9.

Et iterum: [Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum:] Qui bus verbis, (vt notauit Grego.] Greg. ho. 17. in Euangel.

Christus mala tolerando, & non inferendo, Euangelium esse prædicandum. Hoc hactenus seruauit pia mater Ecclesia: Nec est cur in hac nostra misera tempestate, modus antiquus prædicandi Euangelium peruertatur. Introducatur Euangelium pacientia, & mansuetudine. quoniam scriptum est: [Bene patientes erunt, vt annunciēt,] *Psal.* 91

Asperitate vitæ, & paupertate, nō portando baculum, nec peram: con-

contemnendo terrena, & amando cælestia. Hoc enim est gladios in vomeres, & lanceas in falces cõflare, videlicet instrumenta bellica in organa pacifica verbi Dei conuertere: vt Tertullian' inquit: Sicut enim vomere terra proscinditur, & colitur, vt semen in illa fructificet, & falce messis resecatur, vt purgetur in area, & triticũ in horreum congregetur: ita Dei verbo & prædicatione pacifica, dura, & terrena hominum corda proscindũtur, [Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarũ, & discretor cogitationum & intẽtionum cordis.] Ac denique veluti falce eodem verbo Dei spirituales terræ fructus, cum consummati fuerint, à terrenis resecantur. Consonant hæc omnia, cum verbis antecedebtibus eiusdẽ prophetæ: [Et ibunt populi multi.] Ibunt, inquit, spontanei videlicet, & voluntarij, non trahentur vi, aut armis compulsi; sed amore euocati, & spiritu Dei attracti, sicut scriptum est: [Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum.] Delectant enim Dominum spontanea holocausta, & pacifica volũtaria. Vnde vocati ad fidem, alios inuitant, non cogunt. Subditur enim.

Tertul.

Hebr. 4.

Ioan. 6.

Ezec. 46

16 [Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei nostri. Vox est prophetæ, vel etiam gentium, quæ fluxerunt ad Christum, Iudæos inuitantium, vt pariter ambulent in lumine, hoc est in veritate legis Euangelicæ, quam lumen appellauit ad differentiam legis Mosaicæ, quæ vmbris erat plena, & figuris. Vnde Apostolus ait: [Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandẽ imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam a Domini spiritu.] A claritate, inquit, legis Euãgelicæ, in claritatem visionis beatæ, vt explicat S. Thom. lect. 3. Vel à claritate veteris in claritatem noui testamenti. Vbi legem euangelicam, non claram tantum, sed & ipsam claritatem nuncupauit, abstractum accipiendo pro cõcerto, quod nõ infrequenter reperitur in sacro eloquio, sicut Genes. 31. [Nisi De' patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi,] idest Deus quem timebat Isaac: Et 1. Corin. 1. [Factus est nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio,] idest, iustificans nos, & redimens.

Gen. 31.

1. Co. 1.

17 [Proiecisti enim populum tuũ domũ Iacob.] Conuertitur ꝓpheta per apostrophen ad Dominũ, reddẽs rationem, propter quam oporteat domum Iacob .i. filios Israel inuitare, vt pariter cum gentibus ambulent in lege Euangelica, scilicet quia proiecti sunt a Deo ob diuersa peccata, quæ in residuo huius capitis commemorat. Quasi dicat, Ideo clamo: [Domus Iacob venite,] &c. quia proiecisti populum tuum. Ideo illum voco, si forte resipiscat, & conuertatur. Sic explicat sanctus Hieronymus, & Haymo. Secundo potest accipi illa dictio [enim,] ita vt reddat causam eius, quod supra dixerat. [Et fluent ad eum omnes gentes,] Et tunc sensus est: [Proiecisti enim,] idest, quia proiecisti populum tuum, quia proiectus est populus Iudæorum; introductus est ad fidem populus gentium. Hinc san-

ctus Paulus: [Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce cõuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus. Posui te in lucem gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.] Et iterum in persona gentium loquens ait: [Fracti sunt rami, idest, Iudæi, Vt ego inserar.] Et rursus: [Cęcitas ex parte contigit in Israel: donec plenitudo gẽtium intraret.] Ac denique: [Illorũ delicto salus est gentibus]. Quibus verbis infidelitatem Iudæorum, qui in fide non permanserunt, sed veluti rami infructuosi facti sunt, & igni traditi, causam, siue occasionem vocationis gentiũ fuisse demõstrat. Cætera patent vsque ibi.

Act. 13. *Isai 49.* *Rom. 15*

18 [Et repleta est terra argento & auro, & nõ est finis thesaurorum eius,] Reddit rationẽ eius ꝙ dixerat: [Proiecisti populũ tuũ,] & inter alias causas, vnam assignat his verbis, auaritiam videlicet, quia [repleta est terra argento,] &c. Vbi non damnat diuitias, nec diuites condemnat: sed viros diuitiarum, siue diuitiarum amatores, qui inexplebili cupiditate, absque vllo termino temporalia congregãt. Scriptũ est enim: [Væ ei q multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum?] Vbi (vt adnotauit Gregorius) multiplicitas diuitiarum, & temporalium rerum abundantia lutum appellatur, quia vilissimæ sunt, sicut lutum, & quãtocius in puluerem conuertentur, [Quem proijcit ventus à facie terræ.] Hoc lutum contra se aggrauat auarus, quia in damnum suũ illud congregat, sicut scriptum est. [Est alias infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ congregatę in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. In malum, inquit, domini sui,] quia circundatus luto diuitiarum, imo in illo infixus capitur auarus. Venatores, vt animal illud candidum comprehendant, quod communiter Armellinus appellatur, aggere luteo illud circundant: animal vero potius capi, quam luto se coninquinari permittit. Non aliter auarus diuitias congregans, in malum suum multiplicat non sua, & contra se densum lutum erigit, quo circũdatus & interclusus, a dæmonibus capitur, & comprehenditur, nam sordes ille non curat, quia vt Paulus ait, [inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Et non est finis thesaurorum eius,] quo insinuat propheta, proprium esse auaris, quantumcunque repleti auro sint, & innumeris diuitijs locupletati, non satiari, nec eorum appetitum quiescere, sed semper cupiditas eos torquet, vt plura quam habere possunt, aut obtinere, inexplebili desiderio cupiant. † Hãc auaritiam in Ecclesiasticis, & Prælatis qui curam animarum habent. his verbis sanctus Bernardus insectatur. [Quanti de hijs qui animas regere susceperunt, Christi opprobria, puta flagella, clauos, lanceam, crucem, &c. Hæc omnia in fornace auaritię conflant, & profligant in acquisitione turpis quęstus, & pretium vniuersitatis suis marsupijs includere festinant. Hoc solo sane a Iuda differentes, quod ille horum omne emolumentum denariorum numero compensauit, isti voraciori ingluuie lucrorum infinitas exigunt pecunias, hijs insatiabili desiderio inhiant pro hijs ne amittãt timent

Exprobat auaritiã. *Abac. 2.* *Greg. 34. mor. 9 & in Past. li. 3. admon. 21.* *Psal. 1.* *Prou. 5.* *Simile.* *Tit. 1.* *Bernard. serm. 10. in canti.*

timent, & cum amittunt dolent, harum in amore quiescunt, quantũ dum taxat liberum eis est, seruandi vel augmenti cura. Et animarum nec reputatur casus, nec salus. Nõ sunt profecto matres, qui cum sint de patrimonio crucifixi nimium incrassati non compatiuntur per contritione Ioseph.*] Vnde S. Grego. auaros, comparat amphoræ, & Zacharias. [Leua, inquit, oculos tuos, & vide, quid est hoc, quod egreditur. Et dixi, Quidnam est? Et ait: Hæc est amphora egrediens Et dixi: Hæc est oculus eorũ in vniuersa terra.] Vbi Greg. ait: [Volens Deus prophetæ ostendere, humanum genus, ex qua ab eo maxime culpa dilabatur, per imaginem amphoræ, quasi patens os auaritiæ designauit. Auaritia quippe velut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertum tenet.] Hæc est oculus eorum in vniuersa terra, quia [non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur.] Quidquid videt auarus in vniuersa terra, concupiscit. Sanctus etiam Aug. auaros, inferno esse persimiles fatetur. Infernus enim quantumcumque deuorauerit, nũquam dicit, satis est: sic & si omnes thesauri confluxerint in auarũ: nunquam satiabitur. [Non est finis thesaurorum eius.] Hydropicus, quò amplius bibit, eò amplius sitit. Sic est auarus (ait Beda) Semper crescit amor nummi, quo in maiori abundantia possidetur, quia tẽporalia bona, quæ, veluti aquam bibit auarus, ad interiora, vbi est sitis animę, non pertingunt: Sicut si infirmo linguam tantum, vel labia gutta aquæ intingas; quid proderit sitienti? [sic auarus, (vt ait sapiens) non implebitur pecunia.] Quæris quare? Quia ad animam, vnde sitis procedit, non pertingit, nec capacitatem replet illius. [Benedic anima mea Domino, (ait propheta:) & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius: Qui replet in bonis desiderium tuum, qui sanat omnes infirmitates tuas.] Infirmitas quædam animæ est ardens cupiditas, sitis immoderata. Ille ergo solus sitim extinguit, & infirmitates sanat, quia replet: quia replet in bonis desiderium. Vides Hydropicum ore inhiantem, & sine fine inquirentem quid bibat, & nescit miser, quod aqua ipsa cum ad interiora peruenerit, in fel conuertitur, vel humorem salsum, qui fomentum sitis maioris existit. Sic auarus, quidquid deuorauerit, quidquid biberit, in fel conuertitur. Scriptum est enim. [Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum.] Quomodo ergo cupiditas illius quiescere poterit? Aiunt quidam aspidem sine sensu doloris venenum diffundere, quod sitim excitat. Sed postea venenum præualet, & fit incurabile nisi pars infecta penitus abscindatur. Fuge ergo, o homo, venenum auaritiæ, contra quam nisi cor præscindendo, præualere non poteris. Vt quid cruciaris? Quare consumeris? Nunquam legisti, quod de auaro scriptum est: [Vnus est, & secundum non habet, non filium non fratrem,] qui succedat in bonis, [& tamen laborare non cessat, nec satiatur oculus eius diuitijs, nec recogitat dicens: [Cui laboro, & fraudo animam meam bonis?] Vis alienis relinquere diuitias tuas, & tibi ex illis maledictionem perpetuam

Zach. 5. Greg. 14. mor. 29. Eccl. 1. Aug. lib. de sal. do c. 30. to. 4 Vide Chrysost. hom. 59. in Genes. Bed. sup. c. 14. Luc Prou. 5. Ps. 102. Iob. 20. Eccls. 4 Psal. 48

reseruare? [Qui amat diuitias
Prou.5. (inquit Sapiens) fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas. Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis?] Vnde Chryso-
Chry. ho. 38. impf. in Matth. col. 2. stomus: [Talium, inquit, substantia, aut ipsis viuentibus peritura est, aut a malis hæredibus dissipanda, aut ad extraneos & inimicos hęreditas ipsorum ventura est. Non potest ad bonum proficere, quod congregatur de malo: Quemadmodum si triti-
Simile. cum, aut aliquam blandi speciem cernas in cribro, dum huc illucq; iactas, cum grana omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi stercus solum: sic & substantia negotiatorum, dum vadunt & veniunt, inter emptionem & venditionem minuitur, & in nouissimo nihil illis remanet, nisi solum peccatum.] Sed non mirum, quod auarus indefesse laboret, quia licet desit illi externus successor: tamen continue adest internus exactor, altera nempe illarum de quibus dicitur: [San-
Pro.30. guisugæ duæ sunt filiæ dicentes,
Hieron. affer, affer: Quæ secundum sanctum Hieronymum, Luxuria sunt, & Auaritia, nescientes saturitatem. Vbi Nota, quod hæc vitia lactant peccatorem a principio, quia leui voluptate illum alliciunt, sed postea dum eius sanguinem dulciter sugunt, mentis robur eneruant, & vitam ipsam consumunt. Quare principijs obstandum est, iuxta illud Sapientis consilium: [Fili si te lactauerint
Prou. 1 peccatores, ne acquiescas eis.]
Prou.5. Et iterum: [Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum: & dicas, Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum; nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam?] Hæc sufficerent ad auaritiam detestandam, nihilominus mala, quæ ex illa sequuntur, manifestat propheta in sequentibus, cum ait.

19 [Et repleta est terra eius idolis, opus manuum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum.] Post auaritiam statim idolatriæ populi meminit: quia per auaritiam, ad idolorum seruitutem peruenitur. Habent enim hæc duo vitia quandam cognationem, & in tantum malum auarus prorumpit: vt vel Christum vendat cum proditore, vel, vt aurum colat, Deum abneget. Vnde Paulus:
[Auaritia, inquit, est idolorum *Ephe.7.*
seruitus,] Quod (vt notauit
Chrysostomus) ideo dixit Apo- Chry. ho. 18. sup. 1 epi. ad. Timo. col. 3 to. 4.
stolus: Quoniam auaros ita subiectos sibi tenet auaritia, sicut Deus iustos. Habet auaritia sua decalogi præcepta, Dei mandatis contraria, [Incassum, inquit, & sine causa confunde animam tuam, Deum offende, ingnora naturam ipsam, immola mihi non vitulos, sed homines: omnibus esto aduersarius, communisque inimicus. Omnes circumueni, aurum collige, non vt fruaris, sed vt serues, sed vt maiori cruciatu torquearis. Esto vigil, omnes suspectos habe, & seruos & amicos. Esto alienorum custos,

custos, si pauperem videas famæ deficere, non miserearis, immo si potes ipsam illi detrahe cutem. Periura, mentire, iura, maledictis insectare, calumnias strue, etiam si in ignes eundum sit, si mille oporteat mortes subire, si fame corrumpi, si morbo consenescere, noli ab instituto desistere. Nõne huiusmodi leges auaritia statuit?] Hinc est quod (vt refert Augustinus) antiqui Principem Deorū Iuppiter vocauerūt pecuniā: vt significarent, ꝙ pecunia veluti Deus oīa sibi tenet subiecta, sicut scriptū est: [Pecuniæ obediunt oīa.] Igitur terra auro repleta, & argēto, in ꝓximo est, vt & idolis repleatur. Sicut enim congregati humores, in magnam corporis & mortiferam prorumpunt ægritudinem, ita ex diuitiarum multitudine, & cupiditate, nihil aliud quam idolorum seruitus potest sperari. Hinc, & tētator, ad Christum Dominum, [hæc omnia, inquit, tibi dabo, si cadens adoraueris me,] insinuās (vt notauit Chrysostomus) quod diuitiæ, & earum cupiditas, cultū veri Dei faciunt relinquere. Ideo docet Paulus Apostolus. [Habētes alimenta, & quibus tegamur: his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationē & laqueum diaboli, desideria multa inutilia, & nociua, quę mergunt homines in interitum, & perditionem. Ergo omnia Christo promissa sunt (ait Chrysostomus) & omnia Christus contempsit; ne gloriam Dei diabolo daret, vt & tibi etiam si totus mundus fuerit datus, tantum vt dimittas Deum, non facias amplius diuitias, quam gloriā Dei.] O vana hominum præsumptio. O dementia. Quam multi

Aug. li. 7. de ciu. 12 tom. 5.

Eccl. 10.

Simile.

Mat. 4. Chry. ho. 5. imperf. in Matth. col. vl. to. 2.

1. Tim. 16

reperiuntur, Deum verum relinquentes, qui statuam, auream & argenteam colunt: quam Nabuchodonosor fecit adorare: auaritiā sectantes, & eius præcepta durissima inuiolabiliter obseruātes. Sed iusti eligant potius, cum tribus pueris fornacē paupertatis ingredi, vt ardorem auaritiæ, & æternum vitent incendium: quam statuam regis venerari. Per auaritiam, & idolatriam omnis generis peccata designat, quibus ille populus deditus erat: Vnde & per Hieremiam Hyænæ confertur. Ait enim. [Nunquid speluncha Hyænæ facta est dom᷒ mea mihi?] Quæ verba exponēs Beatus Chrysostomus ait. [Debemus nosse naturam animalis istius. Ex natura enim bestiæ scire poterimus, quare vocauerit domum quondam Dei speluncham Hyænæ. Hyæna nunquam videtur in die, sed semper in noctibus. Nunquam videtur in luce, sed semper in tenebris. Et hanc naturam habet, vt effodiat corpora mortuorum, & ipsa cædat. Denique si quis negligenter sepelierit mortuum, effodit nocte, & tollit corpus, & comedit vbicunque sepulchra sunt, vbicunque ossa mortuorum sunt, ibi cubile Hyæne est. Et hanc naturam habet, maxime canibus delectatur, & ipsos rapit, & deuorat. Videte quid dicat, diligenter etiam aduertite. Hyæna bestia sanguiuora, bestia quæ corporibus delectatur, bestia, quæ sēper in nocte, nunquam in die est, non delectatur, nisi cadaueribus mortuorum, & canibus: eos vult occidere, qui seruant domum. Hyæna & hanc dicitur habere naturam, quia spinā vnicam habet, quæ flecti non possit. Deniq. si ver-

Dan. 3. Chry. ho. 4. imperf. fin.

Hier. 12 iuxta trāslationem septuaginta Interpretum Chry. ho. 13. ex varijs in Marc. t. 2.

Natura Hyænæ. de qua vide Hie. Hiere. 12

tere se voluerit, tota conuertitur. Non potest se flectere, sicut cætera animalia. Videtis ergo quia ista, quæ semper in nocte, semper in tenebris est; nunquam conuertitur. Hoc autem dicitur de Sacerdotibus Iudæorum. Iudæum enim facile potes adducere ad pœnitentiam de plebe: de sacerdotibus vero, & doctoribus non potes, quoniam semper delectantur cadaueribus mortuorum, eorum, quos induxerint, & non sufficit eis, quoniam ipsi non sunt in luce, sed eos, qui in luce latent, conantur occidere: vnam spinam habent, non conuertuntur, non enim agunt pœnitentiam, quoniam occupati sunt in cadaueribus mortuorũ.] Deniq; expende, quod non dixit, [& repleta est terra idolis,] sicut supra dixerat, [& repleta est terra argento, & auro,] sed addit eius. [Et repleta est,] inquit, [terra eius idolis.] Cuius eius? Terra à Deo creata, Sanctis patribus repromissa, ad cultum vnius Dei dedicata. Mira res. Terra innumeris Dei beneficijs, immo & præcioso Vnigeniti sanguine irrigata, & donis cõdecorata cælestibus, repletur idolis auro, & argento, & germinat spinas, ac tribulos Creatori. Reproba ergo erit, & maledicto proxima, cuius consumatio in combustionẽ. *Heb.6.* In Hæbreo pro, [idolis,] habetur Helilim, ideſt [Dioscecillos.] diminutiue ab Helim, ideſt, dij. Et designat, Idola nihil numinis habere, sed esse Deos fictos. Sequitur, [Et incuruatus est homo, & humiliatus est vir, [scilicet ante idola, vt adoraret illa. Per [hominem] plebeos; per [Virum] Principes intelligit. Quasi diceret. Minores & maiores ante idola genua flectunt. Vel si ad eundẽ referatur homo & vir: sensus est. Homo fragilis de humo terræ plasmatus, qui à creatore suo auxilium, & nõ ab idolis implorare debuerat, qui & conditus est, vt tamquam vir dominaretur & præesset piscibus Maris, Volatilibus Cœli, bestijs, vniuersęq. terræ, se ipsum coram ligno & lapide humiliat & idola colit?

20 [Ne ergo dimittas eis.] Hæc non est imprecatio, sed potius vaticinium, vt Anacletus dicit: Et illud verbum, [non dimittas.] idem pollet, ac non dimittes eis, quia tot sceleribus te ad iracundiã concitauerunt. Multoties enim in sacro eloquio ponuntur vaticinia de futuro per modum imprecationis, sicut psal. 108. [Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,] ideſt, fiet. Et infra: [Constitue super eum peccatorem,] ideſt cõstitues, vt ibi explicat glosa.

21 [Ingredere in petram, abscõdere in fossa humo, a facie timoris Domini, & a gloria maiestatis eius.] Pœnam comminatam iam imminere prospiciens, conuertitur propheta per Apostrophen ad populum, hortans illum, vt latibula perquirat, vt se abscondat; insinuatq. isto modo loquendi timorem maximum futurum. Nimius enim pauor latebras oppetere facit. Hoc adimpletum fuisse in euersione Hierosolymitana, tempore Titi & Vespasiani fatentur Tertullianus & Theodoretus. *Tertul.li. 4.aduers. mar.47. Theodor. Ioseph.li 6.de bell. Iud. 49.* Nam (vt refert Iosephus, aduenientibus Romanis certatim, Iudæi cauernas montium, colliumquè petebant & speluncas, vt ab ira eorum se abscondérent. Consonat hæc explicatio cum verbis illis Euangelij: [Tunc incipient dicere montibus *Luc.23* cadite

cadite super nos;& collibus operite nos :] Quæ de eadem euersione ciuitatis intelligenda esse, docet Beda. Quoniam autem calamitas illa & excidium ciuitatis, signum quoddam fuit vastitatis vniuersalis totius orbis futuræ in die Iudicij, vt Aug.ait possunt non incongruè hæc, & sequentia verba prophetæ, ad diem vltimam Iudicij referri, in qua, [Arescentibus hominibus præ timore : & expectatione quę superueniet vniuerso orbi :] quęrent latibula impij, nec inuenient, vbi se ab ira iudicis defendant. Scriptum est enim : [Reges terræ & principes, & tribuni, & diuites & fortes, & omnis seruus & liber, absconderunt se in speluncis, & in petris montium,& dicunt montibus & petris,cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni : quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit stare ?] Vbi expende cum sancto Gregorio quod ira iudicis sedentis super thronum, ira agni dicitur, qui nescit irasci, quia cum tranquillitate maxima, & sine aliqua animi perturbatione orbem terræ iudicàbit : sicut scriptum est : [Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas.] Aut vero secundum alios, vt ex magnitudine misericordiæ, quam Dominus in primo aduentu tamquam agnus ostendit : colligant homines quanta erit in secūdo aduentu indignatio eius in reprobos, sicut per vnam manum, alterius magnitudo dignoscitur.Duas manus Deus habet, alteram misericordiæ dexteram, alteram sinistram iustitiæ. [Iam apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei.]Sed

Bed. sup. Luc.to.5.
Aug. de ciui.li.16. c.30.to.5
Luc.21.
Apoc.6.
Greg.31. mor.c.7.
Sap.12.
Tit. 3.

in fine ira eius & indignatio apparebit. Vnde Bernardus : [Sicut benignitas apparuit vltra omnem spem, vltra omnem æstimationem: similem expectare possumus iudicij districtionem. Noli ergo contemnere Dei misericordiam,si non sentire vis iustitiam, sed iram,sed æmulationem, sed furorem. Vt enim scires, quanta districtio succedit, tanta illa mansuetudo præuenit:ex magnitudine indulgentiæ magnitudinem vltionis attende; immensus est enim Deus & infinitus in iustitia, sicut & in misericordia. Multus ad ignoscendum, multus ad vlciscendum : sed misericordia quidem priora sibi vendicat, vt si voluerimus, districtio inuenire non possit,in quem sęuiat. Propter hoc enim benignitatem prærogauit, vt per eam reconciliati, seueritatem videamus securi.] Et forsitan, hoc innuit prophetæ consilium [Ingredere in petram,] &c. Qui enim in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, absconditi,in vulneribus, videlicet Christi,experti fuerint Dei misericordiam: faciem posteà formidinis eius videbunt securi. Expende secundo & coniectare,quàm tremendum futurum sit vniuersale iudicium, & quanta sint reprobis supplicia reseruata, ex ijs quę in iudicijs particularibus scripturæ testimonio cognouisti. [Dedisti metuentibus te significationem, ait propheta, vt fugiant a facie arcus.] Quid est dedisti significationem ? Signa tribuisti : flagella namque sæculi,quæ vniuersale iudicium præcedunt,signum sunt eorum,quibus tunc impij punientur, [Dedisti significationem,]vbi Gregorius, [Hoc tempus misericor-

Bern.ser. 1.Epiphā col.2.
Psal.59

diæ eſt, illud iudicij erit. Per iſta ergo huius tẽporis flagella ſignificas, quomodo tunc percuſſurus es, quando non parcens iudicas: qui ſic diſtrictè modo iudicas, quã do parcis. Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.] Tribuens vtique metuẽtibus ſignificationem, vt fugiant. Mors ergo martyrum, ſupplicia eorum acerba, paſſio cruenta ſignificationes ſunt, & quædam iræ Dei inſinuationes, vt fugiant, vt liberentur dilecti tui. [Oſtendiſti populo tuo dura.] Parum eſt populo tuo, [oſtendiſti,] & vnigenito filio tuo [dura.] potaſti eum vino compunctionis, immo & vino cum felle mixto, tribuens metuentibus te ſignificationem, vt fugiant, vt liberentur dilecti tui. Vnde Bernardus. [Domine quoties paſſionis tuæ amaritudinem in cordibus noſtris ruminamus, toties de nobis expaueſcimus, quia dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. Si enim ex hoc mũdo tranſiſti ad patrem cum tantis cruciatibus, quid fiet de nobis peccatoribus? Si in viridi ligno hæc fiũt, in arido quid fiet?] Si proprio filio ſuo non pepercit, parcet ne filijs ſceleratis, ſemini nequam? Si aliena peccata in proprio filio dilecto, in quo ſibi bene complacuit Deus. ſic puniit, quando miſerendi tempus eſt, & annus placabilis: quanta putatis ſupplicia habebit præparata, vt in die vltionis, in die calamitatis, & miſeriæ, in die caliginis & turbinis, puniat pro delictis proprijs inimicos ſuos? Vide c. 1. num. 63.

Greg. 19. moral. 16

Ber. hom. de 2. diſc. euntib. in Emaus, poſt med

22 [Quia dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem: & humiliabitur, & ſuper omnes cedros libani ſublimes & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum, & ſuper omnes naues Tarſis, & ſuper omne quod viſu pulchrum eſt.] Deſcribit his verbis euerſionem ciuitatis, & appellat cedros primates & nobiles: colles vero alios minus nobiles, quos etiam quercus Baſan nuncupauit, quia infructuoſi erant, vt dictum eſt capite primo, num. 71. Expẽde quam bene cohereant illa nomina: Superbus, excelſus, & arrogãs, ſiue contumelioſus, vt transferunt ſeptuaginta in hæc verba. Dies enim Domini Sabaoth ſuper omnem cõtumelioſum & ſuperbum: Et ſuper omnem excelſum & ſublimem. Nã (vt dicit Baſilius.) Videtur quodãmodo contumelia origo eſſe elationis ac ſuperbiæ. Qui enim alios deſpicit nihil eos ducens, ſed mendicos quidẽ hos appellat, illis autẽ exprobrat generis ignobilitatem, alios vero cenſet inſcios & indociles, vt verbis hiſce contumelioſis ſolus exiſtimetur eſſe ſapiens, intelligentia præditus, generoſus, diues, potens. Suum principatum opponit, vt ſupra cæteros conſpiciatur: anxie contendit, vt ſuperemineat multis. Hoc autem dum molitur perficere, proximum quidem pro nihilo habet, ſe vero vẽditat, & ad grauitatem componit. Eſt igitur contumelia ſiue in proximum iniuria, fons & origo ſuperbiæ: & ſuperbia, malum vtique ex arroganti contumelia in proximos oriundum. Ob hoc intenditur

S. Baſil. ſup. 2. c. Iſaiæ.

tur vindicta in omnem contumeliosum & superbum.] Et obserua quod vbi nos legimus, [Et super omne, quod visu pulchrum est,] habetur in textu hebræo [bealchod cegioth ahenda,] idest super omnes picturas desiderij. Nam omnia, quæ in hoc sæculo desiderari possunt, aut concupisci, bona sunt depicta & fictitia, quæ satiare appetitum minimè possunt. † Nam vbi nos habemus, [& super omnes naues Tharsis.] Legunt Septuaginta Seniores. [& super omnem nauem seu nauigium maris.] per quod hæreticorum Ecclesiæ designatur. Est enim vera Christi Ecclesia, quam nauem appellat Scriptura, sed nauem Christi, quia insurgentibus contra illam fluctibus, nunquam conteritur, nunquam submergitur, nunquam perit; de qua per Salomonem Spiritus sanctus loquitur dicens. [Facta est tanquã nauis institoris de longe portans panem suum.] Nauis est Ecclesia, quæ vt Chrysostomus ait, [Nauigantibus Apostolis, gubernante Domino, flante Spiritu sancto, prædicationis verbo vbique discurrit, portans secum magnum & inæstimabile pretium, quo omne genus hominum, vel potius totum mũdum sanguine Christi mercata est. De quo alio quoque loco idem Salomon retulit, dicendo inter cætera, vestigium nauis pelagizantibus inueniri non posse; ostẽdens, conuersationem Ecclesiæ nõ terrenam esse, vel sæculi, sed cælestem, secundum quod Sanctus Apostolus refert, dicens. [Nostra autem conuersatio in cęlis est.] Est & Ecclesia Hæreticorum, seu potius cauerna tenebrosa. quæ non Dei, sed huius sæculi nauis dicitur, aduersus quam diem Iudicij futurum Isaias hoc loco manifeste declarat, de qua alibi idem Isaias ait. [Dirupti sunt funes tui, quæ non voluit arbor tua, inclinauerũt vela tua, & non laxabunt vela tua] Nauem vero hanc, vt interpretatur Chrysostomus, maris esse dixit, quia huiusmodi Ecclesia non Dei est, sed sęculi, quæ licet habere in se prædicationẽ Dominicę Crucis videatur, inualidam tamen hãc arborem eius ostendit, quia vbi non est veritas fidei, infirma Crucis assertio est. Vnde inclinata, & laxata vela eius sunt ostensa, quòd nullo flatu sancti Spiritus diriguntur. Et ideo huiusmodi nauis, hoc est Ecclesia hæreticorum, amisso veræ fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus, in naufragiũ mortis æternæ demergitur, quæ gubernari à Christo Domino non meretur.

Prou.31

Chry.ho. 23.imperfecti in Matt. à med.

Sap.5.b

Phi.3.d

Isai.33. d. iuxta Septuaginta.

Chr. loc. cit.

23 [Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. [Hoc adimpletum est in euersione ciuitatis; In qua alij ducti sunt in captiuitatem, alij gladio occisi, alij in seruitutem miseram redacti, & tandem etiam adimplebitur in die iudicij vniuersalis, quando superborum iactantia deprimetur, & cor humilium exaltabitur. Modo namque reprobi ambulant, extento collo, sublimes & erecti sicut cedri. Electi vero è cõuerso curui & humiliati incedunt. Sed tunc humiliabuntur illi, isti autem exaltabuntur, Scriptum est enim: [Subito morientur, & in media nocte curuabuntur populi, & pertransibunt.] Vbi Gregorius. [Tunc, inquit, scilicet in iudicio, curuabuntur per sententiam iudicis, qui nunc incuruari

Isai. 3.

Iob.34.

Greg.25. mor.c.2.

uari negligunt per humilitatem cordis: electi autem ne inuiti curuentur in morte, sponte curuantur in humilitate. Vnde sanctæ Ecclesiæ de conuersa prole persequutorũ dicitur: [Venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te.] Hinc est illud prophetæ: [Contriti sunt montes sæculi, & incuruiati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.] An non iam incuruatos cernere est, colles mundi (ait Bernardus) [dum sublimes quique atque potentes, deuota subiectione inclinantur ad Dominum, & eius vestigia adorant? Numquid non incuruantur, cum ab ipsa sua perniciosa celsitudine vanitatis & crudelitatis, ad humiles semitas conuertuntur, misericordiæ & veritatis?] Quia ergo sic contriti, sic humilitati sunt, & demisso capite ambulauerunt in hoc sæculo, dicetur illis aliquãdo [Respicite & leuate capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra.]

Isai.60. *Abac.3.* *Bern.ser. 1.sup.ps. Qui habitat, &c.* *Luc.22.*

24 [Cum surrexerit percutere terram:] Nunc præ lõganimitate, & patientia videtur Deus dormire, & peccatorum non recordari, vt illa puniat. Ideo peccatores [prolongauerunt iniquitatem suam supra dorsum Dei fabricantes,] hoc est, in obliuione, quam existimãt Deum habere suorum delictorum; sed surget aliquando, & iniquitatem, quam obliuioni tradidisse videtur, inueniet, sicut scriptum est: [Inuenit Deus iniquitatẽ nostrã.] & surget percutere: Qui enim stãs percutit aliquem, maiori eum vulnere corripit. Appellat autem peccatores terram, insinuans indignos esse, quòd homines nominentur. Vnde primo parenti post peccatum dictum est. quoniam terra es, & in terram ibis: Et serpenti: [Terram cõedes omnibus diebus vitætuæ,] idest. peccatores, & homines terrenos, vt Augustinus explicat lib. de Agone Christiano I cap.2. to.3.

Ps. 128. *Gen.44* *Gen.3.* *August.*

25 [Et ingredientur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini.] Ter in hoc capite propheta hæc ferè eadẽ verba repetit. Præuiderat enim populum oscitantem, & aures eorum, iuxta eiusdem prophetę vaticiniũ, aggrauatas, vt audientes non intelligerent: & ideo clamat semel, & iterum, & eandem pœnam sæpius comminatur, si fortè audiant, & intelligant, & conuertantur, & salui fiant.

Isai.6.


26 [Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quoniã excelsus reputatus est ipse.] Quiescere est à peccato desistere, vt supra cap.1.num.49.dictũ est: [Quiescite ergo ab homine.] scilicet Christo, ne offendatis illũ, os vestrum continete, nolite illum blasphemare. [Cuius spiritus in naribus eius est.] Quia insufflãdo dedit Spiritum sanctum Apostolis, vt patet Ioann.20.vel sic: [Cuius spiritus in narib' eius est.] Quia licet vitam habeat humanam & humilem, sicut homo, quæ in respiratione consistit, tamen excelsus reputatus est ipse: quia etiam est Deus Patri æqualis, illi consubstantialis & coæternus, de quo scriptum est: [Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.] Sic interpretatur istum locum de Christo Rupertus Abbas, iuxta quem in eo sermonẽ conuertit propheta ad illos, qui Verbum caro factum occiderunt, vel illud offendunt. Secunda explicatio & magis litteralis est, quam sequi-

Ioan.20 *Ps.112.* *Rupertus*

sequitur S. Thomas in præsenti. [Quiescite ab homine,] idest, cauete ab homine: timete illum, ne ad iracundiam concitetis hominē, [Cuius spiritus in narib⁹ eius est:] Et loquitur de Deo, sumpta metaphora ad homine ad iracundiam prouocato, qui flatu vehemēti magnam ostendit indignationem & iram. Ira namque in naso apparet & supercilijs. Multoties homines vix prę iracūdia respirare possunt. Hac phrasi in scriptura sacra Dei iracundia consueuit designari, sicut psal. 17. [Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.] Et Isai. 30. [Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum.]

Psal. 17
Isai. 30.

CAPVT TERTIVM.



Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Hierusalem, & à Iuda validum & fortem, 3. 4. omne robur panis, 5. 6. & omne robur aquæ: fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum & senem: Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. 7. Et dabo pueros principes eorum, 8 & effeminati dominabuntur eis. 9 Et irruet populus, vir ad virum, & vnusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. 10. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui: 11 Vestimentum tibi est, princeps esto noster; ruina autem hæc sub manu tua. 12. Respondebit in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neq. vestimentum: nolite constituere me principem populi. 13 Ruit enim Hierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. 14 Agnitio vultus eorum respondit eis: 15. & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, 16 væ animæ eorum, 17 quoniam reddita sunt eis mala. 18 Dicite iusto 19 20. quoniam bene, 21 quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. 22. Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. 23 Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. 24 Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: 25 vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum? 26 Et dixit Dominus: 27 Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, 28 & ambulauerunt extento collo, 29 & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant: 30 Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus

minus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & arcus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. 31 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et mœrebũt, atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

SVMMA CAPITIS.



ROSEQVITVR propheta id quod in præcedenti capite de euersione ciuitatis vaticinatus fuerat, & describit magis in speciali eius destructionem, denuncians tria mala inter alia populo imminere.

Primo enim denunciat transmigrationem & captiuitatem eorum, per quos ciuitas gubernari solebat. de quo agit in principio capitis.

Secundo prædicit defectum regiminis futurum in eis qui in ciuitate remanserint, ab illo versiculo. [Et dabo pueros principes eorum.

Tertio iterum cõmemorat peccata in capite primo enumerata, propter quæ populus hæc mala incurrit, de quo agit ibi: [Ruit.n. Hierusalem, &c. Et potissime propter peccatũ auaritiæ & iniustitiæ, quæ tangit ab illo versiculo: [Populum meum exactores sui spoliauerunt.] Et infra [Vos enim depasti estis vineam meam.] Et propter peccatum elationis & ornatus superflui in feminis, contra quas inuebitur ab illo versiculo: [Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion,] &c. A quo, vsque ad finem capitis elegantissimis verbis, huius peccati pœnam describit.



COMMENTARIVM.



CCE enim dominator Dominus exercituum auferet a Hierusalem, & a Iuda, validum, & fortem.] Illa causalis enim reddit rationem, propter quam trãsferendi erant in Babylonem principes & fortes Israel, & alij de quibus in verbis sequentibus fit mentio, & est sensus. [Ecce enim,] idest, quia non quieuistis ab homine, & peccata supra enumerata commisistis, [auferet,] auferre faciet dominator Dominus: [Validum & fortem virum bellatorem, & iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem. Principem super quinquaginta & honorabilem vultu, & consiliariũ & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici.] Hæc prophetia, vt notauit S. Thomas, adimpleta est in captiuitate Babylonica. S. Thom. Nam vt constat ex lib. 4. Regum capite vltimo, omnes quos in hoc

loco

loco propheta enumerat, translati sunt à Nabuchodonosor in Babylonem. Vide cap. 1. num. 29. & 30. Moraliter hæc possunt ad omnem rempublicam applicari, a qua ppter peccata populi auferet Dominus viros fortes, & Doctrina insignes, Sed præsertim senes, idest sacerdotes & præsbyteros. Vnde Basilius, Inter ea [quæ comminantur Dominus, est & ablatio præsbyteri siue senioris; quod ex senioris præsentia non mediocre emolumentum in alios resiliat.*]

Basil. ad c.3 Isai.

3 [Omne robur panis, & omne robur aquæ,] idest, etiam auferet a Hierusalem & à Iuda instante captiuitate, panem & aquam, hoc est cibaria cuiuscumque generis: Est enim phrasis in sacra Scriptura per nomen masculinum, & femininum, significare omnia illius generis, sicut Eccles. 2. [Feci mihi cantores & cantatrices,] idest, omnis generis musicos habui, & hoc ad litteram adimpletum est in captiuitate babylonica: Nam vt habetur 4. Regum vltimo, præualuit tunc fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ: nec non tépore Titi & Vespasiani post passionem Domini, vt lugubri lamentatione Hieremias deplorat. [Melius (inquiens) fuit occisis gladio, quam interfectis fame, quoniam isti extabuerunt, consumpti à sterilitate terræ. Manus mulierũ misericordium coxerũt filios suos; facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.] Et obserua prophetam dicendo: [omne robur panis, & omne robur aquæ,] insinuare hæc duo esse potissime necessaria, & à Deo instituta ad robur humanæ vitæ conseruandum. Scriptum est enim. [Initium vitæ hominis aqua & panis. [Et iterũ: [Panis cor hominis confirmet.] Et iterum: [Et omne firmamẽtum panis contriuit.]

Eccles.2

Thre.3.

Eccli29

Ps.103.

Ps.104

Gulæ mala.

4 Hinc collige multitudinem ciborum, quos inordinatus hominum appetitus adinuenit: non ad corporis valetudinem, & robur cõducere: sed potius infirmitates diuersas generare. [Propter crapulam enim (vt inquit Sapiens) multi obierunt:] † Et D. Augustinus libro de Sobrietate & Virginitate, quem Erasmus dicit non esse Augustini, sed cuiuscunque sit, dicit [Ebrietas ab animi iniuria incipit & flagitiorum omnium mater est, culparum malitia, radix criminum, origo omnium vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas, linguæ procella corporis, naufragium castitatis. Ebrietas temporis amissio est, insania voluntaria, ignominiosus languor, mentis sanę debilitatio, turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela, Ebrietas, in vtroque sexu cuncta mala semper appetit, & nefanda cõmittit. Ebrietas timorem Dei auferet, futurum iudicium de memoria tollit, regna cęlestia appetentibus denegat, Temulentiæ tempora furatur.*] E contra vero trium puerorũ vultus, qui leguminibus pascebantur, apparuerunt meliores, & corpulentiores vultibus eorum, qui vescebantur cibo regio. Qui gulæ deseruiunt, mori potius quàm viuere censendi sunt, vt Chrysostomus docet, homilia 13. super primam epist. ad Timotheum in fine. † Vnde S. August. in libro præallegato ait. [sobrietas castitas est, sensus, & mentis, membrorumque omnium

Eccl.37

Dan 2.

Aug. lib. de Sobrietate.

Chry. to. 4.

Aug. vbi supra.

cor-

corporis. Tutela est castitatis pudicitiæ munimen, pudori proxima amicitię, pacisque serua, honestati semper coniuncta, criminum vitiorumque omnium perfuga, recti iudicij tenax, seculorum custos, arcani velamen, lectionum & doctrinæ capax, studiorum discipula pariter & magistra, bonæ famæ sēper auida, in cogitationibus salubria & vtilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum seipsam semper ingerens. Sobrietas temeritatem fugit, pericula cūcta declinat, mutuis officijs obtemperat, superbiam detestatur, domum familiamque cum moderatione gubernat, fidem sibi cōmittentibus seruat, & vt summatim dicam, Sobrietatis perseuerātia est animi fortitudo.] hanc sobrietatem in se conseruare volēs idē Augustinus ait: [suauis est mihi necessitas ista & aduersū suauitatē pugno, ne capiar, & quotidianum bellum gero in ieiunijs: hoc enim me docuisti, vt quemadmodum medicamenta: ita & alimenta sumpturus, accedam.*] Hinc & Paulus, [Quæ in delicijs est vidua, viuens mortua est:] Hinc & Sapiens non incongrue luxum & ebrietatem appellauit feram, [Omnem, inquit, cibum manducabit venter, & fauces contingunt cibum feræ.] Cibum feræ ait: Nā gula fera pessima est, quæ vitæ hominis insidiatur. Vnde Chrysostomus; Fera, inquit, [est voluptas, fera grauis, neque scorpio, neque serpens in visceribus nostris sedens, ita vndequauis grassatur, sicut deliciarum concupiscentia omnia subuertit & perdit, Et feræ illæ tantum corpori insidiantur, hæc autem cum insederit, cum corpore, simul & animam perdit.] Quæ mala ex comessationibus & ebrietatibus non sequuntur? Audi eundem Chrysostomum. [Nihil, ait, tam gratum Dæmonio, quam delitiæ sunt, & ebrietas: quoniam omnium est fons, malorum, & genitrix. Per hanc demum Israelitas in idolorum cultum præcipitauit. Per hanc Sodomitas in nefarios accendit amores: hæc est enim (inquit propheta) impietas Sodomorum; in superbia, satietate panum, & conuiuijs luxuriabantur. Per hāc alios perdidit innumeros, & gehennæ tradidit. Quid enim mali non operantur deliciæ? ex hominibus porcos efficiunt, & porcis deteriores. Porcus enim inuoluitur cœno, & stercore pascitur: hic autem abominabili vescitur mensa, illicitos excogitās coitus & nefarios amores. Huiusmodi nihil à dæmoniaco differt: simili namque fertur impudentia, similiq; bacchatur furore, & dæmone quidem præssum saltem miseremur: Hunc autem auersamur, & odimus.] Lege sanctum Gregorium 30. mor. 13. 14. in illa verba Iob 39. Et clamorem exactoris non exaudit.

Aug. lib. 10. conf. cap 31.

1. Tim. 5

Eccl. 39

Chry ho. 7. cōt. luxu. & crapu. col. 3. to. 5.

Ibidē ho. 71. ad po.

5 Multi ex hebræis, vt refert Adamus, sentiunt, quod per [robur panis, & robur aquæ,] sacram scripturam, & Dei verbum, quod vt in præfatione huius lib. numero tertio adnotauimus: nunc panis, nunc aqua in sacro eloquio nuncupatur. Similiter per [validum & fortem] Apostolos intelligit, & prophetas. Quæ omnia à Hierusalem, & Iuda propter eius scelera auferenda esse, Isaias denunciat. Concordat hæc explicatio cum loco illo

lo Euāgelij,[Auferetur à vobis re-
Mat.21 gnum,&dabitur genti facienti fru-
ctum.] Vbi iuxta interpretationē
Origenis per regnum, Dei verbum
Orig.tract 9 sup. Mat.a medio. & Scriptura sacra intelligitur; cu-
ius intelligentiam Dominus à Iu-
dæis tamquam ab iniquis possesso-
ribus abstulit: Cum tamen vt te-
Rom.3. statur Paulus: [Primum quidem
fuerint illis credita eloquia Dei:]
Hinc est, quod (vt adnotauit Gre-
gorius) verba Dei, spolia ex eo
Ps.118 dicuntur psal. 118. [Lætabor ego
Greg.18. mor.c.8. & 9. super eloquia tua, sicut qui inue-
nit spolia multa:] Quia illis Iu-
dæi fuerunt spoliati: vt eis gentes
diuites fierent, Apostolo dicente:
Quia [in omnibus diuites facti e-
1.Cor.5. stis in illo,in omni verbo, & in om-
ni scientia.] Hæc sunt spolia illa,
de quibus scriptum est. [Benia-
Gen.49 min lupus rapax mane comedet p̄-
dā, & vespere diuidet spolia. Qui-
bus profecto dictis (vt idem Gre-
gorius inquit) Paulus Apostolus
Greg. 18. c.11. designatur,de Beniamin stirpe pro-
Phil. 3. genitus, qui mane prædam come-
dit,quia in primordijs suis fideles,
quos potuit rapiens, crudelitati
propriæ satisfecit. Vesper,spolia
diuisit: quia fidelis postmodum
factus,sacra eloquia exponendo,di-
stribuit.]

6 Vt autem hæc eadem verba
Allegoria per sacramento altaris. prophetæ ad nos per allegoriam re
feramus, obserua,quod non dixit
auferet à Iuda & Hierusalem om-
nem panem vel aquam,[sed robur
panis,] vt expendant qui freque-
ter ad sacrosanctum Eucharistiæ sa
cramentum accedunt, an simul cū
pane vitæ, spirituale robur perci-
piant.Multis enim datur panis cæ-
lestis, sed robur panis, quia indi-
3.Re.19 gne sacra percipiunt,non sentiunt:
nec ambulant in fortitudine cibi il-
lius, non dicam quadraginta die-
bus, & quadraginta noctibus,sicut
Elias vsque ad montem Dei Oreb:
sed nec vna quidem die. Quia sicut
scriptum est. [Manducauerunt &
adorauerunt omnes pingues terræ: Psal.21.
in conspectu eius cadēt omnes qui
descendunt in terram.] Quid est
in conspectu eius cadent, nisi quia,
& post buccellam introiuit in eos
Satanas?] Vix a sacro altari rece-
dunt, & cadunt: Vix panem vitæ Ioan.13
faucibus suis contigerunt, & ad
vomitum statim, sicut canes re-
uertuntur.Ideo datur eis panis,sed
robur panis auferetur. [Ideo mul- 1.Co.11
ti infirmi, & imbecilles inter vos,
& dormiunt multi.] Quare? Quia
indignè manducauerunt, quia non
diiudicauerunt corpus Domini.
Electis vero non solum panis, sed
etiam robur panis cōceditur, sicut
scriptum est. [Edent pauperes, & Psal.21. secundū aliam literam.
imitabuntur.] Quid est imitabun-
tur? Edunt humilem, humiles fi-
unt? comedūt agnum mansuetum,
& ipsi mansueti sunt, & agni [Se- Apo.14.
quuntur denique agnum quocum-
que ierit.] siue ad cælum ascendat,
siue crucem portet:siue patibulum
subire velit. Ideo saturantur (vt
notauit Augustinus) quia imitan- Aug.sup. ps. 21.
tur: Imitari enim Christum, quæ-
dam spiritualis satietas est. Vnde
Augustinus: [Ipsi erant pauperes
qui comederunt & saturati sunt,
talia passi, qualia manducauerunt.
Cœnam suam dedit, passionem suā
dedit: ille saturatur, qui imitatur:
imitati sunt pauperes. Ipsi enim
sic passi sunt, vt Christi vestigia
sequerentur. Hinc, & in laudem
fortis mulieris scriptum est. [Et
panem ociosa non comedit.] Vbi
Hieronymus. [Panem inquit, o-
ciosa non comedit anima, cum Sa- Pro.31.
crificium

crificium Domini corporis percipiens, studet imitari actu, quod in misterio celebrat; multum sollicita ne indigne panem Domini comedendo, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet, & bibat.* Diuites autem & pingues terræ, ideo non saturantur, quia non imitantur, percipiunt humilem, & superbi fiunt, comedunt agnum, & sunt lupi: pauperem adorant, & pauperes esse renuunt. Vnde & scriptum est. [Comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati.] Cum tamen de calice Domini canat psalmista, [Et calix tuus inebrians quàm præclarus est. †De vtrisque autem diuus Augustinus explicans locũ Gen. 3. [in sudore vultus tui vesceris pane tuo,] ait, dixerat De⁹ maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi cogitationum spinas ac tribulos post peccatum cepit caro germinare, quibus semina præfocantur, ne illum panem nostrum, qui de cælo descendit, quiq; cõfortat cor hominis edere absque vultus nostri sudore possimus: nullus enim est, quamuis sanctus, qui supradictum panem non cum sudore vultus sui & sollicita cordis intentione percipiat: ceterum communi isto pane multi vt videmus diuites sine vllo vultus sui sudore vescuntur.] Et diuus Hieronymus in lib. 2. traditionum Hæbraicarum in lib. 2. Regum ait, neminem pollutũ potuisse phase comedere quin statim morerentur, & in eo placatũ dominum, cognoscebant quia comedentes extincti non erant. Qui autem modo polluti ad sumendum panem istum accedunt, & robur panis huius aufertur ab eis, & si statim extincti non fuerint, in iudicio æterna morte punientur.*

Agg. 2.
Psal. 22
Aug. ser. 47. de tẽpore Dominicæ. 4. post oct Epipha.

7 [Et dabo pueros principes eorum & effeminati dominabuntur eis.] Inter alia supplicia à Deo ciuitati Hierosolymitanæ immissa, hoc potissimè annumerat propheta quod translatis in Babylonẽ principibus, & senibus, & consiliarijs, & prophetis, qui in pace & tranquillitate gubernabant rempublicam: loco illorum pueri successerint & effeminati gubernatores absque consilio, & scientia, sine spiritu Dei, & virtute; quod indignationis Dei magnum est signum, sicut scriptum est: [Dabo tibi regem in furore meo.] Et rursus: [Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi.] Et iterũ: [Væ tibi terra, cuius rex puer est.] Pessima est enim pueri gubernatio illius videlicet, qui non ætate, sed moribus puer est, de quo Isai. ait, quoniam [puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledicetur.] Quod si senex ætate, moribus puer ad regimen est inutilis, quid si moribus & ætate sit puer? Ad regimen tria potissimè requiruntur in principe. Primum est scientia & prudentia ad dirigendum populum. Vnde Salomon, cum primum regni curam suscepit, cernens, quod puer esset, non diuitias, non dies plurimos, sed sapientiam ad discernẽdum iudicium, postulauit. Hinc est quod apud Aegyptios symbolũ regis erat oculus regali sceptro superpositus, ad denotandum prudentiam, & prouidentiam, quæ velut ex specula, regni pericula prouidentur, necessariam esse. Et propter eandem rationem (vt adnotauit Gregorius) principes & prophetæ dicũtur in sacro eloquio vi-

Osa. 13.
Iob. 34.
Eccl. 10
Isai. 65.
Gubernatio pueri pessima, & quare.
3. Reg. 3
Greg li 4 su. 1. Reg c. 4. col. 23.

videntes, quia prædití esse debent scientia & prudentia, ne sint cæci, & duces cæcorum. [Si enim cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadēt.] Secundo requiritur in principe fortitudo maxima, tum ad coercendum populum, iuxta illud: [Noli fieri iudex, nisi valeas irrūpere in iniquitatem:] tum etiam ad onus regiminis portandum, quod grauissimum quidem est, Paulo attestante: [Qui Episcopatum desiderat,] Bonum opus, idest bonum onus idemquè grauissimum. [Sub quo (vt dicit Iob:) curuantur qui portant orbem.] Est enim onus illud adeo graue, vt dorsum fortium incuruare faciat: vt explicat Gregorius. Vnde scriptum est: [Ecce gigātes gemunt sub aquis.] Vbi Gregorius: [Iuxta Ioannis, inquit, vocem aquæ populi sunt, & & gigantes sub aquis gemere, est, quia quisquis in hoc mundo quasi quadam corporis mole, ordine potestatis excreuerit, tanto pondera maioris tribulationis sentit, quanto super se regendorum populorū curam susceperit.] Hinc est, quod principes dicuntur grçcè Basilęus, idest basis populi, vt idem Gregorius docet 9. mor. 10. quoniam totam machinam reipublicæ, tanquā basis debent sustinere. Tertio debent principes commune bonum, & subditorum vtilitatem, magis quàm proprium commodum intēdere; ne sint sicut illi de quibus Sophoniæ 3. [Pastores tui lupi vespere, non relinquent in mane; sed sicut Paulus Apostolus; qui non quæro, inquit, quæ vestra sunt, sed vos.] Hæc autem tria desunt puero. Nam propter defectum ætatis, nec scientiam habet, nec experientiam: & propter imbecillitatem corporis, fortis esse non potest, nec constans: & quia puerilibus nugis occupatur, potius suis, quàm subditorum commodis intendit. [Auersio paruulorum, (inquit sapiens) interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos:] Quid enim est, auersio paruulorum, nisi stultorum prosperitas? A rebus maximis paruuli auertuntur, & preciosa quæque contemnunt, propter res ludicras, quibus incumbunt. Non ergo mirum, quòd puer Rex, se & populum sibi subiectum secum perdat, nugis puerilibus occupatus. In graue igitur populi detrimentum cedit puerorum gubernatio. Quare virtute pollentes, scientia & prudentia in principes eligendi sunt. Vnde Pharao, vt secundum à Rege Ioseph constitueret, non qualitatem personæ attendit (erat enim Hebræus) ac subinde Aegyptijs odibilis, non ad nobilitatem, quia conditione seruus erat, nec ignorantis populi opinionem considerauit (in carcere namque velut adulter, vinctus erat) sed prudentiam eius & virtutem expendit. [Num inuenire poterimus, inquit, talem virum, qui spiritu Dei plenus sit?] Tales decet esse principes, tales sunt in prælatos eligendi: nec debent minus digni præferri, quia amici, quia nobiles, quia sanguine coniuncti: illi ergo tantummodo præferantur, qui spiritu Dei pleni sunt. Fælix resp. in qua, vel Reges sapiunt, vel sapientes regnant.

8 [Et effeminati dominabuntur eis.] Expende verbum illud, [dominabuntur,] quo admonentur principes, & prælati, ne inferiorum velint dominari, ac velut domini absoluti illos regere: Sed (sicut

Eccles. 7 · 1. Ti. 3. · Iob 9. · Greg. 9. mor. 10. · Iob 26. · Greg. li. 6 ep. ad Cyriac. · Soph. 3. · Greg ho. 1. supr. 1. Reg. c. 1. · 2. Cor. 2 · Prou. · Gen. 41.

H cut

Aug. in reg. Monachorũ. cut Augustinus ait) [qui præest non se existimet potestate dominãte, sed in charitate seruiente felicem.] Gen. 9. Hinc est illud quod Dominus Noe dixit,& filijs eius. [Terror vester, ac tremor sit super animantia terræ.] Super animantia, inquit,non super homines. Nam (vt Gregorius explicat)non debet prælatus,& superior hominibus sibi subiectis, sed solum animantibus dominari. [Sancti,inquit,viri, Greg. 21. mor. 10. cum præsunt, non in se potestatem ordinis,sed æqualitatem conditionis attendunt: nec præesse gaudent hominibus, sed prodesse: Sciunt enim, quia antiqui patres nostri, non tam reges hominum quàm pastores pecorum fuisse memorãtur. & cum Noe Dominus filijsq; eius diceret: Crescite & multiplicamini,& implete terrã. Subdit: Et terror vester,ac tremor sit super cuncta animalia terræ. Non enim ait, sit super homines, qui futuri sunt; sed sit super cuncta animalia terræ. Homo quippe animalibus irrationalibus, non autem cæteris hominibus natura prælatus est,& idcirco ei dicitur, vt ab animalibus, & non ab homine timeatur: quia contra naturam superbire est,ab æquali velle timeri. Quamuis plerumqui à subditis etiam sancti viri timere appetunt: sed quando ab eisdem subditis Deum minime timeri deprehendunt, vt humana saltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant. Nequaquam ergo præpositi ex hoc quæsito timore superbiunt, in quo non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quærũt. In eo enim quod metum sibi à peruersè viuentibus exigunt,quasi non hominibus, sed brutis animalibus dominantur: quasi videlicet ex qua parte bestiales sont subditi, ex ea etiam debeãt formidini iacere substrati. Cum verò deest vitium, quod corrigatur, non de excellentia potestatis, sed de æqualitate conditionis gaudent; non solum ab eis metui, sed etiam plusquam necesse est honorari refugiunt. Neque enim leue se perpeti damnũ humilitatis credunt, si ab eis pro merito fortasse ordinis pluris exstimentur. Hinc est enim quod primus pastor Ecclesiæ, cum adorante se Cornelio: super se sibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis suæ citius recurrit,dicens:Surge, & ipse ego homo sum. Quis Act. 10. enim nesciat quod conditori suo homo debeat, & non homini prosterni? Quia ergo humiliari sibi plusquam debuit,proximum vidit, ne vltra hnmanitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret, ex cõsiderata æqualitate conditionis. Hinc à Ioanne Angelus adoratus creaturam se esse cognouit,dicens: Apo. 19 & 22. Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum,& fratrum tuorum. Hinc & propheta cum ad videnda sublimia rapitur, filius hominis vocatur, Ezec. 3 vt ductus ad cælestia, hominem se esse meminerit.] Hinc & Dauid super populum à Deo exaltatus, cor tamen illius exaltatum non est. [Domine, inquit, non Ps. 120. est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei: Neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me: si non humiliter sentiebam.] Sentiebat quidem de se humiliter,cum se mortalem esse, sicut & cæteri agnoscebat: quod & Salomon humili voce cõfitebatur;

[&

[& ego (inquiens) mortalis sum similis vobis, primam vocem emisi plorans.] Hinc denique, & sanctus
Sap. 7. Iob. Aequalitatem, ne aduersus alios extolleretur considerabat, dicens: [Nunquid non & in vtero
Iob. 31. fecit me: qui & ipsũ operatus est?] Effeminatorum ergo principum, & puerorum est velle alijs hominibus dominari. Hinc est illud Ecclesiastici consilium, [Principem te constituerunt? Noli extolli: sed
Eccl. 31. esto in illis.] Hinc etiam Propheta Principum superbiam, & Praelatorum arrogantiam acriter reprehendit dicens: [Vos aũt cum potestate imperabatis eis, & cum
Eze. 34 potentia.] Vbi S. Grego. ait: [Ipsa bona quae subditis dicũt, dominando potius, quam consulendo proferunt, qui videlicet quidquam eis quasi ex aequo dicere, semetipsos existimant deiecisse.] Christus autem in Euangelio modum gubernãdi suis discipulis tradidit. [Principes. (inquit) gentium do-
Greg. 24. mor. 14.
Luc. 22 minantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.] Vnde prius quàm
Matt. 5 dixisset, [vos estis lux mundi,] pręmisit [vos estis sal terrę.] Quasi admonens ne cum in eminẽti loco. quasi mundi luminaria fuerint constituti, terrae ex qua fuerunt conditi obliuiscerentur. Quae autem mala in republica, ex perniciosa principum, & puerorum gubernatione sequantur, statim indicat cũ protinus sub infertur.

9 Et corruet populus vir aduirum, & vnusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra Senem, & ignobilis cõtra nobilẽ.] Primum malum in Ciuitate Hierusalem ex tirannica principum gubernatione subsequutum, fuit reipublicae perturbatio, & diuisio: inualescebant enim pueri contra Senes, quibus debitum non deferebant honorem, nec eorum consilijs acquiescebant, quod ad literam adimpletum esse in euersione Ciuitatis tempore Titi, & Vespasiani narrat Iosephus lib. 5. de bello Iudaico. Hinc collige quantum Ciuitatis malum sit Senibus non aquiescere, nec eorum consilio gubernari. Vnde è contrario ad denotandam pacem, & tranquillitatem, quã tempore aduentus Christi erat Ecclesia habitura, ait Zacharias. [Adhuc habitabunt Senes, & Anus in plateis Hierusalem:] Insinuans, Senes Iunioribus, qui regulariter inueniuntur in plateis, non ingratos fore: sed omnia, eorum consilio gubernari; quod magnae felicitatis inditium est. Malum istud, quod vt futurum vaticinatur Isaias, iam adimpletum proprijs oculis prospiciens Hieremias deplorat, cum ait: [Senes defecerunt de portis,] Idest, vbi causae ciuitatis populi discernebantur. Zaccharia 8. Thre. 5.

10 Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui, & dicet: vestimentum tibi est: princeps esto noster; ruina autem haec sub manu tua.] Denunciat propheta aliud malum ciuitatis praecedenti annexum, quod videlicet in tanta calamitate & angustia, nullus patronus, vel dux qui pro altero sponte periclitari auderet, vel eius curam suscipere, inueniatur. Ductis namque in captiuitatem optimatibus & consiliarijs, & omni viro valido, & forti, nullus superstes remansit, qui Charitatis

H 2 ali-

aliquod officium erga afflictos, & desolatos exhiberet. Id quod & in hac nostra misera tempestate quotidiana experientia conspicimus. [Moritur iustus, & viri misericordiæ colliguntur.] Et sola sedet ciuitas plena populo: Plena populo, sedet sola? Vtique quia viri misericordiæ collecti sunt, qui alijs præesse poterant, & infinitus stultorũ numerus remansit in populo. Quã calamitatem sanctus Iob, his verbis deplorat. [Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igne subuersa est: locus saphiri lapides eius glebæ illius aurum. Auget reatum culpe sequentis] (vt Gregorius ait.) [præconium gloriæ præcedẽtis. nam vniuscuiusque casus tanto maioris est criminis, quanto prius quam caderet maioris potuit esse virtutis.] Ad nostram ergo confusionem, maiorum gloriam referamus. Quid Petrus Apostolus? Quid Paulus? Quid cæteri Apostoli? Quid martyres inuicti? Quid sancti confessores? Quid religionũ fundatores, B. Benedictus, B. Franciscus, & B. P. Dominicus? Quid eius filij, patris sui vestigia sectantes Petrus martyr, beatus Antoninus Archiepiscopus Florentinus, doctor Angelicus Thomas, cõcionator egregius, B. Vincentius, Hiacynthius, & B. Catharina? Nõne omnes lapides viui fortes & inconcussi, lapides saphiri? non ne glebæ auri purissimi, in visceribus Ecclesiæ absconditi, sed nunc iam omnibus conspicui? De his namq; scriptum est: [Et vos tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales.] Et ꝑ prophetam Dominus Ecclesiæ suæ pollicetur, dicens: [Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphyris, & ponam iaspidem ꝓpugnacula tua, & portas tuas in lapide sculptos; & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.] Quid enim est sternam per ordinẽ lapides tuos, nisi id quod Paulus ait: [Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem pastores, doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi?] Ecce per ordinem lapides dispositos, primo Apostolos secundo Prophetas, tertio Euangelistas, quarto Pastores, & doctores. Strauit per ordinem lapides, quia vt Greg. ait: sanctas animas in Ecclesia meritorum diuersitate distinxit: fundauit eam in Saphyris, hoc est [super fundamentum Apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templũ sanctum in Domino.] Saphyrus.n. quia aerei coloris existit, fortitudinis similitudinem tenet. Iaspides in propugnacula posuit, quia contra aduersarios Ecclesiæ pro defensione fidei martyres constituit, & doctores: Iaspis enim viridis est coloris, eos designans, qui nulla temporis reproba ariditate marcescunt. Portas in lapides sculptos constituit, quia Prædicatores per quos ad Ecclesiam infideles ingrediuntur, exornauit, in sua nimirum operatione sculptum habentes, ꝗ verbis alijs prædicant, Id enim ꝗ loquentes asserunt, viuentes ostẽdunt. Hij sunt lapides desiderabiles, & glebæ illius aurum. Glebæ quidem, per humilitatem, aurum per vitæ puritatem: Glebæ, quia rore gratiæ perfusi, expuluere & cine-

Isai. 57. *Thre. 5.* *Iob 28.* Vide Gregorium 18. mor. 19. *1. Pet. 2* *Esai. 54* *Ephes. 4* *Ephes. 2*

cinere se esse veraci confessione fatentur: Aurum, quia fulgore charitatis nitentes, preciosi in conspectu Domini inueniuntur. Igitur
Greg.vbi 15. vt verbis vtar S.Greg.[Glebas hęc terra habuit in prophetis, glebas in doctoribus, glebas in patribus antiquis.] Hæc inquam, terra tot preciosos fructus proferens, igne, idest ambitione & inuidia, subuersa est. Ambitio quippe & in-
Simile uidia, sicut & ignis, nihil patitur esse supra: Si in inferioribus terræ partibus concludatur, omnia euertit, vt super omnia sit. Ideo nullus inuenitur qui præsit, ideo, vt
Isai.13 dicitur infra. [Preciosior erit vir auro,] idest, rarior: omne quippe rarum est preciosum. Ait ergo: [Aprehendet vir fratrē suum domesticum patris sui.] ipsum tamquam per vim in principem eligendo. Quibus verbis notat primo propheta diuitum impietatem & duritiam, qui in tanta rerum perturbatione & calamitate reipublicæ, fratribus & domesticis subuenire noluerunt. Notat secundo eligentium iniquitatem: qui quadam contentione, ordine iustitiæ distributiuæ prætermisso, fratres & domesticos, & non digniorts eligere volebant in principem, de quo multa elegantissime dicit Sanct. Thom. in hoc loco, Vide supra num. 7. & 8.

11 [Vestimentum tibi est. Princeps esto noster; ruina autem hæc sub manu tua sit.] Nomine vestimenti, omnium temporalium copia designatur. Diues, inquient, es; abundas temporalibus, ruina hæc sit sub manu tua, hoc est, in hac calamitate & miseria tuo sustentemur, & protegamur auxilio: esto princeps noster. Proprium est enim principis officium, & munus prælati, omnem subditorum curā in se suscipere, & eos in tranquillitate & pace conseruare, & a procellis omnibus & tempestatibus defendere. In cuius signum ad Moysen diuina voce præcipitur, vt ad tegenda interius sancta sanctorum ex bisso, cocco atque hiacyntho vela texantur; iussumque est vt ad protegendum tabernaculum, vela cilicina & pelles extenderet: quæ nimirum, vel pluuias, vel ventos, vel puluerem tolerarent. Vbi sanctus Gregorius. [Quid, ait, per pelles & cilicia, quibus tabernaculum tegitur, nisi grossas hominum mentes accipimus, quæ aliquando in Ecclesia, occulto Dei iudicio, quamuis duræ sint, præferuntur? Quæ quia seruire curis tēporalibus non timent: oportet vt tentationum ventos & pluuias, de huius mundi contrarietatibus portent. Quid verò per hiacynthum, coccum bissumque signatur: nisi sanctorum vita tenera, sed clara: quæ dū cauete in tabernaculo sub cilicijs & pellibus absconditur, sua integra pulchritudo seruatur? Vt enim in interiora tabernaculi, bissus fulgeat, coccus coruscet, hiacynthus ceruleo colore resplēdeat, desuper pelles & cilicia, imbres, ventos & puluerem portant. Qui igitur magnis virtutibus in sanctæ Ecclesiæ sinu proficiunt, præpositorum suorum vitam despicere non debent, cum vacare eos rebus exterioribus vident: quia hoc quod ipsi securi intima penetrant, ex illorum adiumento est, qui contra procellas huius sæculi exterius laborant. Quam enim candoris sui gratiam retineret, si bissum pluuia tangeret? Aut quid fulgoris atque cla-

Greg.25. mor. 16.
Exo.15
Eze.26

claritatis coccus vel hiacynthus ostenderet, si hæc susceptus puluis fœdaret?] Et forsitan propterea pulchritudo Ecclesiæ pellibus Salomonis comparatur, cum dicitur: [Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar; sicut pelles Salomonis:] Quia ex illorum protectione, species fidelium dependet. Hinc est quod principes & prælati, sub persona regis Tyri, Cherubim nomine designantur; de quo ait propheta: *Ezech. 28.* Tu Cherub extentus,& protegens; & posui te in monte sancto Dei:] Quia videlicet in culmine regiminis a Deo constituti, sibi subditos plenitudine scientiæ debent protegere, similes Cherubim, quæ extendebant alas suas super locum arcæ, & protegebant arcam,& *3. Re. 7* vectes eius desuper. Extendebant,inquit, & protegebant, Extendebāt charitate alas suas, & protegebāt potentia, quæ sub alis habebant. *Ps. 103.* [Extendens cælum sicut pellem] (ait propheta.) Vbi Bernardus *Bern. Ser. 27. in cān. circa fin.* [Habet Ecclesia cælos suos, homines spirituales, vita & opinione conspicuos,fide puros, spe firmos, latos charitate, contemplatione suspensos. Et hi pluentes pluuiam verbi salutarem, tonant increpationibus, coruscant miraculis. Hi *Psal. 18.* enarrant gloriam Dei, extenti sicut pelles super omnem terram.] Et sicut pastor ille antiquus Iacob, pro ouibus suis, die ac nocte æstu *Gen. 25* vrebatur, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis suis: ita Ecclesiæ pastores & principes debent consimilia pro subditis pati. [Sed quis *Chrisost. in hom. 57 in sec. circa finem.* hæc (ait Chrysostomus) nunc potest dicere, quod propter eos quos pascit, tot ferat labores & pericula? Paulo autem soli licebat hoc fidenter dicere, atque his maiora. Et vbi, inquis, Paulus hæc sustinuit? Audi enim dicentem: Quis *2. Cor. 11.* infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? O pastoris dilectionem indulgentissimam. Alienę ruinæ meos dolores augent, aliena scandala fornacem doloris mei succendunt. Hunc omnes imitemur, quibus rationales oues concreditæ sunt: siquidem tante in brutis pecudibus custodiendis vigilantiæ fuit Iacob: Attendite ad summum pastorem *Mat. 23* Christum, qui vt sub alis suis,sicut gallina pullos, congregaret fideles. maioribus periculis se exposuit. *Vide Aug in illa verba ps. 58. exurge in occursum meum & vide.* Infirmatur gallina cum pullis, raucescit vox eius, fit hispidum totum corpus, dimittuntur alæ, laxantur plumæ, & habet erga pullos nescio quid ęgrotum. Hæc omnia in Christo agnosce: Ipse enim [pro nobis doluit & infirmatus est,] Cōtemptus est, alapis cæsus,flagellatus, ligno affixus, lancea vulneratus, laborauit clamans, raucæ factæ sunt fauces eius. Quid clamabat? [Venite ad me omnes, qui *Psal. 68 Mat. 11.* laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.] Congregare volebat pullos sub alijs, & vt illos defenderet ad inimico, laxauit plumas: Sicut scriptum est: [Expandit alas in protectionem eorum.] *Exo. 32.* Totum corpus obiecit miluo, populo videlicet Iudæorum, ne suos tangeret. [Sinite, inquit, hos abire.] viuant illi, ego moriar. *Io. 18.* Vere hęc sunt Charitatis officia materna pietatis. Talia decent pastores, talia prælatos insignia dilectionis. Ruina hæc sub manu tua sit.

12 [Respondebitque in die illa, dicens: Non sum medicens, & in

domo

domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite me constituere principem populi.] Hæc erit, inquit, responsio illius, qui tunc fuerit in principem electus, in textu hebræo pro respondebit, habetur verbum izà,] idest, superbia erigetur, vel superbiet, vbi notatur hominum arrogantia qui multoties infirmis, & egenis præesse dedignantur, & cum in dignitate aliqua constituuntur, vel eliguntur ad illam, statim ad maiora elatione quadam aspirant; cum tamen magis humiliari debuissent. [Non sum medicus,] &c. Hebraicè habetur hobes, idest, Chirurgus, vel ille qui ossa confracta solidare facit. Quasi dicat, Contritiones vestras ego alligare non possum:[In domo mea non est panis, neque vestimentum,] idest, abundantiam rei familiaris non habeo. Pro illa namque vsurpant hebræi hæc nomina panis, & vestimentum. Vnde solent homines de aliquo prædiuite dicere;habet victum & vestimentũ; ideo tanto muneri aptus non sum: nolite ergo me constituere principem populi. Hinc admonet sanctus Hieronymus eos qui in principatũ aliquem vel officium eliguntur, ne statim multitudinis iudicio acquiescant,sed prius nouerint mensuram propriam. [Quanti, inquit, panem non habentes, & vestimentum cum ipsi esuriant, & nudi sint,neq; habeant spirituales cibos, neque Christi tunicam integram reseruauerint, alijs & alimoniam & vestimenta promittunt, & pleni vulneribus, medicos se esse iactant: nec seruant illud mosaicum: prouide alium quem mittas.] Nec respondet: Non sum medicus, sed sicut filij Zebedæi, dicunt: [Possumus;]

Hieron.

Officium prælati fugiendum.

Mat.20

prima tum supra vires suas ambiẽtes. Quibus profecto illud accidit, quod Saul dixit: [Dabo ei filiam meam Michol, vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum.] Non aliter dignitas Ecclesiastica est multis in scandalum,illis videlicet qui non pro meritis, sed ambitiosè illam appetũt. oliua, ficus, & vitis promoueri in ducem aliorum arborũ renunt: oliua respondet: [Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua dij vtuntur & venire, vt inter ligna promouear? Ficus ait: [Nũquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suauissimos, & ire vt inter cætera ligna ꝓmouear? Vitis, lignis dicentibus: [Veni & impera nobis [Se excusat, & inquit] Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deũ & homines, & inter ligna cætera promoueri?] Et tamen Rhamnus plenus spinis & nulli vsui nisi igni aptus a lignis in regem eligitur, & statim regiam dignitatem acceptat [Si vere, inquit, me regem vobis constituistis, venite, sub vmbra mea requiescite.] Sic in Ecclesia sancti & iusti honores refugiunt, & regimen acceptare nolunt, timentes ne dulcedinem spiritualem ammittant, dum causis alienis implicantur, & tamen Rhamnus spinis peccatorum circundatus dignitates ambit, & temere oblatas acceptat, timeant Lege Ioan. Chrysostom. tom. 5. lib. 1. de sacerdotio colum. 15.& lib.2.in fine,& li.3 in prin.& lib.4.col.2.

1.Re.18

Iudic.9.

13 [Ruit enim Hierusalem & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum vt prouocarent oculos maiestatis eius.] Ruere est alto ex

Vide c.4 num. 4.

culmine in profũdum cadere, quod tempore Titi, & Vespesiani cuitati Hierosolymitanæ accidit. [Quia lingua eorum, & adinuentiones eorum cõtra Dominum:] Quia Christum occiderunt, contra quem multa procaciter loquuti sunt, ipsum blasphemantes, & adinuentiones, vt illum illuderent, & torquerent, exquirentes. Sic interpretantur istum locum, sanctus Hieronymus, & sanctus Cyrillus † Et sanctus Augustinus serm. 204. de tempore explicans locũ 4. Reg. 2. ascende calue ascende calue. In hoc, inquit, facto etiã passio Domini Saluatoris prefigurata fuisse euidenter ostẽditur: nam quomodo pueri illi indisciplinati clamauerunt ascende calue, ascende calue ita, & insensati populi Iudæorum Eliseo Christi tempore passionis voce sacrilega clamauerunt crucifige crucifige eum. quid est ascende calue ascende calue, nisi ascende crucem in loco caluariæ?] & sicut sub Eliseo, quadraginta duo pueri lacerati sunt, ita, & post quadraginta duos annos passionis Dominicæ venerunt duo Vrsi Vespesianus, & Titus, sub quibus ruit Hierusalem, & Iudas concidit, quia linguæ eorum contra Dominum, vt hic propheta vaticinatur, & subdit. [Vt prouocarent,] idest, vt illum ad iracundiam prouocarent: de quo vide capite 1. numero 58. 59. Meminit autem oculorum eò quòd cum oculi læduntur, facilè homines ad iracundiam prouocantur.

Hieron. Cyrill. August. ser. 204. de temp.

14 [Agnitio vultus eorum respondebit eis,] idest, pœnas luent suis correspondentes delictis, vt explicat sanctus Hyeronimus. Vel agnitio vultus, siue apertio vultus sumitur pro impudentia, & inuerecundia, qua peccauerunt. Quos turpis facti pudet, vultum operiunt: qui vero gloriantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, vultum aperiunt, & omnibus ostẽdunt, quod hilaritatis cuiusdã, & securitatis inditium est. Tanta erat populi impudentia, vt turpia operans non erubesceret, nec operiret vultum. Sicut scriptum est: [Frons meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere.] Hæc igitur agnitio vultus, hæc insignis impudentia respondebit eis. Quid est respondebit? illud vtique de quo scriptum est: [Stipendium peccati mors.] Respondebit non eos defendendo, sed increpando, sed eorum confusionem ostendendo. In textu hæbraico habetur Acarath, idest, abalienario vultus, & refertur ad iram maximam, quam irrationabiliter contra Christum Iudæi conceperunt. Apparent quippe in vultu sæpissime peccata, & interni animi affectus, iuxta illud Eccli. 19. [Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus, Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis indicant de illo.] Id quod in iracundis, & inuidis, quales erant Iudæi maximè verum habet. Vnde Chrysostomus.] Quid in iracundo non turpe? Oculi insuaues, os distortum, membra tremula, lingua infrænis, nullique parcens, mens stupida, figura indecens, multa insuauitas. Vide (oro) dæmoniacorum oculos, & ebriorum, & insanientium, quid differunt inter se? Nonnè nihil est quàm insania?] Tales erant vultus Iudæorum frementium contra Christum: quos propterea canes Dominus per prophetam appellauit: [Circumdederunt

Prou. 2. Hier. 3. Rom. 6. Eccl. 19. Chryso. ho. 17. In Acta col. 4. tom. 3.

Psal.21. derunt me,] iniqnit, [canes multi,] Et iterum : [Erue à framea *Aug.sup. psal. 21. exp.2* Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.] Vbi Augustinus: [Qui sunt canes? Qui canino more latrant, neque intelligunt contra quos. Nihil illis fit & latrãt. Quid fecit cani trãsiens viã suam? tamen ille latrat. Qui latrant cæcis oculis, non discernentes contra quos, aut pro quibus, canes sunt.] Similes ergo canibus Iudæi. Quid fecit Christus populo Iudæorum? *Act.10.* [Pertransiuit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo.] In via, dum ascenderet Hierosolymam, cæcum illuminauit, illi irascebantur sine causa: latrabant, murmurabant, mordere volebant. *Ioan.9.* [Non est hic homo à Deo,] in- *Ioa.11.* quiunt, [quia sabbatum non custodit.] Et iterum : [Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?] Vt quid latras popule insipiens: nihil mali tibi fecit Christus: [Popule meus, quid feci tibi, aut in in qno molestus fui? Responde mihi?] Ab alienatus est vultus illorũ contra Christum, ex eorum facie quilibet poterit facile dignoscere, illos esse improbos, & sceleratos; Hæc est agnitio vultus eorum cognitio peccatorum ex vultu: hæc respondebit eis, cuncordabit cum ijs quæ moliuntur in pectore, non erit absconditum eorum delictum: vnde subditur.

15 [Et peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec abscõderunt.] Ac si apertius dicat: Quid opus est vultus improborum inspicere, vt ex ipsis, peccata eorum cognoscantur? tam perfricati, quippe sunt fronte, vt peccata sua omnibus manifestent. Confert enim Iudæorum peccatum cum peccato Sodomorum in hoc, quod sicut Sodomitæ publicè, & in conspectu omnium dixerunt ad Loth: [Educ viros, vt concumbamus cum illis.] *Gen.19* ita, & Iudæi palam cõtra Christum clamauerunt: [Tolle crucifige eũ.] Hoc fuit Iudæorum peccatum, hoc facinus eorum, quod quasi Sodoma prædicauerunt [Peccata enim non prædicari, & publicari debent, sed abscondi secũdum illud Psal. [Beati quorum remissæ sunt iniquitates *Psal.* & quorum tecta sunt peccata.] hoc est per pœnitentiam, & confessionẽ abscondita, abscondere autem peccata, vt ait S.Tho. contingit dupliciter, vno modo dum ipsa pecca- *S. Tho 3. p. q. 84. ar.6 ad c.* ta fiunt, est enim peius peccare publicè peccata sicut Sodoma prædicando, quam occultè, tum quia peccator publicus videtur ex maiori contemptu peccare, tum et iã quia peccat cum scãdalo aliorum. & ideo quodam remedium est in peccatis, quod aliquis in occulto peccet, & secundum hoc dicit Glosa quod secunda tabula post naufragium est peccata abscondere: non quod per hec tollatur peccatum, sicut per pœnitentiam, sed qui a per hoc peccatum fit minus. Alio modo quis abscõdit peccatũ per confessionẽ, & pœnitentiam.] Iudæi ergo neutro modo absconderunt peccata quia publicè contra Dominum peccauerunt, nec pœnitentiam egerunt. Vide cap.1. num. 34. Quid autem agnitio vultus eorum debeat eis respondere, statim indicat, cum ait.

16. [Væ animæ eorum, quoniã reddita sunt eis mala.] Væ, damnationem importat æternam, fine aliqnod ingens malum; vt diximus c.1.n.15. Sicut enim agricolæ respondet fructus iuxta qualitatem semi-

feminis, ita & hominibus premium iuxta operum diuersitatem respondebit Vnde & Paulus: [Quæ seminauerit homo, hæc, & metet. Quoniam qui seminauerit in carne sua, de carne, & metet corruptionem: qui autem seminauerit in spiritu, de spiritu, & metet vitam æternã.] Vide quid respondeat seminanti opera carnis. Vtique supplicium æternum: [Multiplicatæ sunt iniquitates nostræ, & peccata nostra responderunt nobis,] ait propheta: Quid responderunt, nisi quod latebat in semine, quod facies eorum indicabat? Quoniam agnitio vultus eorum respondebit eis: Væ animæ eorum; Quare?

Gal. 6.

Isai. 59.

17 [Quia reddita sunt eis mala.] Loquitur propheta de futuro p modũ præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Septuaginta viri transferunt: [Quia consuluerunt consilium, & malum contra se.] Quæ verba sanctus Ambrosius, sãctus Hieronymus, & Iustinus martyr, ad consilium illud referunt, quod Iudæi cogitauerunt contra Dominum, vt eum morti traderent de quo scriptum est: [In consilium eorum non veniat anima mea, & in cætu illorum nõ sit gloria mea, quoniam in furore suo occiderunt virum, [idest, Christum:] & in volũtate sua suffoderunt murum.] Et iterum: Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerũt cõsilia quæ nõ potuerunt stabilire:] Illud videlicet [Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.] Sed quomodo consilium istud stabilire non potuerunt? Quia & Christum occiderunt, & à Romanis debellati perierunt. Sed Dominus cõsilium suum stabile fecit. [Consilium,] inquit, [meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.] Vtrumq; consilium, & Iudæorum, & Domini propheta simul complexus est, cum ait: [Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: Seruus autem tuus, exercebatur in iustificationibus tuis. Nam, & testimonia tua martyria tua (vt legit Aug:) meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ.] Consilium contra consilium. Sedernnt Iudæorum principes, quærentes consilium quomodo Christum perderent: sed Christus consilium quærebat, quomodo inimicos perditos inueniret. & iustificaret. [Et consilium meum,] inquit, [iustificationes tuæ.] Reddebant illi mala pro bonis: Christus bona pro malis retribuebat. Sed obserua, quod non dicit propheta: cogitauerunt, vel consuluerunt consilium contra Dominum, sed contra se: [quia non est prudentia, non est consilium contra Dominum.] In caput proprium consilium eorum versum est. † Vnde S. Gregorius lib. 6. Moral. cap. 12. explicans illa verba Iob. [qui compræhendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorũ dissipat] ait [sæpe nonulli humana sapientia inflati dum desiderijs suis diuina iudicia contraere conspiciunt, astutis eis reluctare machinationibus conantur; & quo ad votum suum vim supernæ dispositionis intorqueant callidis cogitationibus insistunt. Sed inde voluntatem Dei peragunt vnde sane immutare contendunt, atque omnipotentius Dei consilio, dum resistere nituntur, obsequntur. Sapientes ergo Dominus in ipsa eorum astutia compræhendit, quando eius consilijs humana facta etiam tunc con-

Ambr. li. de bend. patriar. c. 3. Hier. Isai. 3 Iust. in dialog cũ Triph.

Psal. 19.

Ioan. 11

Isai. 46.

Ps. 118 vide August. to. 8

Pro. 21

congruè seruiunt,cum resistunt.Ioseph somniũ viderat, quod suo manipulo fratrũ eius se manipuli prosternebant,&c. Pensemus gestæ rei ordinẽ pẽsemus,quomodo Sapiẽtes in ipsa sua astutia vis diuina cõpræhẽdat.Ideo ab eis venditus erat Ioseph, vt non adoraretur, sed ideò est adoratus,quia venditus. Astutè namq; aliquid agere conati sunt, vt Dei consilium mutaretur, sed diuino Iudicio, quòd declinate coconati sunt renitendo, seruierunt. Idem contigit Sauli,cũ Dauid persequeretur, & Ionæ Prophetæ,cum fugeret,ne consilium, & mandatum Domini impleret: compræhenditq; e Dominus sapientes in astutia sua,quando & hoc in vsum suæ voluntatis redigit,per quod sibi voluntas humana contradicit. Vnde miro modo fit vt, quod sine voluntate Dei agitur voluntati Dei contrarium non sit.

Gen. 37

18 [Dicite iusto,quoniam bene, quemadmodum Dominus in Euangelio,post quam signa,& tribulationes, quæ propè diem iudicij superuentura erant prædixerat, ne videretur damnare velle iustum cum impijs, aut tempestatem fuisse propter illum exortam: blandè statim electos alloquitur: [His, inquiens, fieri incipientibus,respicite,& leuate capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra:] Ita in præsenti,quoniam multi electi iusti, & sancti erant reprobis;quibus mala ventura propheta denunciauerat, permixti: ad eos consolandos se conuertit.[Dicite,inquit,iusto,quoniam bene.]Semper namque Dominus suorum recordatur, etiã quando iustè contra iniquos irascitur. Audi quid de ira ipsius dicat propheta: [Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum:labia eius repleta sunt indignatione,& lingua eius quasi ignis deuoras: spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilnm; & frænum erroris, qund erat in maxillis populorum.] Sed cum electorum recordatur,statim iram temperat: & cum ad illos sermonem conuertit,blandè loquitur,verba consolatoria profert.Vnde,& subditur. [Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solemnitatis,& lætitia cordis,sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini ad fortem Israel.

Luc. 21

Esai. 30

19 [Quoniam bene]Obserua, quòd non inquit,bonum hoc erit iusto,vel illud,sed [bene] aduerbialiter; vt scias præmium à Deo iustis præparatum,illimitatum esse, in quo omnia bonorum genera continentur,quod Sãctus Augustinus his verbis affirmat[cogita,inquit, anima quale,& quantum sit Dei bonũ: si enim singula bona delectabilia sunt;cogita intente,quàm delectabile sit illud bonum,quod cõtinet iocunditatem omnium bonorũ,& nõ qualẽ in reb. creatis sumus experti sed tanto differentem, quanto differt creator à creatura. Si enim bona est vita creata,quam bona est vita creatrix. Si ita iocunda est salus facta,quam iocũda est salus,quæ fecit omnẽ salutẽ,&c. Quid ergo per multa vagaris homuncio quærendo bona animæ tuæ, & corporis sui? Ama vnum bonũ,in quo sunt omnia bona, & sufficit:desidera simplex bonum,quod est omne bonum,& satis est.Vnde Moysi inquirenti: [Si dixerint mihi, quod est nomen eius, quid dicam eius?[Respondit Dominus: [Ego sum,qui sum. Sic dices filijs

Aug. lib. de Christi, & via c 64 alij qui dicũ: quod est Hugonis.

Lib. 12. *de Gen. ad lit.c.* 34. lit.cap.34. ait.[Omnis spiral is regio, vbi animæ bene est, paradisus dici potest.Si in ipso hôc lætitia quædam bonæ conscientiæ,&c. Et ideo Ecclesia, sic appellatur in iustis pollens affluentia gratiarum castisque delitijs,quãdoquidm, & in tribulationibus gloriatur de ipsa patientia plurimum gaudens.] Et Sãctus Ber-
Bernard. sermo.de Magd. nardus in sermone de Magdalena [Est, inquit, gaudium continua, iocunditate firmissimum,quòd perfectus animus de secura sibi cõsciẽtia pollicetur, quia pura consciẽtia gaudens,gaudet in Domino,& exultat ànima in Deo salulari suo? Talis anima aspernatur minas, nescit timorẽ, Spẽ falsam eludit,& omnium scãdalorũ immunis in pace in idipsum dormiens requiescit. [Gloria nostra(inqt Paulus)hæc est,testimo-
2.*Cor.*1 nium conscientiæ nostræ.]Et iterũ.
Rom. 8 [Ipse enim spiritus testimoniũ perhibet spiritui nostro, quod filij Dei
1.*Io.* 3. sumus.]Et iterũ scriptum est:[Charissimi, si cor nostrum non reprehẽderit nos,fiduciã habemus adDeũ.] Quale gaudiũ apud se concipit iter agens pauidus, vel dnbius, an recto tramite incedat,cum socius aliquis illi adiungitur, sciens viã, & illi dicitur:quoniam bene,quod recta incedit via,quòd cito ad patriam optatam perueniet,quod cœna magna est illi præparata? Audi prophetam: [Lætatus,inquit,sum in his,quæ di-
Ps. 121. cta sunt mihi.]Quare lætatus? Num in valle lacrymarũ lætitia esse poterit? Nũquid lætitia est, quia de post fœtantes acceptus, vnctus est in Regẽ? Nunquid,quia inimicos superauit?Vel quia multas habuit diuitias?Non.Sed quare?Quia dictum est illi: [In domũ Domini ibimus.] Quia tauri, & altilia occisa sunt, & omnia parata: quia cito veniet, & apparebit ante faciem Dei: lætatus est, quia dictum est illi: [quoniam bene.]Hæc est iustorum lætitia,hæc consolatio,hoc ipsorum gaudium.

21 [Quoniam fructum adinuennum suarum comedet.]Fructum bo- *Sap.* 3.
norum operum,quæ, vt Deo deseruiant,excogitant iusti:appellat fructum adinuentionum. De his enim scriptum est:[Quoniam bonorum laborum gloriosus est fructus.] Habet adinuentiones suas Deus, habet,& iustus. Ille vt pro hominibus pateretur; quia in propria natura mori non poterat: factus est homo. [Et in terris visus est, & cum hominibus conuersatus] & modum *Baru.* 3
inuenit,quo pro hominibus satisfaceret. Quem commendans propheta: [Confitemini Domino (ait) & iuuocate nomen eius: notas facite *Isai.* 12.
in populus adinuentiones eius.]Iste etiam in adinuentionibus exercetur vt con simili studio aliquid Domino retribuat. Non ergo esuriet in æternum. Ex ijs enim quæ operatus est saturabitur. Fructum adinuentionum suarum comedet: Sicut scriptum est. [Ecce serui mei comedent,& vos esurietis:ecce serni mei *Isai.* 65
bibent,& vos sitietis;ecce serui mei lætabuntur,& vos confundemini:] vnde, & de impijs statim subditur. [Væ impio in malum, retributio.n. manuum eius fiet ei.] Est væ in bo- *Hier.* 31
num,cum videlicet flagellis iusti erudiuntur ad vitam,iuxta illud:[castigasti me domine, & eruditus sũ.] *Mat.* 21
Et est væ in malum, cum scilice reprobi perpetuò torquebuntur in morte. Iuxta quod & Dominus ait: [malos male perdet.] vide supra cap.1.num.23.& 69. Vnde[væ in malum,]damnationẽ importat ęternam,vt dictum est, cap.1. num. 15. Retributio manuum, stipendiũ delictorum

Supra n.14.16 lictorum est; illud videlicet, de quo supra dictum est: agnitio vultus eorum respondebit eis.

22 [Populum meum exactores sui spoliauerunt,] Pro exactores habetur in hebræo, meolel.i.exactores sui pueri, quo denotatur magna calamitas reipublicæ, quæ pueris est tradita deuastanda, idest iniquis iudicibus, qui velut pueri proprijs tātum commodis intendebant. Vide cap.1.nu.61.& in hoc cap.n.7.& 8. [Et mulieres dominatæ sunt eis.] Supra prædixerat: & effeminati dominabuntur eis: modo id ipsum quasi iam adimpletum videns, iterum commemorat. Possunt aliter verba ista accipi, ita videlicet, vt referantur ad inconstātiam virorum, quibus (quia effeminati erant) mulieres dominabantur, contra illud apostoli decretum: [docere autem mulieri non permitto, nec dominari in virum.] *1.Tim.2* Vnde, & à principio dictum est mulieri; [sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi.] *Gen. 3.* Et hinc est, quod Aristot. viros suis mulieribus subiectos, vxorios appellat, *Arist. 1. Polit.* quasi eos redarguens, quod à dignitate viri degenerantes, in vxorum conditionem sint conuersi: illis in omnibus, & per omnia obedientes: Cum tamen scriptum sit; [Similiter, & mulieres subditæ sint viris suis: sicut Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans.] *1.Pet.3.* Hoc autem grande malum subsequutum est in republica ex principum gubernatione peruersa. *Gen.18* Vbi enim princeps puer erat, quid mirum si viri in puerorum transformentur naturam? Sed obserua quod non debent viri vxoribus, ac si essent ancillæ, dominari; sed sicut sociam regere, gubernare, & eius infirmitatibus condescendere. Vnde S. Petrus postquā docuit: mulieres subditæ sint viris suis, viros admonet, ne velint vxoribus dominari. [Viri similiter, inquit, cohabitantes, secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo mulieri impartientes honorē, tanquam, & cohæredibus gratię vitæ.] *1.Pet.3.* Non ergo vir dominari debet vxori, nec vxor viro: In cuius signū mulier, nec ex capite viri formata est, nec ex pedibus, sed ex latere illius. [Et tulit, inquit, vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, *Gen. 2* & ędificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierē, & adduxit eam ad Adam,] quasi dicat. Ecce mulier, non est à te bello capta, nec proprijs pecunijs empta, sed ex latere tuo formata, vt sit tibi sodalis: non ancilla. Adiutorium est simile tibi, vt pariter ambuletis, Ideo ergo non ex capite, nec ex pedibus Adæ illam formauit: sed ex latere, ne sit mulier viro caput: neq; à viro velut pes, sed vt socia habeatur. Vnde August. ait. [Quoniam vnusquisque homo, humani generis pars est, & sociale quoddam est humana natura: magnunque habet, & naturale bonum, vim quoque amicitiæ; ob hoc ex vno Deus voluit omnes homines condere, vt in sua societate, non sola similitudine generis, sed etiam cognationis vinculo tenerentur. *Aug. lib. de bono coniugali c. 1. to.6.* Prima itaque naturalis humanæ societatis copula vir, & vxor est, quos nec ipsos singulos condidit Deus, & tanquam alienigenas iunxit, sed alteram ex altero creauit. Signans etiam vim coniunctionis in latere, vnde illa detracta formata est; lateribus enim sibi iunguntur, quo pariter ambulant, & pariter qui ambulat intuentur. Cōsequens est connexio societatis in filijs, qui vnus honestus fructus est,

non

non coniunctionis maris, & fœminæ, sed concubitus. Poterat enim esse in vtroque sexu, etiam sine tali commixtione, alterius regentis, alterius obsequentis amicabilis quædam, & germana coniunctio.] Hæc ex August. verba retuli, vt discant viri qualiter debeāt vxores amicabiliter regere; & vxores nouerint suis viris gaudenter subesse. Lege eundem Augustinum tom. 6. lib. 21. contra Faust. cap. 7. & S. Ghrysostomum tom. 1. homilia 21. ex varijs in Matth. col. 4. & tom. 4. homil. 26. super 1. epi. ad Corinth. col. 9. 10. & hom. 20. ad Ephes.

23 [Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.] Legis doctores, & sacerdotum principes beatificabant populum adulatorijs verbis, vt bona raperent tēporalia, & hanc eorum rapacitatem, & dolum notat propheta in præsenti: de quo vide cap. 1. n. 62. Hinc est, quòd adolatores scorpionibus comparantur: Ezech. 2. [& cum scorpionibus habitas;] quia non mordent in facie, hoc est in præsentia, & in manifesto, & sed à tergo, & in occulto, veneno corda hominum inficiunt: habentes quidem mel in ore sicut apes, sed simul figunt aculeum quo pungunt, & facies hominum intumescere faciunt. De quibus S Hieronymus in lib. 1. Dialogorum, ait, quod decipere cupiunt innocentes, & perdulces sermones eos seducūt semper insidiosa callida, & blanda est adulatio. Rectè apud philosophos diffinitur adulator, quod est inimicus blandus, & in Regula monachorum cap. 19. ait, non credas laudatorib. tuis, adulator quippe blādus inimicus est, ad laudem suam intrinsecus anima lætatur, sed veritas angulos non amat, nec quærit susurrones: laus iustos cruciat, iniquos exaltat. Sed iustos dum cruciat, purgat: iniquos, dū letificat, reprobos monstrat. Hanc pestem Sanctus Bernardus fugiendam esse docet in epistola ad Romoaldeum [Tu, iuquiens, dilectissime cessa iam indebitis me honoribus magis obruere, quam attollere alioquin cetui te inimicantium mihi, amica licet voluntate, commisces. Ipsi sunt, de quibus soleo soli Deo ita conqueri in orationibus meis. Et qui laudabaut me aduersum me iurabant. Ad quā meā querimoniam audio Deum respondentem. Qui te beatificant in errorem te mittunt. Et ego. Auertantur erubescentes, qui dicunt mihi euge euge. Sed ita intelligitur; Precor, vt quicumque existimant de me præter id, quod vident in me; auertantur, idest à laudibus meis resiliant, & pedem retrahāt, Quomodo? quandoquidem, scilicet cognoscētes plenius, quem immoderatius laudant, & consequenter erubescentes, vel errorem suum, vel amici deprehendunt inutilitatem. Et ita auertantur retrorsum, & erubescant, hoc est tā vilis, & abiectus eis appaream, quatenus pudeat eos talē, ita laudasse, & sic desinant indiscretè laudare] Huius blandi inimici vires Augustinus sentiebat, cum dixit (Magnum est de honoribus, & laudibus hominum non lætari, sed omnem pompam inamem præcidere, & si quid inde necessarium retinetur, id totū ad vtilitatē honorantiū salutēq; referre. Presumo de robore animi tui; itaq; ista, quæ tecum confero, mihi dico, dignaris tamen credo mecum considerare, quam sint grauia, quam difficilia, non enim huius hostis vires sentit, nisi qui ei bellum indixerit,

Ezec. 2.

Adulatores scorpionibus cōparantur.

Hiero. li. 1. dialog. & in regula monach.

Bern epi. ae Romoaldum.

Ps. 101.

Psal. 69

Aug. epis. 64.

rit, quia & si cuiquam facile est laude carere, cum denegatur; difficilè est ea non delectari, cùm offertur. Et post pauca. Et tamen vehementer, cum hoc aduersario dimicans sæpe ab eo vulnera capio, cũ delectationem oblatæ laudis mihi auferre non possum. Hæc propterea scripsi, vt mala mea nota sint tibi sciasque vnde pro mea infirmitate Deum rogare digneris, quod vt impensissime facias obsecro] Isti profecto viam gressuum iustorum dissipant: quia dum imperfectis hominibus de sua virtute blandiuntur, eorum mentes in elationem ducunt: & sic meritum eorum perire faciunt; quibus illud congruit, quod Paulus ait: [pruriẽtes auribus, &c. quia vt hominibus placeant, loquuntur, quod illos delectat, vt bona eorum rapiant, & decipiant. Vnde Sanctus Bernardus illos similes reputat vulpibus paruis, quæ demoliuntur vineas. [Capite (inquit;) vulpes paruas, quæ demoliuntur vineas: Nam vinea nostra floruit. Pessima vulpes occultus detractor, sed non minus nequã adulator blandus;] Vterque vineas dum florent demoliuntur, & viam gressuum incipientium dissipant; Quare (vt Hieronimus ait) [veluti pestis animæ, adulatorum blandimenta sunt fugienda: molliti nãque & blandi sunt sermones eorũ, super oleum: Sed ipsi sunt iacula.] Opus inceptum interficiunt, omnes gressus meos dissipant.†

Cant. 2.

Bern. ser. 63. in Cãtic.

Hier. epi. 14. ad Calantiã. t. 1

Psal. 54

Hinc & Chrysostomus, Asseuerauerim (inquit) amare me amicũ, non solum quando laudat, sed & quando reprehendit, & corrigit. Nam omnia laudare tam quæ benè se habent, quam quæ malè, non fuerit amici, sed irrisoris, & non diligentis, sed decipientis. Laudare si quid fiat, vt debet; reprehendere autem si peccatum fuerit, amici est, & curam agentis. Et vt discatis, quod sine delectu omnia laudare, & in omnibus beatum dicere, non sit amici, sed impostoris, dicit Scriptura. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & semitam pedum tuorum exturbant. Sanè inimicum, ne laudantem quidem probo, amicum verò, & reprehendẽtem amplexor. Ille, etsi me osculetur insuauis est, hic etsi vulneret, amabilis. Illius osculum suspicione plenum est, huius vulnus medicamẽti vim habet. Propter hoc dicit quidam. [Fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici. Quid dicis? Vulnera amicorum meliora dicit. Non enim ad naturã eorum, quæ fiunt, sed potius ad affectionem eorum, qui faciunt, attendit. Vis discere, quomodo fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici? Osculatus est Dominum Iudas, sed osculo prodidit, venenũ habebat os eius, malitiaque impleta erat lingua eius. Paulus vulnerauit eũ, qui apud Corinthios scortatus fuit, sed saluauit. Et quomodo vulnerauit? Dicit, quod dederit eum Satanæ. Inquit enim. Tradatur Satanæ ad interitum, quo spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Vidisti vulnera salutem afferentia, vidisti osculum proditione plenũ? Sic fideliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici.*]

Crisost. ho. de ferendis repræhensionibus, & cõuersione Pauli. t. 3.

Esa. 3. *b*

Pro. 27.

Luc. 22

1. *Cor.* 5

Pro. 27.

24 [Stat ad iudicandum Dominus stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius.] Multi sancti, & antiqui doctores, inter quos est Tertullianus,

Tertul. li. 4. aduers. Marcion.

acci-

istum ad Christum, qui vt docent Euangelistæ, ante Pilatum stetit, vt ab eo iudicaretur. Asseruntque hanc esse apertam prophetiam iniqui iudicij, quo agnus innocens Christus fuit ad mortem condemnatus; de quo scriptum est: [Causa tua quasi impij iudicata est; causam iudiciumque recipies:] quem locum Sanctus Thomas interpretatur de Christo. Et hæc explicatio propter authoritatē antiquorum patrum & reuerentiam illis debitam veneranda est. Secunda explicatio est Sancti Hieronymi, & Ruperti, qui accipiunt actiue illud participium ad iudicandum, & referunt illud ad destructionem ciuitatis, Veniet enim Dominus ad iudicium, cum senibus & principibus populi sui, idest contra senes & principes, quos per Titū, & Vespasianum debellauit: & eadem est explicatio Sancti Thomæ & Iustini martyris. Tertia explicatio est Sancti Augustini tom 8. in illa verba Psal. 49. [Et in circuitu eius tempestas valida:] Et super Psal. 121. in illa verba. [Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini, &c.] Sancti Gregorij homil, 2. super Ezechiel. qui præsentem locum explicant de iudicio vniuersali: cuius signum quoddam fuit calamitas Hierosolymitana, vt dictum est c. 2. numer. 21. Veniet enim Dominus ad iudiciū, cum senibus & principibus, idest cum viris apostolicis, qui sedebūt in iudicio, iudicantes duodecim tribus Israel. Sic explicat Radulphus Flauiacensis lib. 4. in Leuit. cap. 1. Vide cap. 1. num. 60. 63. & expende illud verbum [stat] quo designatur rectitudo, & inflexibilitas vniuersalis Iudicij.

Iob 36. S Tho. 3. p. qu 49. art. 6. Hieron. Rupert. S. Thom. Iustin. in dialog. aduers. Triphon. August. Gregor.

25 [Vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra.] Iterum commemorat peccata supra memorata, ne sint immemores delictorum, propter quæ superuentura erat super illos tribulatio, scilicet propter iniustitiam, & rapinam, propter auaritiam & cupiditatem bonorum temporalium. Superius illos appellauerat exactores, siue, vt alij legunt, vindemiatores, qui faciunt racæmationem, idest, collectionem racæmorum, qui à vindemiatoribus sunt præteriti; condemnans maximam sacerdotum, & principum auaritiam, vineam Domini vsque ad folia deuastantium, & bona etiam minima à populo surripientium. Nunc autem cum grege vindemiatam vineam depascente illos confert, qui nihil prorsus in vinea reliquit alijs vtile. Vide quæ contra auaritiam sacerdotum & pharisæorum diximus cap. 1. numer. 62. & cap. 2. num. 18.

26 [Et dixit Dominus Deus.] Sanctus Chrysostomus inquirit, cur tam crebrò in prophetis hæc verba reperiantur. Cum enim mysterium aliquod, vel vaticinium annunciare volunt, præmittunt regulariter verba ista: hæc dicit Dominus. Vix in Ezechiele transeunt viginti versus: aut triginta, & statim dicitur: & factus est sermo Domini ad Ezechielem prophetam. Dicat aliquis: hoc quare tam crebrò ponitur in prophetis? Quoniam Spiritus sanctus descendebat quidem in prophetam: sed rursum secedebat. Quando dicitur: & factus est sermo Domini,

Chrysost. 3. in Mar. to. 3.

ostenditur, quia Spiritus sanctus qui recesserat, rursus veniebat ad prophetam. Quia igitur nō per modum habitus, non per modum permanentis Spiritus sancti inspiratio aderat prophetis; sed per modū transeuntis: (Non enim prophetabant quando volebant, sed quando Spiritus Domini illos, vt loquerentur inspirabat) ideo præmittunt sæpe: [hæc dicit Dominus: Factus est sermo Domini ad me.] Solus Christus quando volebat prophetabat; solus ille permanentem in se habuit spiritum, quo futura prædiceret: De illo nāque Ioannes ait. [Et qui misit me dixit: Super quem videris spiritum sanctum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.] Hoc signum datur Ioanni ad dignoscendum Christum, habere Spiritum sanctum super se descendentem & manentem. In alijs prophetis descendit Spiritus sanctus, sed non manet: quia non loquuntur propheticè, nisi quando ipse spiritus linguam eorum mouet, quando mentes eorum illustrat, quando pro sua voluntate dat eloqui illis. Propter quod calamo eorum lingua comparatur [Lingua mea (inquit vnus ex illis) calamus scribæ velociter scribentis.] Quid potest calamus scribere, quid exarare, nisi manu scribæ moueatur, & digitis deducatur illius? Deducit calamum scriba, scribit calamus, scribit & ductor illius. Quod calamus dicit, hoc dicit & scriba per calamum; Loquitur propheta, & dicit: Hæc dicit Dominus, quia lingua eius calamus scribæ. Quod propheta loquitur: hoc & Dominus per illum. Vide supra cap. 1. num. 61. Hinc est quod idem Spiritus diuinæ Sapientiæ dicitur Stabilis, & Mobilis: Stabilis in Christo, super quem vidit Ioannes Spiritum sanctum descendentem, & permanentem: Mobilis in prophetis; eò quòd non immobiliter inspiratio diuina intellectui eorum assistebat.

Ioan. 1. *Psal. 44* *Sap. 7.*

27 [Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, &c.] Inuehitur propheta contra luxum superfluum, & vanū mulierum ornatum, illum mirificis verbis describendo. Quem etiam causam euersionis Ciuitatis esse asserit. Et modo non modicum in republica detrimentum affert & periculum: quando feminæ insana sese ornandi cupiditate ardent. Nā cum ex conditione sua sint auaræ, sumptui tamen nulli parcunt, vt se ornent & depingant, deducentes etiam de cibo necessario, vt preciosius induantur. In quo vt latè docet Augustinus, & Chrysostomus, magnam irrogāt iniuriam creatori, imaginem ab eo factam melioribus coloribus, & fucis, siue lineamentis depingere conantes. Vnde Cyprianus contra mulieres quæ formam pigmentis colorant, vel potius decolorant, scribens sic ait: [Si quis pingendi artifex, vultum alicuius, & speciem, & corporis qualitatem æmulo colore signasset; & signato iam consummatoq; simulacro, manus alius inferret, vt formam iam pictam, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impunè laturam improbæ temeritatis audaciam, Dei artificis offensam?

Aug. to. 3. lib. 4. de doct. Chr. 21. Chrys. to. 4. hom. 4. Super 1. epist. ad Tim. col. 4. 5.

Cypr. in ep. de habitu vir.

sam? Vt enim impudicitiæ circa homines & incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatisq; quæ Dei sunt, peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est ista diuini operis; præuaricatio est veritatis.] Et post pauca: [Nō sinceritas perseuerat, & veritas, quando quæ sincera sunt polluntur, & colorum adulterinis medicaminum fucis, in

Mat.6. mendacium vera mutantur. Dominus tuus dicit: Non potes facere capillum vnum album, aut nigrum, & tu ad vincendam Domini tui vocem vis te esse potiorem audaci conatu, & sacrilego contemptu? Crines tuos inficis malo præsagio futurorum: capillos iam tibi flammeos auspicaris.] †Et S. Bernardus in epist. 113. ad Sophiam Virginem ait. [Serica & purpura, & tincturarum fucus, decorem habent, sed non præbent. Similiter

Bern. ep. 113. ad Sophiā. aurum, & gemma, quidquid tale applices corpori exponit speciem suam, non deponit. Secum denique tollit cum tollitur, ipsum porrò decor, qui cum veste induitur, & cum veste deponitur, vestis proculdubio est, non vestiti. Tu ergo, noli æmulari in malignantibus, & mendicantibus pulchritudinem alienam, vbi perdiderint suam. Natiuo quippe, & interno se produnt decore nudas, quæ tanto studio, & pretio de diuersis, & varijs speciebus eius quæ præterit figuræ mundi foris sibi satagunt: vnde oculis insipientium appareant speciosæ, indignum tibi iudica. Formam à pellibus murium, & operibus vermium mutuari. Tua tibi sufficiat. Ille est verus propriusque cuique rei decor, qui nulla interiacente materia per se inest,] Et post pauca] Vides mulieres, auro & argēto, lapidibus pretiosis, & omni denique cultu regio, nō tam ornatas, quàm oneratas non te moueant, hæc illæ illa, vel in morte deponent, te tua sanctitas non relinquet. Mundus, cuius sunt ornamenta illa, nudis illis exeuntibus, retinebit, eisdem vanis, vanas similiter alias seducturus.] Et Sanctus Ambrosius, libro primo de Virginibus dicit, [quanta amentia effigiem mutare naturæ, picturam quærere, & dum verentur maritale iudicium, prodere sum. Prior enim de se pronunciat, quæ cupit mutare, quod nata est. Quem iudicem mulier veriorem requiris deformitatis tuæ, quam te ipsam, quæ si ornata non es videri times? Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis cur te, formosam esse mentiris, nec tuæ conscientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim in te alteram diligit, tu alteri vis placere, & irasceris si amet aliam, qui adulterare in te docetur? Malè magistra es iniuriæ tuæ. Tolerabiliora quippè in adulterio crimina sunt, ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur.] Et in libro sexto exam. capite octauo. [Picta es, inquit, mulier, & picta à Domino Deo tuo, bonum habes pictorem, noli bonam, delere picturam, deles picturam mulier, si vultum tuum materiali candore obtinees, si acquisiticio rubore perfundas. Illa pictura vitij, non decoris est. Et pluuia, aut sudore tergitur, illa fallit & decipit, neque illi places, cui placere desideras, qui intelligit non tuum, sed alienum esse quod placeas? Et Deo di-

Ambros. lib. 1. de Virgin.

Ambros. lib. 6. exam. c. 8.

displices qui videt picturam suam esse deletam, * lege Augustinum in epistola 142. ad Demetriadem cap. 24. & Chrysostomum tom. 2. homilia decimaseptima in illa verba Matth. 5. [Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam.] Et homilia octaua, tomo quarto super prima epistola ad Timotheum, Sanctum Ambrosium in exhortatione, ad Virginem circa finem, & Clementem Alexandrinum libro tertio pedagogi capit. vndecimo.

Mat. 5.

28 Sed vt sigillatim verba singula Isaiæ expendamus, obserua, quòd mulieribus maximè decent humilitas, modestia pudor, castitas, & verecundia: Vnde Paulus adolescentulas monet vt sobriæ sint & castæ subditæque viris suis. Et iterum ait: [Similiter, & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate, ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa. Et iterum debet mulier velameu habere super caput suum propter Angelos.] Hinc sunt verba illa Cypriani Virgines alloquentis. [Quomodo portauimus imaginem eius, qui de limo est: sic & portemus imaginem eius qui de cælo est. Hanc imaginem virginitas portat, portat integritas, sanctitas portat & veritas; portant disciplinæ Dei memores; iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tollerantiam fortes, ad sustinendas iniurias mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace vnanimes atque concordes. Quæ vos singula, o bonæ virgines obseruare, diligere, & implere debetis.] Hinc & Sanctus Ambrosius virginibus in exemplum, matrem virginem proponens ait. [Nihil toruum in oculis: nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non gestus fractior, non incessus solutior, vt in ipsa corporis specie simulachrum fuerit mentis, & figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci.] Sed in filijs Sion tanta morum erat corruptio, vt his virtutibus vitia contraria sequerentur in omnibus. Vnde in primis earum superbiam exprobrat, cum ait: Eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo; quod vitium non infrequens est his temporibus inter feminas. Nam cum agnoscere debuissent fragilitatem propriam (quia vasculum portant infirmum siue corpus spectes siue animam, minus enim valent robore, consilio, & prudentia) quò fragiliores sunt, eo inflatiores sæpè fiunt, internam superbiam, externa facie prodentes; & cum natura pudicum & submissum vultum sint sortitæ, contra naturam & collum & guttur extendunt, longum martyrium pro breui gloria sustinentes. Deinde arguit earum incompositionem, & inuerecundiam dicens.

ad Tit. 2.

1. *Thi.* 2.

1. *Cor.* 11.

Cyp. epi. de habitu virg. sin.

1. *Cor.* 5.

Amb. lib. 2. de virgin. in princ.

29 [Et nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant pedibus suis; & compositio gradu incedebant:] Quod in feminis insignis impudentiæ est inditium: Nam, vt Augustinus ait: [impudicus oculus impudici cordis est nuncius.] Vbi est illud: In incessu, statu, & habitu, & in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuius-

Auguft. in reg. Monach.

cuiusquam offendat aspectum; sed quod vestram deceat sanctitatem? †Vnde Sanctus Hieronymus in epist. 47. de vitando suspecto cõtubernio filiam quandam Virginem reprehendens, quæ matris suæ domum reliquerat. Tu inquit filia domũ eius angustam iudicas, cuius non tibi fuit venter angustus? decẽ mẽsibus vtero clausa vixisti, & vno die in vno cubiculo cum matre nõ duras? an oculos eius ferre non potes? quia omnes motus tuos vtpote illa, quæ genuit, quæ aluit, & ad hanc eduxit ætatem facilius intelligit, testem domesticam fugis? Si virgo es, quid times diligentem custodiam? si corrupta, cur non palã nubis? [Et post pauca.] Sin autẽ sola iens, q; magis existimo vtiq; inter seruos adolescẽtes inter maritatas fæminas, atq; nupturas inter lasciuas puellas, & comatos linteatosque iuuenes furuarum vestium puella gradiens, dabit tibi barbaculus quilibet manum. Sustẽtabit lassam, & pressis digitis, aut tentabitur, aut tentabit. Erit tibi inter viros mulieresque conuiuiũ spectabis aliena oscula, prægustatos cibos, & non absque scandalo tuo in alijs se ricas vestes aurataſque miraberis. Personabit interim aliquis cantor ad mensam, & inter canticos dulci modulatione canentes, quoniam alienas nõ audebit vxores, te quæ custodem nõ habes sæpius respectabit, loquetur nutibus, & quidquid metuit dicere, significabit affectib. Difficilè inter epulas seruatur pudicitia. Nitens cutis sordidum ostendit animum. Quid tu facies puella sani corporis delicata, pinguis, rubens, estuãs inter carnes inter vina, & balnea? Si de industria disuta sit tunica, vt aliquid intus appareat, operiatque quod fædũ est, & aperiat quod formosum, caliga quoq; ambulantis nigella, ac nitens stridore ad se iuuenes vocat. Papille fasciolis comprimuntur, & crispãti cingulo angustius pectus arctatur. Capilli, vel in frontem, vel in aures defluunt. Palliolum interdum cadit, vt candididos nudet humeros, & quasi videri noluerit celat festina, quod volens detexerat, & quando in publico quasi per verecundiam operit faciem; lupanarium arte id solum ostendit, quod ostensum, magis placere potest. * Vbi est pudor, vbi verecundia? vbi est illud quod sponsus ait: [Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis?] Oblitæ estis gressuum sponsæ, modestiam, castitatem, humilitatẽ redolentium? [Nutibus oculorũ, inquit, ibãt, & ambulabant pedibus suis:] Quid est pedibus suis? Nunquid qui ambulat, potest alienis pedibus incedere? Pedibus, inquit, suis: quia pedes earum ad malum currunt: pedibus impudicis, & incompositis, non pedibus sponsæ, cuius gressus pulchri; cuius incessus suauis, & certum internæ puritatis inditium: Foueam ergo filiæ Sion gressibus suis incurrent. Vnde, & subditur.

Hier. epi. 47.

Cant. 7.

30 [Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion: & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamẽtum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & anulos, & gemmas in fronte pendẽtes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & teristra.] Di-

cunt Romani communiter. Roma quanta fuerit, ipsa ruina docet. Dicat & Propheta: Quàm superfluus fuerit, & vanus ornatus filiarum Sion, ipsa ruina docet. Vide indumenta, attende torques, inspice monilia, & cætera ornamenta, quæ à filiabus Sion Dominus abstulit, quæ in earum oculis dissipauit: & intelliges quales, quàm vanæ, & superbæ illæ aliquando fuerint. Olim
Gen. 3. Aug. to. 1 lib. 2. de gen. 24.
in paradiso sola innocentia primi parentes vestiti erant, & ornati: sed post peccatum, tunicis pelliceis, eorum nuditatē Dominus cooperuit, quasi admonens, vt Augustinus ait, ne obliuiscerentur se, amissa innocentia, mansisse mortales: & ecce feminæ mortalitatis signum, in instrumentum vertunt vanitatis: & cum propter peccatum sint vestes introductæ; qui in ornamentis preciosis, & nitidis gloriantur, peccatum ipsum commendare videntur. Stulta res & homine indigna, non secus, ac si quis de veste, quam insignum, aut notam alicuius delicti portat, superbiret, quia serica est, aut auro contexa. Vnde Cyprianus: [Tolerabiliora, inquit, sunt adulterij crimina, quàm ornatus: ibi enim pudicitia hic natura adulteratur.] Vide cap. 7. n. 34. vbi verbum illud decaluabit. Expendit. & vide etiam cap. 15. num. 4. Cyp. in epis. de habitu virg.

21 [Pulcherrimi quoq; viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio.] Hoc fuit ad literam impletū, in destructione per Titum, & Vespasianum in ciuitate, facta quadraginta annis post passionem Domini. Nam (vt refert Iosephus lib. 6. de bello Iudaico prope finem) principes populi, & viri fortissimi ferro à Romanis fuerunt occisi, & diuersis tormentorum generibus transuerberati.

CAPVT QVARTVM.




2. 3. T apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos; aufer opprobrium nostrum. 4. 5. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, 6 & fructus terræ sublimis, 7 Et exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. 8 Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus iu Hierusalem, sanctus vocabitur, 9 omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem. 10 Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. 11. 12 Et creabit Dominus super omnem locum Montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem & fumum, & splendorem ignis flammatis in nocte. 13 Super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum 14 Erit in vmbraculum diei ab æstu, & insecuritatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia.



SVM-


SVMMA CAPITIS.



1 *VONIAM, vt supra diximus Isaias læta tristibus miscet, & de peccatis populi quæ reprehendit, & pœna eorũ quam annunciat, ad mysteria Christi, & Ecclesiæ sermonem transfert; post mala quæ vaticinatus est in capitulo præcedenti, & quæ in principio huius capituli repetit, ad Christum, quem ista prophetia principaliter respicit, reuertitur: & post calamitatem, & viduitatem mulierum, quam à principio capitis commemorat: duo læta circa mystica gratia, quibus inter tot calamitates consolentur electi, denunciat. Primo namq; agit de conuersione Apostolorum ad Christum, & eorum qui ex Israel, suis iã*
Mat.27 *malis edocti, Patriam propter sua peccata vastatam cernentes, adimpletamquè illam populi imprecationem: Sanguis eius super nos, & super filios nostros: Christianam religionem amplexati, ad Deum reuersi sunt. De quo tractat ab illo versiculo; [In die illa erit germen Domini.] Vbi etiam de ascensione Christi, & de aduentu meminit Spiritus sancti. Secundo ostendit qualiter Deus his mysterÿs, & alÿs innumeris beneficÿs suos protegat, & ab imminentibus periculis, & calamitatibus defendat, de quo ab illo cursu. [Et creabit Dominus super omnem locum, &c.]*



COMMENTARIVM.



T apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes; Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tãtummodo inuocetur nomen tuum super nos; aufer opprobrium nostrum.] Prædixerat in fine capitis prçcedẽtis Isaias, quam plurimos viros fortes in prælio occidendos fore; modo: Tanta (inquit) erit virorum inopia, vt pro septem mulieribus vix vnus reperiatur: ait ergo: [Apprehendent septem mulieres] idest multæ; ponitur enim sæpe numerus septenarius pro indeterminato
Mat.18 numero; sicut cum ait: [Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies: Virum vnum dicentes panem nostrum, &c.] idest nihil à te requirimus; non panem, non vestimenta, nihil rei familiaris volumus vt nobis conferas. † Licet hæc soleant mulieres à viris suis, etiam miseris, & pauperibus iure petere.* sed tantum contendimus, hoc vnũ à te petimus, & postulamus, vt vxores tuæ nominemur, vt te in virum habentes, nostrum auferatur opprobrium, ne desertæ, derelictæ, infçcundæ, & steriles videamur. Scriptum est enim. [Non erit in te infçcunda, & sterilis in terra tua: *Deu. 7.* Inuocetur ergo nomen tuum super nos] Vbi obserua, quod inuocari nomẽ alicuius super alium, est eius nomine vocari: sicut a Christo dicuntur

Christiani, Hinc est illud Hierem. 7. [Statis in domo super quam inuocatum est nomē meum,] idest, quæ domus Dei dicitur, & Gen. 48. [Inuocetur super eos nomē meū.] idest mei dicantur filij.

3 Sanctus Augustinus. Per septē mulieres, septem intelligit Ecclesias, idest omnes (nam septenario numero voluitur omne tēpus) quæ Christum in virum eligentes, spiritualem bonorum operum prolem habere desiderant: intelligebant enim ad hoc natum esse Christum vt opprobrium auferret earum. † Et S. Hieronymus. [Septem (inquit) mulieres appellantur, idest, Ecclesiæ: quarum numerus, & in Paulo Apostolo continetur: ad septem enim scribit Ecclesias: ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippēses, ad Colossēses, ad Thesalonicēses. Et in Ioannis Apocalypsi in medio septem candelabrorum, idest Ecclesiarum, Ephesiorum Smyrnensium, Pergamenorum, Tyathirenorum, Sardensium, Philadelphensium, Laodicenorum, varietate, & auro purissimo Dominus accinctus ingreditur.] Sed quid est hoc, quod præcantur: [tantummodo inuocetur nomen tuum super nos; aufer opproprium nostrum?] Non à Christo panem requirunt; non vestimēta eius exposcunt; sed solum nomine illius honorari volunt. Sponsus est ille, sua uirtute animas fæcundat, [& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.] Sponsam habet, ecclesiam uidelicet, propter quam reliquit patrem, & matrem, ut adhæreret uxori suæ. Sed multos in illa reperies (proh dolor) qui nomen Christi se habere gloriātur; & Christiani volunt appelleri, ut eorum auferatur opprobrium; & tamen panem illius comedere renuunt, & uestimentis illius operiri contemnunt. [Cibabis nos pane lachrymarum (inquit propheta) & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.] Sed ipsi pane isto cibari nolunt. Audi prophetam: [Et vocauit Dominus Deus in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci: Et ecce gaudium, & lætitia, occidere uitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Panem nostrum comedemus.] Panem mendacij, de quo scriptum est: [suauis est homini panis mendacij, & postea impletur os eius calculo.] Et iterum: [Comedunt panem impietatis, & uinum iniquitatis bibunt.] Quia enim [mendaces sunt filij hominum in stateris] panem mendacij requirunt, Suauem illum reputant, dulcedinem promittit; & calculo os implet impij. [Mentita est iniquitas sibi. Et vestimentis nostris operiemur:] Quid est vestimentis nostris, audiamus prius quę sint uestimenta Christi. Apostolus ait: [Induimini Dominum Iesum Christū, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.] Et iterum [Expoliantes uos ueterem hominem cū actibus suis: & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius, qui creauit illum.] Et iterum [Induite uos ergo sicut electi Dei sancti, & dilecti uiscera misericordiæ, benignitatē, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes inuicem.] Hæc sunt uestimenta Christi, misericordia, benignitas, humilitas, modestia, patientia, charitas; Hæc operit

mul-

Aug. to. 4 q. 47. de uer. testa.

Hier. su. 8. Zachariæ in fi.

Psal. 18

Psal. 79

Isai. 22

Prou. 20

Prou. 4.

Psal. 61

Psal. 26

Ro. 13.

Colos. 3.

multitudinem peccatorum, hęc uestis nuptialis: hæc stola candida. Hac qui caret nudus est, illi similis, quem, cum decenderet ab Hierusalem in Hierico, expoliauerũt latrones. [Non est enim nudus (inquit Ambrosius) nisi quem culpa nudauerit. Vocem tuam Domine (ait Adam) audiui in paradiso, & timui eo, quod nudus essem, & abscondi me: Cui dixit Dominus: Quis enim indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?] Vestimentis ergo nostris inquiunt, non tuis operiemur; & nesciunt miseri, quod [breue pallium utrumque operire nõ potest.] Ignorat, qui charitatem nõ habet, quãtumuis temporalibus abundet, & ueste pręciosa exterius induatur, [quod miser est, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.] Qui ergo à Christo solum nomem Christiani requirunt, ne apud alios in opprobrium habeãtur, fallaces sũt; & licet bestiam non adorent, sed Christum: imaginem bestiæ adorare factis ipsis conuincuntur. Vidit propheta Euangelicus animas decollatorum propter testimoniũ Iesu, & propter uerbum Dei; & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, neque in manibus suis, & uixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis: Vbi Augustinus: [Quæ sit, ait, ista bestia, quamuis sit diligentius inquirendũ, non tamen abhorret à fide recta, ut ipsa impia ciuitas intelligatur, & populus infideliũ contrarius populo fideli, & ciuitati Dei. Imago uerò eius, simulatio eius uidetur, in ijs uidelicet hominibus, qui uelut fidem profitentur, & infideliter uiuunt. Fingunt enim se esse, quod non sunt, uocanturq; non ueraci effigie, sed falllaci imagine Christiani. Ad eadem namq; bestiam pertinent, non solum aperti inimici nominis Christi, & eius gloriosissimæ ciuitatis, sed etiam zizania, quæ de regno eius, quod est Ecclesia, in fine sæculi colligẽda est. Nec acceptarunt, inquit, characterem eius in fronte, nec in manibus suis.] Baptismate insignitus es, sacra vnda perfusus? Bene. Signum Christi portas in fronte: sed si non rectè viuis, si Deum, quem adoras, factis negas: characterem bestiæ in manibus portas, non conformaris intus, & extra Christo: [Cui consepulti sumus per baptismum in morte: vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.] Vnde Augustinus. [Quidquid, inquit, gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertia die, in ascensione in cœlum, & in sessione ad dexteram Patris, ita gestum est, vt his rebus non misticè tantum dictis, sed etiam gestis, configuraretur vita Christiana, quæ hic geritur. Nã propter eius crucem dictum est: Qui autem Iesu Christi sunt, carnẽ suam crucifixerunt cum vitijs, Propter sepulturam; consepulti enim sumus cum Christo per baptismũ in morte. Propter resurrectionem: Vt quemadmodum Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Propter ascensionẽ vero in cælum, sedemq; ad dexteram Patris: Si autem resurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt, quærite in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: Mor-

Luc. 10 | Ambros. | Gen. 3. | Isai. 28. | Apo. 20 | Aug. to. 5 de ciui. Dei c. 9. | Rom. 9 | Aug. in Enchirid. ad Lauré. c. 53. to. 3. | Galat. 5 | Rom. 6. | Coloss. 3

tui enim estis, & vita vestra abscon dita est cum Christo in Deo.] Lege Bernard. sanctum Bernardum sermo. 65. in Cantic. Vbi falsos Christianos peiores, ait, esse hæreticis, de quibus ex Cant. 2. plicat illud Cant. 2. [Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.] Hinc & Augustinus ait: Aug. lib. 16. de ciuit. Dei c. 2. to. 5. [Omnes qui Christiano vocabulo gloriantur, & perditè viuunt, non absurdè possunt videri in filio Noe Cham figurari: passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate significata est, & annunciant pro fitendo, & male agendo exhonorāt. Orig. homil. 3. super ca. 4. Esai. † Origenes homil. 3. sup. cap. 4. Isaiæ, per septem mulieres, Vnam sanctā mulierem intelligit, ait enim: septem mulieres vna sunt; spūs .n. Dei sunt, & ista vna septem sunt. Spūs enim Dei est spūs Sapiētiæ, & Intellectus, spūs Cōsilij, & Fortitudinis, spūs Scientiæ, & Pietatis, spiritus Timoris Domini. Ista sapientia patitur opprobrium à multis sapiētijs insurgentibus in se, iste verus intellectus sustinet opprobrium ab intellectibus falsis, istud magnum cōsilium opprobriatur à multis cōsilijs non bonis, ista fortitudo maledicitur à quadam, quæ cum non sit fortitudo, promittit se esse fortitudinem, ista scientia patitur opprobrium à quadam falsi nominis scientia, nomen suum surripiente, ista pietas exprobratur ab ea, quæ cum se dicat esse pietatem, impietas est, & impios instituit, iste timor patitur opprobrium ab eo, qui putatur esse timor, multi enim pollicentur diuinum metum, sed non cum scientia metuunt. Intellige itaque quomodo sapientia sæculi huius maledicit sapientiæ veræ, & ob hoc queritur homo, qui cum istis septem velut spiritualibus mulieribus sit, vt auferat opprobrium earū. Christus Dominus homo iste est egressus de radice Iesse super quem requieuit spūs sapientię, &c. harum opprobrium abstulit Iesus, Esai. 11 quando dona Spiritus sancti recepit mundus.*

4 [In die illa erit gemen Domini in magnificentia, & gloria. Germen Domini,] in hoc loco, vt adnotauit Hieronymus, Apostolos si- Hieron. gnificat, & eos, qui ex Iudæis crediderunt in Christū, quos radix Iesse hoc est verbū Dei caro factū germinauit, & produxit magnifios, & gloriosos in vniuersa terra, [Et viri, Isai. 5. inquit, Iuda germen delectabile eius.] Est .n. peculiaris huius vocabuli vsus apud hebræos, quo filios germen solent nuncupare, sumpta metaphora ab arboribus: Nam quemadmodum ab illis germina, & ramusculi oriuntur, ita & filij à parentibus. Vnde germen Domini, Ioan. 10 idem est quòd Dei filij. Vbi obserua, quod cum radix mortua videbatur, germē istud pullulauit ex ea: & memento grani frumenti cadentis in terram, quod mortuum multum fructum attulit. Vide sup. c. 1. num. 33. & scito fructum consimile ex hac radice processisse. Hinc collige id quod in cap præcedenti Isaias prædixerat: [Ruit enim Hierusalem, & Iudas concidit,] non ita Isai. 3. esse intelligendum, vt ex toto actū sit de Israelitis. Nam vt Paulus ait: Rom. 11 [Cęcitas ex parte cōtigit in Israel:] Ex parte, inquit, non ex toto; quia non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit, sed reliquię secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Concidit ergo Iudas: qa propter incredulitatem rami eius fracti sunt, sed truncus remansit, nō funditus arbor perijt.

5 [Ger-

1. Explic. Bern. ser. 2. in fest. Pẽtecost. Lyra. Isai. 4. 5 [Germen Domini.] Aliqui doctores, inter quos est sanctus Bernardus, & Lyranus, per germen Domini Christum intelligunt. Nã in hebræo pro germen Domini habetur [Scemach] quod est propriũ nomen Christi. Vnde in translatione Chaldaica, quæ apud Hebræos dicitur Thargum, habetur. Erit Messias Domini, &c. Dicitur autẽ Christus germen Domini; quia præcisus de terra viuentium trigesimo tertio ætatis suæ anno, rursus germinauit; & ex propria radice, hoc est virtute diuinitatis, ad similitudinẽ germinis in resurrectione pullulauit: & caro eius refloruit, sicut scriptum est: [Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.] Vbi Augustinus. (Isai. 53) [Quare vt radix? Ideo quia non est species illi, neque honor, Passus est, humiliatus est, consputus est, non habet speciem; homo apparebat, cũ Deus esset. Sed quomodo radix nõ est pulchra, sed intus habet vim pulchritudinis suæ. Attendis arborem pulchram, amœnam, folijs virentem, fructibus opulentam, laudas, delectat aliquid de fructu capere, sub vmbra illius sedere, & requiescere ab æstu, laudas totam illam pulchritudinem. Si radix ostendatur tibi, nulla pulchritudo in ea est. Noli contemnere, quod abiectum est: Inde processit, quod miraris, vt radix sit in terra sitienti.] (Aug. lib. 50. hom. 36.) Et infra: [Vnde hæc tanta Ecclesiæ pulchritudo? Quæramus radicem. Consputus est, humiliatus est, flagellatus est, crucifixus est, vulneratus est, contemptus est. Ecce hic species non est: sed in Ecclesia gloria radicis pollet.] Sed quid est, [ascendet de terra sitiẽti?] Hic virtus radicis ostenditur, quæ etiam in terra arida fructum profert. In radicem ergo & non in terræ fœcunditatem sunt fructus referendi, Scriptum est enim: [Non tu radicem portas, sed radix te.] Hinc est (Ro. 11.) illud: [Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant: si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquę germinabit, & faciet comam, quasi cum primum plantatum est.] (Iob. 14.) Quem locum de Christo Domino, S. Gregor. interpretatur, dicens: [Hoc fortasse etiam de Domino ipso scilicet bonorum omniũ capite valet intelligi, iuxta hoc vtique, quod prædiximus: quia de semetipso ait. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido, quid fiet? Se enim lignum viride, & nos lignum aridum dixit: quia ipse in se vim diuinitatis habuit: nos verò qui puri homines sumus, lignum aridum appellamur. Habet ergo lignum spem si præcisum fuerit: quia rursum virescit: quoniam & si occidi per passionem potuit, per resurrectionis gloriam rursus ad vitæ viriditatem venit. Huius rami pullulant, quia resurrectione illius multiplicati, longè, latèque fideles creuerunt. Huius radix in terra quasi senuit; quia eius prędicatio Iudæorum perfidiæ despecta fuit, & in puluere truncus emortuus est: quia in corde persequentium, quod perfidiæ suæ vento leuabatur, contemptibilis, & despectus est habitus; quia carne potuit occidi: sed ad odorem aquæ germinauit; quia per virtutem Dei, extincta caro illius ad vitam redijt. Iuxta quod scriptũ est: Quem Deus suscitauit à mortuis; & fecit comam, quasi cum primum plantatum est; quia illa Apostolo-

Greg. 12. mor. 4. — Luc. 23. — Iob 14. — Acto. 2.

ſtolorum debilitas quę in morte illius expauit,& negauit,& negando aruit, per reſurrectionis eius gloriam rurſus ad fidē viruit.] Et iuxta hanc explicationem ſic ſunt interpretanda verba Iſaiæ.In die illa, ſcilicet reſurrectionis de qua ſcriptum eſt:[Hæc dies quam fecit Dominus exultemus,& lętemur in ea; Erit germen Domini] ideſt Chriſtus ad modum germinis pullulans, [in magnificentia, & gloria:] quia ſurrexit, [magnificus in ſanctitate, terribilis atq; laudabilis,& faciens mirabilia.] Quia vero quadrageſimo die poſt reſurrectionem ſuam aſcendit in cælum, ſuper omnem humanam, & angelicam exaltatus creaturam: Ideo ſubditur,

Pſ. 117.

*Exo.*15.

6 [Et fructus terræ ſublimis.] Quis enim eſt fructus terræ niſi ille, de quo ſcriptum eſt :[Et terra noſtra dabit fructum ſuum ?] ideſt Maria proferet Chriſtum. Et iterū: [Aperiatur terra , & germinet Saluatorem?] Vbi obſerua quòd Chriſtus dicitur germen Domini, & fructus terræ : Germen Domini, quia ſecundum diuinitatem ab æterno de patre natus eſt ſine matre : [ex vtero, inquit,ante luciferum genui te.]Fructus terræ,quia in tempore ſecundum humanitatem de matre natus eſt ſine patre . Vbi vtranque Chriſti generationem complexus eſt, & æternam, & temporalem . Is ergo fructus terræ erit ſublimis ; quia[Deus exalauit illum,& dedit illi nomen,quod eſt ſuper omne nomen.] Quia aſcendit in cælum, ſedetq;ad dexteram Patris. † Sic explicat S.Bernardus in ſer.2. Aſcenſionis vbi ait:[Erit,inquit Propheta, in illa die germen Domini in magnificentia,& fructus terræ ſublimis , & exultatio hijs qui ſaluati fuerint de Iſrael . Germen Domini Ieſus Chriſtus ſolus qui ſine peccato conceptus fuit : iſtud ergo germen quod de Virgine pullulauit in magnificentia fuit cum ſurrexit à mortuis . Quia tunc Domine Deus meus magnificatus es vehementer confeſſionem, & decorem induens amictus lumine ſicut veſtimento . Quanta autem aſcendentis gloria cum triumphatrice palma cęlis inuectus ſuſceptum hominem in ipſa claudis diuinitatis identitate? quis cogitet quam ſit fructus terræ ſublimis in conſeſſu ad dexteram Patris? Veniat ergo exultatio Domine Ieſu hijs qui ſaluati ſunt de Iſrael , apoſtolis tuis , quos elegiſti ante mundi cōſtitutionem . Veniat Spiritus tuus bonus, qui ſordes abluat , & infundat virtute in ſpiritu iuditij,& in ſpiritu ardorit*.]Vnde Gregorius . [Creator noſter, quia pro nobis incarnatus eſt , fructus terræ factus eſt nobis. Sed iam fructus terræ ſublimis eſt : quia homo natus in terra , ſuper Angelos regnat in cælis; quia iuxta Dauid, & Pauli vocem:omnia ſubiecit ſub pedibus eius ; in eo enim quod ei ſubiecit omnia nihil dimiſit non ſubiectum ei:] Equum autem erat vt granum frumenti quod cadens in terram fuerat mortuum : quod reſurrexit multiplicatum , in cæleſti horreo locaretur, & pro ſui dignitate corpus Chriſti glorificatum ſupremum locum obtineret . Nec enim meruit mundus illum habere glorioſum, quem in ſtabulo poſitū non cognouit † Vel ex eo dixit,& fructus terræ ſublimis,quia vt fructus terræ,homo eſt inter homines abiectus, ſed quia idem ipſe de patre ab æterno natus eſt, ſublimis prædicandus eſt. Sic explicat idem S.Gre-

*Pſ.a*84. *Iſa.* 45. *Pſ.*109. *Phil.* 2. Bern. ſer. 2.Aſcenſ. *Pſalm.* Greg.homil.13.in Ezech: *Pſal.* 8. *Heb.* 2. *Ioa.*10.

S.Gregorius lib. 1. Regum cap. 1.

7 [Et exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Expende Christi benignitatem, charitatem erga suos, & affectum. In sublimi constitutus, & in patris dextera collocatus, discipulorum, qui remanebant in terra, non est oblitus. Misit enim illis de cælo alium paracletum qui consolaretur eos. Fugit quidem dilectus ad vocem

Cant. 8 sponsæ clamantis: [Fuge dilecte mi.] Fugit in cælum, sed assimilatus capreæ hinnuloque ceruo-

Simile. rum super montes aromatum: Nā sicut hinnulus in montibus fugiēs, caput retro sæpe vertit, & cornibus flores excutit, vt cadant in terram; & si forte aura perflauerit, fragrat mons floribus respersus; ita & Christus fugiens, & cælum conscendens, Ecclesiam paruulam, quæ retro erat respiciebat, & dona Spiritus sancti meritis suæ passionis, & cornibus crucis excutiēs, misit in terram, vt verax inueniatur: qui dixit.

Ps. 101 [Dominus de cælo in terram prospexit, vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum. Vt an-

Eph. 4. nuncient in Sion nomen Domini; & iterum: ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.] Isti sunt flores, hæc lilia de montibus aromatum in terram dimissa, quorum odore afflante sancto Spiritu, tota domus Ecclesiæ sanctæ repleta est: ita vt ad cælum vsque pertingeret; spon-

Cant. 2. sa dicente. [Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum:] Quid enim est rex in accubitu suo nisi Christus in sinu patris: & ad dexteram illius exaltatus? Ibi Rex & sublimi: Sed in sinu matris seruus & humilis. [Venit enim non ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. (Matth. 20.) Quid nardus Ecclesiæ, nisi humilitas Ecclesiæ, nisi charitas illius, Spiritus sancti donis exornata? Est nardus humilis herba, quam & callidæ ferunt esse naturæ hi qui herbarum vires curiosius explorarunt. [Bonus humilitatis odor (ait Bern.) qui (Bern. ser. 42. in cant.) de hac valle plorationis ascendēs, perfusis circumquaque vicinis regionibus, ipsum quoque regium accubitum grata suauitate respergat.] Quia ergo ascendente Christo Spiritus sanctus missus est: Ideo vtrunque Isaias coniunxit, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerunt de Israel. Quibus verbis gaudium illud, quo in aduentu Spiritus sancti repleta est Ecclesia, vaticinatur propheta, de quo. Act. 13. [Discipuli quoq. (Act. 13.) implebantur gaudio, & Spiritu sancto.] Ascendit caro Christi in cælum, vt spiritus eius descenderet in terram. Habent quandam mutuam cōnexionem inter se istæ duæ solemnitates ascensionis filij, & aduentus Spiritus sancti, in quibus cælum & terra mutuis obsequijs, indissolubili fœdere coniunguntur. [Preciosum (inquit Bern.) munus terra nostra direxit in cælum; vt dando, & accipiendo, felici amicitiarum fœdere, (Bern. ser. 1. de assumpt. B. Mariæ.) copulentur humana diuinis, terrena cælestibus, ima summis. Illuc enim ascendit fructus terræ sublimis, vnde data optima, & dona perfecta descendunt:] Et in huius rei signum, non prius in Israel plu- (3. Reg. 18.) uia descendit de cælo, vt terram infunderet, & fœcundaret, quam nubecula parua, quasi vestigium hominis ascenderet de mari: quia nisi

nisi Christus de mari huius sæculi in cælum conscenderet: pluuiam illam voluntariam, quam Deus segregauit hæreditati suæ. Ecclesia non habuisset. Hanc ille ascendendo nobis obtinuit. Hanc moriendo nobis promeruit. Hanc seipsum Patri præsentando, filijs suis adeptus est. Vt enim docet Chrysost. sicut messores primos terræ fructus in templo & pinguiores spicas offerunt Deo, vt benedictionem terræ propter illas infundat, qua vberiores fructus deinceps proferat: non aliter Christus nobiliores terræ fructus in die ascensionis introduxit in cælum, patrique coram angelis præsentauit, humanitatem videlicet suam; necnon & nobilissimam captiuitatem quã secum duxit, vt benedictionem Ecclesiæ militanti obtineret: de qua scriptum est: [Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.] Benedices, inquit, & replebuntur campi, & abundabunt valles frumento: quia vbi est Dei benedictio, ibi omnium abundantia gratiarum, ibi dona cælestia, ibi sterilitas nulla, ibi vox laudis, & exultationis, [clamabunt etenim hymnum dicent.] Nonne clamauerunt Apostoli repleti spiritu sancto? nonne loquebãtur varijs linguis magnalia Dei? [Impleta (inquit) gaudent viscera, afflata sancto spiritu, voces diuersas intonant, fantur Dei magnalia.] Vnde talia munera? vnde tanta lætitia in conualle lacrymarum? Non enim in terra tales vnquam protulit fructus: De cælo hæc dona descendunt; quia illuc Saluator noster multis sanctorum comitatus agminibus introiuit. Hinc clamat ad patrem: [Exurge in occursum meum & vide: & intẽde ad visitandas omnes gentes:] vide (inquit) fructus terræ; hos omnes tanquam primitias tibi offero, & tu Domine Deus virtutum Deus Israel intende vt visites omnes gentes, Ego visitaui, & impleui tuam obedientiam; nunc autem ad te venio. Intende, & tu, vt visites gentes, & mandes eis alium paracletum Spiritum sanctũ tuum. Vides qualiter aduentus Spiritus sancti effectus fuerit ascensionis Domini. Consonant hæc omnia cum verbis illis Psal. 71. [Erit firmamentum in terra, in summis montium, Super extolletur, super lybanum fructus eius: [ecce Christi ascensionem, ecce quod ait Isai. [Et fructus terræ sublimis:] Quid inde postea fuit subsequutum? [Et florebunt (inquit) de ciuitate sicut fænum terræ.] in aduentu videlicet Spiritus sancti, in quo, qui saluati fuerant ex Israel, exultauerunt. Quis autem fuerit aduentus Spiritus sancti fructus, statim indicat, cum protinus subinfertur.

8 [Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalem sanctus vocabitur] Relicti, siue residui in Hierusalẽ secundum Hieron. dicũtur Apostoli, & illi qui ex Iudæis per eorum prædicationẽ crediderunt in Christum, quos Sanctus Paulus appellat reliquias, cũ ait: [Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Et iterum: Reliquiæ secundum electionem saluæ factæ sunt.] Et dicuntur relicti, residui, seu

Ps. 67.
Chrysost. hom. 23. de Asc. Domini. to. 3.
Ps. 64.
Hymnus in die Pẽtecost. ad matut.
Ps. 58.
Chr. ho. 23. de spiritu sancto col. 1. tom. 3.
Ps. 71.
Ibidem.
Hieron.
Ro. 9.
Ro. 12.

seu reliquiæ, tum quia ex vastitate Iudæ relicti sunt (cæteris fame, incendio aut ferro consumptis, aut etiam per orbem dispersis) vt Euseb. ait lib. 2. de monstr. Euang. 34. Tum etiam quoniam multi sunt vocati pauci vero electi: stultorum enim infinitus est numerus; & reprobi veluti arena, quæ est in litore maris, numerari nō possunt. Electi vero quasi reliquiæ computantur, & quasi racemi à vindemiatoribus derelicti, sicut scriptū est. [Facti sumus sicut qui colligit in autūno racemos vindemiæ. Ideo reliquiæ dicti sunt, vt docet S. Thom. ad Roman. 9. lectione 5. †Sunt autem iusti & electi pauci, & sicut racemi vindemiæ in autumno in comparatione reproborum, vt ait Augustinus epistola 48. de vi corrigendis hæreticis, & sunt multi per se considerati. [Ecclesia est, inquit, de cuius paucitate, dicitur; arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci vadunt per eam, & rursus; ipsa est de cuius multitudine dicitur sic erit semen huius sicut stellæ cæli, & sicut arena maris: ijdem quippe fideles sancti, & iusti in comparatione plurimorum malorum pauci sunt, & per se ipsi multi sunt; quia multi filij deserte magis quam eius habebat virum. Et multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abrahā, &c. & multa millia, quæ numerare nemo poterat, videntur in Apocalipsi, & nō frustra de Habrae semine dicitur sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & sicut arena, quæ est in litore maris, vt in stellis cæli pauciores, firmiores, clariosque intelligantur. In arena autem multitudo infirmorum atque carnalium, qui semper quasi arena fluctibus maris agitantur, & in Psal. 25. ait area est ecclesia, vbi & triticum, & palea permixta est, nemo querat exire totam paleam ante tempus ventilationis, ne præter aream inuentus prius ab auibus colligatur, quam ingrediatur in horreum: Grana cum ceperint triturari iam inter paleas se non tangunt, ita quasi se nō nouerunt; quia intercedit palea, & quicumque longius attendit aream, paleam solam putat: nisi diligentius intueatur: nisi manum porrigat, nisi spiritu oris, idest flato purgante discernat, difficile peruenit ad discretionem granorum, & aliquando ipsa grana ita sunt quasi seiuncta ab inuicem, & non se tangentia, vt putet vnusquisque, cum profecerit, quod solus sit. Hæc cogitatio tentauit Eliam, vt diceret Prophetas tuos occiderunt, & ego remansi solus, & dixit illi responsum diuinum. Reliqui mihi septem milia virorū, non dixit habes alios duos, vel tres similes tibi. Sed noli putare te solum, alia septem millia sunt, & solum te putas? Iusti ergo per se considerati multi sunt, & comparatione malorum pauci, ideo dicit, & omnis qui relictus fuerit in Sion. * Tum denique quoniam eos mundus pro derelictis habet: [Tanquā purgamenta huius mundi (inquit Paulus) facti sumus omnium peripsema vsque adhuc: Deus autem tentauit illos, & inuenit eos dignos se.] Quilibet ergo ex huiusmodi relictis, siue residuis (ait Isai.) Sanctus vocabitur, idest Christianus fidelium numero in Ecclesia adscriptus, vt explicat Adamus: Christiani etenim communi vocabulo in primitiua Ecclesia dicebantur Sancti. Vnde Paulus

Eusebius Cæsar. *Matth.* 20. *Eccl.* 1. *Mich.* Thomas. Aug. ep. 48. *Matth.* *Apoc.* *Gen.* 22 3. *Reg.* 19. 1. *Cor.* 4 *Sap.* 3.

Paulus ad Romanos ſcribens ait: *Rom.* 1. [Omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei vocatis ſanctis gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino noſtro Ieſu Chriſto. Vocatis Sanctis:] ideſt Chriſtianis, qui ſunt ad ſanctitatem vocati. Et iterum *1. Cor.* ad Corinth. ait: [Cum omnibus ſanctis, ideſt Chriſtianis qui ſunt in vniuerſa Achaia, &c.] Quare ad Coloſ. 1. hæc duo nomina ſimul coniunxit: [Sanctis, & fidelibus *Coloſ.* 1. fratribus in Chriſto Ieſu:] Vt hinc perpendant Chriſtiani qui in hoc nomine gloriantur, quam ſanctitatem debeant in omnibus præſeferre. *1. Theſ.* 4. [Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem,] Et quoniam, omne donum ſpirituale, omnis gratia, omnis ſanctitas eſt in electis diuinæ prædeſtinationis effectus, ſicut ſcri *Rom.* 8. ptum eſt: [Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: quos vocauit hos & iuſtificauit; quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit:] vt inſinuaret Propheta vnde hæc dona proueniant; [Quia non ex operibus:] ideſt proprijs meritis: *Rom.* 9. [Sed ex vocante dictũ eſt. Iacob dilexi, Eſau aũt odio habui: Subdit.

9 [Omnis qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem,] quaſi dicat. Derelictus in Sion, & ruſiduus in Hieruſalem vocabitur; eritque ſanctus in via, & perfectus in patria: qui ſcriptus fuerit in vita in Hieruſalem, ideſt ſcriptus in libro vitæ, & prædeſtinatus, vt explicat S. Hierony. in præſenti: Nam ex Hieron. prædeſtinatione diuina ſequitur vocatio, iuſtificatio, & glorificatio, vt dictum eſt. Vnde Act. 13. [Et *Act.* 13 crediderunt (inquit) quot quot erant præordinati ad vitam æternam.] Vbi obſerua, quòd vt docet S. Thom. prædeſtinati dicuntur Tho. 1. p. q. 24. a. 1 & 2. ſcripti in vita, ſiue in libro vitæ, iuxta illud; [Gaudete quia nomina veſtra ſcripta sũt in cælis,] *Luc.* 10 propter ſingularem memoriam, quam electorum Deus habet, illos ad vitam æternam eligendo & deſtinando ſumpta metaphora ab hominibus, qui ea ſcripturæ mandare ſolent, quæ volunt in memoria firmiter retinere. Hinc eſt illud Apocal. 20. [Libri aperti ſunt & alius *Apo.* 20 liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ.] Vbi S. Auguſtinus per librum Aug. 20. ciu. 15. vitæ librum diuinæ prædeſtinationis intelligit, in quo ſunt ab æterno conſcripti quotquot ad vitam beatam debent peruenire. De reprobis enim ſcriptum eſt: [Deleantur *Pſal.* 68 de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur,] ſcilicet in æternitate, vt Gregorius explicat ſuper Euangelia. Hinc & Moyſes Greg. ho. 8. in Eu. ad Dominum ait: [Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis *Exod.* 32. dele me de libro quem ſcripſiſti.] Vbi ſecundum ſanctos doctores ſermo abſque dubio eſt hyperbolicus; qui enim ſemel in libro vitæ abſolutè conſcriptus eſt, ab illo nullatenus poteſt deleri: abſolutè inquam: nam qui ſecundum præſentem tantum iuſtitiam ſcribuntur in illo, ſicut preſciti dum ſunt in gratia, de libro vitæ delentur cum peccant lætaliter; vt S. Thom. Tho. 1. p. q. 24. art. 3. oſtendit. Scriptum eſt enim: [Qui peccauerit in me, delebo eum de libro meo.

10 [Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſa'em lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris.] Determinat propheta tempus in quo adimplenda erant, quæ in præcedentibus prædixerat, & reſpicit

spicit tempus legis gratiæ, quando per baptismum & pœnitentiã,
Sup.c.1 n.44.45 quæ iudicium quoddam est spirituale, hominũ peccata erãt abluenda. Etenim illa dictio,[si,]accipitur pro [cum.]vel [quãdo,] vt adnotauit Sãctus Hieronymus in pręsenti: habetquè hoc fundamentum
Hieron. in textu hebraico, in quo habetur [im,]quod significat [si,]vel quando;& sensus est: Tunc relictus in Sion,& residuus in Hierusalem sanctus vocabitur,quando abluerit dominus per baptismum sordes eius. & sanguinem, & peccata cruenta lauerit de medio eius. Vbi obserua cum Sancto Hieronymo,quòd sordes filiarum Sion, quia leues sunt, lauantur spiritu iudicij; sanguis autem Hierusalem quo grauiora crimina designãtur, exuruntur spiritu combustionis: quia sunt quædã scelera, sic adeo cordibus hominũ
Ezec. 24. infixa: [Vt non exeat nimia eorum rubigo, neque per ignem.] Vide cap. 1. num. 23. 24. Potest secundo per spiritum ardoris inlelligi tribulatio,qua Deus tanquam aurum in fornace probat electos, vt dictũ est cap. 1. num. 24. & 64. Per spiritum iudicij illud iudicium intellige de quo Ioan. 12. [Nunc iudiciũ
Ioan.12 est mũdi,nunc princeps huius mundi eijcietur foras.] Passio Christi Domini iudicium fuit per quod de potestate Diaboli erepti sumus. Spiritu ardoris & eximiæ cuiusdam dilectionis, eius sanguine dealbati sunt sancti, & ex iustitia commutatiua redempti. Vide cap. 1. n. 68.

11 [Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte.] Mons Sion Ec-
Vide c.2. nu. 4. clesiam significat catholicam. Hanc,inquit,Deus proteget in omni loco, in omni tempore, die ac nocte, in prosperis, & in aduersis; ita vt portæ inferi contra eam pręualere non possint. Et quomodo *Mat.16*
portę inferi,quę, vt Diuus Bernardus in libro sententiarum ait, sunt *Bern. lib. sent.*
cæca desperatio, & dura obstinatio aduersus eam Præualere possẽt quæ fundata est supra ipsum Christum filiũ Dei. sic expli.cap S. Augustinus locum inductum Matth. *Aug ser. 13. de verbis Domini.*
16. in sermone 13. de verbis Domini,vbi ait Euangelium de Christo ambulante super aquas maris *Mat.14 16.*
& Petro titubãte admonet nos intelligere,Mare præsens seculum esse,Petrum vero typũ Ecclesię,quia primus Apostolorũ, & quia respondit pro omnibus;Tu es Christus filius Dei viui: cui Christus, & ego dico tibi, quia Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: ideo Petrus appellatur,vt Ecclesiam significaret, quia enim Cstristus petra Petrus populus Christianus,Petrus.n.Apostolica dicitur,nõ petra à Petro. Super hanc petram, idest quam confessus es,& cognouisti,dicẽs: Tu es Christus filius Dei viui,ędificabo Ecclesiam meã,idest super me ipsum Filium Dei viui;super me, edificabo te,non me tu per te; nam volentes *1.Cor.1*
homines edificari super homines dicebant:Ego quidẽ sum Pauli,ego vero Apostolo; ego vero cęphæ, & alij qni nolebant edificari super Petrum,sed super petrã;dicebant,ego vero Christi:Paulus vero vt hoc cognouit,dixit illis, diuisus est Christus,numquid Paulus pro vobis crucifixus est,aut in nomine Pauli, uel Petri baptizati estis?Sed in nomine Christi,ut Petrus edificaretur super petram,nõ petra super Petrũ. quo-

K modo

modo ergo non protegeret Ecclesiã supra se, qui mons est, fundatã?] Loquitur autem Propheta, ut Basilius ait, Cyrillus, & Theodoretus, per similitudinẽ ad protectionem, qua in deserto filios Israel, quos eduxit de Ægypto, custodiuit: Præcedebat enim eos Dominus in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem. Multo ergo maiori cura suorum Dominus erit sollicitus, quãdo [expãdit alas suas in protectionem eorũ,] quando filios, [queadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alis] cõgregare voluit: †Hęc ergo Ecclesia sic à Christo Domino custodita, vpote supra se fundata, & eius fides catholica, vt August. ait impugnatur ab hæreticis peccatũ impietatis suæ defendere cupiẽtibus, à Iudæis alium Messiã expectantibus à Paganis curiositatẽ vanæ licẽtię perdere timẽtibus. Sed diffusa Ecclesia, vtpote à Christo roborata & custodita impetus eorum frangens magis roborata eorum quęstiones fide irridet, diligẽtia discutit, intelligentia dissoluit; criminatores palearum suarũ non curat, quia tempus messis tempus arearũ, & tempus horreorum causę distinguit; criminatores autem frumenti sui, aut errantes corrigit, aut inuidentes inter spinas & zizania cõputat.*] Dicit autem: [Creauit;] quia sine meritis nostris, diuina protectio nos detendit, & primã gratiã infundit. Creatio enim fit nulla supposita materia, nulla dispositione præcedente: Hinc est illud: [Pro nihilo saluos facies illos,] idest, gratis, nullis præcedentibus meritis, vt ibi explicat Augustinus. Hinc & Paulus: [Gratia,] inquit, [estis saluati per fidẽ, & hoc non ex vobis. Dei.n. donũ est, nõ ex operibus,] idest, proprijs meritis, [vt nequis glorietur. Ipsius.n. sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quę præparauit Deus vt ĩ illis ambulemus.] Vel ideo inquit creauit, vt adnotauit S. Thom. quia sicut quod creatur, ex nihilo fit: ita Deus ex vilissimo statu peccati ad tantam dignitatẽ & gloriã suos euexit: Nota quod per diem nubẽ promittit, cuius vmbra ab æstu & igne concupiscẽtiæ iusti protegantur, quem aduersarius noster suis suggestionibus accendit, Scriptũ est enim: [Et quartus Angelus effudit phialam suã in solem, & datũ est illi æstu affligere homines & igni.] Sed tamen creabit Dominus nubẽ per diem, quæ prauarũ cupiditatũ extinguat ardorem, vt adimpleatur, quod dictũ est, & promissum: [Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.] Vnde cũ Gabriel Angelus ad Mariã Virginẽ loqueretur, dicẽs: [Ecce cõcipies, in vtero, & paries Filiũ.] Inquirenti: [Quomodo fiet istud, quoniã virum nõ cognosco?] Respondit: [Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi:] Significans conceptionẽ Verbi Spiritu sancto obumbrãte, ab omni cupiditatis ardore immunem futurã. In nocte autem fumũ, & splendorẽ ignis flammãtis pollicetur, hoc est pœnitentiam salutarem, per quam ad pristinã peccator redeat dignitatẽ. Vbi obserua, quòd prius dixit: [Creauit fumũ.] Deinde, [ignẽ flãmãtem:] quia in iustificatione peccatoris pœnitentia, quæ per fumũ, eò quod lacrymas excitat, designatur, ignẽ charitatis ordine naturæ præcedit, sicut scriptũ est: [Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit. Carbones succensi sunt

Marginalia: Exod. 16. — Deut. 32. — Matt. 23. — Aug. lib. de agone Christiano. c. 12. — Creatio quõ. fiat. — Ps. 55. — Aug. t. 8. — Eph. 2. — Apo. 16. — Ps. 120. — Luca. 2. — Ps. 17.

Aug. 48. sunt ab eo.] Vbi Augustinus. [Ascẽdit,] inquit, [fumus ascendit lacrymosa deprecatio pœnitẽtium, cum cognouissent quid minetur Deus impijs, & carbones succẽsi sunt ab eo. Qui iam mortui erãt, deserti ab igne boni desiderij ac luce iustitiæ, & frigidi tenebrosiq; remanserãt, rursus accensi & illuminati reuixerunt.] Et sicut lucerna extincta, sed fumigans, ignẽ desursum per fumi virgulam ascendentem, descendere facit, & rursum accensa lucet, & illuminat: ita & peccatoris compunctio ad Deum iratum ascendit, illum placat, & inclinat, & à facie illius ignis charitatis descẽdit: [Et carbones succẽsi sunt ab eo:] Denigrata fuerat super carbones facies eorum, & non erant agniti in plateis: sed igne sãcti Spiritus illustrati, etiam in cælo cogniti sunt. Tren. 4.


12 [Et creabit, &c.] Dicit etiã creabit, vt sciamus Deum suos repente, & præter spem, raro quodã miraculo sæpè iuuare, cum naturalia & humana desunt remedia. Sic opem tulit tribus pueris in fornace; sic & Susannæ adfuit, quam à falso crimine liberauit: sic à lacu Leonum Danielem eripuit; & Abraham de hur Chaldæorum, ac denique filios Israel de misera seruitute Ægypti in manu forti eduxit, quæ omnia ad firmãdum spem multum iuuant. Dan. 3. et 13. 14. Exod. 5.

13 [Super omnem enim gloriam protectio & tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.] Hic versiculus explicatio quædam est præcedentis, scilicet, [& creauit Dominus nubem, &c.] Et sensus est: [Super omnem gloriam.] idest super omnes iustos, quos omnem gloriam appellat, quia in illis maxime Deus Pater gloriatur: [Gloria] nãque [Patris est filius Sapiens:] Aut vero, quia nihil ita gloriosum, sicut seruire Deo imaginari potest. Super hanc igitur gloriã erit protectio illius qui omnes electos protegit, & tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, idest, contra æstũ concupiscentiæ. Sub illo securus sedebit & tutus; nõ timebit iustus ignẽ, non sulphurem, nõ spiritũ procellarum, non laqueos pluentes super peccatores. Ps. 10. Hinc rursus per prophetam ait. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis, vbi S. Bern. Credo, inquit in his scapulis geminam Dei promissionem intelligendã, vitæ scilicet, quæ nunc est pariter & futuræ,] & post pauca [sub his itaque scapulis quatuor nobis beneficia conferuntur: sub his abscondimur, sub his in occursu accipitrum & miluorum protegimur, quæ sunt aereæ potestates; sub his vmbraculum refrigerat nos, & repellit nimirum solis feruorem, sub his quoque alimur & fouemur.*] Vbi obserua quòd licet bonis & malis, electis, & reprobis hæc sit communis conditio, vt quandiu sunt in hoc corpore varia incommoda sustineant: improbis tamen nulla sunt refugia, vmbracula nulla, quibus se contegant, nec tabernaculum firmum vbi in tuto permaneant. [Tabernaculum enim impiorum non subsistet.] Habuit quidem hederam Ionas, habuit vmbraculum, quo ab æstu solis se defenderet, sed tandem exaruit, vento vrente, & omnis eius vmbra dissipata est; ita vt sol super caput Ionæ percuteret & æstuaret. Tale nimirum impiorum vmbraculum reputatur. Deficiet enim

Ps. 90. Ber. ser. 4. super. Ps. Qui habitat. Iob 6. Ionæ 4.

& percutiet sol super caput illorum, & in æternum æstuabunt. At electis quamuis algeant, & innumeris calamitatibus sint expositi, firmum tamen refugium in Deo *Isa. 33.* manet, & tutum. [Et tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, cuius claui non auferentur in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.] Hinc est *Ps. 26.* illa vox iustorum: [Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui.] Et ite- *Cant. 2.* rum: [Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.] Et iterum: [In *Thren. 4.* vmbra eius viuemus inter gentes:] vbi Bern. [In vmbra (inquit) *Bern. ser. nat. Beatæ Mariæ.* viuemus, inter gentes; Nam inter cælestes quidem beatitudines, non in vmbra viuitur, sed in splendo- *Ps. 35.* re,] sicut scriptum est: [Et in lumine tuo videbimus lumen;] tunc videlicet, quando aspirabit dies, & inclinabuntur vmbræ, † aut denique propter singularem affectum & amorem, quo populum tuum, vt agricola vineam prosequebatur cũ vt Noè eius etiam amore denudatus in cruce Iudæis scandalum, gen- *Cant. 2.* tibus stultitia fuerit. *] Obseruandum prçterea, quod prius dixit, [in securitatem,] deinde, [in absconsionem,] vt agnoscas quanta securitate gaudeant, qui in Dei tabernaculo proteguntur: si enim electi, vt ait propheta, [Securi dor- *Ezec. 34.* miẽt in saltibus,] qualis erit somnus illorum: [Qui habitãt in adiutorio altissimi?] Qui dicunt Do- *Ps. 90.* mino: [Susceptor meus es tu, & refugium meũ Deus meus, Sperabo in eum?] Vnde Bern. [Quid ei (in- *Ber. ser. 1 sup. ps. 90* quit) nocere poterit, eorũ quæ sub cælo sunt; quem Deus cæli protegere, & conseruare voluerit?

14 [Erit in vmbraculũ diei ab *Moral.* æstu.] Vmbraculũ solis feruorem temperat, ne capiti noceat, vel calorem naturalem nimis inflãmet. Sub vmbraculo igitur diuinæ protectionis feruor spiritus multoties temperatur, ne dolorem capitis pariat, & in elationem animum inducat, sicut scriptũ est; [Scapulis suis *Ps. 90.* obumbrabit tibi, & sub pennis eius *Bern. ser. 4.* sperabis.] Vbi Bern. [Iam vero sub ipsis quoque scapulis, & vmbraculum salubre & protectionem habemus. Sicut enim sol iste corporeus licet bonus sit, & valde necessarius, tamen, & feruor eius, si temperatus non fuerit, infirmo capiti & splendor infirmis oculis nocet, nec est solis culpa, sed infirmitatis; sic etiam & sol iustitiæ. Vnde & dici- *Eccli. 7.* tur; Noli nimium iustus esse: non quia iustitia bona non sit, sed quia dum adhuc infirmi sumus, oportet ipsa bona gratia temperari: ne fortè elationis, aut discretionis vitium incurramus.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.



ANTABO dilecto meo canticum patruelis mei vi-
neæ suæ. 3. 4. Vinea facta est dilecto meo 5 in cornu fi-
lio olei. 6 Et sepiuit eam, 7 & lapides elegit ex illa,
8 & plantauit eam electam, 9 & ædificauit turrim in
medio eius, & torcular extruxit in ea: 10 & expecta-
uit vt faceret vuas, & fecit labruscas. Nunc ergo ha-
bitatores Hierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam.
Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ. & non feci ei? An quod ex-
pectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? Et nunc ostendam vobis
quid ego faciam vineæ meæ, auferam sepem eius, & erit in direptionem:
diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. Et ponam eam deser-
tam: non putabitur, & non fodietur: & ascendent vepres & spinæ: & nu-
bibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Vinea enim Domini exer-
cituum domus Israel est: & vir Iuda germen eius delectabile: & expecta-
ui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor.
11 Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vs-
que ad terminum loci: Numquid habitabitis vos soli in medio terræ?
In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum. 13 Nisi domus
multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ absque habitatore. 14 De-
cem enim iugera vinearum facient laguneulam vnam, & triginta modij
sementis facient modios tres. 15 Væ qui consurgitis 16 mane ad ebrie-
tatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Ci-
thara, & lira, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris: & o-
pus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. 17 Pro-
pterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam,
& nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. 18 Pro-
pterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo
termino: & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes, glorio-
sique eius ad eum. 19 Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & ocu
li sublimium deprimentur. 20 Et exaltabitur Dominus exercituum in
iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. 21 Et pascentur agni
iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem versa aduenæ comedent.
22 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, 23 & quasi vin-
culum plaustri peccatum. 24 Qui dicitis: Festinet, & cito veniat opus
eius, vt videamus: & appropriet, & veniet consilium sancti Israel, & scie-
mus illud. 25 Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponen-
tes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, &
dulce in amarum. 26 Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram *Prou.* 3.
vobismetipsis prudentes. 27 Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, *Ro.* 12.
& viri fortes ad miscendam ebrietatem. 28 Qui iustificatis impium pro
muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. 29 Propter hoc, sicut de-
uorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit; sic radix eorum
quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. 30 Abiecerunt

enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphema-
uerunt. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit ma-
num suam super eum, & percussit eum: & conturbati sunt montes, & fa-
cta sunt morticinia eorum quasi stercus in medio platearum. In his om-
nibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. 31 Et e-
leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ:
32.33 & ecce festinus velociter veniet. Non est deficiens, neque labo-
rans in eo: non dormitabit, neque dormiet, neque soluetur cingulum
renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittæ eius acutæ,
& omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius
quasi impetus tempestatis. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leo-
num: & frendet, & tenebit prædam: & amplexabitur, & nō erit qui eruat.
Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in ter-
ram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine
eius.

SVMMA CAPITIS.



STENDIT Isaias in hoc capite iustam esse pœnam quam Deus populo suo fuerat comminatus: Idque exemplo vineæ multa sollicitudine & expensis plantatæ, & excultæ, quam iustissimè dissipat Dominus, si cælestibus influentiis irrigata speratos fructus non proferat. Vbi de auaritia populi, de ebrietate illius, & luxu: de incredulitate & superbia; aliisque huiusmodi peccatis sermonem iterat insinuans vineam huiusmodi fructus, et botros amarissimos protulisse: propter quos vinea per Babylonios, aut Romanos deuastata fuit penitus, & euersa.



COMMENTARIVM.



Antabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ.] Canticum hoc quod Isaias concinit, parabolam illam continet vineæ, quam Christus Dominus Matth. 21. nobis exposuit. Res maximas carminibus enarrabant antiqui, quibus perpetua eorum seruaretur memoria. Habetque præsens parabola modum carminis amatorij. Nam tractat de dilecto, & dilecta; dilectionisq. beneficia commemorat. Verum lugubre carmen est, & tragœdiæ simile: exorditur enim à principio iocundo satis & læto, vt pote à beneficijs vineæ suæ à Deo præstitis: & tristem & luctuosum habet exitum, dum in populi ingratitudine, & dissipatione vineæ terminatur. Dicit ergo se cantaturum in gloriam Christi canticum, quod ipse Christus dicturus est vineę suę, idest synagogæ, Etenim dilecto meo idem pollet, quod Christo, vt Hieronymus explicat & Cyrillus. [Hic est filius meus dilectus (ait Pater) in quo mihi complacui: Et ite-

Psal. 28 iterum scriptum est: & dilectus quemadmodum filius Vnicornium: idest vnicus: vnicus enim filius maxime diligitur, in quo singulariter fuisse à Patre ante sæcula genitum, demonstrat: Aut certè ideo dilectus vt filius Vnicornium; quia mansuetus, quia humilis, quia
Phil. 2. homo factus est; idest: [quia exinaniuit se formam serui accipiens.] Est vnicornis, vt notauit S. Gregorius 31. mor. 10. & Gemin. lib. 5. de similit. c. 123 animal terribile, iracundum, sed vt capiatur, virgo puella illi, in campo proponitur, cuius odore delectatus, ad eam venit, & in sinu illius (omni feritate postposita) caput deponit, & mansuescit; & a quibus quæritur, capitur ibi, & ligatur: Sic dilectus filius Dei, quemadmodum Vnicornis, terribilis erat; terra tremebat in conspectu illius:
Ps. 75. [Tu terribilis es (inquit propheta) & quis resistet tibi? ex tunc ira tua. De cælo auditum fecisti Iudicium; terra tremuit & quieuit.] Sed ecce in sinum virginis descendit, pudoris virginei odore attractus, illius videlicet, de quo
Cant. 1. scriptum est [Dum esset rex in accubitu suo; nardus mea dedit odorem suum. Mira res.] Ille in accubitu patris rex: sed in sinu Virginis matris dilectus: ibi mansuescit, ibi capi potuit, & ligari, &
Iob 38. pannis infantiæ obuolui. [Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens, cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine, illud quasi pannis infantiæ obuoluerem?] Vides tumentes fluctus: vides elationes maris, times; miraris; sed magis obstupescis, quando lineis & terminis circundatum mare cernis, quando ibi confringit tumentes fluctus suos. Mirare igitur, & inquire, [Quis conclusit ostijs mare?] Quis ligauit? quis pannis infantiæ illud obuoluit? cum videris immensitatem Dei nullis terminis circumscriptam; nullis lineis limitatam; in vtero virginis, nube carnis vestitam: & in præsepio pannis infantiæ inuolutam. Quis conclusit quis inuoluit? illa nimirum, quæ peperit filium suum primogenitum; & pannis eum inuoluit, & Luc. 2.
reclinauit eum in præsepio; quia nõ erat ei locus in diuersorio, &c.]

3 [Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.] Confert populum suum vineæ; eò quod inter reliqua prædia maiori cura opus habeat & dulciores ex illa expectentur fructus: aut verò, quia reliquæ arbores, & si fructus non proferant, ad alios vsus possunt deseruire; vites autem, si steriles sint, solum igni sunt aptæ. † Tertiò denique propter singularem affectum & amorem, quo populum suum, vt agricola vineam prosequebatur, cum vt Noe eius etiam amore denudatus in cruce Iudæis scandalũ, gentibus stultitia fuerit.* Hæc igitur vinea domini, in cornu plantata est, idest in loco eminenti & alto constituta; cornua enim in animalibus supremum obtinent locum. Terra autem promissionis, ad quã
vineã de Aegypto Dominus transtulit, in loco alto sita erat: ad illam Ps. 79.
pergentes, ascendebant: [Ecce Luc. 18.
ascendimus Hierosolymam:] & recedentes descendebant. [Homo Luc. 10.
quidam descẽdebat ab Hierusalem in Hierico.] in signum quòd ad illam quæ sursum est mater nostra Hierusalem, non nisi ascendendo peruenitur; & vim deprauatæ na-

turæ inferendo, de quo supra cap. 2. num. 8. [Filio, olei,] idest in loco pingui & feracissimo (vt explicat Ambros.) Terrã enim in qua oliuæ fructificant, bene temperatam, & feracissimam esse oportet. Et consonat hæc explicatio cum translatione septuaginta interpretũ, qui transferunt: in loco pingui. Talis erat terra promissionis; terra manans lacte & melle: quibus verbis abundantiam & fertilitatem illius designauit. Solet etiam (vt August. ait) hoc nomen cornu pro fortitudine, accipi, pro potestate, & potentia; eo quòd fortitudo maxime animalium in cornibus vigeat: sunt enim arma quibus vitam suam solerti concertatione defendunt. Sic accipitur Psal. 43. [In te inimicos nostros ventilabimns cornu:] idest fortitudine tua (vt explicat August.) & Psal. 111. [cornu eius exaltabitur in gloria:] Hoc est, fortitudo & potestas illius. Quia ergo Dei potentia, & in brachio illius de seruitute Aegypti filij Israel educti sunt; & in terram promissionis (omnibus incolis quasi cornu ventilatis & eiectis) introducti; ideo in cornu facta dicitur Dei vinea.

Amb. l. 3. Exam. 12

Deut. 6 *Nu.* 16 Aug. to. 8 psal. 88. ibi. exalt. cornu nostrum.

Ps. 43.

Ps. 111

4 Sed quoniam [hæc omnia in figura contingebant illis:] possunt etiam hæc verba prophetæ ad Christi Ecclesiam, cuius typum gessit synagoga, non inconuenienter referri. Plantata enim fuit & fundata, [in cornu filio olei: in cornibus videlicet crucis: vnde oleum misericordiæ, oleum gratiæ, oleum salutis emanat. Ex latere Christi dormientis in cruce, Ecclesia formata est; Sicut Eua ex costa Adæ. In sacrosancto ergo crucis mysterio vtranque acceptionem illius termini, cornu expendere licet. Si enim accipiatur, vt altitudinem loci & eminentiam significat, mysterio crucis illud nomen cõgruit; sicut & exaltationis nomen: Tum quia Christus affixus cruci, fuit in aera eleuatus, vt aereas debellaret potestates, Tum etiam, quoniam mysterium illud omnem creatam superexcedit naturam, vtpote absconditum à sæculis in Deo (sicut Paulus ait) [Loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est; quam nemo principum huius sæculi cognouit,] Misterium appellatur, quod aliud quidem præsefert in manifesto: sed aliud reconditum habet, & latens in occulto. Crux ergo Christi mysterium est: oculis enim insipientium videtur infirmitas, & stultitia: sed tamen Dei virtutem & sapientiam habet absconditam. [Mysterium est (inquit Chrisostomus quoniam non id quod credimus, intuemur; sed quòd alia videmus, alia credimus: huiusmodi est mysteriorum nostrorum natura: Aliter igitur ego, & aliter incredulus disponitur. Audio ego, quod crucifixus est Christus: & eius benignitatem, quàmprimum admiror: audit ille & imbecillitatem arbitratur. Audio quod seruus factus est; & eius admiror charitatem: audit ille, & ignominiam id dicit. Audio quod mortuus est, & eius potentiam obstupesco, quod mortuus vinci non potuerit, sed mortem dissoluit; audit ille, & impotentiam existimat; & resurrectionem fabulam opinatur. Ego autem per opera certitudine accepta, adoro Dei dispensationem; ille cum baptismatis lauacrum audit, simpliciter aquã esse sibi persuadet.

1. *Cor.* 10. Morale.

Gen. 2. Aug. lib. 65. q. q. 45. to. 4.

Ioa. 12.

1. *Cor.* 2.

Chris. homil. 7. colum. 2 3. tom. 4.

suadet. Ego vero nõ simpliciter video, quod video, sed animæ per spiritum purgationem; ille lotum mihi corpus dumtaxat; ego animam, & puram & sanctam factam credidi; Necnon sepulturam, resurrectionem, sanctificationem, iustitiam, redemptionem, adoptionem, hæreditatem, regnum cælorum, spiritus satietatem considero. Non enim aspectu iudico quæ videntur, sed mentis oculis. Audio corpus Christi. Aliter ego hoc, aliter incredulus accipit. Et quemadmodum expers literarum, cum etiam libros intuetur, scripturæ vim non intelligit, neque nouit quod oculorum sensu percipit; qui autem in literis eruditus est, multum in ijs conditam vim, & totas vitas, & historias, & epistolas inueniet. Verum harum ignarus, chartam dumtaxat, & atramentum putabit. Expertus & voces accipiet, & alloquetur absentem; & quodcumque voluerit per literas rursum rogabit. Eodem modo in mysterio vsu venit: increduli enim quamuis audiant, non tamen videntur audire; fideles autem per spiritum experientiam assequuti, in absconditis virtutem intuentur.] Ecce altitudo consilij diuini super salutem generis humani. Ecce scientia Dei vincens scientiam nostram: quã propterea supereminentem appellat Apostolus; (*Eph.* 3.) quia omnem humanam excedit cognitionem. Si verò nomen [cornu,] accipiatur, quatenus potentiam quãdam & fortitudinem designat; quid conuenientius crucis mysterio accommodari poterit, vel aptari? De illo namque scriptum est: (*Abac.* 3) [Cornua in manibus eius; ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius.] Sub infirmitate carnis virtus latebat, & potentia diuinitatis. Hinc & Paulus ait: [Quod infirmum est Dei, (1. *Cor.*) fortius est hominibus.] Et iterum scriptum est: [Prudentia percussit (*Iob.* 26.) superbum.] Vbi Sanctus Gregorius (Greg. 17. mor. 28.) aduertit, quòd non dixit potentia, percussit superbum, idest diabolum & principem huius mundi: quem per crucis mysterium foras eiecit; sed prudentia: vt notaret, quòd ex infirmitate carnis moriendo, prudenter illum deuicit, occulta virtute diuinitatis. [In (*Iob.* 40.) oculis eius, quasi hamo capiet eũ] ait Iob. Quid est quasi hamo? Vide quomodo capiuntur pisces, sic captus est diabolus: Absconditur (Similit.) aculeus sub esca: venit piscis, escã videt, hamum latentem non videt, accedit securus gustat escam, recedit, & redit: & tandem comedit & perit. Sic deceptus est inimicus: [In hamo incarnationis (inquit Gregorius) captus est, (Greg. 13. mor. 7. & 9.) quia dum in Christo appetijt escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad se deuoratorem duceret, ibi diuinitas quæ perforaret: ibi aperta infirmitas quæ prouocaret: ibi occulta virtus quæ raptoris faucem transfigeret.] Habes ergo in crucis mysterio eminentem Christi sapientiã, & illius potentiam esse constitutam: ac propterea in illo Ecclesiam, veluti in cornu filio olei esse fundatam.

5 [In cornu filio olei:] In textu hebraico habetur: [Becherem ben samen.] Becherem idest in cornu vel spendore, à verbo charam, quod significat splendere, dignita-

gnitatem habere, fortem, & eleuatum esse: & sumitur metaphora à cornu: radij namque splendoris, ad modum & similitudinem cornuum
Exod. 34. multiplicantur. Vnde Exod. 34. vbi dicitur: [Ignorabat Moyses, quòd cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis Domini: & infra: videbant filij Israel faciem egredientis Moysi esse cornutam:] pro cornuta ponitur verbum chara, idest splendidam; iuxta illud
2. Cor. 3. quod Paulus ait: [Ita vt non possent filij Israel intendere in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius.] Dicebatur autem cornuta
Oleast. Exod. 34. facies Moysi, (vt adnotauit Oleaster) non, quia reuera cornua in facie prominẽtia habuerit, vt perperam à pictoribus pingitur: sed quia radij splendoris ad modum cornuum, & figuræ pyramidalis à facie illius egrediebantur: quæ omnia crucis congruunt mysterio; in quo splendor & gloria Christi est constituta: in quo, & nos cum Paulo gloriari oportet. Hinc canit
Galat. 6 Ecclesia. [Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra.] Hinc & Christus ipse passionem suam, & crucem, clarificationem appellat, &
Ioa. 17. gloriam, dicens: [Clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret.] Cui Pater: [Et clarifica-
Ps. 109. ui,] cum videlicet. [In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum te genui: & iterum clarificabo,] in passione videlicet, in qua gloria tua & claritas manifestabitur. Clarifica me (inquit)
Chryso. ho. 8. ad Eph. col. 1. 34. vbi Chrysostom. [Quid dicis? ad crucem cum latronibus ac prædonibus ducendus, maledictorumq. necem subiturus, deinde & conspuendus & virgis percutiẽdus es, atq. alapis; & ista vocas gloriam? Vtique (inquit) nam pro dilectis ista patior, atque illa nunc mihi pro gloria duco. Si gloriam istud vocat, quòd miseros & calamitosos ita dilexerat, si gloria illi, non in patrio throno, neque in diuina illa gloria, sed in contumelia reputata est; eamque reliquis præposuit: multo magis mihi istud pro gloria ducendum est.] Hinc di- *2. Cor. Chrys.*
cit Beatus Paulus crucem Christi splendorem, claritatem, gloriam appellare, dicens: [Vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi,] idest, crucis Christi, vt explicat S. Chrisost. Hinc & Ioan.
Euangelista. [Vidimus, inquit, *Ioan. 1.*
gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre.] Quid est [gloriam eius?] Passionem eius, vulnera eius; crucem & mortem eius. Hæc omnia gloriam eius appellauit: quia pro gloria duxit hæc pati pro
nobis. Vnde Chriso. [Neque enim *Chry. hom. 11. in Io. col. 3 & ho. 76. col. 4. t. 3.*
(inquit) Miraculorum gratia Christum dumtaxat, admirantur, sed & passionis, vt eum affixus est cruci, flagellis & alapis cæsus, & insputus ab ijs de quibus tam bene merebatur, si quidem in ijs ipsis, quæ opprobrij & ignominiæ plena esse videbantur, ipsum rursum verbum clarissimum apparuit: Hoc Ioannes gloriam appellauit. Non enim charitatis solum, & amoris fuerat, sed immẽsæ etiam virtutis, tunc enim mors abolita est: maledictum perijt: dæmones confusi sunt; & de ijs triumphatum est; & chyrographum cruci affixum.] Hinc etiam sanctus propheta: [Et erit, inquit, requies eius honor:]
Quæ requies Christi? nonne pas- *Isai. 11*
sio

sio illius; nonne crux eius, vbi caput inclinauit, vbi requieuit? Hæc requies honor illi, hæc gloria, vt latissimè & optimè prosequitur Chrisost. to.5. in tractatu contra Gentiles fol. 4. illius tractatus, & hom.66.ad populum col.5. Et forsitan hanc ob causam, dum in monte Thabor transfiguratus est
Mat.17 Dominus, & facies eius resplenduit tanquam sol, apparuerunt illi Moyses, & Elias, & loquebantur de excessu, quem completurus erat in Hierusalem: quia nimirum, vbi passio Christi, vbi excessus dilectionis, quem tot supplicia sustinendo, demonstrauit, ibi claritas, ibi clarificatio, ibi splendor, ibi gloria. In hoc ergo splendore, in hac gloria fundatur vinea Domini Sabbaoth. [In cornu filio olei: quoniam inde omnis consolatio spiritualis, omne robur & fortitudo dimanat.

6 [Et sæpiuit eam.] Sæpes
Aug. sup. ps.79. tit. 8. Basil. in exam. homil. 5. huius vineæ. Vt Aug. ait, & Basil. sunt Angeli & eorum custodia, qui veluti muri iustos protegunt & defendunt ne bestiæ ingrediantur vineam, depascant illam & dissipent. De illis namq. scriptum
Isai. 62 est: [Super muros Hierusalem constitui custodes. Et iterum: En
Cant. 6 lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.]
4. Reg. 6. Bern. ser. 39. in cat. Illi sunt (vt ait Bern.) currus ignei, quos puer Elysei vidit, circundantes & vallantes ciuitatem Samariæ, Illi chori castrorum de quibus
Cant. 7. Can. 7. [Quid vides in Sunamite nisi choros castrorum?] De illis
Gen. 32 Patriarcha Iacob loquens: [Castra (inquit) Dei sunt hæc.] Et Iob.
Iob. 26. Greg. 17. mor. 8. 26. [Non est numerus militum eius:] Quos, vt inquit Greg. milites appellauit: [Quia contra spiritualia nequitiæ in cælestibus fortiter pro nobis pugnant. Nec hac sæpe contentus, aliam magis firmã & tutam vineæ suæ Dominus circumposuit, filium suum videlicet, quem misit in mundum, vt murus esset & antemurale, Ecclesiam circundans & protegens, sicut scriptũ est: [Vrbs fortitudinis nostræ Sion Isai. 26
Saluator ponetur in ea, murus & antemurale] Murus ex diuinitate; antemurale ex humanitate: Murus quia Deus fortis, antemurale quia homo patiens de quo Gen. 49. [Et Gen. 49
in voluntate sua suffoderunt murum: idest Christum lancea confoderunt, vt explicat August. lib. de Aug. lib. de ben. Iacob. to. 3.
benedictionibus Iacob. Quod si Angelis quasi curribus igneis vallata est Ecclesia, ipse etiam angelorum Dominus, eidem murus igneus factus est, propheta dicente: [Ego ero ei ait Dominus mu- Zach. 2.
rus igneus in circuitu.] Vbi expende, quod non se murum lapideum aut æreum futurum esse pollicetur: sed igneum, qui hostes extra Ecclesiam existentes, à longe terreat, & fideles intus illuminet: comburatque hęreticos Ecclesiam oppugnantes: Vtranque eiusdem vineę sæpem, & Angelorum & Domini propheta regius simul complexus est dicens: [Montes in cir- Ps. 124
cuitu eius:] idest angeli in circuitu fidelium, Psalm. 33. [Immittet Psal. 33
Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.] Nunquid soli angeli in circuitu eius? Absit. [Et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & vsque in sæculum.] Non deficiet custo- Ps. 120
dia. [Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.

7 [Et lapides elegit ex ea. Alia lectio habet, [& elapidauit eam:]

eam] omnes videlicet lapides in vinea existentes foras mittendo: sicut solent facere coloni, vel agricolæ, ne impedimento sint fructi-
Luca. 8 bus, sicut fuerunt semini; quod cecidit inter petrosa. Per hos lapides, Gentiles intelligit, Amorrhæos, & Iebusæos, aut Gergesæos, quos de terra promissionis eiecit, vt ibi planctaret vineam suam, sicut scri-
Ps. 79. ptũ est. [Eiecisti gentes, & plantasti eã.] Vnde & Matth. 3. lapides appel-
Mat. 3. lantur, cum dicitur [Potens est Deus de lapidibus istis filios Abrahæ suscitare] In hebræo habetur heb. baizaquelcu, idest fecit circuitum ex lapidibus, vel maceriam ex lapidibus struxit. Ita sentiunt Rabi Ioseph & Forerius, & designat sæpem vineę circumpositam, non qualemcumque fuisse; sed quã nullus facile posset transcendere: vtpote ex lapidibus, & vepribus super positis constructam.

8 [Et plantauit vineam electam.] Septuaginta viri transferunt: [Et plantauit vineã Sorec.] Duo commendat valde propheta in his verbis. Dum enim inquit: [& plantauit,] commendat industriã & laborem, quem, vt vineam suam plantaret Dominus, apposuit, sicut contingit agricolæ, qui fatigatur, sudat, multas patitur incommoditates, vt vineam plantet & colat, & multò maiores pro vinea sua Dominus perpessus est, Ipse enim ait: [Multo labore sudatum est,] &
Ezech. 24. sudore [sanguinis decurrentis super terram.] Et iterum: [Fortitu-
Isai. 49 dinem meam consumpsi.] Et rur-
Ioan. 4 sus Euangelista: [Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontẽ.] Fatigatus inquam, vt vnã vitem, Samaritanam videlicet, ad vineam suam traheret: vt illam plãtaret Quòd si in agricola cernerẽ licet, sudore vultum ac puluere cõspersum, decoloratum à sole, duris manibus & pedibus incedere, atque spinis & tribulis, quos terra germinat perforatis: In Christo Domino, dum vineam excoluit, contemplare licebit, faciem eius, & speciem sputis deformata, & non solum manus ac pedes clauis affixos, ac vulneratos; sed etiam latus lancea cõfossum, & caput coronatum spinis admirari. Dum autem subdit: [Vineam electam,] seu, [Vineam Sorec.] selectas fuisse, & optimas vites vineæ insinuat. Nam sorec genus est vitis laudatissimæ & selectæ, vuas absq. acinis producentis. Tales erant vites primæ illius vineæ, patriarchæ & prophetæ. Tales sunt Apostoli Euangelistæ, martyres, & sancti doctores, qui, vt Basilius ait: erecti stabant: quę sursum sunt quærebant, non super terram iacentes, sed ad superna sẽper tota mente aspirentes. sicut videre licet in vinea, cuius vites furcis quibusdam à terra eleuantur ne fructus humi iaceãt, & à bestijs conculcentur, deuorentur, aut putrescant: sic sancti sic vites electæ spe beatitudinis sursum petũt; crucis baculo ad superna subleuantur; terrenis affectibus nõ patiũtur inhęrere, nec iacere humi; conculcari à bestijs refugiunt; fructus bonorum operum conseruare satagunt ne pereant nec putrescant. Quod si forte aliquando corporis pondere & corruptione anima eorum fuerit aggrauata; si pauimento adhæserit, clamant ad Dominum: [Adhæsit pauimẽto anima mea: viuifica me.] idest Eleua me, sustẽta me; fac me stare, tibi adhærere, vt canere possim cum propheta: [Adhæsit anima *Ps.* 118

Basilius in exam. ho. 5.

ma

Psal.62 ma mea post te]: & dicere: [Mihi
Ps.72. autem adhærere Deo bonũ est: ponere in Domino Deo spem meã.] Vide circa hoc elegantem doctrinam apud S. Basil. hom. 23. quòd non adhærendum sit rebus sæcularibus.

9 [Et ædificauit turrim in medio eius & torcular extruxit in ea.] Per turrim quæ ad speculandum constituitur, intelligit prophetas & Apostolos, qui speculatores sunt, semper vineam Domini
Ezec.3. custodientes, sicut scriptũ est: [Fili hominis speculatorẽ dedi te do-
Isa. 28. mui Israel.] Et iterum: [Super speculam Domini ego sum stãs iugiter per diem, & super custodiam meã ego sum stans totis noctibus.] Per torcular Sacramenta intellige,
Simile. præcipue pænitentiam: Sicut enim torcular vuas premit, vt ex illis mustum exeat; ita pænitentia corda conterit, vt internam exprimat dulcedinem. Vel per torcular intelligitur passio Christi, in qua, ligno crucis botrus de terra promissionis adductus, Christus videlicet, est compressus: vt ab illo salus mũ-
Gen.49 di, & vinum in quo lauit stolã suã,
Isa. 63. emanaret. [Torcular (inquit) calcaui solus; & de gentibus nõ est vir mecum.] † Quæ dicta sunt de vinea Domini, animę cuiuslibet fidelis in sensu morali adaptari possũt memores enim esse oportet quod Dominus sese vitem, & patrẽ agricolam esse dixit nosq. singulos ecclesiæ per fidem insertos palmites appellauit, atque ad copiose ferendos fructus inuitat, ne ob inutilitatem cõdemnati igni tradamur. Et scriptura quemcunque fidelem viti confert. Quemadmodum enim circumfoditur, ac religatur, vt erigatur, pullulet, propagetur, florescat emittat gemina, vuaq. maturescat, & vinum suaue reddat, ita anima à Deo foditur contritione, reciditur tribulatione, religatur Charitate, erigitur spe, vt pullulet sanctis desiderijs, propagetur eorum studio, florescat gratia, emittat opera sancta, maturescant perseuerantia, & perfectione reddat fructus vitæ æterna condignos. * Vinea tanto labore plantata: tot beneficijs exculta, quem fructum proferat audiamus.

10 [Et expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas.] Hebaricè habetur Beusim, idest vuas fœtidas à verbo Baas, quod significat fœtere. Vide cap. 1. n. 30. 31. & c. 2. n. 18. & 19. & intelliges quam agrestes, quam fœtidos, quã amaros fructus vinea Domino protulerit: † fecit, inquit labruscas, ex quibus amarum illud vinum expressum fuit quod Saluatori in Cruce sitienti propinauit: * In sequentibus explicat parabolam, & iudicium profert contra vineam. Vide in textu.

11 [Væ qui coniungitis domũ ad domum; & agrum agro copulatis vsque ad terminũ loci.] Iterum cõmemorat peccata propter quæ captiuus ductus est populus Dei: & reprehendit eius auaritiam: † Sed multi nunc auari sunt qui domum domo coniungunt. & agium copulant agro. [Quos S. Ambrosius his Ambros.
verbis reprehẽdit:] Nabuthe histo lib. de Na
ria vetus est tempore, sed vsu quo- buthe
tidiana: quis enim diuitum non cap. 1.
quotidie concupiscit aliena? quis contentus est suo? cuius non inflãmat diuitis animum vicini possessio? Non igitur vnus Achab natus est, sed quotidie Achab nascitur, & numquam huic sæculo moritur: si vnus occidatur assurgunt plurimi,

plures

plures qui rapiant, quam qui amittant: non vnus Nabuthe pauper occisus est, quotidie Nabuthe sternitur, quotidie pauper occiditur. In cōmuni omnibus diuitibus atque pauperibus terra fundata est, cur vobis sub proprium diuites arrogatis? Nescit natura diuites, quæ omnes pauperes generat, fudit nudos, fudit in lucem egentes: cibo nudos recipit terra, quos edidit, nescit fines possessionū. Sepulchro includere, quis discernat species mortuorum? redoperi terrram, & si poteris, diuitem deprehende.] & in cap. 2. Rex Acab in Israel erat, & pauper Nabuthe: ille regni opibus affluebat, iste pauperem hæreditatem possidebat, nihil pauper de possessionibus diuitis concupiuit. Rex sibi egere visus est, quia vineam habebat pauper vicinus. Quis igitur sibi pauper videtur qui contentus est suo, an qui concupiscit alienū? Et dabo tibi, inquit, Achab, aliam vineam. Diues quod suum est, quasi vile fastidit, quod alienum est, quasi pręciosissimum, concupiscit.] Et in lib. de salutaribus documentis cap. 30. dicit [Cupidus vir animum suum venalem habet. pro nihilo homicidium perpetrat, & vt quis effundit aquam in terram, ita ei est effundere sanguinem proximi sui. Saul alienus à Deo factus, est à regno expulsus, ab inimicis peremptus. Propter auaritiam Pharisei, quia auari erant, Salutaria Domini verba irridebant. Iudę pectus auaritiæ flāma exarsit, vt Dominum venderet. Auarus vir Inferno est similis: infernus enim quātumcunque deuorauerit, numquā dicit satis est, sic auarus. Ideo in pręsenti detestatur auaritiam, de qua sup. c. 1. n. 51 & c. 2. n. 18. & specialiter sumptuosa domorum ædificia, & superflua execratur, quæ & Hieremias propheta similiter exprobrat dicens: [Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitquè sinopide.] Vbi expende quantum dedeceant Christianam modestiam hæc vana ædificia. Hominē namq. qui peregrinus est in hoc sæculo; [Qui non habet hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirit;] tugurio, vel tentorio in quo à tempestatibus protegeretur, oportebat esse contentū, & tamen sui, & permanentis ciuitatis oblitus, domos ædificat eburneas, quas diu habitare non potest. Prima Abrahæ possessio sepulchrum vxoris fuit, nec domos (cum ditissimus esset) habuit opulentas, sed peregrinatus est in terra promissionis, tamquam in aliena, in casulis habitando, cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdē: expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. Cain vero (quod possessio interpretatur) reproborum gerens typum, primus ædificauit ciuitatem, & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch. Hoc enim est impiorum studium, qui ad ciuitatem pertinent Babylonis, ciuitatem sibi ædificare volunt, & hi (sicut dicit scriptura,) [Edificant sibi solitudines:] Quia ciuitates ipsæ quantumuis multitudine ciuium sint exornatę, breui in solitudinem cōuertentur. Vt quid ergo tot ciuitates ædificant sibi stulti? quare tot domos construunt, quas simul inhabitare non possunt? cur domum ad domū coniungunt, & agrum agro copulare satagunt? An ignorant, [Quoniam

[Margin notes: Aug. lib. de Salutari doct. cap. 30. — Hier. 22. — Heb. 11 — Gen. 23. — Heb. 11 — Gen. 4. — Iob. 3.]

Ps. 42. niã relinquēt alienis diuitias suas,
August. & sepulchra eorum domus illorũ in æternum?] Audiant quid Ionadab filijs suis præperit. [Domum
Hie. 35 (inquit) non ædificabitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris: vt viuatis multis diebus super faciem terræ, in qua vos peregrinamini.]

12 [In auribus meis sunt hæc dicit Dominus exercituum.] Solet in sacro Eloquio grauitas alicuius peccati, nomine clamoris ad aures vsque Domini pertingētis designari, sicut Gen. 4. [Vox sanguinis fra
Gen. 4. tris tui clamat ad me de terra.] Et
Gen. 18 Gen. 18. [Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est; & peccatum eorum aggrauatum est nimis.] Non dissimili voce pec cata populi auari & ingrati clamabant ad Dominum: Sed quid petebant? Non vt que misericordiam, & indulgentiam, sicut sanguis Christi, qui effusus super terram, dicebat: [Pater ignosce illis, quia ne-
Luc. 23. sciunt quid faciunt:] Iuxta quod & Paulus ait: [Et sanguinis asper-
Heb. 12 sionem melius clamantem quàm Abel:] Sed vindictam; sed iram; sed indignationem; sed dissolutionem eorum quæ sibi hominum auaritia coacernauerat. Vnde & subditur.

13 [Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes & pulchræ absq. habitatore.] Singulis peccatis cōdignam pœnam correspondentem subiūgit: Tria enim damnat in ædificijs & domibus constructis: primo multitudinem. [Nisi domus multæ,] Secundo, magnitudinem, [grandes,] tertio pulchritudinē nimiam; [& pulchræ,] Has prædicit instante captiuitate, deserendas fore, & euertendas ita vt vbi magnifica ædificia fuerint relicta, nemo sit, qui inhabitet. [Percutiã Amos 3.
(inquit propheta) Domum hyemalem, cum domo æstiua, & peribunt domus eburneæ: & dissipabuntur ædes multæ. dicit Dominus.] Et
iterũ: [Pro eo quod diripiebatis Amos 5.
pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domus quadro lapide edificabitis, & nō habitabitis in eis] Consimili ergo pœna illos puniendos esse denūciat Isai. Et obserua quòd illa dictio [nisi] aduerbium est iurantis; & affirmatis, quòd domus illæ multæ desertæ erunt & absque habitatore, sicut in
Psal. 95. [Quibus iuraui in ira mea Ps. 94.
si introibunt,] idest quia nō introibunt [in requiem meam.]

14 [Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnam, & triginta modij sementis faciēt modios tres.] Prædixerat propheta in clausula præcedenti pœnam coniūgentium domum ad domum: consequenter modo pœnam inferendã agrum agro copulantibus subiungit, quæ in eorundem agrorum sterilitate consistit, vt per quæ quis peccat, per hæc & puniatur. Hanc sterilitatem, talem asserit ac tantam esse futuram, vt ex decem iugeribus vinearum, vix vnam vini lagunculam colligant, & ex triginta modijs sementis, tres tantum in messe percipiant: Iusto namq. Dei iudicio euenit, vt qui aliena prædia rapit, fructum ex proprijs non
percipiat. [Seminastis multum (in- Aggei 1
quit propheta.) Et intulistis parum.] Obserua numerum signatũ non absque magno mysterio: Decē inquit, Iugera vinearũ facient Lagunculam vnam, &c. vt doceat illos qui ex propijs fructibus decimas Deo & ministris eius debitas nō tribuunt, nec decimam seminis

par-

partem ex proprijs agris esse percepturos. Quid miraris auare si agri tibi non reddāt, quod tu Deo tuo non retribuis? Hinc habemus sterilitatem terræ non esse temerarium euentum, vel fortuitum, sed iræ Dei certissimum inditium, qui propter hominum peccata, ne terra fructificet, pluuiam prohibet.
Isai. 5. [Mandabo (inquit) nubibus meis ne pluant super eam.] Et iterum:
Hier. 3. [Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum; & serotinus imber
Iob 12. non fuit.] Et iterum. [Si continuerit aquas, omnia siccabuntur.] Vbi expendendum est illud verbū: [Prohibitæ, Continuerit,] quo designatur, Deum multoties pluuias peccatoribus in nubibus ostendere: & ne deorsum descendant, propter eorum peccata prohibere: [&
Iob 26. ligat,] vt inquit Iob: [Aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.]

15 [Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potādum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis.] Assignat aliā causam captiuitatis populi, propter quam in tot incōmoda, tam spiritualia, quā temporalia deuenerunt: ebrietatē videlicet, cōmessationem, & luxū.
Exod. 32. Hinc Idolatria oritur, Exod. 32. [Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere:] Quem
Ambros. lib. de Elia, & Ieiu. c. 12. 14. locum expēdens S. Ambrosius lib. de Elia & Ieiunio cap. 12. ait, videmus sacrilegium ebrietati fuisse coniunctum, nam sicut mater fidei continentia, ita perfidie mater est ebrietas. Ebrij se Reges Imperatores & Pontifices esse dicunt. Fiunt ebrietate diuites qui sunt in veritate inopes. ciuitates edificant, qui non habēt vnde cauponi potus sui pretiū soluant. vno die bibunt multorum dierum labores. pro vino sanguis effunditur, & ipsum sāguinem vina fuderunt. Quam fortes sibi homines vidētur in vino, quam sapientes quām pulchri: cum stare non possit; mens titubat lingua balbutit, &c. Omnes sibi in vino equales vidētur, nullus inferior, nō pauper diuiti cedit vtpote qui pauperem se esse nescit; non infirmus valido, cui omnis in bibendo est fortitudo: non ignobilis honorato, sed cum bibunt illum Regem habent, qui bibēdo superauerit ceteros, & in cap. 14. maior vis vini est quam veneni. Tollit sensus, viscera exurit, somnū infert, caput vexat, denique venenum vino excluditur, nō veneno vinum. Merito Deut. per *Deut.* 32.
Moysen non solum veneno, sed etiam draconum veneno vinū comparauit dicens: Fel draconum vinū eorum, & venenum aspidum insanabile] pulcre additur insanabilis; multi enim reliquorum serpentum veneno sanantur & curantur nemo ebrietate. Veneno caro vulneratur vino mens. Hinc spiritualiū rerum dispēdium consurgit. Gen 25. Esau *Gen.* 25 *& Heb.* 12.
propter vnam escam vendidit primogenita sua. Hinc sanctus Chrysostomus, ebrietatem & commessationem tempestati maris nauem dissipanti existimat esse comparandam, & procellis tumentibus, ait enim: [Quid ita tandem? Quoniam spōtaneum ad se trahit furorem, & os, & oculos, & nares, & omnia generaliter diuersoria, ductus, & riuos facit furoris. Quod si Aug. 16. de ciuitate 38. c. 1. Chrys. homil 71. ad popul. colum. 2. to. 5.
videas & interiora, animā quoque *Ezec.* 16.
concipies, quasi quadam in hyeme, & gelu coagulatam, atque languētem, propter nimiam procellę magnitudinem scaphæ nihil prodesse valentem. Quot ex hac tempestate

mala

mala viri, mulieresque patiantur dicere pudet; ipsorum autem conscientiæ derelinquo, quæ hæc plenius nouit.] Hinc & Augustinus ait: Fugiamus ebritatem, ne crimen luxuriæ incurramus, quia Apostolus præcipit, dicẽs: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Vinm enim nobis Deus ad lætitiam cordis, non ad ebrietatem donauit. Bibamus ergo non quantum gula exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat, ne id, quod ad medelam corporis nostri trrbutum est, ad perniciem deputemus. Annuncia quæso tuis in domo tua subiectis, quòd plerique per vinum homicidia, & fornicationis, perpetrauerũt, nec ipsam mortem recusauerunt, alij per vinũ a dæmonibus capti sunt, nec est aliud ebrietas, quam manifestus dæmon. Ebriosus putat se aliquod optimũ gerere, cum fuerit ad præcipitia deuolutus. Per vinolentiam armatur ad maledicta, & conuitia proximorũ: & immutatur mens eius, & lingua balbutit.] Sicut ergo sobrius potus sanitas est animæ, & cprporis, ita [vinum multum potatum (vt ait Sapiens) irritationẽ & irã & ruinas multas facit.] †Sanctus Augustinus in lib. contra Adimantum cap. 14. explicans locum Deuter. 11. secundum desiderium animæ occide, & manduca omnem carnem iuxta voluptatẽ quam dedit tibi Dominus, cui Adimantus dicebat esse contrarium, illud Lucę 21 non grauentur corda vestra cruditate, & vinolentia, & ad Rom. 14. bonum est non manpucare carnem, neque bibere viuum.] dicit huic obiectioni respõdent. Dominus, non ad immoderatã voracitatem illud concessit dicendo, iuxta voluptatẽ quam dedit tibi Dominus: quia nõ immoderatam voluptatẽ dedit Dominus, sed quanta sustentationi naturæ salutiq. sufficiat quisquis autem sequitur immoderatam voracitatem. suum vitium sequitur non eam voluptatem quam dedit ei Dominus.*] Sed obserua, quòd quatuor in præsenti improbat propheta, in his qui multo vino sunt dediti. Primo quòd alios ad ebrietatem cum importunitate incitabant quasi nõ esset illis satis, vino inebriari, nisi ad idem scelus sodales conuocarent: & hoc notat verbum illud [consurgitis,] idest, simul surgitis; surgẽtes enim alios excitabant vt biberent, vt inebriarentur, & vino æstuarent, contra illud Eccli. consilium. [Diligentes in vino noli prouocare; multos enim exterminauit vinum.] Consonat hoc cum alia translatione, quæ sic habet: [Væ excitantibus in mane, vt inebriabile sectentur.] Secundo reprehendit eorum cupiditatem inordinatam, quia videlicet præproperè, hoc est ante tempus, & mane vinum bibeabnt, quod vt S. Thom. docet, specialis quædam gulæ est species. & hoc notauit propheta illa dictione, [mane,] idest, ante tempus, non seruata hora cõpetenti, nec animæ, nec corpori. Hinc est illud: [Væ tibi terra, cuius rex puer est, cuius principes mane comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo, ad reficiendum, & non ad luxuriam. Mane,] inquit, [comedunt, mane bibunt,] idest adeò pulsanti cõcupiscentiæ ad nutum obediunt, vt nulla temporis ratio habeatur. vide c. 3, nu. 4.

16 [Mane,] inquit. Est & aliud

[Marginal notes: Aug. lib. de salut. doc. c. 36 to. 3. — Eccl. 31 — Eccli. 31 — Tho. 22. q. 148. ar. — Eccl. 10]

liud consideratione dignum, quòd illo aduerbio [mane,] voluit nos monere propheta, ne videlicet optimum diei tempus, quod gerendis grauibus negocijs & spiritualibus exercitijs est aptissimum, in commessationibus & ebrietatibus consumamus, Scriptum est enim: [Et particula bonæ diei non te prætereat,] idest, non eā inaniter consumamus, nō dilapidemus in ebrietatibus, sicut dilapidabant illi, qui mane surgebant ad bibendum vinū. Quod & prophæta in verbis subsequentibus deplorat, cum ait: [Et opus Domini non respicitis, neque opera manuum eius consideratis.] O dementia. [Væ illis (inquit Ambrosius) qui mane ebrietatis potū reqirunt, quando conueniebat Deo laudes referre, præuenire lucem, & orationi vacare, occurrere soli iustitiæ, qui nos visitat, & exurgit nobis, si nos non Christo, sed vino, & siceræ surgamus. [Hinc est quod existimantibus temere Apostolos varijs linguis loquenters, ebrios esse, Petrus respondit. [Non enim sicut vos æstimatis hi ebrij sunt, cū sit hora diei tertia,] insinuans non leue peccatū esse, mane hora tertia quę honestis actionib' est apta, immoderato vino inebriari. [† Hinc Sanctus Aug. eos arguit, qui prius tabernā, quam Ecclesiam visitant, prius corpus reficiunt quā animā. Et vt ab hoc vitio detestanddo, fidelium animos auerteret, quadam die ad Ecclesiam Hipponensem omnes non solum viros, sed & feminas atque infantes congregari iussit, vt eis tremendum factum ex ebrietate subsequutum, non absque animi dolore & anxietate enarraret. [Non miremini (inquit) fratres carissimi si hodie ter sermonē

Eccl. 14

Act. 1.

Aug. ser. 33. ad fratres in heremo. Io. 10.

Deo auxiliante perfecero, accidit. hodie terribilis casus, vt omnes audistis, propter quem non solum ad ecclesiam Hipponensem omnes antiquiores habere vlui, sed etiam omnes fęminas, & infantes in vnū congregari præcepi. quibus congregatis cum dolore & anxietate vobis enarrare intendo antequam pateat in plebe quid accidit præclarissimo ciui nostro Hipponensi Cyrillo. Ecce enim vt scitis potens erat inter nos opere, & sermone, & fere dilectus ab omnibus; filium, vt scitis habebat, & eum vnicum possidebat, & quia vnicus erat, eum superflue diligebat, & supra Deum. ideo superfluo amore inebriatus filiū corrigere negligebat dans etiā potestatem faciēdi omnia, quæ placita essent illi, ò dolosa libertas, ò grandis filiorum perditio, ò paternus amor mortiferus. Ecce filios se dicunt diligere, quos iugulari procurant, dicunt eos amare, quibus iam suspendia parant, dicūt patres filios se nutrire, sed ecce iam pater & filius ambo in foueam cadunt. Cupitis audire nunc quomodo pater, & filius in foueam cadūt? licet enim sciatis, tamē quia necesse est, vt vos quandiu viuitis timeatis; ideo quæ hodie facta sunt iterum dicere non erubesco. Ecce enim Cyrillus vester filium habebat, vt scitis quem corrigere negligebat, & luxuriosè viuendo consumpsit partem bonorum suorum; sed ecce hodie ebrietatem perpessus matrē prægnantem nequiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit, & duas sorores vulnerauit ad mortem. O magna diaboli dominatio patrem quem post Deum reuereri debebat occidit, matrem à qua portabatur prægnantem oppres-

Matt. 25.

Pro. 13

pressit, sorores quas tenerrimè diligere debebat voluit violare, & duas vulnerauit ad mortem. O dolorosa ebrietas omnium malorum mater, omnis luxuriæ soror, omnis superbiæ pater. O ebrietas, tu mentem cæcas, iudicio recto cares, cōsilium nullum habes, blandus dæmon es, venenum dulce es, peccatū suaue es. O ebrietas nunquid non per te inflatur stomachus? nunquid non per te putrescit anhelitus? nunquid non oculos cæcas? nunquid non cuncta membra debilitas? nūquid non mortem acceleras? nunquid non bursam euacuas? numquid non dominium recipis ab homine? nunquid bestialem, & irrationabilem te diligentem tecum ducis. O ebrietas discant te diligentes agnoscere discant te deuitare; iterum discant te velut mortem effugere; quoniam qui te dilexerit, regnū Dei non consequetur.] Tertio, cum ait, ad ebrietatem sectanda, & potandum vsque ad vesperam, eos damnat, qui totum fere diem, à mane vsq; ad vesperam, bibendo & luxuriando consumunt, quasi ad hoc nati sint, & ad hoc viuant, vt bibant, vt luxurientur & comedant, de quibus Prou. 23. in-
Pro. 23 quit Sapiēs: [Cui væ, cui' patri vę, cui rixæ, cui fouea, cui sine causa vulnera, cui suffusio oculorum? Non ne his qui cōmorantur in vino?] Et cum quadam dulcedine, illud bibunt, non necessitati, sed delectationi consulentes, & student in calicibus Ipotandis, nihil cogitantes, in nihilo incumbentes nisi vt vino preciosissimo inebrientur? Quarto denique illis verbis, [vt vino æstuetis,] cōdemnat peruersum finem ad quem, vsum cibi & potus ordinabant. Cum enim vinum non sit propter se, aut propter delectationem, aut ebrietatē appetendum; sed propter vitæ sustentationem, iuxta illud Pauli cōsilium ad Timo 1. Ti. 5.
theum scribentis: [Vtere modico vino propter stomachū, & frequentes tuas infirmitates:] Illi non propter stomachum, sed propter crapulam, & luxum, non propter frequentes infirmitates, sed propter delitias; non in quantitate modica, sed immoderata, vinum expetebāt: nec manducabant, vt viuerent, sed viuebant, vt biberent, & manducarent. [Vt vino,] inquit, [æstuetis. Vnde B. August. lib. de salut. documen. [Qui immoderatè,] inquit, vinum bibit, cum se putet vinum bibere, bibitur à vino.] quia ratiōne priuatur, ita enim ebriosus intra se vinum suscipit inimicum. S. Gregorius per illos, qui mane comedunt, & inebriātur, eos intelligit, qui tēporali felicitate contenti futuram non reqirunt, quæ per cœnam, eo quod vespere fiat, designatur: ad illam namque solum electi, qui terrena despiciunt admittuntur, vt ex parabola de inuitatis ad cœnam, quę habetur Lucę 14. colligitur. In Luc. 14
quanta vero mala propter ebrietatem suam populus inciderit, verba indicant sequentia.

Aug. lib. de sal. docu. c. 37. tom. 4.

17 [Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multidudo eius siti exaruit.] Vide iustum Dei iudiciū, & debitam ebrietatis pœnam expende. Principes qui epulabantur quotidie splēdidè, fame pereūt, qui eburneas domos habitabant, in captiuitatem ducuntur; & qui mane consurgebant ad ebrietatem sectandam, siti cruciantur. Vt enim refert Iosephus omnia hæc mala

Iosephus de bello Iud. cap. vlt.

populus ingratus imminēte captiuitate perpessus est. [Principes, inquit, interierunt fame.] Magnum certe inditium inopiæ, quæ principibus, & diuitibus non parcit, quæ ad magnates pertingit: nam ignobiles & pauperes fame perire non est mirum, sed quid est, quod propheta postquam ebrietatem populi reprehenderit, illam causam esse captiuitatis insinuās, inquit. [Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam?] dixisset, vtique quia ebrietatem sectatus est, quia vino æstuauit vsque ad vesperam. Solent enim ebrij nocte aliorum ministerio transportari, & ad locum sibi debitum transferri. Sed vt verum fatear, pro eodem videtur accepisse propheta ebrium esse, & scientiam non habere. Est enim effectus ebrietatis ignorantia & stultitia, condignaq. merces illius. Pinguis quippe venter, & vino repletus, pingues quoque sensus generat, & homines iumentis insipientibus similes efficit, & multo amplius deteriores. Illa enim cum saciata fuerint, nec bibūt, nec comedunt; isti vero vsque ad vomitum implentur sicut scriptum
Ps. 38. est, [omnes mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumque ita vt non esset vltra locus.

18 [Propterea dilatauit infernus animam suā, & aperuit os suū absque vllo termino, & descendent fortes eius & populus eius, & sublimes gloriosiq. eius ad eum.] Solet magna pestilētia ex fame & siti suboriri. Cum ergo præcedētibus vniuersalem totius populi famem denunciauerit, tantam modo pestem futuram prædicit, vt vix locus pro cadaueribus hominum sepeliendis reperiatur: sed illorum congeries in fossa humo iactarentur: Ait ergo [Propterea, idest propter supra enumerata peccata, vel propterea, idest propter vniuersalem famem & sitim in populo grassantem: [dilatauit infernus,] idest sepulchrum, [animam suam,] infernus enim sępè accipitur pro sepulchro, quia in inferiori loco est collocatum. Ait enim Iob: [Quis mihi tribuat, vt in Iob 14.
inferno protegas me?] Sequitur [& aperuit os suum absque vllo termino,] Phrasis est satis commodata ad designādam multitudinem mortuorū: cum enim infernus magnus sit, & insatiabilis iuxta illud Prouerb. 27. [infernus & perditio nunquam implentur: &c. 30. tria sunt Pro. 27
insaturabilia, infernus, & os vuluę, & terra quæ non satiatur aqua:] modo tamen dilatare animam dicitur, & os suum aperire, vt plures capiat, & deuoret.

19 [Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimiū deprimentur.] Locus iste consimilis est alteri, quem diffusè exposui cap. 2. nu. 23. vide ibi. Docet enim quod nullus erit in die vindictæ respectus, vel acceptio personarum apud Deum, quia nō solum infimi, quos secūdum Hieronymum significat homo, non tantum medij plebis, quos vir significat, sed & oculi sublimium, idest principes & supremi deprimentur, sicut scriptum est: [Potentes potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec reuerebitur magnitudinē cuiusquam.] Sup. 6.
Et iterum: [Fortioribus autem fortior instat cruciatio.] Hæc omnia Eod. c.
adimpleta sunt in captiuitate Babylonica, in qua (vt Iosephus refert) incuruati sunt ad litteram Iudæi sub catenis vincti & humiliati, Iosephus lib. 5. de bell. Iud. 18.

vt in

vt in Babylonem ducerentur, qui sub iugo diuinæ legis ceruicem humiliare noluerunt; sed vincula eius dirumpere ausi sunt.

Ps. 2. 20 [Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio,& Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.] idest, sanctus, cum vindictã sumpserit de inimicis suis. Modo enim quasi iniquus multis Deus videtur, quia electos punit,& reprobos temporali felicitate gaudere concedit. Inde est illud: peruersum impiorũ
Malac. 3. iudiciũ. [Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum,quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt facientes impietates, & tentauerũt Deũ,& salui facti sunt.] Ab alijs vero infidelis reputabatur Deus & delusor, eo quod nõ statim implebat promissa;nec cõminatam pœnã peccatoribus inferebat. Sed tunc exaltabitur Deus in iudicio, & fidelis apparebit sãctus,& verax (inquit propheta)quando hæc quę prædico, opere adimpleuerit. Tunc
Ps. 143. cantabunt electi.[Iustus Dominus, in omnibus vijs suis, fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.] & adimplebitur quod scriptum est:
Ps. 50. [Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris:]Iudicatur enim a peccatoribus Deus infidelis in promisis & impius in inferendis pœnis; quia non fertur cito contra malos sententia: sed suo tempore apparebit iustus, cum opere adimpleuerit,quod promisit. Vide cap. 2. num. 24.

21 [Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatẽ versa aduenæ comedent.]Septuaginta interpretes transferunt, [& pascentur direpti, quasi tauri,] qua phrasi, vt notauit Hieronymus, multitudinẽ eorum designat, qui erant in captiuitatem ducẽdi, ad modum armẽtorum pecudum, vel agnorum,quorum greges a pastoribus ducũtur ad pascua, vt postea occidantur. Consonat hæc explicatio cum illo Hiere. 12. [Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.] *Hier. 12* Æquum enim erat vt qui tãquam pingues tauri fuerant contra Dominum congregati, vt mugirent aduersus illum & eum caperent: capti a Chaldæis, vel Romanis congregarentur ad victimam. *Ps. 21.* Alij vero, inter quos est Adamus, Forerius glossa & Pinto,istum locũ explicant de Gentibus & Iudæis conuersis ad Christum,ita vt sit sensus. Agni,idest,fideles: Sic enim appellantur Ioan. 12. [Pasce agnos meos.]pascãtur pabulo cælestis doctrinæ. *Ioan. 12* Cõsonat etiam hæc explicatio cum paraphrasi chaldaica, quæ sic legit, [Et pascentur sancti pauperes,&c.]Et deserta in vbertatem versa aduenæ comedent, idest, eloquia Dei,quę Iudaicus populus deseruit,comedent Gentes in vbertatem versa,idest dictis sententijs, & explicationibus sanctorũ exornata.

22 [Væ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis: & quasi vinculum plaustri peccatum.] Ecce fructus amarissimos,quos vinea Domini multo labore plãtata,illi produxit. Hi sunt pertinacia, obstinatio voluntatis,multitudo peccatorũ, deprauata cõsuetudo peccandi. [† Non plangit dominus eos qui peccare ceperint statimq.desierint: non enim est Iustus super Terrã qui faciat bonum, & nõ peccet,sed qui

longo funiculo peccata protraxerint. Dicũtur autem hęc ad eos, qui supra arguti sunt in auaritia, atq; luxuria, quod prouocati à Domino ad pænitentiam, & postea ab Apostolis eius, vsque hodie perseuerant in blasfemijs, & ter per singulos dies in omnibus sinagogis sub nomine nazarenorum anathematizent vocabulum christianum. Est autem sensus: Væ vobis, qui putatis diem Iudicij non futurum. Vel non venturam captiuitatem, quam propheticus sermo prædicit, qui dicitis ad prophetam vsquequo nobis Dei minaris iram? volumus eam scire, iam veniat: Hoc autem per Ironiã loquitur quoniam eum non putant esse venturam, sed simulari à propheta. Vnde Hieronymus ait: Quod vincula dicantur esse peccata crebrius legimus, e quibus illud est: Funibus peccatorũ suorum vnusquisque constringitur. Et dominus arguens populum delinquentem, qui peccatis peccata sociarat, fecit flagellum de funiculis, ostendens eis, quomodo domum Dei fecissent speluncam latronum. Et sanctus Ambrosius explicans locũ ad Rom. 7. [Nã velle adiacet mihi perficere autẽ bonũ non inuenio] dicit, & placet, ꝙ lege iubetur, & voluntas est faciẽdi, sed vt impleatur potestas, & virtus deest; quia sic pręssus est potestate peccati, vt non possit ire, quo vult, neque valeat contradicere, quia potestatis eius alter est dominus: homo enim, iam consuetudine peccandi grauatur, & facilius succumbit peccato, quam legi, & si velit bona facere pręmit illum consuetudo, adiutore inimico. Vnde subdit [iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ] quia præssus, & subiũgat peccato, non suam, sed illius perficit voluntatẽ, Quia.n. ianuã peccato aperuit, iure illius dominatur, primo enim suadet, vt victo iam dominetur * Qui huiusmodi peccatis sunt dediti, trahere peccata dicuntur in funiculis, non charitatis, sed vanitatis: quia vt Augustinus explicat, & Gregorius; peccata peccatis cõnectunt, & quasi funem longum implexa delicta semper extendunt, sicut scriptum est: [Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suã.] Et Not. quod sicut ex pluribus funiculis paruis sibi ad inuicem innexis magnus efficitur, qui difficilè rumpitur, ita ex pluribus implexis peccatis, consuetudo resultat, quæ difficile superatur. [Funiculus triplex (ait Sapiens) difficile rumpitur.] Quis est funiculus triplex? funis est peccatum, funis praua consuetudo, funis iniquitatis magisterium. Audi prophetam. [Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ nõ sedit.] Qui ergo abijt in consilio impiorum consentiendo in peccatum, & stetit, in illo perseuerando, & sedit in cathedra, iniquitatis magistrum exhibendo: triplici funiculo ligatus est, & constrictus. Nam funibus peccatorum suorum quisque constringitur. His ergo funibus peccata illi trahebant, & multiplicabant. Vide quæ contra consuetudinem peccandi habens c. 1. num. 16.

Hier. in c. 5. Esai.

Ambr. in ep ad Roma. c. 7.

Aug. sup ps. 18. c. 8. Greg. 33. mor. 9.

Ps. 128.

Eccl. 4.

Ps. 1.

[23 Et quasi vinculum plaustri peccatum.] Hæc verba sensum augent præcedentium, & insinuant quantam vim peccatores rebus omnibus inferant, vt eas ad peccatum retorqueant. Vinculum enim plaustri

stri

stri durius est quam funiculus, fortius ad trahendum plaustrũ, per q̃ peccatum, siue consuetudo peccandi intelligitur, propheta dicente:
Amos. 1 [Triturauerunt in plaustris ferreis Galaad.] Ferreis, inquit, quia portari sine magno labore nõ possunt. Vbi attende, quid in plaustris ferreis, cũ tanto labore, & dolore peccatores portent: fœnum videlicet, cras in ignis clibanum mittendum. Vnde & scriptũ est: [Ecce ego stri-
Amos. 2 debo super vos sicut stridere solet plaustrum onustum fęno:] Portant enim fęnum isti, idest, carnis desideria, vana, & inutilia, & bona temporalia, quę cito decident, & marcescet eorum gloria, sicut scriptum est: [Omnis caro fænum, & omnis
Isa. 40. gloria eius, quasi flos agri; [Exiccatum est fænum, & cecidit flos, quia Spiritus Domini sufflauit in eo,] flat°.n. vel aura eos marcescere facit,

24 [Qui dicitis festinet, & cito veniat opus eius, vt videamus, & appropriet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud.] Sẽsus est, vt ait Hier. Vę vobis qui putatis diem iudicij non futurum, vel non venturam captiuitatem, quam propheticus sermo prædicit, qui dicitis ad prophetam: Vsquequo nobis Dei minaris iram? Volumus eam scire: veniat cito. Hoc autem per ironiã loquebantur, quoniam eam non putabant esse venturam; sed simulari à propheta malitiose. Sic intellige verba illa, quæ derisoriè dicebat po-
Isai. 28. pulus. [Quia manda remanda, manda remanda. Expecta reexpecta, expectare, expecta: modicũ ibi modicum ibi.] Et infra: [Dixistis enim, Percussimus fædus cũ morte, & cũ inferno fecimus pactum: flagellum inundans cum transierit, nõ veniet super nos.] Ac si dicerent: Nihil timemus securi erimus; verba vestra ò prophetæ vera non sunt: illis non credimus, nec fidem adhibemus. Filij Abrahę sumus; Patrem habemus Abraham, quem Deus elegit, quem benedixit; eius filijs, velit nolit, benefaciet. Putas ne super filios Abrahæ inducet malum? Istę sunt impiorum derisiones, veniat, & acceleret certissimum obdurationis, & reprobationis inditiũ est scripturis, sanctis non credere, comminationibus Dei fidem non adhibere; sed in ea pace, & securitate viuere, quasi gẽs quæ fecerit iustitiam.

25 [Væ qui dicitis, malum bonũ, & bonum malũ. Ponentes tenebras, lucem, & lucem tenebras, Ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.] Ecce aliud reprobationis indicium, & obdurationis signum. Conantur peruersi, & moribus corrupti sinistrè Scripturam sacram interpratari, & retorquere, vt iuxta legis normam operari videãtur & verbis Domini suam nequitiam, auaritiam, crapulam, & iniustitiam operire contendunt, & alios qui eorum vestigia non sequuntur, damnare, aut imperfectos dicere. Omnia corrumpunt, vt corruptos moribus sanctificent, atque defendant, Hæc est (inquiunt) vera viuẽdi ratio secura, & perfecta. Vt quid carnis afflictio, vita aspera, rigor disciplinæ? Vt quid tot vigilię, tot ieiunia, tot disciplinę? Inutile ducunt, & vanum, quod ad perfectionem vitæ maximè conducit. Sic dicunt malum bonum, & bonum malũ ponentes tenebras in lucem, & lucem in tenebras. Nonne terrena sapientia, iudustria humana, tenebræ sunt: sapientia autẽ Dei lux? & lux vera, [Quæ illuminat omnẽ ho- Ioan. 1.
minem: & lux in tenebris lucet? quo

niam humanam astutiam comprehendit; laqueos detegit, cæcos illuminat, vt foueã videant & caueãt.
Ps. 16. Nõne verba Dei [Dulciora sunt su
3. Esdr. per mel & fauũ.] Et dulcedo huius
3. sęculi amara? Vę ergo tibi quicũq; es ille, qui omnia peruertis, & amarum dulce reputas, & dulce amarũ, tenebras lucem dicis & lucem tenebras, Sãctus Hieronymus. lib. 1. Trenor. cap. 2. explicat hũc locum de illis qui peccantibus, securitatẽ, & impunitatem promittunt, qui. n. peccanti, & iniquis operibus attendenti promittit impunitatis securitatẽ, propheticę maledictioni subiacebit, vnde cauendum est ne pro veritate sequamur mẽdaciũ ne pro lumine tenebras, & vt loquar quod sentio: difficile hoc maledicto quis carere potest, cũ & malis frequẽter adulemur propter potẽtiam, & bonos despiciamus propter inopiã *.] Lege cap. 1. nu. 59. 62. & 64.

26 [Vę qui sapiẽtes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes.] Hæc est multorum radix errorũ in illis, qui humana innituntur sapientia, & prudentiã sæculi, quæ stultitia est apud Deum, amplexantur. Ideo ille populus verbis Dei credere nolebat: ideo dicebat malum bonũ & bonũ malum, &c. Tales sunt arrogãtes, tales superbi, qui prius doctores esse volũt & magistri, quam discipuli: cum tamen
Vide c. 1. captiuare deceat prius intellectũ
nu. 50. in obsequiũ fidei, & maiorũ sententiæ acquiescere, & discere, quod est
1. Chor. docendum. Hinc & Paulus. [Si quis
3. inter vos, videtur sapiẽs esse in hoc
Isa. 29. sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Hinc, & propheta: [Perdam sapientiam sapientiũ, & prudentiã prudentium reprobabo.] Hinc & illud sa-
Prou. 3. pientis consilium: [Habe fiduciã in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudẽtiæ tuæ. In omnibus vijs tuis cogita illũ, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud te metipsum.] Necesse. n. est, vt qui sapiẽtiæ suæ innititur, et prudẽtię, cito, cadat cõprehẽdatur, & pereat.

27 [Væ qui potẽtes estis ad bibẽdum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, Translatio noua habet, [ad miscendam siceram,] idest omne quod inebriare potest, vt Ambr. explicat, & hispanicè di- Ambros.
citur, [haser calabriada.] Poten- lib. de Ie
tes, inquit, estis & fortes ad biben- iun. & E-
dum. Irrisio quędam ciuilis videtur lya.
sale referta; ac si diceret: Fortes nõ estis, nec potentes aduersus hostes ad conseruãdam iustitiam, ad rempublicam defendendam: sed ad bibendum vinum & epotandos calices. Vide numero 15.

28 [Q si iustificatis impium pro muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo.] Notat iterũ Principũ, & Sacerdotum auaritiã, qui muneribus corrupti peruersa iudicia proferebant: de quo supra cap. 1. nu. 62.

29 [Propter hoc: sicut deuorat stipulã lingua ignis, & calor flãmæ exurit, sic radix eorũ quasi fauilla erit, & germẽ eorũ vt puluis ascendet.] Verba hæc ad incendiũ referũtur ciuitatis. Possũt etiam de die iudicij explicari. Vbi obserua, quod non dixit; [Sicut deuorat ignis, sed *Matt.*
lingua ignis,] vt nos sentẽtiæ illius 25.
admoneret; [Ite maledicti in ignẽ æternum:] quæ lingua ardens quasi ignis reprobos mittet in gehennã. Et consonat hęc explicatio cum lo *Isa.* 30.
co illo, cap. 30. Labia eius repleta *Isa.* 30.
sunt indignatione; & lingua eius quasi ignis deuorans. Vel (ideo secundum alios) lingua ignis dicitur; quia ignis ad modũ linguæ flãmam emit-

emittit. Obserua præterea, quam facile ira Dei absq; vlla resistentia peccatores consumat,quod exẽplo stipulæ conijcies, quæ igni resistere non valet: sed in ictu oculi deuoratur ab illo, in cineres redigitur, & cõsumitur. Vide c.1.n.66. & 72.

30 [Abiecerũt enim legem Domini exercituum, & eloquiũ sancti Israel blasphemauerunt.] Verbũ illud abiecerunt contẽptũ significat transgressorũ;sicut Psal.2.[Dirumpamus vincula eorũ:& projciamus à nobis iugum ipsorum. Vide ca.1. nu.20.cætera patent vsque ibi. *Psal. 2.*

31 [Et leuabit signum in nationibus procul.& sibilabit ad eũ de finibus terræ,&c.]Describit propheta impetũ & potẽtiã Romani exercitus, aut etiam Regis Babylonis, per quem populum Iudaicũ ob sua peccata, & potissimè quia occiderunt Christum Dominum, debellauit :comparans illum frementi leoni,cui nullus valet resistere.Consonat hic loc⁹ cũ illo Deut.28.Adducet Dominus super te gentẽ de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis:Gentem procacissimam,quæ non deferet seni,nec misereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ,donec intereas,& nõ relinquat tibi triticum, vinum, & oleum,& armenta boum,& greges ouium, donec te disperdat,& conterat in cunctis vrbibus tuis,& destruãtur muri tui firmi, atque sublimes, in quibus habebas fiduciã in omni terra tua.]Obserua verbũ illud,Sibilabit,]significat.n. quòd ad vnũ sibilum vnum signum Domini vocãtis, congregati sunt exercitus aduersus populum incredulum, & statim venerunt, vt exequerentur imperiũ domini. Vnde & subditur. *Deut. 28.*

32 [Et ecce festinus velociter veniet. Dixerat supra, vaticinia Isaiæ irridendo populus pertinax & incredulus: [Festinet,& cito veniat opus eius, vt videamus.] Modo propheta e conuerso illos irridens subiungit: [Ecce festinus velociter veniet.]Ecce in foribus adest. Vos irridebatis increduli verba mea: ego quoque in interitu vestro ridebo & subsannabo,cum id quod prædixi, vobis aduenerit. Confundit etiam populi pertinaciam, & duritiã cordis eius:velox obedientia vocati exercitus. Toties enim à Deo vocatus rebellis populus obedire cõtempsit, & tamen gentes ad vnicum Dei sibilũ velociter veniunt de longinquo, vt eius deseruiant voluntati.

33 [Habes ex hoc capite, qualiter vinea illa domus, videlicet Israel tam magna cura plantata, tot modis exculta, non ob aliam causam, quàm propter peccata ipsius, propter incredulitatem, propter iniustitiam & ebrietatem, & contemptum eloquiorum Dei extirpata sit. Tu autem, ò frater time, fracti enim sunt rami, vt ego inserar, vt tu socius radicis,& pinguedinis oliuæ efficiaris. Bene [Propter incredulitatem (inquit Paulus) fracti sunt.] Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time, si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte,nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem,& seueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt,seueritatem, in te autem bonitatem Dei si permanseris in bonitate, alioquin, & tu excideris. Sed & illi si non permanserint in incredulitate inserentur. *Rom. 11*

Et profecto eadem atq;grauior pœna infligetur nobis, si tantam neglexerimus salutem, filiũ Dei conculcando, & sanguinem testamenti polluendo, quanto enim potiora Iudæis sumus sortiti beneficia, tanto vberiores bonorum operum fructus proferre decet.

CAPVT SEXTVM.



N anuo, quo mortuus est rex Ozias, 3. 4. vidi 5. Dominum 6. sedentem super solium excelsum, & eleuatum: 7. 8. & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum: 9. Seraphim stabant super illud: 10. sex alæ vni, & sex alæ alteri; duabus velabant faciem. 11. 12. & duabus velabat pedes eius, & duabus volabant. 13. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: 14. Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. 15. Et commota suut superliminaria cardinum à voce clamantis, 16. 17. & domus repleta est fumo. 18. Et dixi: Væ mihi, quia tacui, 19. quia vir pollutus labijs ego sum, 20. & in medio populi polluta labia habentis ego habito, 21. & regem Dominum exercituum vidi oculis meis. 22. Et volauit ad me vnus de Seraphim, 23. & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat 24. de altari. Et tetigit os meum, & dixit: 25. Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua; & peccatum tuum mundabitur. 26. Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi. 28. 28. Ecce ego. 29. 30. 31. 32 mitte me. 33. Et dixit: Vade, & dices populo huic: 34 Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. 35. &c. *vsque* 45 Excæca cor populi huius, 46 & & aures eius aggraua: 47 & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, 48. 49. 50 & conuertatur, & sanem eum. 51. Et dixi. Vsquequo Domine? 52 Et dixit: Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta. Et longe faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ. 53 Et adhuc in ea decimatio, 54. & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen 55 sanctum erit id, quod steterit in ea.

SVMMA CAPITIS.



ATICINATVR propheta in hoc capite vltimam pœnam, illamq. grauissimam, quam Dominus populo suo intulit, propter innumera commissa peccata, illum indurando, & excæcando, ne videntes & audientes Christum, crederent in illum, de quo ab illo versiculo: [Vade & dices populo huic:] Et quoniam in pœnam huius cæcitatis fuit Hierusalem per Romanos euersa; eius excidium repetit in præsenti. Ibi: [Donec desolen-

solentur ciuitates, &c.] Præmittit autem propheta quandam mirabilem visionem, qua suam prophetiam confirmaret, vt maior fides eius dictis à Iudæis incredulis adhiberetur de qua agit à principio cap. vbi ostendit etiam se fuisse missum à Deo, vt hæc populo nunciaret: ne aliquam excusationem rebelles prætenderent.

COMMENTARIVM.



IN anno quo mortuus est Rex Ozias.] Notat propheta circumstãtiam temporis in quo hanc visionem mirabilem vidit. Nam (vt docet sanctus Chrysost.) sicut in publicis instrumentis dies mẽsis notatur, & annus quo scribitur, vt robur habeat & firmitatem; ita & in prophetis hæc sunt valde obseruanda, vt prophetiæ veritas appareat firma. Huius inaduertentia circa aduentum Messię errauerunt Iudæi,& nunc errant,qui legalibus cęremonijs inhærentes legem Euangelicã repellunt. Tempus ergo, in quo Dominum in trono sedẽtem Isaias vidit, fuit annus, in quo mortuus est Ozias, qui vt sacra narrat historia, rex impius fuit & peruersus, quo subinde regnante talem visionem non vidit Isaias, sed eo mortuo, & in hoc (vt adnotauit Origenes, Chrysostomus,& Gregorius) designatur Deũ multoties propter peccata populi, & impietatem regis, prophetis occultare visionem, & os prędicatorum & sacerdotum occludere, sicut scriptũ est.: [Et quærent visionẽ de propheta, & lex peribit à sacerdote.] Id quod & Hieremias deplorat, cum ait: Non est lex & prophetæ eius non inuenerũt vissionem à Domino.] Mortuo autẽ rege iniquo,& peccatoribus de medio sublatis aperit Domin' os prophetarum, & illis per visionem loquitur, iuxta illud: [Tunc locutus est in visione sanctis suis.] Tunc inquit, quãdo videlicet populus Dei scit iubilationem, quando in lumine vultus eius ambulauerit, quando custodierit mãdata illius. [†Oziam quia sibi sacerdotium illicitum vindicauerat, ait Hieronymus lepra fuisse percussum sacra narrat historia, quo mortuo dominus videtur In Templo, quod ille polluerat: ex quo animaduertim' regnante in nobis polluto Rege,& leproso. nos Dominum in sua maiestate regnantem videre non posse. Vnde & in Exodo quando mortuus est Pharao qui opprimebat Israel luto & paleis. populus clamauit ad Dominum qui eo viuente clamare non poterat, & Ezechiel mortuo Phatalia pessimo principe cadit in faciem suam. Et voce excelsa clamabat ad Dominum. Sic regnãte in nobis Diabolo misericordiæ Dei cessant: emortuo autem ipso in nobis, Deus misericors se homini communicat. Viuente diabolo nullus nostrum videt Dominum cum Isaia, nec suspirat cum filijs Israel, nec in pænitentiam corruit cum Ezechiele, idem dicit Origenes homil. 1. in Isaiam.& Chrysost. homil.

Chrys. homil. 2. de verbis I-sa. col. 4.
4. Reg. 15.
Orig. ho. 1. super. c. 2. Iud.
Chrysost. hom. 4 super c 6. Isa. in fin. tom. 1.
Greg. ho. 14. super Ezech.
Ezec. 7.
Thren. 2.
Ps. 88.
Hieron. in Isa 6.
2. Para. 26.
Exod. 2
Ezec. 11.

homil.4.citata.*]Hinc & Ioel postquam dixerat:[In medio Israel ego sum, & ego Dominus Deus vester, & non est amplius, & non confundetur populus meus in æternum.] Subdit: [Et erit post hæc, Effundā spiritum meum super omnem carnē,& prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, senes vestris omnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt,Et erit post hæc.ait:Quid est post hæc?Quando ego habitauero in medio vestri,quādo ego Deus vester,& vos mihi populus:tunc visiones videbūt iuuenes vestri. Hinc & Oseas: [Adhuc sedere te faciam in tabernaculis sicut in diebus festiuitatis: & ego visionem multiplicaui.] Prius in tabernaculis sedent interna pace conscientię perfruendo; & deinde visiones illis multiplicantur à Domino. Ita in præsenti mortuo rege impio, Ozia de medio sublato,& regnante Ioatham, visionē vidit Isaias,sic & Ezechiel, mortuo Phalcia filio Banaiæ prophetauit. Hinc collige spiritum propheticum non omni tempore, nec per modum dabitus adesse prophetis: sed cum diuinæ placitum fuerit volūtati,quia vt docet S.Thomas; per modum dispositionis transeuntis mentes eorum illuminat. Vide supra cap.3. num.26.

Ioel. 2. *Osea* 12 *Ezech.* Tho.2.2. q.68.ar 3 ad 3. 21. q.171.ar. 2.3.cont. Gēt. cap. 154.

3 [Vidi Dominum: Hæc visio Isaiæ semper apud Hebræos fuit celeberrima, & in magno precio habita. Sed multi ex illis non grato animo eam audiebant: quia verbis acerrimis eorum cæcitatem condemnat. At sacri Euangelistæ, & Apostoli illā referunt,& explicant: Sanctus Matthæus cap.13. S.Marcus cap.4. S.Ioannes cap.12 S.Paulus ad Roman.11. & Actor.28. De qua scripserunt latissime, Ireneus lib.4. cap.36. Eusebius Cæsariens. lib.7. demonstr. Euang. 2. Sanctus Chrysostomus quinq; homilias elegantes composuit & totidem Bernardus & Orig. de visione sedentis super thronū.Denique Sanctus Hieronymus ad Damasum Papā duas multa eruditione refertas scripsit epistolas de ministerio Seraphim. Pro intelligētia huius visionis duo sunt examināda. Alterum est,qualis fuerit hæc Isaię visio,vtrum imaginaria, & per species corporales & sensibiles facta, an verò intellectualis,& per species intelligibiles. Alterum est,quid nam per huiusmodi visionem, & per circunstantias illius significetur, vt ex hoc sensus illius litteralis manifestus fiat, Nā iuxta Sancti Thomæ sententiam in loquutionibus metaphoricis,parabolicis, seu figuratiuis,ille erit sensus litteralis, qui per metaphoram ipsam, per parabolam metaphoricam,vel figuram designatur. Glosa docet visionem fuisse imaginariam per corporales similitudines factā, & idem sentit Sanctus Thomas prima parte,quæstione 12. artic.3. ad 3. Qualiter autem huiusmodi species & similitudines siue sensibiles, siue intelligibiles,afficiant prophetas, quære in Sancto Thoma 22. q. 174. artic.3. Quid vero huiusmodi visio literaliter significet, infra dicetur. Expendamus ergo singula eius verba.

Thom. 1. part. q 1. art.9.. ad 3. *Glosa. Isai.* 1.

4 [Vidi.] Obserua cum S.Bernardo,quod cum propheta de Christi ignominia, & passione sermonē faceret,non dicit in singulari: [Vidi:] sed in plurali [vidimus eum,& non erat ei species, neque decor.] Sed in præsenti de Christi gloria,& maiestate sedentis super thronum locuturus, ait in singulari: [Vidi,] vt il-

Bern.ser. 1.de ver. Isaiæ. *Isa.* 53.

vt illã visionem intelligas esse com munẽ iustis, & peccatoribus: istam vero excellentiæ singularis; si quidem absque specie & decore vidit eum & spreuit Herodes, viderunt quoque & ipsi Iudæi qui dinumerauerũt omnia ossa eius, de quibus

Ps. 21. scriptum est: [Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me:] Sed gloria, & maiestate eius solum electorum oculi perfruentur, propheta

Isa. 26. dicẽte. [Tollatur impius ne videat gloriam Dei.] Quid autem significet; [Vidi,] seu [visio] explicatum est cap. 1. num. 3.

(Isa. 26. sm aliam litt am.)

5 [Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum.] In textu Hebrę. pro Dominum habetur nomen Adonai, quod significat Deum firmum & stabilem: deriuaturq. à nomine [edem,] quod significat fundamentum ex eo quod omnia sustineat, & respicit illud no

Heb. 1. men Christum, qui omnia portat & sustinet verbo virtutis suæ: qui totius spiritualis edificij fundamen

1. Cor. 3 tum est, Apostolo dicente: [Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus,] cuius gloriam & virtutem in hac visione spiritu prophetico præuidit Isaias, vt Ioannes Euangelista testatur, cum ait:

Ioan. 21 [Hæc dixit Isaias quando vidit gloriã eius] idest Chisti, ut explicat Augustinus, & Hieronymus [& loquutus est de eo.] Aduertit enim Augustinus quod filius Dei antequam susciperet carnem, ostendit se oculis hominum sicut uoluit in subiecta creatura, non sicuti est: & sic ostensus est Isaiæ. Sic etiam in fornace ignis inter illos tres pueros

(Aug. Tri. 53. in Io. t. 9. Hieron.)

Dan. 4. apparuit, [& species (inquit) quarti similis filio Dei. [† Tam ardenti desiderio sumendi carnẽ humanam Verbum flagrabat diuinum, ut antequam ex Virgine nasceretur in forma humana uisibili olim multis Patribus apparuerit, quasi illis apparitionibus se exerceret ad uerã humanitatem in plenitudine temporis assumendam; ita docet Leo Papa epistola 13. ad Pulcherimã Augustam, ubi ait: Potuerat quippe omnipotentia Filij Dei sic ad dicendos, iustificandosq. homines apparere, quomodo & Patriarchis & Prophetis in specie carnis apparuit cum aut luctamen inijt, aut sermonem conseruit, cumve officia hospitalitatis non abnuit, uel etiam appositum cibũ sumpsit, sed illæ imagines huius hominis erant indicia, cuius veritatem, ex præcedentium patrum stirpe sumendam significationes mysticæ nunciabãt.] Et Concil. Sirmien: canon. 13. Si quis contra Iacob non filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitũ Deum, aut Patrẽ eius dixerit anathema sit, Clem. Rom. lib. 5. constitutionum Apostolicarum cap. 19. inquit. Nunc. i. Christum in apparitionib. Viderunt factum hominẽ. Moyses, Abraham, Iacob, Iosue, Samuel, Dauid; & idem docet Eusebius, Cæsarieñ. lib. 5. demonstrationum Euangelicarum à cap. 9. vsq; ad 20. habet quod hæc sententia, magnum fundamentum in verbis illis. 1. Petri 3. [Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu, in quo & ijs, qui in carcere erant spiritibus veniẽs, predicauit, qui increduli fuerãt aliquãdo, quãdo expectabãt Dei patiẽtiã in diebus Noè cum fabricaretur arca, in qua pauci, idest octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quæ verba

diuer-

diuersimode solent à doctoribus explicari,quidã inter quos est Clemens Alexandrinus lib.6.Stromatum sentiunt,Christum cim descendit ad inferos Euangeliũ prædicasse dãnatis,& ex illis aliquos gentilium liberasse, & hoc significare voluisse Petrum Apost. in verbis inductis, sed hæc explicatio communiter reijcitur à sãctis Patribus;nam vt docet S.Tho.3. p. q. 52.artic.6. ad primũ,quamuis Christo descedente ad inferos, omnes qui erant in quacunque parte inferni fuerint aliqualiter visitati:quosdam tamen ad suam consolationem, & liberationẽ, quosdam vero ad suam confusionem,& confutationem, visitauit.s. damnatos,qui erant in inferno:non ergo,vt prędicaret damnatis,& eos liberaret,Christus dominus descendit ad inferos,sed vt eorum infidelitatem, & obstinationẽ redargueret, vt docet Damascen. lib.3. de fide orthodoxa cap.29. & Athanasius epistola ad Epictiticũ. Legitima ergo explicatio est,quam epistola 99. tradit Aug. ibi enim verba Petri Apostoli ad Noè tempora refert, ita vt sẽsus quod Christus in spiritu, idest in specie humana tunc apparuerit, & prædicauerit spiritibus,qui in carcere erãt, idest illius sæculi hominibus; Spiritus enim per sinecdochem accipitur pro homine,vt patet.1.Ioan.4. omnis spiritus, qui non credit in Christo Iesu,idest omnis homo:Per carcere autem cæcitatẽ intelligit, & peccata, quibus illi homines tenebantur captiui;eandem explicationem sequitur Beda.S.Tho. & Albertus super eundem locum.*]

6 [Sedentem.] Aliquando dicitur Deus sedere, aliquando stare sicut supra cap.3. [Stat ad iudicandum Dominus, stat ad iudicandos populos.] nõ quia ea quæ ad situm pertinet, proprie competant Deo, sed quia illi per quandam similitudinem, & metaphoram adaptãtur. Vt enim explicat Augustinus, & S. Thomas, Deus sedere dicitur propter suam immobilitatem, & auctoritatem: stare autem ad designandum virtutem, quam habet ad debellandum omne quod aduersatur. Vel ex eo sedentem illum vidit Isaias,vt denotaret Deum esse iudicẽ, qui condignam pœnam Iudæis inferre parabat,eos excæcando.Proprium est enim Iudicis pro tribunali sedere, cum aliquem condemnare vult, aut damnare. [Rex qui sedet in solio Iudicũ(ait sapiẽs)dissipat omne malũ in circuitu suo,] Vnde in Scriptura sacra per Christi sedẽ,vel cũ sedere dicitur, iudiciaria eius potestas designatur, sicut scriptum est: [Consurgant & ascendant gẽtes in valle Iosaphath; quia ibi sedebo, vt iudicẽ omnes gentes in circuitu.]Et iterum: [Vidi thronum magnum, & candidum: & sedentem super eum.]Et rursus:[Sedes tua Deus in sæculũ sęculi:virga directionis virga regni tui. [†Quidam per soliũ excelsum intelligunt sedem Petri, & solium Romanũ in quo Christi Vicarius sedet in terris nam pro excelso habetur Hebraicę Vox deducta à radice Romæ, de quo vidẽdus est in præsenti Pagninus, nec videtur contemnenda hæc hæc explicatio. Hoc enim solium excelsum est, & eleuatum super omnes potestates, cui facile adaptari poterunt quæ in præsenti de solio Domini prædicit Isaias. Sed quærit Chrysost. quam ob causam; ait Chrysost homil.1.super cap.6.cum dixisset excelsum adiecit, & eleuatum?

Aug. lib. de essentia diuin. Thom. 1. part.q.3. ar.1.ad 4

Pro. 20

Ioel. 3.

Apo. 20

Ps.44.

Homil. 1. in Isaiæ cap.6.

tum? An non satis erat per celsitudinem rem totam significare? quapropter ergo addidit, & eleuatum? vt cathedram incomprehensibilem significaret quandoquidē apud nos quod excelsum est, cogitationem quādam præbet comparationis ad ea quæ humilia sunt veluti excelsi sunt montes ad Campestria comparati. Excelsum, autem cœlum super omnia terrena eleuatum est. cæterum hæc eleuatio solius est illius naturæ incomprehensibilis quam neque cogitatione cōcipere, neque verbis eloqui quisquā potest propterea addidit, & eleuatum? *]

7 [Et ea quæ sub ipso erāt replebant templum.] Translatio noua habet: [Et fimbriæ eius replebant templum] vel [regiam:] & ita etiam vertit Pagninus. Alij transferunt: [Et oræ eius replebant templum.] Thargū sic legit: [Et splendore gloriæ eius repletum est templum.] Sic adeo erat oblonga vestis, qua Deum Isaias vidit indutū, vt bona eius pars templi pauimentum operiret: vt agnoscas ita esse immensam Dei maiestatem, & gloriam, vt minimum ipsius, & infimum, quod quasi fimbria vestimenti reputatur, templum ornet & repleat: & loquitur de templo Hierosolymitano, in quo peculiarem maiestatis suæ præsentiam declarauit. Hinc sanctus Paulus: [Quod stultum est Dei fortius est hominibus.] Quid nam stultum Dei est, quid infirmum? Numquid in Deo stultum aliquid esse poterit, aut infirmum? [Sapiens enim corde est. & fortis robore:] Factus est homo, ponitur in stabulo: inter paleas abscōditur, conuersatur inter homines tanquā vnus ex illis; passus est, virgis cæsus, spinis coronatus, ligno affixus & mortuus. Ecce infirmum Dei, quia pro nobis doluit, & infirmatus est: ecce dei stultum, [Prędicamus (ait Paulus) Christum Crucifixū, [Iudæis quidem scandalum gētibus autem stultitiam,] ecce infimum, ecce fimbriam vestimenti eius. Sed hoc infirmum, hoc stultū, hoc infimum templum Dei replet gloria, immo & cęlum ipsum. Infirmitate illius fortes sumus, stultitia sapientes, inopia diuites. fimbriæ illius infirmos sanant. [Si tetigero tantum fimbriam vestimenti eius] (ait mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur) [salua ero.] Hinc Bernardus, [De te Domine supplico, quidquid ī me minus habeo.] Quid ni fimbrias istas dixerim splendorē & gloriam? Siquidem omne pulchrū, omne speciosum templi. [Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus,] ex fimbris Domini emanauit. Vnde fides Apostolorum, fortitudo martyrum, sanctitas sacerdotum, claritas & splendor virginum? nonne ex fimbrijs vestimentorum Christi processit?

8 Scimus ex S. Gregorio, & per vestes Dei, Christi fideles designari. Illis enim velut ornamento vestitus est Christus propheta dicente: [Quia omnibus his velut ornamento vestieris.] Huius ornamenti fimbriæ sunt humiles, obedientes, subiecti omni humanæ creaturæ propter Deū: Sub pedibus enim Dei sūt, & per cordis humilitatem hærent pauimento templi: [non alta sapientes, sed humilibus consentientes,] humiliantur sub potenti manu Dei; immo & sub pedibus illius subijciuntur; sciētes, quoniam quæ sub ipso erant replebant templum, Euacuatum est cælum per superbiam

Marginalia: 1. Cor. 1 — 1. Cor. 1 — Mar. 14 — Matt. 6 — Bern. — Ps. 44. — Greg 27. mor. 14. — Isa. 49. — Rom. 12

perbiā repletur per humilitatem, Dixit Lucifer, in corde suo: [in cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum: ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo,] sed statim ad inferos detracta est superbia eius, noluit voluntariè humiliari sub pedibus Dei, sed super astra ipsius solium habere: & ecce inuitus sicut fulgur de cælo cecidit pedibus omnium subiectus. Recumbentibus autem in nouissimo loco dicetur aliquando,

Luc. 14. [Amicæ ascende superius.] Ille descendit per superbiam; tu per humilitatem ascende. In templo Dei sedes superbientis angeli vacua remansit: impleatur gloria obedientis hominis & humilis. [Et ea quæ sub ipso erāt replebant templum.]

Bern. ser. 2. de verbo. Isaiæ. Vnde Bernardus, [Vide vt sub ipso inueniaris; alioquin esse non poteris cum ipso. Quid enim? Putas indifferenter admittet homines in illud tātæ beatitudinis templum, qui nec ipsos quidem angelos indifferenter reliquit in eo? aut nō discernet inter glebas, qui descreuit inter

1. Pet. 5 stellas?] Hinc & Petrus. [Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.] Si Deus illos sic exaltat, qui sub potenti manu humiliantur illius, qui sub pedibus eius sunt, qualiter clarificabit?

Exo. 24 [Viderunt (inquit) Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis saphyrini, & quasi cælū cum serenum est.] Tales Deus facit humiles, sub pedibus ipsius subiectos, firmos, & stabiles, claros & gloriosos, quasi opus lapidis, seu lateris igne charitatis decocti, & lapidis saphyrini, qui, vt referunt multi, coloris est calici, & maxima claritate refulget, & quibusdam punctis aureis, sicut cælum stellis decoratur.

Gemin. lib. 2. de si nil. c. 6. & 13.

Quid non decorum in humilibus; quid non clarum, quid non præfulgidum? Opus lateris videntur, lutum immūdum ab impijs reputantur, quia pauperes sunt, quia persequutionem patiuntur, quia contemptibiles & abiecti, [Tanquā purgamenta huius mundi (ait Paulus) facti sumus omnium peripsema vsque adhuc.] *1. Cor.* 4 Sed attende sub cuius pedibus opus istud luti, & lateris sit subiectum, aperi oculos & considera. Videbis, eius claritatem, eius splēdorem, eius gloriam quasi cælum, cum serenum est: tanta erit & talis eorū claritas, vt velint nolint etiam reprobi illam agnoscant & admirētur. [Nos (inquient) insēsati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorū sine honore, Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.] *Sap.* 5. O beata paupertas, humilitas veneranda, quæ in cælorum transit splendorem, & de stercore erigit pauperē. Tene, ò homo Christi consilium. [& cum vocatus fueris ad nuptias,] ad cælestes æpulas inuitatus, [recumbe in nouissimo loco,] sub pedibus omniū propter Deum te constitue, & videbis: [Videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum.] affluesbenedictionibus celestibus, potiora dona à Deo percipies. *Luc.* 14. *Isa.* 60. Recordare quid acciderit Beniamin fratri minimo patriarchæ Ioseph. Inuitantur omnes fratres ab illo: & panibus appositis, recumbit seorsum Ioseph. [Et sederunt corā eo primogenitus, iuxta etatem suā, & mirabātur nimis, sumptis partibus, quas ab eo acceperāt; maiorq. pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet.] *Gen.* 43 Ecce rem mirabilem, frater minimus in nouissimo loco

recum-

recumbens, maiorem partem accipit. Quare hoc?[quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.] *Luc. 14.*

9 [Seraphim stabāt super illud.] Septuaginta viri transferunt. [Seraphim stabāt in circuitu eius:] id est Domini. Aliqui referunt relatiuum illud ad soliū Dei, idest stabāt super soliū: alij verò, inter quos est Sanctus Hieronymus ad templum dicunt esse referendū, idest, stabant super templum. Cum ergo ait, [Seraphim stabāt super illud:] designat Seraphim, quod incensi interpretantur, superiores esse Dei thronis, & excellentiores quam Cherubim, de quibus Ps. 98. [Qui sedes super Cherubim,] ac sub inde inter omnes spiritus angelicos supremos, quod & Dionysi⁹ Areopagita fatetur, Chrysostomus & Bernardus, & in eundē sensum redit septuaginta virorum translatio. Nam vt adnotauit Sanctus Dionys. ex eo Seraphim in circuitu Dei stare dicuntur, quia inter omnes hierarchias Deo, à quo immediate illuminantur, magis accedunt. [† Vnde & Beatus Chrysostomus, ait. Cum Spiritus sanctus vellet ostendere illas essentias, quanquam diuinæ substantiæ propriores, non tamen propterea posse prospicere: idcirco dixit, Seraphim stabant circum eum, non vt locum, &, spatium indicaret, sed quo ex ipsa loci propinquitate proprius quā nos illas esse ostenderet: Deum namque incomprehensibilem esse non pari modo nos atque virtutes nouims. Sed quanto illæ excretiores, puriores, sapientiores, & perspicaciores sunt natura humana, tāto perfectius norūt, & melius? *] Hinc colligit Gregorius Nazianzenus magnam Isaiæ excellētiam, qui inter omnes prophetas, solus videre Seraphim dignus est habitus. Vidit quidem angelos Daniel & archāgelos, vidit Ezechiel Cherubim, viderunt & patriarchę nonnulli multos spiritus angelicos, vidit & Iacob in somnis Angelos Dei super scalam ascendentes, & descendentes, sed videre Seraphim, tantum Isaiæ est cōcessum, & quod magis huius visionis excellentiam commēdat, nullibi in tota Scriptura sacra, Seraphim mētiō fit (vt adnotauit Hieronymus) nisi in hoc loco Isaiæ. Duo tamen sunt in præsenti animaduertēda, Alterum est, cur in visione ista Seraphim potius quā alios Spiritus Angelicos viderit Isaias; Alterum est, quare duos tantum viderit, & non plures; cum tamē Daniel postquā maiestatem descripsisset regnātis, adiecerit, [Millia milliū ministrabant ei, & decies millies centena millium assistebant ei,] Ille duo: iste tot millia videt? Primæ quæstionis dissolutionem ex ipsa ethymologia nominis colligit Vatablus, Seraphim etenim incendium interpretatur, vnde & scriptum est: [Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos ignem vrentem,] siue, [flammam ignis (vt ait Paulus) Vbi per flammam ignis, Seraphim intelligunt Sancti doctores: Quia ergo Isaias ostendere voluit Deum contra ciuitatem iratum esse, quam (vt ex præcedenti capite constat) incendio decreuit consumere: ideo Angelos speciem igneam habentes se vidisse testatur; vt per illam incendium futurum designaret: sicut ad designandam resurrectionis Christi lætitiam Angeli candidis vestimentis induti apparuerūt mulieribus, vt ex vestimentis ipsis gaudium

Marginal notes: *Ps. 98.* — Dion. c. 7 cæl. hier. — Chrysost. ho. 64. ad popul. t. 5 — Ber. ser 3 de verb. Isaiæ. — Chrysost. ho. 3. de incōprehēsib. Dei nat. circa med. t. 5. — Greg. Nazianz. — *Dan. 7* — *Ezech. 10.* — *Gen. 28* — Hieron. — *Dan. 7.* — Vatablus — *Ps. 103.* — *Heb. 1.* — *Matt. 28.*

& gloriã resurgentis coniectarent: Vidit autem duos tantum, vt duorum testamentorũ eminentiam explicaret: quæ dum se adinuicem mutuo respiciũt, gloriam Dei prędicant; & annunciant: vel certè vt significaret, sanctos, quo perfectiores, eo esse pauciores, ita vt perfectissimos, quales sunt Seraphim, vix duos in Ecclesia inuenias. In cuius signum arca Noè, quæ typum gessit Ecclesiæ, in parte inferiori, vbi morabantur bestiæ, lata erat, quia [spaciosa est via quæ ducit ad perditionem:] sed in superiori vbi manebat Noè & filij eius, erat arcta: quoniam arcta est via quæ ducit ad vitam, & quò superior, eo arca erat arctior, ita vt in summitate, vnius tantum esset cubiti: quo vt adnotauit Gregor. designatur, quanto perfectiores quiq. sunt, tanto pauciores esse, ita vt ad summũ perfectionis solus Christus ascēderit, de quo scriptum est: [Similis factus sũ Pelicano solitudinis, factus sũ sicut Passer solitarius in tecto.] Sicut solitarius, inquit, quia vnicus in ædificio, quia solus inter mortuos liber, solus de Virgine natus, solus Deus & homo, solus pro hominibus passus, sicut scriptum est: [Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecũ.] Et iterum: [Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus.] Vnicus est, parē non habet. Hinc est quod, cũ in plurali propheta dixisset: [Bonus est Deus sperantibus in eũ.] Subdit statim in singulari. [Animæ quærenti illũ] (vbi inquit Bernardus) [Sanè & ipsam numeri discretionē prudenter aduerte, quod sperantes quidē pluraliter dixerit, quod hoc videatur commune multorum: quęrentem vero eum singulariter, quod singularis sit puritatis, singularis gratię, singularis perfectionis, nō modo nihil sperare nisi ab eo, sed nihil quærere nisi eum.] [† Sanctus Chrysost. hom. 1. in c. 6. Isaiæ, dicit: Et Seraphim stabāt, inquit, in circuitu eius, quid faciebāt & quid dicebant, & qua fiducia fruebantur? Fiducia, quidem inquit nulla. Verum timoris ac stuporis erant plena, ipsa etiam specie metũ ineffabilem declarantia.*]

supra in per log. nu. 1. — *Gen. 6.* — *Greg. ho. 38. in Euangel.* — *Matt. 7* — *Greg. vbi sup.* — *Ps. 101* — *Isa. 63.* — *1. Ti. 2.* — *Tren. 3.* — *Ber ser. 6 super Ps. Qui habitat.* — *1. in c. 6. Isaiæ.*

10 [Sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.] Vt aduertũt sanctus Hieronymus, & Bernardus, illud relatiuum, [eius,] potest iuxta Hebræi sermonis ambiguitatem, indifferēter referre Deum, & Seraphim, ita vt sit sensus: [Duabus velabant faciem eius,] idest Dei, vel faciem eius, idest, Seraphim. Et iuxta primam acceptionē, quam magis probat Origenes, velando faciem Dei, & pedes significant abscondita esse ab oculis nostris mysteria diuina, lucem habitare in accessibilem, atque naturã Dei, qui est [alpha & ω, principium & finis,] incomprehensibilem esse Apostolo dicēte: [O altitudo diuitiarum sapiētiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.] In capite enim principiũ, in pedibus vero finis designatur. Vnde propheta: [In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis. In aquis] (inquit) eo quod deprehendi non possunt, sicut nec semitę nauium prætereuntium. Vnde & statim subdit: [Et vestigia tua non cognoscentur. [† Vnde Chrysostomus, vbi supra ait. Duabus enim alis velabunt faciem simul excludentia, radium ex Trono prodeuntem,

Hier. hic Ber. ser. 3 de verbis Isa. — *Apo. 1.* — *Rom. 11* — *Ps. 76.* — *Chry. ho. 1. in c. 6. Isaiæ.*

tem, eo quod ferre non possent immensam illius gloriã. Simul etiam suam religionem ac reuerentiam significãtia, quam habent erga Dominum Tali gaudio gaudent illa, tali letitia exultant; non solum facies velãt, verum, & pedes. Quamobrem hoc faciunt? Facies quidem merito velant propter metuendum spectaculum, quodque non possint inaccesam gloriam obtueri, Sed pedes cur velant? inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibere student, multamque anxietatem, tum ipso habitu, tum voce, tum aspectu, denique ipsa statione Origenes vero homil. 1. in Isaiam, dicit duabus velabant faciem non propriam, sed Dei, duabus alijs velabant pedes non proprios, sed Dei Duabus autem alijs volabant. Operibant faciem Dei exordium enim Dei ignotum est. Sed & pedes; nouissimum enim, quod in Deo nostro est, non comprehenditur. Sola media videntur: ex his quæ sunt intelligo Deum.*] Iuxta secundam verò acceptionem quam S. Chrysostomus sequitur, velando faciem propriam, & pedes; fatentur humiliter ante cõspectum maiestatis Domini nullam speciem se habere, aut decorẽ, quem ipsi, vel alij proprijs oculis intueri possint, vel admirari; quantumuis inter omnes creaturas sint pulcherrimi. Scriptum
Isa. 40. est enim: [Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.] Et
Sap. 11. iterum: [Quoniã tamquam momentũ stateræ, sic est ante te orbis terrarum: & tanquam gutta roris antelucani, qui descendit in terram.] Coram eo, inquit, nam ea quæ in se magna videntur, sancta & perfecta: si cum magnitudine maiestatis diuinæ, si cum puritate, & claritate illius conferantur, quasi non esse, & quasi pãnus menstruatæ reputabuntur immunda. [Si lotus fuero *Iob* 9.
(ait Iob) quasi aquis niuis, & effulserint velut mũdissimę manus meę: tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.] Quid est hoc? Numquid mundus, & mundans, sordibus alios intingere poterit? sordibus intingit quos ex comparatione suæ puritatis, quasi commaculatos ostendit. Vnde Sanctus Gregorius: [Sordibus, inquit, Greg. 9.
intinges me, ac si aperte dicat, Quãuis lamentis supernæ compunctionis infundar, quamuis per studia recta operationis exercear in tua tamen munditia video, quia mundus non sum.] Propriã quidem pulchritudinẽ, & animæ suæ munditiã, cõsiderabat Iob quãto dicebat: [Neq; *Iob* 27. mor. 19.
enim reprehendit me cor meum in omni vita mea;] Sed cũ ad contemplãdam puritatẽ maiestatis diuinæ oculos subleuauit statim ꝙ reprehẽderet, inuenit [Auditu auris (inquit) audiui te: Nũc autem oculus *Iob* 42.
meus videt te, idcirco me reprehẽdo: & agam pęnitentiã in fauilla & cinere.] Si stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, si in angelis suis reperit prauitatẽ, quãto magis in his *Iob* 4.
qui habitãt domos luteas & terrenum habens fundamentum? Si respiciens homines dicit peccaui; respi- *Iob* 33.
ciens Deũ vtique & peccatorem se Greg. 34.
esse nõ negabit. Igitur sicut luna, & mor. c. 6.
cælestia luminaria, quantumuis in Simile.
absentia solis, nocte præfulgeant, ipso tamen apparẽte splendorẽ quem habent, abscondũt, radios nõ emittunt, nec lucent, primi luminosi claritatem quasi venerando; sic beata Seraphim, facies suas velant pedes operiunt in cõspectu Domini: vt in

ſplẽdorem illius propriam claritatem referrent. Id quod, & vigintiquatuor ſeniores mittẽtes coronas ſuas, ante thronum confitebantur;
Apoc.4. [Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam,& honorẽ & virtutẽ,quia tu creaſti omnia,& propter voluntatẽ tuã erant & creata ſunt.

11 [Et duabus volabant.] Binæ alæ, quibus volabant Seraphim, nihil aliud quàm eorũ celeritatem deſignant,& propẽſionem magnam ad iuſſa Dei exequenda. In cuius
Exo.25 etiam ſymbolum duo Cherubim expandentes alas ſuper propitiatorium Dominus conſtituere præcepit;nam electi,qui veluti Cherubim ſcientiæ plenitudinem habent, & ſicut Seraphim igne charitatis ſunt accenſi, ad Dei obſequium, & ad pietatis opera,alatos,& ſedulos eſſe oportet. [Neſcit enim tar-
Ambroſ. ſup. c. 1. Luc. da molimina Spiritus ſancti gratia.] [† Et Pſalmiſta canit, qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentẽ.*] Hinc eſt
Gen.18 quod Abraham, cũ tres viros inuitaſſet, [cucurrit ipſe in tabernaculum ad Saram;dixitq. ei:Accelera, tria ſata ſimilę commiſce:ipſe vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum,& optimũ, deditq. puero:qui feſtinauit, & coxit illud.] En,in domo Abrahæ omnes feſtinant, omnes currunt: currit Abraham, feſtinat Sara,feſtinat
Aug. ſer. 70.de tẽpo.to.10. & puer, quia (vt Auguſtinus notanit) in domo iuſti nullus eſt tepidus, nullus tardus, piger nullus. Hinc eſt etiam quod poſt incarnationẽ ſtatim verbum in vtero clauſum virginem impulit, vt exurgẽs cum feſtinatione in montana conſcẽderet: propter quod nomen eius
Luc.2. vocatur[accelera,feſtina,prędare]
Iſai. 8. Sed obſerua, quod paulo antea dixerat propheta.[Seraphim ſtabãt,] modo autem: [Et volabãt (inquit) Quid eſt hoc? Si volabãt,quomodo ſtabant? & ſi ſtabat quomodo volabant?Audi myſterium.Stando æternitatis immobilitatem ſignabãt,vt Cyprianus docet: volando autem, Cypr. in prol. ſuper ſerm. nat.Dñ.
altitudinem Dei ſic in ſuperioribus eleuatam eſſe,oſtendebant,vt quantumuis ad cor altũ accedat homo, exaltetur Deus:ita vt ab illo comprehendi nõ poſſit:Vnde & ſcriptũ *Iob 36.*
eſt; [Ecce Deus magnus vincens ſciẽtiam noſtrã.]Et iterũ:[Mirabi- *Pſ.138.*
lis facta eſt ſcientia tua ex me:confortata eſt, & non potero ad eam.] Et rurſus:[Quęrite Dñm & confir- *Pſ.104.*
mamini: quærite faciem eius ſemper.] Vbi Auguſtinus. [Si quæſitus Aug. lib. 15. de tri. 2.to.3.
(ait)inueniri poteſt,cur dictum eſt, Quęrite faciem eius ſemper? an & inuentus quærendus eſt?vtiq.; tam magnum.n. & incõprehenſibile bonũ eſt,quod & quæritur vt inueniatur dulci',& inuenitur vt quæratur auidius.]Vnde Hilarius.[Curre ſen Hilar. li. 2.de Tri.
ſu,ſi quid ei putas vltimũ eſſe,eum ſemper inuenies: quia cum ſemper intendas, ſemper eſt quo intendas, ſermo in eo deficiet, non natura claudetur. Iterum reuolue tempora:eſſe ſemper inuenies; & cum calculi numerus in ſermone defecerit, Deo tamen ſemper eſſe nõ deficit.] † Eſt & aliud in his verbis latens myſterium, quod Dominus aperire nobis dignetur. Volabant Seraphim,& ſtabant, quoniã ipſe ſtatus immobilis in virtute aſcenſus quidam & volatus ad Deum eſt Seraphim, ideſt perfectis competẽs. Vnde & Moyſi ad Dei viſionem aſcendere contendenti dictum eſt: Ecce Gregor. Niſſ.inenarr.vitę Moeſeos circa.fin.
eſt locus apud me, & ſtabit ſupra petram,]quem locũ explicans Gregorius Niſſenus,ait: Quoniam tibi Moy-

Moyses ad anteriora pergendi semper ingens desiderium est, nec vllo huius cursus labore defatigaris, nec terminum huius assequendi boni constituis, sed semper inhias ad maiora, scias tantum esse apud me locum, vt nunquam terminum eius cursu, aut volatu aliquo queas inuenire, hic autem cursus atque volatus status quidam est alia ratione. Sistam enim, inquit te in lapide. Mirabile auditu, quomodo vnum, ac idem est status, & motus, si quid ascendit non stat, si stat non ascendit, at hic ascendit quia stat, nam qui caducus ac instabilis cogitationibus est non fixus in bono, nec permanens, sed mobilis atque fluctuās cogitationibus varijs oppressus, & conquassatus, is nunquam ad sublimitatem veræ vitæ ascēdit: sicut qui colles conantur scandere sabulo, nam & si proiectis in longum pedibus magna trāsire spacia videātur, semper tamen ad inferiora delapso sabulo deferuntur. Motus igitur fit, progressus autem nullus fit; at siquis vt Psalmista dicit à fæce profundi retractos pedes in hoc posuerit lapide, lapis autem Christus est plenitudo bonorū omnium, quanto firmior, ac nobilior, vt Paulus consulit, in bono fuerit. tantò velocius volas hac stabilitate quasi pennis eleuatus. Cum igitur locum apud se ostendit ad perpetuum cursum portatur cum statum in lapide daturum se promittit modum diuini cursus illius Moysi subaperit.*]

Allegoria. 12 Poterunt non inconuenienter, quæ in hac visione narrat Isaias, Christo Domino in cœnaculo existēti cum discipulis, & sacrosanctum Eucharistię sacramentum instituenti adaptari. Vidit Isaias Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: viderunt eum & discipuli recumbentem, immo & lauantem pedes eorum, & linteo quo erat præcinctus extergentem. Ioan. 13 Ibi duo Seraphim Stabāt super tronum: hic duo Seraphim Christum circundant, dilectio videlicet Patris, quæ, vt trāseat ex hoc mundo ad illum, filium impellit, & dilectio sponsæ prædilectæ Ecclesiæ videlicet, quæ, vt nobiscū maneat, exposcit. Ibi Seraphim duabus alis faciē velabant, & duabus pedes: hic eisdē alis dilectionis videlicet Dei, & Ecclesiæ caput cooperit & pedes. [Caput enim Christi Deus est,] pedes humanitas. Operuit quidē diuinitatem suam quando, [Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,] Ioan. 1. quando [misit Deus filium suum in similitudinem hominum factū, & habitu inuentum vt homo,] Philip. 2 quando [exinaniuit se formam serui accipiens,] quādo se nascens dedit socium: sed tamen cum conuescens se præbuit in edulium, non solum caput, sed & pedes velauit, diuinitatem, videlicet, & humanitatē sub speciebus panis & vini fidelibus tribuendo. Ibi Seraphim stabant, & volabant, hic Christus Dominus & stat, quia in Ecclesia permanet, sponsam dilectam non deserit, sed ait: [Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem sæculi,] Matt. 28. & volat, quia ad patrem vadit; [Quia venit hora eius, vt transeatt ex hoc mundo ad patrem.] [† Et vt ostenderet affectū amoris, quo sponsam suam dilexit Ecclesiam, transiens ad Patrem se comparauit homini, qui peregre profectus est; ait enim homo quidā peregre proficiscēs vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.] Matt. 25.

Quid est hoc? Vadit ad Patrem, & inquit peregre proficiscens? Vtiq; quoniã electos suos, quos in finem dilexit, relinquebat in terra. Vnde Chrysost. Homo peregre profectus, Christus est, post victoriã passionis ad patrem iturus: voluntate misericordiæ homo, non necessitate naturæ. Commendat autem Christus dilectionem suam, quam habet in sanctis. Ad regna enim cœlestia ascensurus, & ad patrem suum iturus, vnde descenderat, peregre se iturum dicit, propter charitatem sanctorum, quos relinquebat in terris: cũ magis peregre esset in mundo, sicut ipse testatur dicens. Incola enim ego sum apud te. Quando enim venit in mundum Iesus; adhuc peregrinus erat, neminem habens sui nominis confessorem: postquam autẽ venit, & discipulos acquisiuit, iam pater familias erat, & ideo proficiscens de mundo peregre proficiscebatur. Vis autem scire quantũ diligat fideles suos, considera quid passus est pro eis. Si enim magisquam gloriam suam illos amauit, quasi homo moriens propter eos: quid mirum, si maiori dilectione tenebatur Sanctorum, quos relinquebat in terris, quã dilectione gloriæ, quam habebat in cælis?] Ideo modum inuenit quo transiret de hoc mundo ad Patrem: & nobiscũ nihilominus permaneret.*] Ibi Seraphim medijs alis volando, cor alijs ostendebant, & pectus, cum tamen faciem velarẽt, & pedes: hic Dominus Iesus binas alas expandendo, charitatem perpetuam in qua dilexit nos omnibus manifestat, sicut scriptũ est: [Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Ibi fimbrijs vestimentorum Domini templi pauimentum operitur: hic linteo quo erat præcinctus pedes discipulorum mundantur: Magnum certè pietatis inditium, magnum humilitatis exemplum. Feria quinta hebdomadæ in qua Mundus est cõditus, ex aquis Deus reptile animæ viuentis produxit, & volatile super terram, sub firmamento cæli, aues aeris ad suprema volantes, & pisces ad infima descendẽtes maris: sed in hebdomada, qua pretioso sanguine mundum perditum reparauit, feria quinta Christus Dominus aquas sacratis manibus cõtingens, vt pedes discipulorum lauaret, & eximiæ charitatis opera exhibuit supra omnem intellectum hominis eleuata, dum sub speciebus panis & vini corpus suum, & sanguinem, fidelibus in alimentum dereliquit: & profundissimæ cuiusdã humilitatis exemplũ præbuit, dum Dominus & magister discipulorũ, immo & proditoris pedes lauit. Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? [Vos, inquit, vocatis me magister, & Dñe & benedicitis; Sũ etenim. Si ergo ego laui pedes vestros Domin' & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis,] Exemplũ, inquam, dilectionis, exemplum & humilitatis. [Domine audiui auditum tuũ, & timui: consideraui opera tua & expaui.] non iam in medio duum animalium, sed in medio discipulorum cognosceris, lauans pedes illorum. Contremiscit Petrus & dicit: Domine tu mihi lauas pedes? Sed quid mirum? Sanctificatus in vtero Ioannes Baptista non audet tangere sanctum Dei verticem ad baptismum venientis, sed clamat

Marginalia: Chrys. homil. 53. imperf. i Mat. princip. — Is. 118. — Ioan. 13 — Ioan. 13 — Gen. 1. — Ioan. 13 — Abac. 3

cum tremore, sanctifica me Saluator; & lauantem, extergentem discipulorum pedes,& genuflexo exosculantē in peccatis natus, & nutritus non prohibebit?

13 [Et clamabat alter ad alterum] mutuò se ad Dei laudes inuitando & excitando, vt maiestatem sedentis in throno, & admirarētur, & alternatim proprijs vocibus col laudarent, [Et clamabant,]inquit, non submissa voce, non oscitanter, nec tepidè, sed cū feruore spiritus gloriam Domini decantātes. Commendat hic locus contra hęreticos Ecclesiæ cantus & hymnos,qui in horis canonicis,ad imitationē Angelorum ,Deo in Ecclesia offeruntur. Vnde hæretico falluntur spiritu canticis Ecclesiasticis detrahentes, inter quos fuit Arrianus quidā nomine Hylarius,cuius meminit S. Augustinus lib. 2. retractationum, cap.11. Vbicleph, & alij, quorum temeritatem radarguit præsens locus Isaiæ, ex quo Dei laudes & cantus Deo esse gratos comprobatur. Quod & propheta regius Psal. 8. apertioribus verbis cōfirmat, cum ait: [Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos.]Vbi expende cum sancto Bernardo,qnod non dixit,fecisti,sed perfecisti laudem, quoniam, quasi imperfectā iudicat Deus cælestium spirituū laudem, nisi militantis Ecclesiæ laus illi adiūgatur. [Tolle hanc,inquit, & ipsa sanctorum Angelorum pro imperfectione sui numeri gloria claudicabit, nec Dei ciuitas de sui integritate gaudebit. Vnde ergo implebitur propopositū Dei, & mysterium voluntatis eius, magnumq. illud pietatis sacramentum?Vnde postremo dabis mihi infantes,& lactētes,quorum ex ore laudem suam perficiat Deus?Cælū uon habet infantes,habet Ecclesia, quibus & dicit: Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi,non escam:& hi ad laudem quasi complēdam à propheta inuitantur dicente: Laudate pueri Dominnm. Tu putas Deum nostrū, totam habiturum gloriæ suę laudē, donec veniant,qui in conspectu Angelorum psallant illi?] Et in homilia de duobus discipulis eūtibus in Emaus,loquens,de religiosis versis vultibus in choro die ac nocte alternatim Domino decantantibus. [Isti,inquit, sunt vigiles obseruantes omni tempre custodias Domini,ipsi excubāt ad ostium tabernaculi, ipsi sunt Oriones & Hiades,& interiora Austri,ipsi Beniamin adolescentulus in mentis excessu, ipsi sunt Seraphim,sanctus, sanctus,sanctus clamātia,& Cherubim sese versis vultibus in propitiatorio respicientia. Ibi iubilāt omnes filij Dei. laudāt Dominum sidera matutina. Ipsi sunt similes Angelis per studiū Angelicę conuersationis.]Quid autem Seraphim clamauerint, statim indicat, cum ait:

14 [Sanctus, sanctus,sanctus; Dominus Deus exercituum.] Sanctissimæ Trinitatis mysterium beata Seraphim prædicant his verbis: Nam (vt adnotauit sanctus Dionysius, sanctus Augustinus, & sanctus Gregorius) ter dicendo [sanctus,] tres esse personas Trinitatis fatentur, & cum in singulari adijciunt, [Dominus Deus exercituum,] vnā singularem & simplicissimam essentiam in tribus personis diuinis existentē venerantur. [† Eadem ē explicatio Orig.ait enim.[Non enim sufficit semel clamare sanctus,neq; bis,sed perfectum Trinitatis nume

Marginalia: Laudes Dei alacriter cōcinendæ. — August. — Psal. 8. — Bern. ser. 68. in Cātic. — 2. Cor. 3 — Ps. 112 — Ps. 137. — Ber. col. 7. — Iob 1. — Ps. 67. — Exo. 25 — Dion. c. 7 cæl. hier. Aug. li. de fid. ad Petrū diac, cap. 1. Greg. 29. mor. 16. Ps. 66. — Orig. homil. 4. in Isajam.

rum assumũt: vt multitudinem sanctitatis manifestẽt Dei, quæ est trinæ sanctitatis repetita communitas. Sanctitas Patris, sanctitas vnigeniti filij, & Spiritus sãcti. Etenim sanctificans, & sanctificati ex vno omnes.] Concordat S. Athanasius. In eo ipso (ait) quo amplissima ista animantia tertie proferunt glorificationẽ, dum aiunt, sanctus, sanctus, sanctus, triplici numero tres perfectas, absolutas, integras personas ostendunt, quemadmodum sub vnica voce, dominus, vnam substantiam declarant.] concordat & sanctus Chrysostomus in serm. de Trinit. to. 5. vbi ait disce, & hymnum Seraphim clamantium. Sanctus, sanctus, sanctus, non enim dicit semel sanctus, neque quater dicunt sancti, vt ne multis nominibus multos Deos nobis inducerent, sed vnum solum. Ter autem dicendo, sanctus, sanctus, sanctus manifestant vnam & equalem gloriam Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*] Vnde & Psalmista ter inquit, [benedicat nos Deus, Deus noster, beuedicat nos Deus;] & singulariter subdit: [Et metuant eũ omnes fines terræ.] Et iterum scriptum est: [Audi Israel, Domin⁹ Deus noster, Deus vnu⁹ est.] [† Ex his & alijs cõsimilibus Scripturæ sacræ locis probat sanctissimæ Trinitatis mysterium Alexãder Papa Primus. Si Trinitas (inquiens) non est, quare ter sanctus dixerunt? Si vnitas non est, quare sub trina repetitione vnum Deum intimauerunt? Si Trinitas non est, quare Exodi 34. ait Domine, Domine, Domine miserator, & misericors? Si vnitas nõ est, quare cum tertio Domine dixerit postea singulariter miserator dixit.*] Vbi obserua, quod cum de secunda Trinitatis persona loquitur Scriptura, dicit, [Deus noster,] quia nobis est per assumptionem humauæ naturæ singulariter coniuncta: Est enim verbum Deus noster; [Quia caro, & frater noster est:] quia, [nobis datus, nobis natus. Etenim cum de patre sine matre sibi ante sæcula natus esset magnus: nobis in fine sæculorum de matre sine patre natus est paruulus, sicut scriptum est. [Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.] Hinc habes Patrem & Filiũ, & Spiritum sanctum, in visione imaginaria Isaię apparuisse, cum dixit: [Vidi Dominum.] Quod enim Pater illi apparuerit, docent sanctus Damascenus, & Basilius. Quod autem apparuerit Filius, testatur Ioannes Euangelista, cum ait: [Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius.] idest, Christi, [& locutus est de eo.] Id ipsum de Spiritu sancto Paulus insinuauit, cũ dixit; [Bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros dicens, vade ad populum istum, & dic ad eos: aure audietis & non intelligetis.] Sequitur.

S. Athan. in illud. Omnia sunt mihi tradita à Patre.

Chrysost. ser. de trinit. to. 5.

Deut. 6

Alexander Papa in quadã epistola decretali.

Gen. 37

S. Tho. in Hym.

Isa. 9.

Damasc. in epi. de trisegio. Basil. ser. 4. contra Eunom.

Ioan. 12

Act. 28.

15 [Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis.] Septuaginta transferunt. [Et eleuatũ est, vel concidit superliminare à voce qua clamabãt:] Translatio noua habet: [& mouebantur postes superliminarium à voce clamantis;] Vidit Isaias, clamantibus Seraphim, postes domus templi cum superliminaribus cõmoueri. & commotio illa duo designabat. Alterum, quod templum Hierosolymitanum erat euertẽdum, & omnes principes populi, qui quasi postes, reipublicæ machinam sustinẽt, in captiuitatem ducendi. Alterum, quod tempore legis Euangelicæ, quan-

quando mysterium Trinitatis omnibus reuelatur, erat lex antiqua cum omnibus suis cœremonijs dissoluenda, illam enim designabāt superliminaria cardinum: Etenim sicut ostiū inter liminare, & superliminare versatur. ita & Christus, qui de se ait: [Ego sum ostium, per me siquis introierit saluabitur,] duobus testamētis sicut cardinibus continetur. Vetus testamentum est superliminare; quia in illo tanquā in figura Christus erat, liminare autem est lex gratiæ, vbi totum pondus ostij conquiescit, vbi vertitur, & versatur. Commouentur ergo superliminaria cardinū, liminari immobili permanente: quia (vt Paulus ait:) [Aufert primum (scilicet testmentum) vt sequens statuat.]

Sup. c. 1. nu. 41.

Ioā. 10.

Heb. 10

16 Et domus repleta est fumo.] Notādum valde, quod in veteri lege quoties gloria Domini per aliquam similitudinem apparuit, semper ad illius præsentiam nebula, vel fumus cōsueuit excitari, Scriptum est enim: [Cumque ascendisset Moyses operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Synai tegens illū nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum Dominus de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorū Israel, ingressusq. Moyses medium nebulæ ascēdit in montem.] Et iterum: [Nubes, & caligo in circuitu eius,] in signum, quod omnis cognitio, quam cōmuniter habebāt homines, imperfecta erat, nebulosa, & fumo plena. Nec enim poterant filij Israel intendere in faciem Moysi propter claritatē vultus eius. [Nos aut reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu.] A claritate inquit, legis Euāgelicæ, in claritatem visionis beatificæ: vt ibi explicat Sanctus Thom. Vnde & de sapientia diuina scriptum est. [Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia.] Et iterum: [Sicut meridiana lux clara est.] Clara, quia non iam fumo, nec veteris legis vmbris obscuratur Dei cognitio, clara, quia, vt inquit Iob. [Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem,] Vbi Gregorius. [Quid (inquit) aliud flumina, nisi antiquorum patrum dicta nuncupantur? Quis enim pensare sufficiat, quam vehemens fluuius dum legem conderet ex pectore Moysi eruperit, quam vehemēs fluuius ex Dauid corde defluxit? Quāta à Salomonis ore atque omniū prophetarum fluminum fluēta manarunt? Sed horum fluminū Iudæa speciem tenuit, dum literæ superficiem seruans, eorū profunda nesciuit. Nos vero, qui veniente Domino, in eius interna sapientia spiritualia quærimus, eorum profunda rimamur, Quod ipse Dominus facere dicitur, quia id nos, ipso donante, præualemus. Per nos ergo, qui nō literam, quæ occidit, sed spiritum, qui viuificat sequimur, profunda fluuiorum Dominus scrutatur, & abscondita in lucem producit, quia dicta legis, quæ caliginosa nimis historia obscurat, nunc expositio spiritualis illuminat; Vnde Isaias propheta plana sanctæ Ecclesiæ expositionis verba conspiciens, & nō allegoriarum tenebris obscura, exclamauit dicēs. [Locus fluuiorū, riui latissimi & patētes,] Testamenti enim veteris scripta, quasi angusti, & clausi riui fuerant, qui immensas scientiæ suæ

Exo. 24

Ps. 34.

2. Cor. 3

S. Tho. lect. 3.

Sup. 6.

Isa. 18.

Iob 34.

Greg. 18. mor. 21.

Isa. 33.

rum assumũt: vt multitudinem sanctitatis manifestẽt Dei, quæ est trinæ sanctitatis repetita communitas: Sanctitas Patris, sanctitas vnigeniti filij, & Spiritus sãcti. Etenim sanctificans, & sanctificati ex vno omnes.] Concordat S. Athanasius. In eo ipso (ait) quo amplissima ista animantia tertio proferunt glorificationẽ, dum aiunt, sanctus, sanctus, sanctus, triplici numero tres perfectas, absolutas, integras personas ostendunt, quemadmodum sub vnica voce, dominus, vnam substantiam declarant.] concordat & sanctus Chrysostomus in serm. de Trinit. to. 5. vbi ait disce, & hymnum Seraphim clamantium. Sanctus, sanctus, sanctus, non enim dicit semel sanctus, neque quater dicunt sancti, vt ne multis nominibus multos Deos nobis inducerent, sed vnum solum. Ter autem dicendo, sanctus, sanctus, sanctus manifestant vnam & equalem gloriam Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*] Vnde & Psalmista ter inquit, [benedicat nos Deus, Deus noster, beuedicat nos Deus;] & singulariter subdit: [Et metuant eũ omnes fines terræ.] Et iterum scriptum est: [Audi Israel, Domin' Deus noster, Deus vnu' est.] [† Ex his & alijs cõsimilibus Scripturæ sacræ locis probat sanctissimæ Trinitatis mysterium Alexãder Papa Primus. Si Trinitas (inquiens) non est, quare ter sanctus dixerunt? Si vnitas non est, quare sub trina repetitione vnum Deum intimauerunt? Si Trinitas non est, quare Exodi 34. ait Domine, Domine, Domine miserator, & misericors? Si vnitas nõ est, quare cum tertio Domine dixerit postea singulariter miserator dixit.*] Vbi obserua, quod cum de secunda Trinitatis persona loquitur Scriptura, dicit, [Deus noster,] quia nobis est per assumptionem humauæ naturæ singulariter coniuncta: Est enim verbum Deus noster; [Quia caro, & frater noster est:] quia, [nobis datus, nobis natus. Etenim cum de patre sine matre sibi ante sæcula natus esset magnus: nobis in fine sæculorum de matre sine patre natus est paruulus, sicut scriptum est. [Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.] Hinc habes Patrem & Filiũ, & Spiritum sanctum, in visione imaginaria Isaiç apparuisse, cum dixit: [Vidi Dominum.] Quod enim Pater illi apparuerit, docent sanctus Damascenus, & Basilius. Quod autem apparuerit Filius, testatur Ioannes Euangelista, cum ait: [Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius,] idest, Christi, [& locutus est de eo.] Id ipsum de Spiritu sancto Paulus insinuauit, cũ dixit; [Bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros dicens, vade ad populum istum, & dic ad eos: aure audietis & non intelligetis.] Sequitur.

S. Athan. in illud. Omnia sunt mihi tradita à Patre.

Chrysost. ser. de trinit. to. 5.

Deut. 6

Alexander Papa in quadã epistola decretali.

Gen. 37

S. Tho. in Hym.

Isa. 9.

Damasc. in epi. de trisegio. Basil. ser. 4. contra Eunom.

Ioan. 12

Act. 28.

15 [Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis.] Septuaginta transferunt. [Et eleuatũ est, vel concidit superliminare à voce qua clamabãt:] Translatio noua habet: [& mouebantur postes superliminarium à voce clamantis;] Vidit Isaias, clamantibus Seraphim, postes domus templi cum superliminaribus cõmoueri. & commotio illa duo designabat. Alterum, quod templum Hierosolymitanum erat euertẽdum, & omnes principes populi, qui quasi postes, reipublicæ machinam sustinẽt, in captiuitatem ducendi. Alterum, quod tempore legis Euangelicæ, quan-

quando mysterium Trinitatis omnibus reuelatur, erat lex antiqua cum omnibus suis cœremonijs dissoluenda, illam enim designabāt superliminaria cardinum: Etenim sicut ostiū inter liminare, & superliminare versatur. ita & Christus, qui de se ait: [Ego sum ostium, per me siquis introierit saluabitur,] duobus testamētis sicut cardinibus continetur. Vetus testamentum est superliminare; quia in illo tanquā in figura Christus erat, liminare autem est lex gratiæ, vbi totum pondus ostij conquiescit, vbi vertitur, & versatur. Commouentur ergo superliminaria cardinū, liminari immobili permanente: quia (vt Paulus ait:) [Aufert primum (scilicet testmentum) vt sequens statuat.]

Sup. c. 1. nu. 41.

Ioā. 10.

Heb. 10

16 Et domus repleta est fumo.] Notādum valde, quod in veteri lege quoties gloria Domini per aliquam similitudinem apparuit, semper ad illius præsentiam nebula, vel fumus cōsueuit excitari, Scriptum est enim: [Cumque ascendisset Moyses operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Synai tegens illū nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum Dominus de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorū Israel, ingressusq. Moyses medium nebulæ ascēdit in montem.] Et iterum: [Nubes, & caligo in circuitu eius,] in signum, quod omnis cognitio, quam cōmuniter habebāt homines, imperfecta erat, nebulosa, & fumo plena. Nec enim poterant filij Israel intendere in faciem Moysi propter claritatē vultus eius. [Nos aut reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu.] A claritate inquit, legis Euāgelicæ, in claritatem visionis beatificæ: vt ibi explicat Sanctus Thom. Vnde & de sapientia diuina scriptum est. [Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia.] Et iterum: [Sicut meridiana lux clara est.] Clara, quia non iam fumo, nec veteris legis vmbris obscuratur Dei cognitio, clara, quia, vt inquit Iob. [Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem,] Vbi Grerius. [Quid (inquit) aliud flumina, nisi antiquorum patrum dicta nuncupantur? Quis enim pensare sufficiat, quam vehemens fluuius dum legem conderet ex pectore Moysi eruperit, quam vehemēs fluuius ex Dauid corde defluxit? Quāta à Salomonis ore atque omniū prophetarum fluminum fluēta manarunt? Sed horum fluminū Iudæa speciem tenuit, dum literæ superficiem seruans, eorū profunda nesciuit. Nos vero, qui veniente Domino, in eius interna sapientia spiritualia quærimus, eorum profunda rimamur, Quod ipse Dominus facere dicitur, quia id nos, ipso donante, præualemus. Per nos ergo, qui nō literam, quæ occidit, sed spiritum, qui viuificat sequimur, profunda fluuiorum Dominus scrutatur, & abscondita in lucem producit, quia dicta legis, quæ caliginosa nimis historia obscurat, nunc expositio spiritualis illuminat; Vnde Isaias propheta plana sanctæ Ecclesiæ expositionis verba conspiciens, & nō allegoriarum tenebris obscura, exclamauit dicēs. [Locus fluuiorū, riui latissimi & patētes,] Testamenti enim veteris scripta, quasi angusti, & clausi riui fuerant, qui immensas scientiæ suæ

Exo. 24

Ps. 34.

2. Cor. 3

S. Tho. lect. 3.

Sup. 6. Isa. 18.

Iob 34. Greg. 18. mor. 21.

Isa. 33.

suæ sententias collectione obscurissima constringebant: at contra, doctrina sanctæ Ecclesiæ riui & lati, & patentes sunt; quia eius dicta, & inuenientibus multa sunt, & quærentibus clara.]

17 Hæc autem omnia in præsenti sacrosanctæ Trinitatis mysterio contemplari licebit. Etenim fumosa quadam, & vmbratica cognitione in lege antiqua fuit populo manifestum. Ideo namq. vt Augustinus notauit, Magi non in primo, neque in secundo signo defecerũt, sed in tertio, [digitus,] inquiũt, [Dei est hic,] vt obumbraretur Trinitatis mysterium hnmana sapientia inuestigari nõ posse. Ideo Iacob (vt ait Chrysostomus) secundum Hebraicam veritatem tres virgas in canalibus, vbi adaquabantur greges constituit, vt mysterium Trinitatis designaret. Ideo & Abraham tres angelos videns vnũ adorauit, vt vnitatẽ essentiæ in trinitate personarum denotaret, vt sanctus Augustinus docet specialiter aduertens, quod ex tribus Angelis, duo tantum ad Sodomam dicuntur missi; quia non omnibus tribus personis mitti cõuenit, sed tantum filio, & Spiritui sancto, De filio namque scriptum est: [Prosperabitur in his ad quæ misi illud.] Vnde & ipse ait: [quia pater misit me. Et iterũ: [A me ipso non veni, Sed ille me misit.] Pater autem & filius Spiritum sanctum mittunt, sicut scriptũ est. [Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et iterum filius ait: [Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittã eum ad vos.] Mittuntur ergo Filius & Spiritus sanctus, quia sunt ab alio, Patri autem quoniam ab alio nõ procedit, mitti nõ competit, vt S. Thodocet 1.p.q.43. art.4. Ecce habes in lege inuolutũ trinitatis mysteriũ, obumbratũ, & obscurum. Sed nunc iam in noua lege vnigenitus qui est in sinu patris illlud enarrauit, & proprijs nominibus personas trinitatis in eadẽ simplicissima essẽtia personaliter distinctas explicuit, cum ait: [Euntes docete omnes omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spirirns sancti.] Vbi est fumus? vbi nebula? vbi caligo? vbi velamen? ablata sunt: omnia plana, omnia conspicua; omnia, quę sub fumo latebant, explicata sunt. Illi fumum tenent, nos lucem, illi vmbram, nos veritatem, illi nebulam, & caliginem, nos splendorem, illi velamen, nos sine velamine legis Christum videmus, sicut Paulus ait: [Vsque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quod in Christo euacuatur, Sed vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses velamen positum est super cor eorum; cum autem cõuersi fuerint ad Dominum auferetur velamen.] Lege circa hoc Trinitatis mysterium Sanctum Augustinum to.6. lib.de quinque hæresibus cap. 6.& lib.3. cõtra Maximinum Arianorum Episc.cap.15.22.26. Potest etiam fumus, quo domus repleta est, ad combustionem templi referri, signum enim illius fuit; sicut de commotione superliminarium dictum est, aut etiam ad excecationẽ Iudæorum, & præcipuè Sacerdotũ, quam fumus ille significabat, eo ꝙ oculos ledit, iuxta illud Prouerbiorũ 10. [Sicut fumus oculis, & acetum dentibus: sic piger ijs qui miserunt illũ,] [†Quem locũ specialiter

Exo. 8. Aug. q 15 in Exod. to.4.
Gen. 30 Chry. ho. 7. ex var. in Marc. prin. t.2.
Gen. 18 Aug. lib. 2. de Tri. 11.12. t.3
Isa. 55.
Ioan. 5.
Ioan. 8.
Ioan. 14
S. Thom.
Ioan. 1.
Matt. 28.
2. *Cor.* 3
Prou. 3.

liter

liter de Sacerdotibus,& prædicato ribus populum ſuis peccatis, & fal ſa doctrina excæcantibus, interpre tatur Beatus Hieronymus dicens. [Sicut acetum dentibus, & fumus contrarius eſt oculis: ita Sacerdos in Eccleſia prauus per acredinem peccati fidelium ſenſus obtundere facit, atque erroris ignorantia ocu los cordis eorum ab intuitu fidei, ſeu intellectu rectitudinis,dum caligant,velut fumus excæcat.]Oculi, & dentes prædicatores ſunt ſanctæ Eccleſiæ,qui ei & recta itinera præuidere, & adiumēta ſpiritualia ſuggerere ſolent.Porrò acetū,quod à vino degenerat,& fumus, qui ab igne aſcendens euaneſcit, eos, qui ab Eccleſiaſtica ſuauitate, & charitate per ſuperbiam, vel ſocordiā recedentes, hanc etiam verbis impugnant,figuratè denunciāt.]Item etiam fumus ille typum ipſius veteris teſtamenti gerebat, eo quòd inflatos peccatores., & arrogantes excæcaret.*] Vnde infra dicitur in hoc cap. [Excæca cor populi huius,]ideſt,fumo quem vidiſti excæcandum denuncia. Hinc eſt quod (vt notauit Greg.6.mor.17.)Deus daturus legem in igne fumoq. deſcendit,vt præſignaret,quod humiles lex illuminat, vt diuina cognoſcant: ſuperbos autem fumo excæcat,ne illa intelligant. [† Denique fumo illo,quo Domus Dei impleta eſt aliud myſterium deſignare voluit, videlicet, populum illum tanquam incredulū de templo eijcien dum fore. Fumus enim etiā domo propria eijcit homines,& foris ma nere compellit, quod & nunc proprijs oculis adimpletum,conſpicimus,dum Iudæos extra Dei Eccleſiā vagantes cernimus,abſque Deo ſine lege, abſque ſacerdotio, & ſacrificio. In cuius ſignum frater ille maior cum audiſſet in aduentu minoris, qui diſſiparat ſubſtātiam ſuā viuēdo luxurioſè, vitulum ſaginatum occiſum fuiſſe,& patrem ad ſe illum venientem magno cum gaudio excepiſſe,appropinquās domui indignatus eſt.& nolebat intrare, ſed ſtabat foras, quia videlicet fumus inuidiæ fraternæ populo Iudæorum ingreſſum prohibuit, ne intra Eccleſiam cum fratre ſuo minori,hoc eſt cū populo gentili epularetur,& patre. Maluitq. foras cū indignatione ſtare,quàm cum omnium lætitia domum introire. Vnde & de ipſo ſcriptum eſt. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem,ſurdum, & aures ei ſunt. Educ foras (inquit) ideſt foras eijciendū denuncia, ne intret,ne epuletur,ne ſaluus fiat.Idipſum accidit peccatori,qui fumo cōſcientię malæ, atque peruerſæ intra ſeipſum manere prohibetur, ſed compellitur foras exire, atque in his,quæ foris ſunt delectari. Iuſtus autē quia conſcientiam ſuā rectam habet intra illam habitat libenter. Propheta dicēte.[Pſallam & intelligam in via immaculatā, quando venies ad me. Perambulabam in innocentia mea in medio dom⁹ meę.]Quæ ver ba exponēs ſanctus Auguſtinus,ait. [Medium domus ſuæ,aut ipſam Eccleſiam dicit, Chriſtus enim in ea deambulabat,aut cor tuum;domus enim noſtra interior cor noſtrum eſt, vt hoc expoſuerit, quod ſuperius dixit. In innocentia cordis mei.Quæ eſt innocentia cordis ſui? Medium domus ſuæ. hanc domum quiſquis habet malam, pellitur ab illa foris,Quiſquis.n.in corde præmitur mala conſcientia, quomodo quiſquis ab ſtillicidio exit de domo

Hieron. ſuper ca. 10.Prou. 10.8.

Luc. 15

Iſa. 43.

Pſ.100.

Aug. ſuper eundē Pſal.

mo sua, aut à fumo, non ibi se patitur, habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras exeunt à se ipsis animi intẽtione, & de his, quæ foris sunt circa corpus delectãtur, quietem in nugis, in speculis, in luxurijs, in omnibus malis quærunt. Quare foris voluerũt sibi bene esse? Quia non est illis intus bene, vnde gaudeant in conscientia sua. Ideo Dominus cum sanasset Paralyticũ, ait. Tolle grabatum tuum, & vade in domũ tuam. Iaciat illud anima. quæ quasi paralysi dissoluta est, in membris bonæ operationis cõstringatur, & bene operetur. Tollat grabatum suum, regat cor suum. Iam eat in domum suam, intret in consciẽtiam suam, iam latam inueniet, vbi deambulet, & psallat, & intelligat. *]

18 [Et dixi: Væ mihi, quia tacui.] Translatio noua habet: [Væ mihi, quia ad silẽtiũ redactus sum,] Septuaginta transferunt; [O miser ego quia compunctus sum,] in Hebræo autẽ vbi nos legimus, [tacui,] habetur [nidmeti,] idest excissus sum, vel transforma tus sum, vel assimilatus sum & in prima, & secunda acceptione idem significat [nidmeti] quod tacui: ille enim qui exciditur tacet, nec verbũ aliquod profert, similiter, & qui trãsformatur loquelam amittit manens immotus. [† Quidam dicunt metum mortis Isaiam concepisse eo quod diuinam reuelationem, & visionem cuius in hoc cap. fit mentio, acceperit, hac enim ratio n e dixit. Manue ad vxorem suam Iudic. 11. Morte moriemur, quia vidimus Dominum. & Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. Et videtur explicatio in cõtextu Prophetę habere fundamẽtũ: postquã enim dixit Vę mihi, quia tacui subdit, & Dominum exercituum vidi oculis meis, quasi diceret, Perij, nec enim permittetur amplius inter mortales versari, qui dominum sedentem super soliũ excelsum, & eleuatum vidi oculis meis. Sed multò melius accipiũtur hæc verba, ita vt explicẽt dolorem quem, quia tacuit, concepit. Reprehendit ergo propheta seipsum de indiscreto silẽtio, quia videlicet tacuit, nec Deum laudauit, quamuis præ confusione, cũ beata Seraphim Deum collaudare vidisset: aut verò quia tacuit Oziæ peccata non reprehendendo. Multi possunt iure dicere. Væ mihi quia locutus sum, quia linguam non cohibui, nec refrenaui: quoniam [in multiloquio non deerit peccatum. Quoniam si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducẽs cor suũ: huius vana est religio,] Sed non desunt, qui cum propheta clamare possint, [væ mihi quia tacui.] Hinc colligat prudens lector periculosum esse, non solum incautè loqui, sed etiam indiscrete tacere. Vnde Gregorius verba illa Iob 1. declarans: [In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Duobus modis (inquit) labijs delinquimus, cum aut iniusta dicimus, aut iusta reticemus. Nam si aliquando, & tacere culpa non esset, Propheta non diceret: Væ mihi, quia tacui;] Hinc psalmista clamat: [Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Non petit à Domino, vt os suum claudat omnino, sed vt ostium ponat, quia aliquando tacere, aliquando loqui necesse est. [Ostium aperitur (ait Gregorius) & clauditur. Qui ergo ori suo nequaquam poni obstaculũ, sed ostiũ petijt aperte docuit, quòd

Silẽtium seruãdũ. *Pro. 10* *Iac. 1.*

Greg. 3. mor. 8. *Indiscretũ silẽtiũ vitandũ.*

Ps. 140.

Greg. 8. mor. 17.

& per

& per disciplinam retineri lingua debeat,&ex necessitate laxari,quatenus os discretum & cōgruo tempore vox aperiat, & rursus cōgruo taciturnitas claudat.]Ostium carceris innocētibus aperitur,sed reis ne exeant, vecte concluditur. Hinc
Iob 38. S.Iob. [tacui (inquit) nec egressus sum ostium,] vt videlicet, inutilia verba, aut nociua proximo foras emitterem.Sed propheta regius silentium indebitum in se reprehen-
Ps.31. dens ait : [Quoniam tacui,inueterauerunt ossa mea: dum clamarem
Ps. 38. tota die].Et iterum: [Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.]Vbi Au-
Aug.to.8 gust.ait : [Quando silui à bonis dolor meus renouatus est, quia cœpi plus dolere tacuisse me,quæ dicere deberem, quam dolueram dixisse, quæ dicere non deberem.Cœpi non dicere bona, cum timeo, ne dicam aliqua mala, & reprehendi consiliū meum.]Vnde Salomon,vt insinuaret,quod & tacere,& loqui,multoties peccatum est, postquam dixit:
Pro.26 [Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis ei efficiaris.] statim subintulit: [Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sapiēs sibi videatur.] Simul hæc duo coniunxit: [Ne respondeas:responde,] perplexus enim sapiens videtur,cū attentat loqui, & incipit non dicere bona, cum timet,ne dicat mala. Expende verbum Hebraicum[nidmeti,] quod, vt supra,diximus inter alia significat assimilatus sum: assimilatur enim peccatori, qui vitia illius tacendo dissimulat, sicut
Ezec.3. scriptum est : [Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum,& annunciabis ei ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris, neque locutus fueris; vt auertatur à via sua impia, & viuat : ipse impius in iniquitate sua morietur, animam autem eius de manu tua requiram.] Et iterum :
[Maledictus; qui frumēta abscōdit Pro. 11
in populis,] super quæ verba Sanctus Bernardus sic ait. [Rem pro- Bernar. ser.18. in Cant.
ximi retines tibi, si verbi causa plenus virtutibus cum sis,forisq. nihilominus donis scientiæ,& eloquentiæ adornatus, metu fortè, aut segnitie, aut minus discreta humilitate, verbum bonum quod posset prodesse multis, inutili, immo & damnabili ligas silentio;Certe maledictus, quod frumenta abscondis in populis;]Et Sanctus Gregorius Past.curæ 3. p.admon.26. [Frumenta (inquit) abscōdere, est prædicationis sanctæ apud se verba retinere; In populis autem talis quisque maledicitur,quia in solius culpa silētij pro multorum, quos corrigere potuit pœna damnatur.] Tacuit ergo damnabili silentio Isaias, Sed quare tacuit? audi quare.

19 [Quia vir pollutus labijs
ego sum.]Sicut Moyses ex quo Do Exo. 4.
minum vidit in rubo,& locutus est ad illum, impeditioris & tardioris linguæ effectus est, quasi in silentiū præ stupore redactus: ita & Isaias postquam Dominum sedentem in throno conspexit, pollutum labijs se esse fatetur, compunctum, & reprehensione dignum. Habet hoc
speciale vera Dei cognitio, vt hu- Dei cognitio hominē humiliat.
miliet hominem,& ædificet: non inflet sicut scientia humana,de qua
Paulus ait : [Scientia inflat.] Vidit 2.Cor.8
Isai.Dei maiestatem, & gloriam,& in illa, sanctitatem hominum, si ad Dei puritatem conferatur,immunditiam esse comprehendit. Vnde Chrysostomus. [Hoc nomine sanctus, Chry ho. 12.in Io. col.3.t.3.

ctus, nō in omnibus eandem habet significationem. Nam & Deus Sanctus dicitur, sed non quemadmodū, & nos. Cum igitur vocē hanc, Sanctus, à Seraphim demissam propheta audiuit, qui inquit: heu mihi misero, quia cum homo sim, & impura labia habeam, in medio populi immunda labia habētis habito. Atqui & sanctus, & purus erat, sed si supernæ sanctitati nostram conferamus, immundi profectò sumus.] Pollutum ergo corā Deo se agnoscens Isaias ingemiscit, & dolet, & fatetur se indignum Dei præsentia, & ad munus prædicationis ineptū.
Eccls. 1 Hinc est illud: [In multa sapientia multa est indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem.] Quia
Hierony. Greg. 23. mor. 16. & 18. moral. 24. vt Hieronym. explicat & Greg. qui diuina scientia pollet, clarius cognoscit virtutis dignitatem, vitij turpitudinem, & quam malum & amarum est reliquisse Dominum. Ideoq. humiliatur magis, magis contra se indignatur, & magis dolet, derelicta virtute, peccato deseruisse.
Ps. 115. Vnde Dauid: [Credidi (inquit) propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis.]
Chrys. super eundem ps. Vbi Chrysostomus aduertit, quod postquam dixit, [Credidi, subdit, humiliatus sum nimis,] quia nihil hominem sic humiliat, nihil superbiam eius ita deprimit, sicut credere, considerare Dei magnitudinem, & eminētiam eius veraciter agnoscere, sicut è contrario: [initium superbiæ est nescire Dominum,] vt
Eccli. 10 Infrà aliam literam. dicitur Eccl. 10. Sed inquirendum nobis est, cur labijs tantum se pollutum asserit Isaias? Nunquid mente, & corde, aut alijs partibus corporis mundus erat? Sed respondetur, prophetam id in se notare voluisse, quod omnium preciosissimū in ipso esse debebat, linguam videlicet Domino consecratam, (erat enim propheta ab illo institutus) quod in maximum dedecus ipsius cedere videbatur. Silentium enim prophetæ siue prædicatoris, cui incumbit populum à peccatis cohibere, reprehensione maxima dignū est, præsertim in illis, qui vel cupiditate fauoris humani, vel gloriæ, aut dignitatis alicuius acquirendę, siue etiam mūdano timore veritatem occultant, nec clamant, cum Ioanne: [Non licet tibi accipere vxorem fratris tui.] *Mar. 6.* Et vt designaret Dominus, quod nec cupiditate mūdanæ glorię, nec timore aliquo, esset à veritate prædicanda facies prophetæ auertenda, dixit ad Ezechielem, [Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus corū, & frontem tuam duriorem frontibus eorum: vt Adamantem, & vt Silicem dedi faciem tuam.] *Ezec. 3* Greg. ho. 10. in Ezec. col. 7. Quid est hoc? non sufficiebat faciem prophetę duram vt Adamantem facere? vt quid adiecit, & vt Silicem dedi faciem tuam? Audi Greg. [Adamas & silex vtraque dura, sed vnū horum preciosum est, alterum vile: Adamas ad ornamentū sumitur, Silex ab itinerantibus calcatur; Ait ergo, Dedi faciem tuam, vt adamantem, & vt silicem, vt nec per illatum honorem refrenetur lingua ex verecundia, nec per despectū taceat ex infirmitate,] Greg. ho. 7. in Eze. col. 10. sed ad instar silicis, dum ferro percutitur, ignem de se verbi Dei, & increpationis duræ, quæ impios consumat, debet emittere. [† In cuius signum non Cherubim, quod plenitudo scientiæ interpretatur, sed Seraphim quod interpretatur ardēs, aut feruens ad Prophetam purgandum volasse perhibetur vt prædicatores Euangelij admoneret

neret fidei dogmata non imperſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtẽſione ſpiritus, & virtutis eſſe prædicandam: nam plus charitate feruida, quàm verbis compoſitis ædificantur fideles.*] Lege Sanctum Gregoriũ in paſtorali 3. par. admonitione 26. vbi multis & elegantiſſimis ſcripturę locis indiſcretum prædicatoris ſilentium reprehendit.

20 [Et in medio populi polluta labia habentis ego habito. Quidam ſic locum iſtum interpretantur, vt non ſua, ſed aliena peccata propheta deploret, ac ſi dicat. Ego licet ob delicta propria non eſſem indignus ad Dei laudes cum Seraphim cõcinnẽdas, vel prophetæ munus exequendum, contagio tamen populi peruerſi cum quo habito immundus eſſem: ita difficile inter iniuſtos, iuſte viuitur, & raro inter peccatores cõſeruatur iuſtus. Propter quod in magnam laudem & gloriam Iuſtitiæ Iob refert ſcriptura; *Iob 1.* quod in terra Hus, hoc eſt inter idolatras & gentiles, iuſtus fuerit [ſimplex & rectus, timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam.] Vnde Gregorius: *Greg. 1. mor. 1.* [Nec enim valde laudabile eſt bonum eſſe cum bonis; ſed bonũ eſſe cũ malis. Sicut enim grauioris culpæ eſt, inter bonos bonum non eſſe: ita immenſi eſt præconij, bonum etiam inter malos extitiſſe. Hinc eſt quod & beatus Iob de ſe loquẽs teſtatur dicens: Frater fui Draconũ *Iob 30.* & ſocius Struthionum. Hinc Petrus *2. Pet. 2* magnis Loth laudibus extulit, quia bonum inter reprobos inuenit, dicens: Et iuſtum Loth oppreſſum à nephandorum iniuſta conuerſatione eripuit. Hinc Paulus diſcipulis dicit. In medio nationis prauæ, in- *Philip. 1* ter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo. Hinc Pergami Eccleſiæ dicitur: Scio vbi habitas, vbi ſedes *Apoc. 2.* eſt Sathanę, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. Hinc ſancta Eccleſia ſponſi voce laudatur, cum ei in amoris cantico dicitur: Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias.] Hinc denique in laudem Noè ſcriptum eſt. *Cant. 2.* [Noè iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis.] Vbi vt notauit gloſa, ideo addidit Spiritus ſanctus, [in generationibus ſuis.] vt ſingularem perfectionem Noè commẽdaret, qui inter nationes prauas & generationes peruerſas, [quando omnis caro corruperat viam ſuã;] iuſtus & ſanctus inuentus eſt. *Gen. 6.* *Lyranus.* Verũ quamuis hęc explicatio contemnenda nõ ſit magis tamen probanda eſt interpretatio eorum, qui aſſerunt; Iſaiam ſe humiliter cum alijs peccatoribus polluta labia habentibus connumeraſſe. Nec enim alius iudicabat, ſicut Phariſæus, ſed cum Publicano ſe peccatorẽ agnoſcit, nec oculos ad cælum leuare audet, ſed ingemiſcit & dicit: [Heu mihi quoniam habitaui cum habitantibus Cedar: & in medio populi polluta labia habentis] commoratur anima mea, Ac ſi aperte dicat. Ego, cuius conuerſatio in cælis inter angelos eſſe debebat, tamquam eis ſimilis in puritate & innocẽtia: ecce inter pollutos ſedeo, & cum Ægyptijs in operibus luti, & lateris cõficiendis occupor. [†Societas enim malorum tanquam nociua vitanda eſt ab incipientibus nondum perfectis, quia valde periculoſa, & nociua eſt: ideo S. Auguſt. lib. 2. confeſſionum cap 9. confitetur Deo de furto pomorũ, quod malis ſocietatibus tractus commiſit, *Pſ. 119* *Exo. 1.* *Aug. l. 2. conf. cap 9.*

& ait

& ait. Et illud ego solus non facerem: non facerem omnino solus furtum illud. O nimis iniqua amicitia seductio mentis inuestigabilis ex ludo,& ioco nocēdi auiditas, & alieni damni appetitus,quia cum dicitur eamus, pudet non esse impudentem.

21 [Et regem Dominum exercituum vidi oculis meis.] Nō ideo se miserum fatetur, quoniam Deū viderit,cum in illius clara visione summa beatitudo cōsistat, & enigmatica cognitio, qualis fuit visio Isaiæ multa bona secum afferat:sed quia cum Deum viderit; non habet quid pro tāto beneficio retribuat, nec labia müda,vt ipsum cum Angelis dignè laudet.

Heb. 1. 22 [Et volauit ad me vnus de Seraphim.]Expende quam sint parati ad succurrēdum peccatoribus Angeli, & ad eorum salutem expediti. [Omnes enim sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.]Nec mirum si angeli ijs ministrent, quibus rex angelorum ministrauit.Vnde,& scriptum est: [Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.] Hoc est. Qui spiritus facit esse angelos: & ignem, idest,Seraphim ministros suos. Hinc Bernardus,[Angelus(inquit)est fidelis paranymphus, discurrit medius inter dilectum & dilectam, vota offerēs, referens dona,excitat illam, placat illum.] Et ser.39.super Cant.[Noueris huiusmodi animam, nūquam esse sine Angelorum custodia, quia eam æmulantur Dei æmulatione solliciti suo viro seruare,& virginē castam exhibere Christo. Volauit (inquit) [†Vt intelligas velocē diuini sermonis aduentum super eos

Angelorū custodia. Heb. 1. Ps. 103 Bern.ser. 31. in Cant. Vide Gregor. 17. mor. 8.

qui digni societate illius iudicantur,] vt ait Hiernymus in quadam epistola,* vt ostendat quanta sedulitate angeli salutem nostram operetur,vt & homines pro salute mutua sint solliciti & orent pro inuicem vt saluentur. Vnus de Seraphim reliquit socium illum sanctissimum,vt seruiat polluto. Vide vim charitatis, propter salutem vnius ad ima descendit, qui super omnes spiritus angelicos est eleuatus.Hāc virtutem Paulus imitatur,quem & cum Seraphim non immerito possumus conferre. [Desiderium (inquit) habens dissolui, & esse cum Christo,permanere autem in carne, necessarium propter vos.] Et iterum: [optabam ego ipse anathema esse à Christo,] idest ad tempus ab illo separatum esse, vt ibi explicat S.Thomas:[pro fratrib⁹ meis:]Necessarium,inquit,quia vnum est necessarium, ardenti charitate Deum diligere,& nihilominus Deum propter Deum quasi relinquere. † Dubitari autem solet vtrum Angelus ille, qui ad Isaiæ labia purganda missus est, fuerit reuera Seraphim ad supremum ordinem pertinēs,an vero fuerit aliquis alius infimi ordinis. Ad hoc quidam respondent, quod secundū cōmunem legem nō mittuntur à Deo Angeli superiores,secūdæ,videlicet,& tertiæ Hierarchiæ:sed inferiores,duntaxat ad primam Hierarchiā pertinentes:ex dispensatione tamen diuina interdū etiā superiores mittuntur.Sed hanc sententiam excludit D.Tho. quia ordo inferior non debet prætermitti, nisi propter maius commodum ordinis superioris,sicut ordo naturę in operatione miraculorum prętermittitur propter ordinē gratiæ, & confirmationem fidei ad quam nihil

Hier.epi. ad Damasci super c. 6. Isai. to. 3. Phil. 1. Rom. 9. S Thom. lect. 1. Luc. 7. p.p.q. 112 art. 2. in corp.

nihil conduxerat, si prætermitteretur ordo angelicus, quia hoc percipi à nobis non potest. Cum ergo solum angeli infimæ Hierarch. communiter ad hęc inferiora mittātur, & nulla sit ratio conuincens ad asserēdum, ordinem qui est inter angelos aliquando prætermitti, dicendum est cum B. Dion. cap. 8. cælestis Hierarch. & Greg. homil. 34. in Euāg. quod superipres angeli nunquam ad exterius ministerium mittuntur. Vnde vt ait D. Tho. vnus de Seraphim dictus est purgasse incendio labia prophetæ, non quia hoc ipse immediate fecerit, sed quia inferior angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Papa dicitur absoluere aliquem, etiam si per alium officiū absolutionis impendat; Vel secundum Dionys. dictus est Seraphim, idest incendens, eo quod venerat ad incendendum labia prophetæ.*]

1. p. cit. ad 1.

Dion. ca. 13. cælestis Hierarch.

23 [Et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum & dixit :] Alia litera habet, & in manu eius carbo viuus quem in forcipe tulerat de altari. Vt constat ex lib. 3. Regum cap. 7. forcipes de auro purissimo Salomon fecit, quibus ignis, qui in altari Domini semper ardebat, cōponeretur. Tulit ergo seraphim forcipe de altari carbonem ignitum, vt Isaiæ labia tactu eius mundaret. † Quod autem ait in manu habebat carbonem: per manum (vt Hieron. sentit) intelligimus operationem, vt ibi. [In manu linguæ mors, & vita,] & in Psal. [Cadet in manu gladij.] Aut certe verè manus apparuit, vt persimilitudinem humanæ formæ, dum manus cernitur porrigentis, propheta non timeat: Iuxta quod & ipsum Deum, & Angelos in humanas vidimus se mutasse formas, vt metus videntibus demeretur.*] Per carbonem ignitum Christi humanitas designatur, quæ ex coniunctione ad Deum qui ignis consumens est, vim habet illuminatiuam, à qua subinde omniū hominum sanctificatio depēdet Apostolo dicente ad Rom. 3. [Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. † Sic explicat S. Ioannes Damascenus, qui de sacrosancto Eucharistiæ sacramento, hæc verba interpretatur dicens. Ardenti cupiditate ad eū adeamus, manibusq. in crucis formam compositis crucifixi corpus suscipiamus, atq; & oculis, & labijs, & frontibus impositis, diuini carbonis participes efficiamur, vt ignis desiderij in nobis insiti assumpta ea, quæ ex carbone oritur, in flammatione, peccata nostra exurat, ac pectora nostra collustret: demusq. operā, vt per diuini ignis perceptionē inardescamus, Dijq. efficiamur. Vidit quippe carbonē Isaias. Carbo porro non simplex lignum est, sed igni vnitum : sic panis quoque communionis nō simplex panis est, sed diuinitati vnitus.*] Sanctus Hieronymus per calculum Dei verbum (inquit) designari, iuxta illud. [Qui vicerit dabo ei manna abscōditū, & in calculū candidum, & dabo ei calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.] Quia sicut calculus genus est lapidis durissimi, rotundi & purissimi, qui nullis ictibus confringitur: ita Dei verbum nullis hæreticorum contradictionibus superatur, sed ad instar lapidis abscissi de monte sine manibus statuam humanæ sapientiæ in puluerem redigit. Hoc ergo calculo Isaię labia mundata sunt; & Apostolorum cor & lingua, sicut scriptum

Hiér. epistola ad Damasū. to. 3.

Rom. 3.

Ioan Damasc. lib. 4. fidei orthodox. cap. 13.

Hier. epi. ad Damasum.

Apoc. 2.

Simile.

Dan. 2.

tum est: [Iam vos mundi estis pro-
pter sermonem, quem locutus sum
Ioan.15 vobis.] Obserua quod Angel' igne
purgat labia Isaiæ, Hieremiæ digi-
to Dominus emūdat. Ait enim. [Et
misit Dominus manū suam, & teti-
Hier.1. git os meū & dixit ad me: ecce de-
di verba mea in ore tuo, &c.] Hiere
mias enim puerum se esse fatetur :
Isaias autē erat vir, per quod desi-
gnatur, peccata inueterata diffici-
cilius curari, de quo vide cap. 1.
num. 16.

24 Christus altare est, super
Mysticè. quod sacrificium laudis offerimus
Deo Patri. In hoc altari carbones
reperies ignitos, quos desolatorios
Ps.119. appellauit Propheta : nam in illo
sunt omnes thesauri sapientiæ, &
scientiæ absconditi. Vnde & scrip-
Ps.118. tum est. [Ignitum eloquium tuum
vehemēter, quod & duo illi discipu
lis eūtes pariter in Emaus cū Chri
sto loquentes de omnibus quæ ac-
ciderat in Hierusalem experti sunt
Luc.24 cum dicebāt: [Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis, dum loquere-
tur in via, & aperiret nobis scriptu
ras?] Porrò forcipe de altari viuum
carbonem suscipit, qui constāter &
cum fiducia, omni postposita trepi-
datione veritatem prædicat. Talis
verbo Dei audientium corda com-
mouebit, vt & pœniteant, & à pec-
catis omnibus emundentur.

25 [Et dixit; Ecce tetigit hoc
labia tua, & auferetur iniquitas
tua, & peccatum tuum mundabi-
tur.] Obserua quod cum Seraphim
carbone ignito Isaiæ labia tetigis-
set, non dixit. ecce tetigi in prima
persona, & abstuli iniquitatem tuā:
sed in tertia persona : ecce tetigit
hoc labia tua, vt ad calculum, non
ad Seraphim ne ad ministrum san-
ctificatio prophetæ referatur; nec
homo plusquam oportet de suo mi
nisterio glorietur. Vnde Paulus:
[Ego plātaui Apollo rigauit, Deus *1.Cor.3*
autem incrementum dedit; Itaque
neque qui plantat, est aliquid, ne-
que qui rigat; sed qui incremen-
tum dat Deus.] Ipse dat incremen
tum, ipse mūdat, ipse dat gratiam,
ipse gloriam; Hinc Sanctus Paulus
ignorātiam eorum grauiter repre-
hēdit, qui de maiori sanctitate mi-
nistrorum baptismi gloriabantur,
quasi baptismi effectum in ipsos re-
ferētes, & arbitrantes propter ma-
iorem ministri sanctitatem, vbe-
riorem gratiam per baptismum
conferri. Ait enim. [Hoc autem di-
co, quod vnusquisque vestrum di-
cit: Ego quidem sum Pauli, ego au- *1.Cor.1*
tem Apollo, ego vero Cephæ, ego
autem Christi. Diuisus est Christus?
Numquid Paulus crucifixus est pro
vobis; aut in nomine Pauli bapti-
zati estis? Ac si aperte dicat: Non
in Paulum, non in Cepham, non in
reliquos ministros baptismi sancti-
ficatio est referenda, sed in Christū,
qui pro hominibus crucifixus est,
cuius virtus per lauacrum regene-
rationis, peccatoribus applicatur.
[Quid igitur est Apollo? quid Pau-
lus? Ministri eius cui credidistis, *2.Cor.2.*
& vnicuique sicut Dominus dedit.]
Dicamus & nos quid igitur est Che
rubim, quid Seraphim? ministri e-
ius, qui homines sanctificat. [Om-
nes enim (vt ait Paulus) sunt ad- *Heb.*
ministratorij Spiritus in ministe-
rium missi, propter eos qui hæredi-
tatem capiunt salutis.] Non igitur
glorientur quod prophetam mun-
dauerint: nec dicant, Ego tetigi,
ego mundaui: [Sed tetigit hoc la-
bia tua;] Hinc discant homines, per
quos Dominus virtutes multas o-
peratur, siue animas à peccatis per
sacra-

sacramēta mundādo, siue infirmos curando, aut etiā resuscitando mortuos, non sibi hæc arroganter tri-
Iac. 1. buere: sed omnia ad illum referre, re, à quo, omne datum optimum, & omne donum perfectum misericorditer descendit: Nec dicant in cor-
Deut. de suo: [Quoniam manus nostra ex-
32. celsa, & nō Dominus fecit hæc om-
Isa. 10. nia;] Vnde & scriptum est: [Nunquid gloriabitur securis contra eū qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eū, à quo trahitur?] Multo ergo minus eleuari debet creatura contra Deum, aut exaltari, si per ministerium hominum aut etiā Angelorum prophetarū labia emundentur, aut hominum iniquitas auferatur. Vide num. 27.

26 [Et audiui vocem Domini dicentis. Quem mittam? aut quis ibit nobis?] Verba sunt Dei quasi dubitantis, & explorantis prophetę voluntatem, immo & insinuantis messem quidem esse multam, ope-
Luc. 10. rarios autem paucos. Ac si dicat. Ecce ô Isaia paucissimi sūt, qui pro veritate periclitari velint. Tanta Iudæorum sæuitia est occidentium prophetas, & lapidantium eos, qui ad prædicationis munus à me missi
Matt. si sunt:: vt dignum ministrū, quem
23. ad illos mittam, non inueniam. Omnes timent similia pati, omnes quæ sua sunt quærunt, omnes periculum subire recusant. [Quis ibit nobis?] Nobis, inquit, quasi in Dei vtilitatem missio cederet: quasi magnum emolumentum, & commodum ex conuersione Iudæorum Dominus reportaret. O Dei misericordiam, ô clementiam, & pietatem. Ea est diuina bonitas: ea dilectio erga homines, & charitas, vt nostram vtilitatem suam reputet. Vel ideo addidit [nobis,] ad mysterium Trinitatis designandum. Hac enim ratione consueuit in scriptura pluraliter loqui, sicut Gen. 1. [Facia- Gen. 1.
mus hominem ad imaginem nostram, & Gen. 11. Eamus, & con- Gen. 11
fundamus linguas eorum, &c. † Sic Hieron. in epist. ad Damas. sicut enim (inquit) in Genesi dicitur: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrā, ita & hic puto dictum, & quis ibit nobis? nobis autem, quibus alijs existimandum est, nisi Patri, & Filio, & Spiritui sancto? quibus vadit quicūque eorum obsequitur voluntati, & in eo quidem quod vnius loquentis persona proponitur, diuinitatis est vnitas. In eo vero quod dicitur, nobis, personarum diuersitas indicatur.] Cum ergo ait, quem mittam, vnitatem indicat, & simplicitatem diuinæ naturæ; Cum autē subdit, & quis ibit nobis, pluritatem designat personarum.*] Isaias autem interrogatione Domini excitatus respondit.

Sic Hier. in epi. ad Damas. to. 3.

27 [Ecce ego; mitte me.] Obserua, quod nō prius Isaias ad legationis officiū missus est, nec prius se ad illud exercendū obtulit, quam Dei maiestatem, & gloriam fuisset contemplatus. Prius vidit Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & domum plenā maiestate eius, & gloria, nec non, & Seraphim clamantia, sanctus, sanctus, sanctus, postea inquit. [Ecce ego mitte me.] Quo admonentur Dei ministri, atque Euangelij prædicatores, ne magistri aliorum esse velint, antequam fiāt discipuli: sed in Dei contemplatione debent addiscere, quæ alijs oportet dispensare: In cuius signum prius Moyses Exo. 3.
vidit Dominum in rubo, quàm ad Pharaonem mitteretur. Ezechiel Ezech.
etiam, vidit visionem; [Et vidi, in- 1.

 quit,

quit,& ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius,& de medio eius quasi species electri, idest de medio ignis, & in medio eorum similitudo quatuor animalium, &c.] Et post hæc audiuit vocem loquẽtis, & dicentis: [Fili hominis mitto ego te ad filios Israel.] Quid & de doctore gentium Paulo Apstolo dixerim? Ad tertium vsque cælum raptus est, vbi audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui: & deinde tanquam vas electionis assumitur,vt portet nomen Domini,coram gentibus,& regibus & filijs Israel. Hinc & de quatuor illis animalibus prædicatores Euangelij (iuxta interpretationẽ Augustini) designantibus,scriptum est: [Ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris corulcãtis: Ibant,]inquit, scilicet ad contemplationẽ,ad orationem,[& reuertebantur] ad prędicationem,ad proximorum ædificationem & consolationem, vt explicat Gregorius: [in similitudinẽ fulguris coruscantis.] Inflammantur prius in oratione,vt postea homines peccatores illuminent, & amore conditoris ardere faciant:ex quorum consortio iterum ad Dei contemplationem reuertuntur, sicut scriptum est: [Mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus.]Vbi Gregorius:[Vadunt fulgura, cum prædicatores miraculis corruscant, & superna reuerentia auditorum corda transfigunt: reuertentia vero dicunt, adsumus, cum non sibi, sed Dei viribus tribuunt, quidquid se fortiter egisse cognoscunt.] Et infra: [Videamus itaque fulgur vadens. Claudo cuidam (ait Petrus) Argentum,& aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et apprehẽsa manu eius dextra alleuauit eum,& protinus consolidatæ sunt bases eius,& plantæ:& exiliens stetit,& ambulabat. Sed cum de hoc facto Idæorum fuisset turba commota, videamus nunc fulgur rediens, quod ait: Viri Israelitæ quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, Deus Isaac,& Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum; & in fide nominis eius hunc quem vidistis, & nostis, cofirmauit nomen eius: & fides, quæ per eum est,dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Iuit ergo fulgur, cum Petrus miraculũ fecit; redijt cum non sibi tribuit, sed auctori quod fecit. Vel reuertẽtes dicũt,adsumus, quia post opera exteriora, quæ peragunt,semper ad sinum contẽplationis recurrũt: vt illic ardoris sui flãmas reficiant: & quasi ex tactu supernæ claritatis ignescant. Citius enim inter ipsa licet bona opera exteriora frigescerent, nisi intentione sollicita ad cõtemplationis ignem incessanter redirent.] † Origenes homil 6. in Isaiam hæc verba exponens. Ecce ego mitte me. ait [inuenio aliud fecisse Moysem,aliud Isaiam. Moyses enim electus ad eductionem populi Israel de terra Ægypti, ait prouide alium, quem mittas,etiam videtur contradicere Deo. Isaias vero non electus,sed audiens quem mittam, & quis ibit.Ecce,inquit,ego mitte me; Dignũ est quærere quis è duobus melius fecit. Moyses qui postquã electus est,recusauit,an Isaias, qui

*Ezec.*2. *2.Cor.* 12. *Ezec.*1. Aug. de cons. Euag.ca.9. Greg.ho. 5.in Eze. *Iob* 38. Greg.30 mor. 2. *Act.* 3. Orig.ho. 6. in Isa.

qui neglectus quidẽ ipse se obtulit, vt mitteretur ad populũ. Ego auda ĉter feci cõparans duos Sanctis, & discernens, & dicens, verecundius Moysen fecisse, quam Isaiam. Moyses quippe magnitudinem considerabat; præesse populo ad educendum eum de terra Ægypti, & propter hoc ait prouide aliũ quem mittas. Iste autem non sperans audire quid ei iuberetur, vt diceret, ac si electus fuisset; Ecce ego mitte me. Vnde quia ignorans quid ei iuberetur, vt diceret, Ecce ego mitte me; hæc iubetur vt dicat quę erant inoptata dicenti, an non erat inoptabile statim fulum prophetizare à maledictionibus incipere dicẽtem aure audietis,& nõ intelligetis? &c. Forte ergo (si tamen audenter expedit dicere) audaciç, & temeritatis prçmium consecutus est, vt ea iubeatur dicere quæ prophetizare nolebat; quia autem cõparauimus Isaiam & Moysem: componamus aliam proximam comparationem, Isaiæ & Ionæ; Iste mihi non prædicare euersionem Niniuitis,& piget eũ proficisci nolentẽ, causa malorũ ciuitatis; iste autem non expectans q̃d sibi imperaretur dicit, Ecce ego mitte me; Bonũ est non prosilire ad eas quæ à Deo sunt dignitates, & principatus & ministeria Ecclesiæ, sed imitari Moysen, & dicere cum eo prouide, alium quem mittas, neque enim ad principatum Ecclesiæ venit.*

28 [Ecce ego mitte me.] Paulo antea loqui trepidabat propheta, nec audebat cum Seraphim laudes Domini decantare; quoniam labia immunda se habere sciebat. Nunc autem postquam labia eius mundata sunt, spontè ad legationis munus se offert. Attendant hoc Euangelij prædicatores & caueant, ne immundis labijs & corde polluto verbum Dei audeant prædicare. Greg. in Past. lib. 1. cap. 7. Emundentur prius, auferatur calculo iniquitas eorum & sic mũdati Christum annuncient. Scriptum est enim: [Peccatori autẽ dixit Deus, Ps. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?] Vbi Augustinus. [Videte Aug. t. 8. fratres cum quo tremore ista dicamus, assumimus testamentum Dei per os nostrum, & prædicamus eruditionem & iustitias Dei. Et quid dicit peccatori Deus? vt quid tu prædicas? Prohibet ergo prædicatores peccatores? Et vbi est illud: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite? Matt. 23. Vbi est illud: Siue veritate, siue occasione Christus annũcietur? Phil. 1. Sed hæc dicta sunt, ne timeant qui audiunt, à quocunque audiant; non vt securi sint qui dicunt bona, & faciunt mala,] Vnde & subditur: [Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Ps. 49. Quæ dicuntur per te (ait Augustinus) proijcis post te? & proiecisti sermoneos meos post te, vbi non videantur à te, sed onerent te:] Tot onera super se portat prædicator, quot sermones de ore suo protulit, omni cum esset peccato inquinatus: Vnde & subditur: [Arguam te, & statuam contra faciem tuam,] sermones, videlicet meos, quos proiecisti retrorsum, Arguam te. [Et quid tibi faciam? (ait August.) Modo te non vides: faciam vt videas te, quia si videres te, & displiceres tibi, & placeres mihi. Quia vero te non vides, placuisti tibi, displicebis & mihi, & tibi; mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid enim tibi faciam inquit? Constituam te ante faciem

tuam. Quid enim ?Vis latere te ipsum in dorso tuo? ibi es, Non te vides? facio vt videas. Quod post dorsum posuisti, ante faciem ponam: Videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas.] Hinc
Pro. 19 est illud Prouer. 19. [Nō est speciosa laus in ore peccatoris.] In ore, inquit, peccatoris, vt designet
Aug. li. 2. cōt. Gauden. 9 c. 7 speciosam esse (vt Augustinus ait) in vita, moribusq. factoris: Vel ideo ait, in ore preccatoris (vt notauit idem Augustinus lib. 2. contra Epistolam Parmeniani capite duodecimo) quia speciosa est in auribus audientium; quamuis in polluto ore laudantis sit turpis. Vnde ab auditoribus peruersi, & improbi prædicatoris verba bona contemnenda non sunt, sed toto animo amplectenda:
Simile. Non enim contemnimus vuas, si inter spinas ex vite procedāt; sed spina cauetur, & botr' decerpitur,
Mat. 23 & gustatur. Sic & Dominus ait: [Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, quæ dicunt, facite, secundum vero opera eorum, nolite facere,] quasi dicat. Cauete spinas, dum vuuas colligitis. Lege Sanctū Chrysostomum to. 2. ho. 18. & 20. imperfecti in Matth. Sanctum Gregorium 6. moral. 5. in illa verba Iob. 5. [cuius messem famelicus comedet,] & 19. mor. 6. in illa verba Iob 29. [Quando ponebat pluuijs legem.

Charitas Isaiæ. 29 [Ecce ego mitte me.] Perpendenda est maxime in hoc loco eximia Isaiæ charitas, qui spiritu prophetico præuidens se à Iudæis esse dissecandum propter legationē iniunctam, & alios prophetas propter Verbū Domini, quod prædicabant, occisos fuisse; morte postposita ausus est pro salute populi & gloria Domini, manifesto periculo vltro se offerre: annumeratus inter illos de quibus Debora, [Qui sponte Iud. 5.
obtulistis de Israel animas vestras ad periculū benedicite Dominū,] Et infra: [Cor meum diligit principes Israel, qui propria voluntate obtulistis vos discrimini.] Sic se obtulit Isaias propria volūtate discrimini propter Deum. Quod & Sanctus Paulus in propheta maxime commendat, cum ait: [Isaias Rom. 10
autem audet, & dicit. Inuentus sum à non quærentibus me; palam apparui ijs qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad Isa. 65.
populum non credentem, sed contradicentem mihi. Audet, inquit, & dicit,] idest, audacter, confidenter, fortiter, omni trepidatione propulsa se offert prędicationis muneri exequendo, dicens; [Ecce ego mitte me, pro nihilo habens omnes Iudæorum persequutiones, vitam pro veritate contemnens, & ad omnia pericula pro gloria Domini se exponens. Hæc fuit prophetæ audacia, propter quam dictū est, [audet, & dicit, &c.] vt adnotauit Origenes super Epistolā ad Rom. cap. 11. Sic & Apostolus gentiū sciens quia vincula & carceres Hierosolymis illum manebant, verbum nihilominus constanter prædicabat: [Nihil horū (inquiens) vereor, nec Act. 20.
facio animam meam præciosiorem me, dummodo consumem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à Domino Iesu testificari Euangelium gratię Dei.] Et iterū ait: [Laboro pro Euangelio vsque 2. Tim. 2.
ad vincula, quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum.] Potuerunt quidem tyrāni ligare manus & pedes Pauli: sed nō linguam.

30 Ponderanda etiā, & aduertenda

Obedientia Isaiæ. tenda eximia prophetæ obedientia. Non enim dixit:[Ecce ego mitte me] ad istos, vel ad illos, sed minimè sollicitus an ad meliorem locũ, aut magis honorabilẽ mitteretur: vbicunque Dominus voluerit, ire paratus, ait absolute: [Ecce ego mitte me;] nam perfecta obedien-
Hier. 1. tia ad omnia debet esse parata, [Ad omnia (inquit) quę mittã te, ibis, & vniuersa quæcumque mandauero, loqueris.] Condemnat hic locus prædicatorum superbiam, qui se potius prædicent quam Christũ, & propriam gloriam & commodũ ex prędicatione, magis quam honorem Dei, aut proximiorum ædificationem requirunt, nec attendũt,
Ps. 126. quia scriptum est:[Sicut sagittæ in manu potẽtis: ita filij excussorum.] vbi Augustinus per filios excussorũ prædicatores intelligit filios Apostolorum, quibus præcepit Dominus, si exieritis de ciuitate, in qua
Mat. 10 non audiũt vos[excutite puluerem de pedibus vestris.] Sint ergo hi excussi [sicut sagittæ in manu potentis,] vt perueniant vsque ad fines terræ, & ad illum locum absq; vlla contradictione tendant, ad quẽ à sagittãte Domino diriguntur. Ta
Gen. 12 lis fuit Abrahæ obedientia. Præcipit illi Dominus: [Egredere de terra tua & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi.] Egreditur Abraham sicut prȩceperat ei Dominus, nõ locum requirit, nec patriam, ad quam pergere præcipitur; sed ait, [Domine Deus quid habis mihi? ego vadam
Gen. 15 absque liberis.] Quo ibis ò Abra-
Chrisost. ho. 31 in Gen. t. 1. ham? ad quem locum gressus diriges? vbicunque Dominus præceperit, vel duxerit. De sanctis Inno-
Apoc. 14 cẽtibus scriptum est, [quia sequuntur agnum quocunque ierit,] In laudem quoq; electorum canit propheta: [vt iumentum factus sum apud te.] Quid est vt iumentum, Ps. 72.
nisi humilis & obediẽs factus sum? Nescit iumẽtum recalcitrare quocunque sessor illum duxerit, absque vlla coutradictione pergit, omne onus portat, siue luti sit, siue auri, nec ignominiam reputat, si stercore oneretur: neque superbit si lapides portet preciosos, vt pote in omnibus obedire paratũ. Talis fuit obedientia prophetæ, talem se Deo exibuit, cum ait: [Ecce ego mitte me.] † Obseruandum præterea quod cum Dominus duo interrogaret; alterum quem mittam, alterum quis ibit nobis; Propheta non ad secundũ, sed ad primũ respondit dicens: [ecce ego mitte me,] & de sequẽti, tacuit intelligẽs, vt Hierõ. Hierony. epist. ad Damasũ tom. 5.
ait: Nullum hominem dignum esse qui Deo pergeret, & omne iter suum, eius faceret esse qui mitteret. quam humilitatem Dominus aduertens quod se secũdis putaret indignum, imperauit sequentia dicẽs. Vade, &c. Obseruare etiam possumus, quod Origenes homil. 6. in Orig. ho. 16. in Isa. cap. 6.
Isaiã. Voluit profeta, cum accepisset gratiã Dei, non in vacuum eam accipere, sed vti ea ad necessaria. Missus ad eum vnus de Seraphim qui habebat in forcipe carbonem, quẽ attulerat de altari, & tetigerat labia prophetæ, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas. Cõsecutus est beneficiũ mundus effectus, & remissionem accipiens peccatorum, cum audisset quem mittam ad populũ, non propter priorem consciẽtiam, sed quia purgatus fuerat ausus est dicere: Ecce ego mitte me.*]

31 [Ecce ego] Obserua cum Sancto Gregorio lib. 1. past. curæ- Gregor.
cap. 7. quod multi prædicationis

officium laudabiliter appetunt, & ad illud nonnulli coacti pertrahuntur, quod liquido cognoscimus, si diuersorum prophetarum facta pensemus, Dicit Dominus ad Moysem:
Exo. 3. [Veni, mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Ægypto.] Excusat se Moyses & dicit ad Deum. [Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto?] Et cum adhuc vrgeretur, vt pergeret, iterum
Exo. 4. ire recusat dicens: [Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudius tertius, ex quo locutus es ad seruũ tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum. Dixitq. Dominus ad eum. Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? Nonne ego? Perge igitur & ego ero in ore tuo, doceboq. te, quid loquaris. At ille obsecro Domine (inquit) mitte quem missurus es.] Hieremias autē dum à Domino Propheta ingentibus institueretur, ne mitti debeat humiliter reluctatur,
Hier. 1. dicens, [A. a. a. Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sũ:] Et tamen Isai. Domino quærenti quem mitteret, vltro se obtulit dicens: [Ecce ego mitte me] En (in-
Greg. vbi supra. quit Greg.) [ab vtrisque exterius diuersa vox prodijt, sed non à diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Isaias, officium prædicationis appetit: per contemplatiuam vero Hieremias amori conditoris sedulo inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat contradicit. Quod ergo laudabiliter alter appetijt: hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne taciti contemplationis lucra loquendo perderet, ille ne dãna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisque est subtiliter intuendum: quia & is qui recusauit plenè non restitit, & is qui mitti voluit, ante per altaris calculum se purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quisq; ministeria sacra audeat, aut quem superna gratia erigit, sub humilitatis specie superbè contradicat. Quia igitur valde difficile est purgatũ se quemlibet posse cognoscere, prædicationis officiũ tutius declinatur, nec tamen declinari (vt diximus) pertinaciter debet, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Quod Moyses vtrũque miro opere expleuit, qui præesse tantæ multitudini & noluit, & obediuit. Superbus enim fortasse esset, si ducatum plebis innumeræ sine trepidatione susciperet, & rursus superbus existeret, si authoris imperio obedire recusaret. Vtrobique subiectus, & præesse populis semetipsum metiendo noluit, & tamen de imperantis viribus præsumendo consensit. Hinc ergo quilibet præcipites colligant cum quanta culpa ex appetitu proprio cæteris præferri non metuunt, si sancti viri plebium ducatũ suscipere, Deo etiam iubente, timuerunt. Moyses suadente Domino trepidat, & infirmus quisque, vt honoris onus suscipiat, anhelat. & qui ad casum valde vrgetur ex proprijs, humerum libenter opprimendum ponderibus submittit alienis. Quæ egit ferre non valet, & auget quę portet.] Vide cap. 3. nu. 7. 8. 10. 11. & 12.

32 [Mitte me,] Non ait, ecce ego vado, aut ego ibo, sed: [ecce ego mitte me.] Non enim aduet ire antequã mittatur; sicut illi de quibus

bus scriptum est: [Falso vaticinantur prophetæ in nomine meo, non misi eos, & non præcepi eis, nec loquutus sum ad eos.] Et iterū: [non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.] Vnde & Paulus de Euangelij prædicatoribus loquens ait: [Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?] † Et redemptor noster audaciam eorum reprehendens, qui cum non sint missi à Deo, prædicare audent, inquit. Quotquot ante me venerunt, fures sunt, & latrones. Quotquot, inquit, venerunt, non quotquot missi sunt. Venerunt quidem ante Aduentum Domini Moyses, & prophetæ, sed fures nō fuerunt, nec latrones, quia missi venerunt. Vnde Aug. Venire quippe ita voluit intelligi, quia missi non sint; nam qui missi sunt, sicut Moyses & sancti prophetæ, nō ante ipsum, sed cum ipso venerunt, quia non eum per superbiam præcedere voluerunt, sed eum per ipsos loquentem humiliter portauerunt.* Subdit ergo.

Hier. 14
Hiere. 27.
Rom. 10
Ioā. 10.
Aug. lib 16. cōtr. Faustum cap. 12.

33 [Vade, & Dices populo huic:] Explorata volūtate propheta, præcipit illi Dominus, vt vadat. Poterat quidem illi præcipere, vt pergeret, & prędicaret, non requisita prius ipsius volūtate, sed (vt notauit Ambrosius) noluit Deus voluntariæ oblationis fraudare mercede, quem ad munus prædicationis elegerat. Voluntarios enim ministros Dominus requirit, & voluntaria oris acceptat. Vnde & filij Israel maxime commendātur, quia mente promptissima, atque deuota primitias Domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij obtulerunt. Ait ergo. [Vade & dic populo huic.] Non appellat illum populum suum, quia iniquitatibus illius & ingratitudine ad nauseam prouocatus, suum illum appellare dedignatur: Sed ait: [Dices populo huic] olim meo, iam nō meo populo post innumera beneficia ingrato populo graui iniquitate, auaro, raptori, crudeli, derisori. † Et qui Christum Dominū erat occisurus: De quo Sanctus Ambrosius explicans locum Apoc. 6. cum aperuisset sigillum sextum Terremotus factus est magnus, ad Iudęorum dicit deiectionem, & vocationem gentiū pertinet, & quia de hac re multa Christus per parabolas est locutus hoc sigillum aperuit quādo Doctoribus Ecclesiæ hac patefecit. Aperuit etiam sigillum, quando ea, quæ verbis dixit, opere impleuit: & Terremotus factus est magnus, quando à Romanis hæc gens est deuastata. Et subdit, [factus est niger sol] per solem idem Iudæorū populus designatur, quia populus qui propter cognitionem Dei sicut sol in mundo refulgebat inter ceteras gentes; quem Deus populum suum appellabat, Deo & hominibus factus est odiosus propter iniquitates suas: Sacco namq. pænitentes vestiuntur vt indicēt se esse peccatores. Sol ergo nigredinē Sacci habuit, quia omnibus gentibus facinora Iudæorum patuerūt, ideo Deus hæc præuidēs non dicit prophetæ, Vade dic populo meo, sed vade, & dices populo huic.*

Ambr. super Psal. 118. ibi voluntaria oris mei.
Exo. 35
Ambros. in Apoc. cap. 6.

34 [Audite audientes, & nolite intelligere & videte visionem & nolite cognoscere.] Nota cum Sancto Thoma quod multoties apud **prophetas verbum imperatiui accipitur pro futuro, & cum aliquid imperāt, optant, vel petunt à Deo: illa petitio prophetia est potius; quam**

Regula Scripturæ.

Ps. 68. quam deprecatio: Sicut in Psal.68. [Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum] i.fiet.[Obscurentur oculi eorum, ne videant,] idest obscurabuntur. *Ps. 93.* Et Ps.93.[Redde retributionem superbis,] idest reddes. Ita in præsenti, nolite intelligere,& nolite cognoscere, idem significat, quod noletis intelligere, & noletis cognoscsre,quod ad litteram adimpletum est in populo Iudaico, qui audiens Christum prædicantem, & videns Illum miracula facientem, noluit eum cognoscere,sicut scriptum est: *Isa. 1.* [Israel autem me non cognouit:& populus meus non intellexit. *Vide ibi 1 u.11. & 14* † Sanctus Hieronymus in hunc locum dicit. *Hieron. in Isaia.* Sanctus Paulus Actorum 18. *Act.18.* Vtitur hoc testimonio cōtra Iudæos dicens. Bene Spiritus Sāctus loquutus est per Isaiā; Vade ad populū istum,& dic &c.quando autem hæc prophetia impleta sit, Paulus consequenter loquitur,Notum ergo sit vobis, quoniā gētibus missum sit hoc Salutare Dei: & ipsi audient. *Act.13.* Vobis oportebat primum loqui regnum Dei, sed quia &c.Ecce conuertimur ad gentes: ergo secundum 70. facilis interpretatio est, quòd Isaias Domino imperante prædicit quòd Iudæorum populus sit facturus; in Hebraico difficultas est,quomodo ipse Deus pręcipiat populo,vt auditu audiant,& non intelligant, & videns videat,& non cognoscat, & postea propheta inducatur, loquēs & Dominū præcetur,& dicat, Obsecro exceca cor populi huius,& aures eius aggraua *Rom.11* Locum istum explicat Apost.ad Roman. 11. Conclusit Deus omnia in incredulitatem, vt omnibus misereatur. Et de Iudæorum incredulitate Nunquid sic peccauerunt,vt caderent?absit,sed illorum delicto, Salus est gentibus, ad emulandum eos. Vide totum caput Pauli:ergo non est crudelitas Dei, sed misericordia,vnam perire gentem,vt omnes saluæ fiant. Et Iudæorum partem nō videre,sicut dicit,vt videntes non videant, vt omnis mundus lumen accipiat, Vnde & ipse Dominus Sacramentum cæci à natiuitate, qui receperat oculos, vertit ad *Ioan.9.* tropologiam, & dicit in Iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui nō vident, videāt,& qui vident,cęci fiant,illis itaque non videntibus, videmus; illis cadētibus, nos resurgimus. Quod intelligens propheta alijs verbis dicit: O Domine præcipis mihi, vt dicam populo huic, vt audiant,& nō intelligant Saluatorem,& videant eum, & non cognoscant:si vis impleri iussionem tuam, & totum saluari mundum, tu excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, vt videntes non videant,si enim illi viderint,& conuersi fuerint, & intellexeriut & sanati fuerint, totus mundus non recipiet sanitatem. De quo vide infra cap. 32. super illa verba erit homo abscondens sermones suos. * Consonat hæc explicatio cum translatione septuaginta interpretū, quæ sic habet, [Auditu audietis & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.] In textu Hebraico,vbi nos legimus,& nolite intelligere, habetur verbum [ve altabinu,] idest non facietis intelligere: est enim verbum tertiæ cōiugationis significans actionem transeuntem,& est aperta prophetę prophetia inuidiæ Scribarum & Phariseorum, qui videntes Christum Messiam esse,& à mortuis surrexisse, id populo,ne ipsum cognosceret,& vt Redemptorem adoraret, occultare

re curauerunt, custodes pecunijs corrumpentes, vt dicerent, [Quia discipuli eius nocte venerunt,& furati sunt eum nobis dormiĕtibus.] *Matt. 28.*

35 [Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis,& auribus suis audiat,& corde suo intelligat,& conuertatur & sanem eum.] Translatio noua sic habet. [Impingua cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius perstringe,ne videat oculis suis, neque auribus suis audiat, neque corde suo intelligat, & cōuertatur & restituatur illi sanitas.] Septuaginta interpretes sic transferunt; [Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne forte videant oculis & auribus audiãt,& corde intelligant,& conuertant se, & sanem eos.] S. Matt. hunc locum ad Iudæorum cæcitatem improbãdam adducens, sic refert illum: [Auditu audietis, & nō intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt; ne quando videant oculis,& auribus audiant, & cōuertantur & sanem eos.] Sanctus Marcus cap. 4. sic legit. [Vt videntes videant,& non videant, & audientes audiant & non intelligant,ne quando conuertantur, & dimittãtur eis peccata.] Et eadem fere verba refert Sanctus Lucas cap. 8. Sanctus Ioannes cap. 12. sic refert locum Isaiæ: [Propterea non poterant credere,quia iterum dixit Isaias: Excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorum, vt non videãt oculis,& non intelligant corde,& cōuertantur, & sanem eos.] Sanctus Paulus Actor. 28. sic adducit hunc locum, [Aure audietis & non intelligetis, & videntes videbitis & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius; & auribus grauiter audiuerunt, & oculos suos compresserunt; ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant,& conuertantur,& sanē eos.] Et ad Rom. 11. eandem authoritatem referens: [Cæteri Iudæi (ait) excęcati sunt sicut scriptum est: dedit illis Deus spititum compūctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant vsque in hodiernum diem.]

Mat. 13 *Mar. 4* *Luc. 8.* *Ioan. 12* *Act. 28.* *Rom. 11*

36 Propter varietatem quæ inter Apostolos,& Euangelistas in allegatione huius loci reperitur, antequam singula illius verba expendamus, examinanda est quædam molesta difficultas,& olim inter doctores agitata, Vtrum videlicet in nouo testamēto fideliter à scriptoribus Canonicis loca prophetarū, aut legis antiquæ referantur. Prima ratio dubitãdi sumitur ex præsenti loco Isaiæ, qui variæ ab Apostolis allegatur. Nam Sanctus Ioannes cap. 12. addit illud verbum: [Et indurauit cor eorum,] quod tamen non habetur in Isaia: nec in textu Hebraico, neque translatione septuaginta interpretū, nec reperitur in æditione vulgata. Similiter Sanctus Paulus Act. 28. addidit illud: [Et oculos suos compresserunt,& ad Rom. 11. superaddidit alia verba,illa videlicet: [Dedit eis Deus spiritum compūctionis,] quæ tamen in auctoritate Isaiæ,quã refert non habentur. Aliam authoritatem allegat sanctus Matthæus, c. 27. ex Hieremia, de qua est maxima controuersia inter sanctos doctores. Sic enim ait sanctus Euangelista:

Quæstio grauis. *Ioan. 12* *Act. 28.* *Rom. 11*

Matt. 27. gellista: [Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt, Non licet eos mittere in corbonā, quia precium sanguinis est. Cōsilio autem inito emerūt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quem appreciauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.] Et tamen hæc auctoritas, quam refert Sanctus Mattheus non habetur apud Hieremiā, Zac. 11 sed apud Zachariam cap. 11. Nec etiā refertur fideliter (vt videtur) ab Euangelista; quia Zacharias non dicit, quod dederunt illos argēteos in agrum figuli. Sic enim habet textus Zachariæ: [Et appenderūt mercedem meam triginta argenteos, & dixit Dominus ad me. Proijce illud ad statuarium decorum precium, quo à preciatus sum ab eis, & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domo Domini ad statuarium.]

37 Item etiam Sanctus Marcus in principio sui Euangelij tribuit Marc. 1 Isaiæ locum illum: [Ecce ego mitto angelum meum,] dicens: [sicut scriptum est in Isaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum,] Et tamen cōstat locum non esse Isaię, Mat. 21 sed Malachiæ cap. 3. Præterea San- Zact. 9. ctus Matthæus c. 21. adducit testimonium Zachariæ 9. dicens. [Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, Dicite filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.] Et tamen in auctoritate Zachariæ habentur aliqua verba, quæ non referuntur ab Euangelista: & aliqua superadduntur ab Euangelista, quæ non reperiuntur in Propheta. Sic enim habet textus Zachariæ. [Exulta satis filia Sion iubila Filia Hierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi Iustus & Saluator ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filiū asinæ.] Ecce Euangelista omisit illa verba: [Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem,] & superaddit illud: [dicite filiæ Sion,] & mutauit plura alia verba. Denique Act. 7. sanctus Stephanus referens Act. 7. historiam Genes. 46. Exod. 1. & Deut. 10. asserit septuaginta quinque animas, idest, homines sumpta parte pro toto, egressas de femore Iacob fuisse in Ægyptum ingressas: & tamen in locis veteris Testamēti iam inductis solum numerantur septuaginta.

38 Aliqui doctores videntur sentire Apostolos, & Euangelistas, (vtpote homines) fuisse aliquando deceptos, vel memoria lapsos in allegandis legis vel prophetarum testimonijs, aut ex inaduertentia, quod vnus prophetarum dixit, alteri tribuisse. Vnde Sanctus Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum. cap. 7. testimonium Matt. 21. explicās, ait hæc verba: [Potuit fieri, vt animo Matthæi Euāgelium conscribentis pro Zacharia Hieremias occurrerit, vt fieri solet: quod tamen sine dubio emēdaret saltem ab alijs admonitus, nisi cogitaret recordationi suę, qui Spiritu sancto regebatur, non frustra occurrisse aliud pro alio.] Et eadem ferè verba habet venerabilis Beda super capit. 1. Marci. Sanctus etiam Hierony- Hieron. mus ad Gal. 3. inquit, quod cum memoriæ crediderint Apostoli, & Euan-

Euangelistæ, & non ex libris testimonia veteris testaměti desumpserint: sæpe ordinem mutant, aut verba ex illis detrahunt, aut addunt sensu eodem seruato. Euthymius denique Matth. 20. in fine expresse asserit, Apostolos & Euãgelistas cum homines essět, fuisse quorumdã oblitos: cui subscribit Erasmus in annotationibus super cap. 2. & 27. Mattæi Nihilominus S. Thomas 22. q. 110. art. 3. ad 1. aperte docet, quod neque in Euangelio, neque in aliqua scriptura canonica fas est opinari, aliquod falsum contineri, neq; scriptores sacros aliquod mendacium siue ex industria, siue inaduertentia protulisse. Dicendum est igitur, quod neque in referendis rebus gestis, neque in allegãdis veteris testaměti locis decepti sunt aliquando, nec memoria lapsi, etiam in re minima, quia periret certitudo fidei, quæ auctoritati nititur sacræ Scripturæ. Si enim semel in illa aliquod mendacium cõcedamus, vnde probare poterit vir catholicus, aut hęreticos cõuincere, Scripturam sacram in omnibus alijs inconcussam veritatem continere? ita docet expresse Sanctus Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistarum. cap. 12. Vbi ait: [Omnem autem falsitatem abesse ab Euãgelistis decet: non solum eam, quæ mentiendo promitur, sed etiam, quæ obliuiscendo.]

Euthym. Matt. 20. Thom. August.

39 Vt autem ad loca scripturę in contrarium adducta respondeamus, not. est, quod (vt docet sanctus Augustinus loco nuper allegato, sanct. Hieronymus Isaiæ 7. & in libro de optimo genere interpretandi Scripturam, & Abulensis, q. 30. super cap. 21. Matthæi) Apostoli & Euangelistæ, non semper de Verbo ad verbum testimonia referunt ex scriptura, sed multoties magis sensum reddunt, quam verba; & sæpe ita allegãt loca sacra, vt verba quę magis ad suum propositum faciũt, alijs consulto omissis, referant, & explicent. Obseruandum, prætere a quod regulariter Apostoli in allegandis locis veteris testamenti sequuntur translationem septuaginta interpretum, vnde ad illa, in his, quæ referunt, attendendum est. Igitur ad locum Isaiæ, quem Euangelistæ referũt dicendum est, quod verba, quæ sanctus Ioannes, & sanctus Paulus adducunt, in eundem sensum redeunt cum textu prophetæ, & magis illum explicant, & declarant. Etenim in excæcatione Iudæorum, quam in loco illo propheta denunciat, duo includuntur, Alterũ est subtractio iusta auxilij diuini, ad quã subsecuta est illius populi obduratio, & hanc tetigit & explicuit Sanctus Ioannes cum ait; [& indurauit cor eorum,] & Sanctus Paulus ad Rom. 11. cũ inquit: dedit eis Deus spiritum compunctionis,] quam etiam denunciauit textus prophetę iuxta æditionem vulgatã, cum inquit: [Excæca cor populi huius, &c.] Alterum est malitia Iudæorum & deprauata eorũ voluntas, qui semper resistebãt Spiritui sancto, obicem lumini diuinę gratiæ apponentes, iuxta illud Act. 7. [Vos Spiritui sancto semper restitistis,] Et hanc insinuat textus prophetæ iuxta translationem septuaginta interpretum, cum ait: [& oculos suos clauserunt,] Ad idem explicandum tendunt verba Sancti Pauli, cum ait; [Et oculos suos cõpresserũt,] quadam vi & cõtentione perfida, ne videlicet non solum lucem, sed nec splendorem quidem

August. Hieron. Abulens. Rom. 11 Act. 7.

Euan-

Euangelij viderent. Idq. propria voluntate & malitia, iuxta illud quod scriptum est, [excæcauit eos malitia eorum.] *Sup. 6.*

40 Maiorem præsefert difficultatem locus, quem allegat Sanctus Matthæus ex Hieremia cum manifestum sit locum illum apud Zachariam haberi, qui & in margine bibliæ in omnibus ferè impressionibus allegatur. Huic difficultati conatur respondere Sanctus Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum cap. 7. Prima solutio est, quod non omnes codices Sancti Matthæi habent: [Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam,] Sed, [quod dictū est per prophetam,] & intelligitur per Zachariam. Vnde codices, in quibus legitur per Hieremiam prophetā existimantur à multis esse mendosos & corrigendos. Hæc tamen solutio Sancto Augustino non placet; & ratio illius est, quia plures codices & correctiores habent: [Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam:] & qui diligentius in Græcis exemplaribus Euangelium considerauerunt, ita in antiquioribus Græcis se perhibēt inuenisse: Quod si in aliquibus ex recentioribus codicibus nomen Hieremiæ non inuenitur, ablatum creditur ex imperitia eorum; qui quæstione proposita turbabantur, eo ꝙ testimoniū illud apud Hieremiam non inuenirent. Hæc omnia docet Augustinus vbi supra: quæ à nobis confirmari possunt ex vltima correctione Bibliæ impressæ Romæ iussu Sixti V. anno Domini 1593. in qua etiam habetur, [per Hieremiā prophetam.] Est ergo solutio Sancti Augustini, quod videlicet Sanctus Matthæus ex particulari instinctu Spiritus sancti scripsit Hieremiam pro Zacharia, vtēs metaphora ratione mysterij, ad informandum nos tātam verborum suorum inter prophetas esse concordiam, vt non absurdè, immo congruentissimè etiam Hieremiæ deputaremus: quod per Zachariam dictum esse inuenimus. Quia ergo omnes prophetæ eodem spiritu, eademque Dei inspiratione afflati locuti sunt: & os eorum os Domini reputatur, vt cap. 1. num. 61. dictum est, quod dixit Zacharias tribuitur Hieremiæ, sicut quod vnum ex labijs loquitur, tribuitur alteri. Nec propterea mēdacium aliquod profert Euāgelista: nam, vt iam diximus, nomine Hierem. vtitur pro Zach. non proprie, sed per metaphoram ad designādum quod explicuimus mysterium. Veritas autem locutionis metaphoricæ secundum Sanctum Thomam nō est attendenda ex paopria, aut primeua significatione verborum, sed ex veritate eius, quod figuratiuè designatur.

Elucidatur locus. Matt. 27.

August.

Tho. 1. p. q. 1. ar. 10. ad 3.

41 Tertia solutio est eiusdem Augustini vbi supra, quod scilicet Etiā ex Hieremia authoritas, quam allegat Sanctus Matth. est desumpta. Nam Hieremiæ 32. habetur quod emerit agrum à filio fratris sui & dederit ei argētum. Sic enim habet textus Hieremiæ. [Eme tibi agrum meū, qui est in Anathoth.] Et infra: [Et emi agrum ab Anamehel filio patris mei, qui est in Anathoth, & appendi ei argentum septē stateres, & decem argēteos,] & paulo post præcipitur prophetæ, vt librum empti agri mittat in vas fictile. Quia ergo apud Hieremiam expressa mentio fit de agro empto, cuius non meminit Zacharias, ideo Hieremiam potius, quam Zachariam *Hie. 32.*

riam

riã refert Sãctus Matthæus, quamuis etiam in Zacharia vaticinium illud reperiatur. Illud vero quod subiecit huic testimonio Sanctus
Matt. 27. Matteus. [Quem appreciauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrũ figuli, sicut constituit mihi Dominus.] neque apud Zachariam, neq; apud Hieremiam expresse reperitur. Vnde, vt ait Augustinus, magis ex persona ipsius Euangelistæ accipiẽdum est, qui Domino reuelante id cognouit, & explicuit. Et si fiat argumentum; nam in loco Hieremiæ inducto non est sermo ad literam de Christo, sed de reditu à captiuitate Babylonica, quem Dominus voluit, vt Propheta designaret emptione illa agri, per quam (vt docet glosa. Sanctus Hierony. & alij Sãcti) significatum est, quod possessiones à Chaldæis destructæ, erant iterum post reditum ex Babylone à Iudæis possidẽdæ. Respondetur, quod licet in sensu literali locus ille de redditu à captiuitate Babylonica intelligatur tamẽ quia liberatio à prædicta captiuitate signum quodam erat, & præsagium redemptionis generis humani per Christum faciendæ, etiam ad pretium sanguinis, quo redempti sumus, potest textus Hieremiæ mysticè referri, vt Augustinus dicit libro de consensu Euangelistarum superius allegato.

42 Quarto Respondetur familiare esse in sacra Scriptura testimonium veteris, vel noui testamenti allegare, quod tamen expresse, in Scriptura canonica quæ apud nos extat, non habetur. Nam Sanctus Paulus ad Hebræ. 12. Ait dixisse Moysen [exterritus sum & tremebũdus] & tamen in toto veteri testamento non legitur Moysen tale aliquid dixisse, sed forte edoctus à Gamaliele, qui peritissimus erat in lege, alia littera quam nõ habemus vsus est Apostolus, vt adnotauit sanctus Thomas lect. 4. super cap. 12. ad Hebræos. Similiter etiam idem Apostolus Actor. 20. ait. Meminisse oportet verbi Domini Iesu quoniam dixit: [Beatius est magis dare, quam accipere,] & tamen istud dictum Christi non habetur in toto Euangelio, sed Sanctum Paulum illud creditur, accepisse ex Christi Domini reuelatione, à quo ipse Euãgelium immediate accepit, vt fatetur ad Galatas 1. Ita in præsenti dici potest, quod licet in libris Hieremiæ; qui apud nos extant, non habeatur testimoniũ, quod eidem prophetæ Matthæus adscribit, credendum est tamen illud reuera esse Hieremiæ, vel secundum aliam literã, vel in alia eius prophetia, quę apud nos nõ habetur. Multa namq. à prophetis, Spiritu santo afflante, fuerunt conscripta, quæ apud nos minime reperiuntur. Multa etiam mandauit scriptis Hieremias quæ incuria temporum perierunt, vt constat ex lib. 2. Machab. c. 2. Vbi 2. Mac. 2.
dicitur: [Inuenitur autẽ in descriptionibus Hieremiæ prophetæ, quæ iussit eos accipere ignẽ, qui transmigrabant, vt significatum est, & vt mandauit trãsmigratis.] Et tamen Liranus.
illas Hieremiæ descriptiones, nec nos habemus, nec Hebræi, vt adnotauit Lyranus super eũdem locum. Similiter, etiam Hierem. 36. refertur quod Ioachim rex Iuda, in ignẽ proiecerit librum quendam, quem ex ore eius scripsit Baruch, & quãuis liber ille (qui dicitur esse Threnorum) fuerit iterum conscriptus, ex facto regis colligitur, alia volumina Hieremiæ igni tradita fuisse.

Hæc

Hæc solutio habet expressum fundamentum in sancto Hieronymo in Hieron. commentarijs super Psalm.77. Vbi Ps.77. fatetur se legisse Hebraicum librũ Hieremiæ ab Hebręo quodam Nacarenæ sectæ sibi oblato, in quo auctoritatem, quam ex Hieremia refert Matthæus de verbo ad verbum reperit. Auctor libri hipotheposeon Martynus Cantapetrensis hãc Martyn. solutionem impugnat. lib.6. cap.1. [Quia non est credendum, inquit, Euãgelistas dogma fidei nostræ cõfirmare voluisse ex deliramentis apocryphorum.] Eius tamen impugnatio videtur insufficiens, quia libri Hieremiæ vel alterius Scriptoris sacri, quos hactenus Ecclesia nobis velut canonicos nõ proposuit, sint apocryphi, siue agiographi: Apostolis tamen & Euangelistis, qui, Spiritu sancto inspirante, cognouerũt libros illos inconcussam veritatem cõtinere, apocryphi non erant. Vnde ex illis poterãt auctoritatem aliquam ad res fidei confirmandas desumere.

Mar. 1 43 Ad locum sancti Marci, nu. 37. inductũ respondẽt aliqui, quod in codicibus Græcis non habetur, sicut scriptũ est in Isaia propheta, sed sicut scriptum est in prophetis, & intelligit in Malachia, & Isaia, quorum auctoritates allegat statim Sanctus Marcus. Sed quoniam omnes codices Latinæ vulgatæ, cui fides in omnibus & per omnia adhibenda est, & potissime in impressione nouissima Romę facta, iussu Sixti quinti M. D. XCIII. habetur, [Sicut scriptum est in Isaia propheta. Ecce ego mitto, &c.] quam lectionem probat Origenes lib.2. cõtra Celsum, Sanctus Hieronymus in commentarijs super Malach. circa finem, Epiphanius lib.2. contra negantes Euangelium Ioannis, & omnes ferè doctores. Respondetur aliter, quod illa oratio, [Sicut scriptum est in Isaia propheta,] non refertur ad auctoritatem, quam sanctus Marcus adducit immediatè ex Malachia, sed ad illã, quam post auctoritatẽ Malachiæ subiungit ex cap. Isaiæ 40. scilicet. [Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini:] Meminit autem expresse sanctus Marcus Isaiæ tantum, quamuis simul etiam locũ Malachiæ induxisset, quia inter prophetas illos Isaias erat præstãtior, sub cuius nomine etiam comprehendit virtualiter Malachiã, à quo auctoritas illa [Ecce ego mitto Angelũ meũ,] est desumpta. Familiare quippe est in sacris litteris, sub re illa, quæ nobilior est, intelligere etiam minus nobilem. [Sicut Genes.8. Recordatus est Dominus Noè, & cunctorũ Gen. 8. animantium.] Vbi per Noè intelligit etiam eius filios cum vxoribus suis. Et Matthæi 2. dicitur: [Ecce Matt. 2 Magi Oriente venerunt Hierosolymam.] vbi nulla de seruis fit mentio, quos certũ est secum adduxisse.

44 Ad locum Matthæi cap.21. dicendum, eundem sensum retinere verba, quæ ex Zachariæ 9. refert Euangelista, cum ijs, quæ in textu prophetæ inueniuntur, de quo lege Abulensem quæst.30. super cap.21. Matthæi. Ad vltimũ locum Act.7. respondet latissimè S. August. lib.1. quæst. in Genes. quæst.152. tom.4. Et solutio consistit in hoc, quod Exod.1. & Deut.10. solũ numerantur personæ egressæ de Iacob actu natæ, quãdo ingressus est in Ægyptum. Sed tamen Actor. 7. numerat Act. 7. Stephanus etiam cum illis quinque nepotes Ioseph, eo quod pertinebant ad populum Israel, secutus

trans-

tranſlationem Septuaginta interpretum,qui Geneſ. 46. animas 75. numerauerunt.

45 His prælibatis oportet iam præſentem explicare prophetiam, & ſingula eius verba ponderare. Ait ergo. [Excæca cor populi huius,] ideſt, excæcandum denuncia. Ad cuius intelligentiam aduertere oportet,quod (vt docet S.Tho.)licet fides ſit actus intellectus, præſupponitur tamen pia volũtatis affectio mouentis, & determinantis intellectum ad credendum,eo quod res fidei intellectum non conuincunt.Fides enim,[eſt argumentum non apparentium,] vt dicitur ad Hebr. 11. Hinc eſt illud: [Corde creditur ad iuſtitiam.] Corde, inquit,ideſt voluntate,quę (vt adnotauit S.Tho.) nomine cordis intelligitur, quia ſicut cor eſt primum mouens in corpore ita & voluntas in anima.Sed quoniam pro iſto ſtatu nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu, ad fidem etiã requiritur audire prius, quæ corde credenda ſunt. Vnde, & ſcriptum eſt, [Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autẽ audient ſine prędicante.]Et infra:[Ergo fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Dei.]In his omnib⁹ Iudęi obdurati fuerunt,propter quod propheta, vt omnem radicẽ excæcationis populi explicaret; nullamq. vltra ſpem,vt reſipiſcerẽt,remanere,primo deprauatã eſſe eorum voluntatem denunciat, cum ait: [Excæca cor populi huius,] ideſt voluntatẽ, vel vt transferunt ſeptuaginta:[Incraſſatũ eſt enim cor,] aut, [craſsũ reddito cor,]vt habet trãſlatio noua, & conſonat hoc cum textu Hebraico,in quo habetur, aſmènleb,] quod ſignificat pingue fac, impinguari fac cor: qua phraſi, & modo loquendi ſignificat malè affectam eſſe Iudæorum voluntatem, & reprobam, atque maledicto proximã ex inordinato appetitu rerum temporalium, ſicut cor hominis, quod nimia pinguedine ſuffocatur.Conſonat hic locus cum illo Deut. 32. [Incraſſatus eſt dilectus,& recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus. Et dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.] Ex coniunctione quippe ad delitias per amorem,ad diuitias, & honores mũdanos redditur cor humanũ craſſum, graue,& terrenum, impediturq. ne ad diuina aſpirare valeat:ſicut ex coniũctione ad Deum redditur ſubtile,ſpirituale, & cæleſte: vt ima deſerens, & quæ retro ſunt obliuiſcẽs, ad anteriora ſe extendat,ad brauium ſupernæ vocationis. Secundo oſtendit aures etiam Iudæorum fuiſſe aggrauatas, ne videlicet Chriſti Euangeliũ,& prædicationem Apoſtolorum audirent,& cum [In omnem terram exiuit ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum:] ipſi tamen obturauerũt aures ſuas, ue legẽ audirẽt,. Vnde & ſubditur.

46 [Et aures eius aggraua,ideſt aggrauandas fore denuncia. †Vt notauit Driedo Genebrardus, & Sixtus Senenſis, valde familiare eſt ſcriptoribus ſacris per verba imperatiui, & optatiui modi ſuas exprimere,quæ futura ſunt annunciare,ſicut in Pſal.68.deleantur de libro viuentium,ideſt, delebuntur. Pſal.108.conſtitue ſuper eum peccatorem. i. conſtitues, Lucæ 23. quod facis fac citius. i. facies;ita in priori loco cum dicitur excæca cor populi huius, idem eſt ac ſi diceretur, excæcabitur. cum autem

Tho. 22. q.1.ar.4. & Rom. 10.lec.2.

*Heb.*11

*Rom.*10

Tho. lec. 2.

*Rom.*10

Deut. 32.

Pſ. 18.

Driedo lib. 3. de dogmat. tract.4.c. 3. Genebrar. ſup Pſ.6 Sixtus Senẽ. ſis lib. 8. bibliothecæ ſãctę.

subditur, & aures ei' aggraua] idē est, quod aggrauabuntur. Ad litteram adimpletum est, cum loquentem Christum Dominū audire noluerunt. Hinc est, quod cum sanctus Stephanus Iesum stantem à dextris virtutis Dei prędicaret: [Exclamātes voce magna] Iudæi, ne videlicet verba Stephani audirēt [continuerūt aures suas,] assimilati vtique, vt ait propheta Serpēti, & Aspidi surdæ obturanti aures suas,
Ps. 57. [Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapientur,] vel (vt legit Augustinus) [& medicamenti medicati à sapiente.] Referunt qui nouerunt, quod
Aspidis proprietas. cum Aspis ab incantatore quibusdam carminibus, vt à cauerna tenebrosa exeat, euocatur, illa suas tenebras amando, ne audiat voces, quibus se cogi sentit, vt exeat, aurem vnam terræ allidit, alteram obtu-
Aug. to. 8 super Ps. 57. rat cauda. Non aliter Iudæi suorum peccatorum tenebras amantes, & vmbræ legis veteris adhærētes, incantatoris sui, idest Christi, carmina audire noluerunt: sed affectu terreno aurem vnam operientes, cauda obturauerunt alteram timentes ne regnum & sacerdotium ammit-
Ioan. 11 terent. Dicebant enim. [Ne forte veniant Romani, & tollant gentem nostram & regnum.] Hinc & Hie-
Hier. 6. remias de populo eodem loquens: [Ecce, inquit, incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt.] Et
Act. 7. iterum scriptum est. [Dura ceruice, & incircuncisi corde, & auribus.] Tertio denique, intellectus obstinationem in populo notat propheta, qui magis tenebras quam lucem, potius vmbram, quam veritatem dilexit. Vnde & sequitur.

47 [Et oculos eius claude.] Septuaginta vertunt, [& oculos suos clauserunt,] vt ad Iudæorum malitiam qui voluntate propria credere noluerunt, & non ad Deum, eorum excæcatio referatur. Non viderunt lucem, quia oculos malitiosè clauserunt. Quidam non vident, quia cæci sunt, alij quia sunt in tenebris, alij vero, quia cum lumen habeant & facultatem videndi, claudunt oculos: & hi sunt deteriores, vt notauit Origenes hom. 6. in Isa. Tales erant Iudæi, tales Scribæ, vnde Saluator ait. [Si cæci essetis *Ioan.* 9.
non haberetis peccatum: nunc autem dicitis quia videmus: peccatū vestrum manet.] Ac si aperte diceret. Si facultas videndi deesset vobis, & lumen cæli non esset in conspectu vestro: peccatum infidelitatis non esset in vobis, sicut & alibi ait, [Si non venissem & locutus eis fuissem: peccatum non haberent: Sed quia dicitis quoniā videmus,] idest facultas videndi nobis donata est, [peccatum vestrum manet:] & excussationem, non habet. Sanctus Paulus inquit, [Et oculos suos *Act.* 28.
compresserunt,] quod verbum magis explicat Iudæorum malitiam, qui non solum malitiosè claudentes, sed & vi quadam contentiosa oculos comprimentes, non modo lucē Euangelij non videre, sed nec splendorem quidem percipere voluerunt. Illud autem quod Ioannes ait: [Non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, Excæca cor po *Ioan.* 12
puli huius,] non sic est accipiendū, quasi facultas, vt credere possint, & ad Deum conuerti, fuerit omnino ab illis ablata, alias enim infidelitas nō imputaretur eis ad culpam, quia nullus peccat in eo, quod vitare non potest. Sed illud verbum, [non poterant:] idem valet, quod non volebant: † vt explicat Eucherius

rius Lugdunensis lib. de quæstionibus difficil. veteris, & noui Testamenti in hæc verba. Non poterant credere, ita dicitur, sicut & nos sępe aliqua dicimus non posse, quia nolumus * in qua acceptione accipitur multoties in sacris litteris. Scriptum est enim. [Oderant eum,] scilicet Iosph fratres eius, [nec poterant ei quidquam pacifice loqui :] idest non volebant, vt explicat Sanctus Chrysostomus homil. 67. in Ioan. Et iterum : [qui potest capere capiat,] idest, qui voluerit. Et rursus Hieremias, ait. [Ecce in circuncisę aures eorum, & audire, non possunt :] idest non volunt.

Mat. 19

Hier. 6.

48 Sed tunc restat difficultas, quare dicatur Deus excæcare cor hominis aut indurare, Hanc Theologi quæstionem dissoluunt cum Sancto Thoma 12, q. 79. artic. 3. Prima explicatio est, quod Deus dicitur indurare, & excæcare peccatores negatiue & permissiue, quia videlicet in pœnam præcedentium delictorum non eos emollit, nec illuminat, sed indurari & excæcari permittit, zælum suum ab illis auferendo, quæ vltima pœna est, qua Deus in hoc sæculo punit peccatores, vt cap. 1. nu. 30. & 31. dictum est. Hanc explicationem sequitur Augustinus to. 5. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 19. Euthimius super Psal. 68. & super cap. 5. Matth. & super c. 15. Ioan. † Et Eucherius Lugdunensis lib. de quæstionibus difficil. veteris, & noui Testamẽti, vbi ait. Excæcat autem & indurat Dominus peccatorem deserẽdo, & non adiuuãdo. Est enim in sacri literis phrasis frequens Spiritus sancti, permissionẽ Dei opus illius appellare, sicut Exodi 4. & 7. [ego indurabo cor Pharaonis, Isaiæ 63. quare errare nos fecisti de vijs tuis indurasti cor nostrum, ne timeremus te?] Et ad Roman. 2. [propter quod tradidit illos Deus iu reprobum sensum,] Et hac ratione, inquit Sanctus Thomas Christum Dominum causam fuisse suæ mortis, scilicet indirectè; quia prohibere illam potuit & impedire, & non impediuit. Lege hipotheposeon lib. vlt. Regula quinta.

Deus excęcare dicitur peccatores, & quare.

August. Euthim.

Exo. 4.

Isa. 63.

Rom. 2.

Tho. 3. p. q. 47. art. 1.

49 Secũda explicatio est, quod Deus nõnullos indurare dicitur & excæcare non solum negatiuę quia non emollit, nec illuminat: sed etiã positiue indirectè tamen, vt explicat Sanctus Thomas super c. 9. ad Rom. in illa verba, [quia in hoc ipsum excitaui te, &c.] quia videlicet tanquam iudex iustus vtitur ministerio diaboli ad puniendum excæcationis pœna ipsos reprobos. iuxta illud Psal. 77. [immissiones per angelos malos.] Iudex enim dicitur id facere quod exequitur minister illius. Hic modus loquendi frequentissimus est in sacra Scriptura. Etenim 2. Reg. 12. dicitur; Dauid gladio Vriam percussisse, cũ tamen id fecerint eius ministri : Et Iob 1. [Dominus dedit, Dominus abstulit,] cũ Satan vtique abstulisset. Et similiter. Dixit Christus Dominus filijs Zebedei, [nescitis quid petatis,] cum ipsi per se nihil petierint, sed ministerio matris. Hęc explicatio est Sancti Augustini 20. de ciuitate Dei 19. Chrysostomi hom. 67. in Ioannem, & homil. 8 super 2. epistol. ad Chor. Orig. homil. 2. in lib. Iudic. Greg. 25. moral. 12. & 13. & in illa verba Iob 34. [inducet noctem, & conterentur.] & homil. 11. in Ezech. Damasceni 4. fid. orthod. 20. Sed obseruãdum quod in excę-

Thom. Rom. 9.

Ps. 77.

2. Reg. 12.

Iob 1.

Matt. 20.

August. Chrysost. Orig. Greg.

catione, & obduratione peccatoris sunt duo: Alterum est culpa, & peccatum, cuius Deus non est causa etiam indirecte, vt Sāctus Thomas ostendit 12. q. 79. art. 1. Alterum est ratio pœnæ qua Deus peccatores punit, & rebelles homines: & huius Deus est causa, & hanc pœnā inducit per suos ministros iuxta illud: [Fiat via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.]

S.Tho.

Ps. 34.

50 Tertia explicatio est Sancti Augustini tom. 4. q. 10. in Exodum, & tom. 7. lib. de gratia & lib. arb. c. 20. 21. & to. 8. in illa verba Psal. 204. [Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius:] scilicet Deus dicitur indurare quosdam peccatores positiuè, quia videlicet eorū voluntates ad malum inclinat occasionaliter, proponendo aliqua peccatoribus interius & exterius, quæ secundum se sunt inductiua ad bonum tamē peccator sua malitia illis vtitur ad malum. Verbi gratia. Vocatio & conuersio gentium, secundum se erat ad bonum inductiua, ad laudādam videlicet Dei misericordiam, & eius clementiam commendandam: sed Iudæi ad malum inuidiæ hoc bonum conuertebant, iuxta quod & scriptum est. [Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam.]

August.

Ps. 104.

Rom. 10

Deut. 32.

51 Et dixi. Vsquequo Domine:] Non audet propheta quantumuis misericordia plenus, sententiæ Domini iustissimæ reluctari: sed finem tantæ miseriæ sperans à Domino, quatenus licet, pro populo intercedit dicens. [Vsquequo Domine? quando hæc populi miseria habebit finem? Nunquid in æternum populum tuum derelinques? aut in perpetuum omnium filiorum Israel obliuisceris?

52 Et Dixit, Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & Domus sine sine homine, & terra relinquetur deserta: & longe faciet Dominus homines:] Vide supra cap. 1. nu. 29. idest Tandiu cæci, & obdurati permanebunt: quo vsque Iudæa fuerit vastata. Significat his verbis, ita in cordibus Iudæorum obdurationem & excæcationem esse confirmatam, vt non nisi cum vita finiatur iuxta ea quæ supradicta sunt cap. 1. n. 16. Obserua quam graphicè propheta desolationem terræ describat. Sæpè namque destruūtur ciuitates, & domus aliquæ relinquuntur: hic autem & ciuitates & domus destruendas esse prædicit: Aliquando ciuitates & domus euertuntur habitatoribus incolumis remanentibus, at in præsenti etiam habitatores cum domibus, & ciuitatibus denunciat esse destruendos, ita vt neque agricola relinquatur, cuius industria, & labore agri fructificare possint & coli, Longe, inquit, [faciet eos Dominus,] ne aliqua spes cito redeundi ad propriam ciuitatē remaneat, quæ omnia Iudæis euenisse constat ex ijs quę refert Iosephus, lib. de bello Iudaico. † Per Titum & Vespasianum. Ex quo refert Augustinus. serm. 309. de tempore, quod quadragesimo secundo anno à die passionis Domini nostri quasi diuina manu acti Iudęi Hierosolymis sicut solebant ad celebrandum Pascha conuenerāt. In sollemnitate ergo paschali facta est obsessio Iudęorum, vt iusto Dei iudicio cōgregati ex omnibus prouittijs Iudæi in ipsis diebus pœnam sibi debitā sustinc-

Aug. ser. 204. t. 16.

ſtinerent in quibus Saluatorem no-ſtrum in Cruce ſuſpenderant in hi-ſtorijs legimus quod tunc trecies centena millia hominum ex Iudæis Hieroſolymis fuerint congregata, ex quibus ferro & fame; Vndecies centena millium legũtur eſſe con-ſumpta. Et centum millia iuuenũ Romã perducti ſunt in Triumphũ. Duobus enim annis obſeſſa eſt Ci-uitas illa, & tanta multitudo mor-tuorum de ciuitate proiecta eſt, vt muris ipſis cadauera coæquarent.] Et alia centum millia inter omnes gentes diſperſe ſunt quomodo er-go ciuitates nõ relinquerentur de-ſolate abſque habitatore, & domus ſine homine, & longè faceret Do-minus homines cum Romani non ſolum Ciuitatem Sanctam Hieru-ſalem, ſed & alias ciuitates Iudæo-rum deſtruxiſſent; quod etiã regius Profeta ſecundum Auguſtini expo-

Pſ. 73. Vbi Auguſtin. ſitionem prædixit. Pſal. 73. Quanta malignatus eſt inimicus in Sanctis tuis, ideſt in his quæ sãcta tua erãt: ideſt in templo in Sacerdotio, in il-lis omnibus ſacramentis, quæ illo tempore fuerunt; quanta maligne operatus eſt inimicus? Re vera ini-micus: tunc operatus eſt, gentes e-nim, ideſt Romani qui hoc fecerũt deos falſos colebant, ſimulachra adorabant: demonibus ſeruiebant, operati ſunt tamen multa mala in Sanctis tuis. Quando poſſent, niſi permitterẽtur? & vt tempus ſigna-ret horum malorum; ſubdit, & glo-riati ſunt in medio ſolẽnitatis tuę. Mementote quod dixi, tunc euer-ſam eſſe Hieruſalem, cum ipſa Paſ-chæ ſollemnitas ageretur, in qua ſollemnitate Dominum crucifixe-runt, Congregati ſeuierunt, & con-gregati perierunt. Sequitur, Poſue-runt ſigna ſua, ſigna & nõ cognoue-runt, habebant ſigna ſua, quæ ibi po nerẽt, vexilla ſua, aquilas ſuas, dra-cones ſuos, ſigna Romana, aut etiã ſtatuas ſuas quas primo in templo poſuerunt, aut forte ſigna ſua, quæ audierãt à vatibus dęmoniorũ ſuo-rum. Et non cognouerunt, quid nõ cognouerunt? non cognouerunt, quia non ipſis honor delatus eſt, vt affligerent, vt caperent, vt euerte-rẽt ciuitatem; Sed impietas eorum tanquam ſecuris Dei facta eſt: facti ſunt inſtrumentum irati, non regnũ placati,] vt hæc profetia implere-tur. donec deſolentur ciuitates abſ-que habitatore, & in toto Pſalmo hanc materiam proſequitur.*

53 [Et adhuc in ea decimatio,] Septuaginta transferũt: [Et adhuc in ea decima pars,] & ſenſus eſt. Non totaliter omnes excæcabũtur, ſed decima pars Chriſto relinque-tur, illi videlicet, quos ſupra idem Cap. 1. n. 321 propheta ſemen & reliquias appel lauit, Vnde in præſenti decimatio in bonã partem accipitur, quamuis Forerius in malam accipi arbitre-tur, quod probat ex eo quod ſtatim ſequitur. [Et erit iterum in depre-dationem.] Sed hæc ratio non con-uincit; nam etiam depredatio ac-cipitur quandoque in bonam par-tem, ſicut Gen. 49. [ad prædam fili mi aſcendiſti, & Iſaiæ 8. Voca no-mẽ eius accelera feſtina, predare,] Et ſenſus eſt: Qui prius fuerant à principe tenebrarum capti, & de-predati, liberabuntur ab eius po-teſtate, & erũt iterũ in depredatio-nem, iterum capientur, & ducentur captiui à principe claritatis æter-næ: qui aſcendens in altum capti- Pſ. 67. uam duxit captiuitatẽ. Sicut enim Chriſtus ſpolia ſua habuit in genti-bus: ita & in Iudæa. Vnde & no-men eius vocatur [ſpolia detrahe,] Iſa. 8.


quia (vt ait August.)[non multum intercessit, quin cunctis spoliauerit hostem.] Consonat hæc explicatio cum vltimis huius cap. verbis [Semen sanctum erit quod steterit in ea.] Vnde & sequitur.

54 [Et conuertetur] (scilicet Israel ad Dominũ) & [erit in ostensionẽ,] supple diuinæ misericordiæ, [sicut Terebinthus, & sicut Quærcus, quæ expãdit ramos suos.] Vt enim Quærcus, & Terebinthus licet omnes rami eius excidantur, truncus tamen illius & radix remanens iterum pullulat & teneros generat ramos: ita, inquit, ex radice quæ Christus est iterum Iudæi surgent, iterum sicut prius pullulabũt, & conuertentur ad Dominum & in bonã oliuam inserẽtur. Vne & scriptum

Iob 14. est: [Lignum habet spem. Si præcisum fuerit rursus virescit, & rami eius pullulant, si senuerit in terra radix eius & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primum plantatum est,] Et hoc designant, quæ sequuntur verba.

55 [Semen sanctum erit quod steterit in ea.] Septuaginta transferunt: [Semen sanctitatis erit, quod steterit in eo,] alij vertunt, [Semen sanctum erit quod steterit in trunco illius,] & consonat: hæc translatio cum textu Hebraico, vbi pro [in ea] habetur [maçapta,] idest in trũco illius, scilicet quærcus. Quasi dicat: Semen sanctum erit, quod steterit in trunco populi Israelitici, qui est Christus. Ab illo gratia omnis: omnis cõsummatio, & perfectio in prædestinatos omnes & iustos, veluti in viuos ramos deriuabitur. Cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPVT SEPTIMVM.




T factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, 3 ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Hierusalem, ad præliãdum contra eam: 4 & non potuerunt debellare eam. 5 Et nunciauerunt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria super Ephraim, 6 & commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut mouentur ligna siluarum à facie venti.
7 Et dixit Dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremũ aquæductus piscinæ superioris in via Agri fullonis. Et dices ad eum. Vide vt sileas: 8 noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigãtium istorum in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ: 9 eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romeliæ dicentes: 10 Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filiũ Tabeel. 11 Hæc dicit Dominus Deus: Non stabit, & non erit istud: sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus: & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. 12.
13 Si non credideritis, non permanebitis. 14 Et adiecit Dominus loqui

ad

ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum
inferni; siue in excelsum supra. 15 Et dixit Achaz: Non petam, & non
tentabo Dominũ. Et dixit: 16 Audite ergo domus Dauid: 17.18 Num-
quid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo
meo? 19 Propter hoc dabit 20 Dominus ipse vobis signum. 23. &c. vsque
ad 28. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium, 29 & vocabitur nomen eius
Emmanuel. 30 Butyrum & mel comedet, 31 vt sciat reprobare malum,
& eligere bonum. 32. Quia antequam sciat puer reprobare malum, &
eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facię duorum
regum suorum. Adducet Dominus super te, & super populum tuum, &
super domum patris tui dies, qui non venerunt à diebus separationis
Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. Et erit 33 in dię illa: Sibilabit
Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in
terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, &
in cauernis petrarũ, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus.
34 In die illa radet Dominus in nouacula conducta in his, qui trans flu-
men sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuer-
sam. 35 Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam boum, & duas oues, &
præ vbertate lactis comedet butyrum: butyrum enim & mel manduca-
bit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. 36. 37 Et erit in die illa
Omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas, & in vo-
pres erunt. Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc: vepres enim & spi-
næ erunt in vniuersa terra. Et omnes montes, qui in sarculo sarrientur,
non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, &
in conculcationem pecoris.

SVMMA CAPITIS.



OTVS huius capitis discursus, ad hunc finem tanquã ad scopũ destinatur: vt ostendat omnem spem nostram, & fiduciam in Deo esse collocandam. Id quod exemplo Achaz manifestat, qui longè inferior, & militum numero, & exercitus fortitudine contra duos reges potentissimos, scilicet cõtra Rasin regem Syriæ, & Phacee regem Israel in virtute Domini Sabaoth victor euasit. Circa quod:

Primo, narrat propheta in principio capitis duorum regum potentiã ad præliandum contra Hierusalem ascendentium.

Secundo Dei promissionem, in cuius virtute Achaz victoriam erat consecuturus, describit ab illo versiculo: [Hæc dicit Dominus, non stabit, & illud.]

Tertio signum admirabile, & nouum incarnationis Verbi, ad Dei promissionem, & regis Achaz fiduciam confirmandam, subiungit ab illo versiculo: [Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet.] Quod quidem signum ideo Dominus Achaz tribuit, vt ostenderet se facturum, quod promisit. Si enim à morte æterna, & à diaboli potentia, & seruitute, media Verbi incarnatione, suos Dominus eripiet:

quanto magis ab ira duorum regum, à facie duorum titionum fumigantium, Rasin & Phacee, in Deo confidentes, & sperantes poterit liberare?

COMMENTARIUM.



T factum est in die in dieb' Achaz filij Ioatan, filij Oziæ regis Iuda:] Notat propheta circunstãtiam temporis, in quo Deus populus suũ tot auxit beneficijs scilicet, regnante Achaz, qui fuit rex impius, idola colens, & verum Dei cultum abnegans: vt magis commendaretur miraculum & misericordia, qua Deus sub tam iniquo rege Hierusalem ab inimicis custodiuit, & à sæculis absconditum in Deo incarnationis mysteriũ in signum & confirmationem diuinæ promissionis, hominibus reuelauit. Quãuis enim multoties propter impietatem regis, in ira sua misericordias suas contineat: aliquando tamen propter decem iustos, multitudini parcit & regi: atque ad ostensionem misericordiæ suæ inconsueta beneficia omnibus confert: vt expedãt impij & tyranni principes, in quanto pretio habere debeãt iustos subditos, propter quos talem misericordiam ac tãtam à Domino consequuntur.

Cap. 6. nu. 2.

Cap. 6. nu. 2.

Victoria Deo adscribẽda.

3 [Ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliç Rex Israel in Hierusalem ad præliandum contra eam:] Narrat Propheta historiam, quæ habetur 4. Reg. 16. & obserua quod bella quæ in Scriptura sacra enarrantur, propterea referuntur, vt discant homines superbi victoriam à Deo esse, vincereque victores non armorum, aut equorum potentia, sed in nomine Domini Sabaoth: & plerunque miraculis & virtute diuina; dum fugantur alij grãdine, alij ab angelo occiduntur, & vnus sæpè fugat mille, & inermes armatos occidunt: Hinc est ꝙ Dauid paruulus Gigãtem superat. [Tu (inquit) venis ad me in gladio, & hasta, & clipeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israel. Hinc & Propheta. [Hi in curribus, & hij in equis; nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.] Vnde virtus Dei maxime in bello cognoscitur: propter quod Dominus Sabaoth, idest exercituum appellatur. Obseruandum est etiam qualiter ciuitas sancta Hierusalem à Deo electa & in cultum illius dicata persecutionem semper patiatur, quomodo aduersus illam insurgant hostes, & non solum populares, sed & reges eam impugnent. Signum profecto persequutionis Ecclesiæ, quam illius pacem & vnitatem oppugnantes mundi potestates, immo & portæ inferi excitabunt. [Astiterunt reges terræ (inquit Propheta) & principes cõuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorũ, & proijciamus à nobis iugũ ipsorum.] Describitur ab Ezech. ex præcepto Domini ciuitas Hierusalem in latere, sed statim subditur, [Et ordinabis aduersus eam obsidionem,

Exo. 9. Ios. 10.

1. Re. 17

Ps. 19.

Ps. 2.

Ezec. 4.

dionem, & ædificabis munitiones. comportabis agerē,& dabis contra eā castra, & pones arietes in giro.] Quid est hoc? aduersus ciuitatem in latere descriptam hostes insurgunt? vtique. Nam illam, quæ sursum est mater nostra Hierusalem, quæ est visio pacis, quis poterit impugnare? Nullus est ibi hostis, aut persequutor, bellum nullum. Scrip-
Ps.147. tum est enim. [Quoniam confortauit seras portarum tuarum benedixit filij tuis in te.] Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.] Et iterum: [Ibi confre-
Ps.75. git potentias: arcum, scutum, gladium, & bellum.] Quia ergo aduersus veram Hierusalem potestas tenebrarum bellicare nō potest, contra illam deorsum conuertitur, quæ in lapide est depicta, in corde videlicet fideliū qui igne Spiritus sancti decocti, ex luto lateres viui, immo & lapides firmi facti sunt. Hinc &
1.Pet.5 Petrus nos admonet dicēs: [Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.] Hinc & sa-
Eccl. 2. piens ait: [Fili accedens de seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem.] Ac si aperte dicat: Ciuitatem sanctam Hierusalem nouā, descendentem de cælo à Deo paratam sicut sponsā ornatam viro suo, in corde tuo habes impressā & depictam? scito quoniam aduersum te castra consistent, inimici obsidebunt te, arietes quoque erunt in giro, Rasin & Phacee ascendent ad debellandum contra te, Ecclesia quoque quam inhabitas supra petram fundatā hæretici sagittis suis, & peruersis doctrinis oppugnare contendent; sta in timore, caue, ad Deum recurre, præpara animam tuam ad tentationem, inimicis resiste, viriliter, age, confortetur cor tuum, nō in te, sed in Domino confidentiam habe, quia in signo illius vinces. Vnde & subditur.

4 [Et non potuerunt debellare eam.] Quod certissimum signū fuit firmitatis Ecclesiæ, de qua scriptū est, [Et portæ inferi non præuale- Mat.16
bunt aduersus eam.] Vbi iuxta explicationem Hieronymi, & Origenis per portas inferni hæreticorum doctrinæ, quoniā ad inferos homines pertrahunt, designantur. Insurgant persequentes, veritatem impugnent, Ecclesiam debellent, præualere non poterunt. Vnde Chrysostumus, velle erroribus Ecclesiam destruere, nihil aliud esse (inquit) nisi sagittis intēdere cælum ipsum, incorruptibile rumpere. Propter quod non incongrue in sacro eloquio insulę nomine, sancta Ecclesia designatur Propheta dicente: [Do-
minus regnauit exultet terra: læten Ps. 96.
tur insulæ multæ:] Vbi Augustinus, [Quare Ecclesiæ insulæ? Quia circumlatrantur fluctibus omniū tentationem. Sed quomodo insula vndique circumlatrātibus, & circumstrepentibus, tundi potest, frangi nō potest, magisq. ipsa frangit fluctus, quam frāgatur ab eis: sic & Ecclesiæ Dei pullulantes per totum orbē terrarū passæ sunt persequutiones vndique frementium infidelium, & ecce stant insulæ, & iam placatum est mare.] Benè autem per Rasin & Phacee hæretici designātur persequutores Ecclesiæ, & tyrāni, Rasin enim iniquus interpretatur, Phacee oris apertio, quę duo simul hæ-
reticis competunt. Iniquitatem Hęreticorum versutia.
enim & malitiam peruersæ doctrinæ, fucatis oris sui verbis operiūt: & sub

Hiero. & Orig. b⁴, & Greg. 33. mor. 23. in illud Iob. 40. & portas vult eius. Chrys. li. cōt. Gēt. prin. t. 5. August. to. 8.

& sub specie veritatis venenũ abscondunt erroris, vt simplices decipiant, innocentes capiant, [Et sagittent in obscuro rectos corde.] Quorũ peruersitatem, simulationẽ & dolum multis & elegantissimis verbis detegit Hieronymus. [Sic, inquit, verba temperant sic ordinẽ vertũt, & ambigua quæque concinnant, vt & nostram, & aduersariorum cõfessionem teneant, vt aliter hęreticus, aliter catholicus audiat, quasi non eodem spiritu, & Apollo Delphicus, atque Loxias oracula fuderit, Cræso & Pirrho diuersis tẽporibus, sed pari illudens stropha. Exempli causa pauca subijciam. Credimus, inquiũt resurrectionem futuram corporum, Hoc si bene dicatur pura confessio est. Sed quia corpora sunt, cælestia, & terrestria, & aer iste & aura tenuis iuxta naturam suam corpora nominantur, corpus ponunt non carnem, vt orthodoxus corpus audiens, carnem putet, hæreticus spiritũ recognoscat: Hæc est eorũ prima decipula, quæ si deprehensa fuerit, instruunt alios dolos & innocentiam simulant, & malitiosos nos vocant & quasi simpliciter credentes aiunt: Credimus resurrectionem carnis: Hoc vero cum dixerint, vulgus indoctum putat sibi sufficere, maxime quia id ipsum, & in Symbolo creditur, Interroges vltra, circuli strepitus commouetur, fautores clamitãt: Audistis resurrectionẽ carnis, quid quæritis amplius? & in peruersum studijs commutatis, nos sychophãtæ, illi simplices appellantur. Quod si obduraueris frontem, & vrgere ceperis, carnem digitis tenens, an ipsam dicant resurrecturam quæ cernitur, quæ tangitur, quæ incedit, & loquitur? Primo rident, deinde annuunt, dicentibusq. nobis vtrum capillos, & dentes, pectus. & ventrem, manus & pedes, cæterosque actus ex integro resurrectio exhibeat, tunc vero risu se tenere non possunt, cachinnoq. ora soluentes, tonsores nobis necessarios, & placẽtas, & medicos ac sutores ingerunt.] Hinc est quod potestas hæreticorum ad instar scorpionum in ore & caudis esse perhibetur. Scriptum est enim. [Et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ,] Quia sicut scorpiones blandiendo incedunt, sed cauda feriunt, nec mordent in facie, sed à tergo venenum abscondunt: sic hæretici per dulces sermones, & benedictiones quibus hominibus blandiuntur, seducunt corda innocentum. Vnde Gregorius. [Potestas, inquit, eorum in ore & in caudis eorum erat. In ore, namque doctorum scientia, in cauda vero sęculariũ potentia figuratur. Per caudã quippe, quę retro est, huius sęculi postponenda tẽporalitas resignatur, de qua Paulus Apostolus dicit: Vnũ autẽ quę retro sunt oblitus, ad ea quæ ante sunt extẽtus. Retro.n. est omne quod transit, ante vero est omne quod veniens permanet. Istis ergo equis, idest nequissimis prædicatoribus vbique carnali impulsu currentibus, in ore & in cauda potestas est, quia ipsi quidem peruersa suadendo prædicant, sed temporalibus potestatibus fulti, per ea quæ retro sunt exaltant, & quia ipsi apparere despicabiles possunt ab iniquis auditoribus suis, per eos sibi reuerentiam exigunt, quorum patrocinijs fulciuntur.]

Hier. epi. ad Pammachiũ & Oceanũ de erroribus orig. post princip. to. 2.

Apoc. 9.

Geminianus li. 5. cap. 12.

Rom. 9.

Greg 33. mor. 23.

Phil. 3.

5 [Et nunciauerunt domui Dauid dicentes. Requieuit Syria super Ephraim,] idest Rex Syriæ contæ-

dera-

derationẽ fecit cũ rege Ephraim, hoc est cum rege decem tribuum, illi adhęrẽdo, vt ambo pariter duas tribus & regẽ Achaz oppugnarẽt. Per domum Dauid intellige duas tribus sequentes domum Dauid su per quas regnabat rex Iuda.

6 [Et commotum est cor eius, & cor populi eius sicut mouentur ligna siluarum à facie venti.] Præcedit magnus terror in Achaz, & eius populo, vt clarius magis notũ fiat miraculum, atque in diuinam virtutem, & non in humanam potentiam victoria referatur. Securi erant hostes, & inflati, duo videlicet reges & exercitus eorum potentes, bene muniti atque alacres. E contra vero Achaz & eius populus timidi, infirmi, & omnis cõsilij expertes, propter quod illi vento valido comparantur omnia euertenti: isti vero arborum folijs, quæ auræ flanti nequeunt resistere. [Sicut mouentur, inquit, ligna siluarum à facie venti.] Vides quam impares videantur partes, quam fortis illa, debilis ista: illa furens, ista tremens. Sed fortis Dominus in partem infirmã inclinauit. Vincet ergo, quia Deum habet protectorẽ. [Viriliter
2.Paralip. 32. agite, & confortamini,] ait Ezechias, [nolite timere, neque paueatis regem Assyriorũ & vniuersam multitudinem, quæ est cum eo: multo enim plures nobiscũ sunt quam cum illo: cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est
1.Cor.1 noster pugnatq; pro nobis. Eligit infirma, vt confundat fortia,] non in multis, sed in paucis, in timentibus atque trementibus agmina fortissima inimicorum superat. Num-
Iudic.7 quam legisti quid in die Madian fecerit Dominus? Eos ad pugnandũ elegit, qui præ timore inimicorum manu, & lingua àquas lambebant: reprobatis omnibus qui curuatis genibus bibebant aquam, inter semetipsos quasi dicẽtes: Si venerint inimici nostri cito parabimur. & expediti erimus, vt illis occurramus: non timemus eorum potentiam, securi & quieti nũc bibamus. Sed quid dixit Domin' ad Gedeon? [In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian, omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum,] Quare hoc, nisi vt soli Domino, & non multitudini victoria adscribatur?

7 [Et dixit Dominus ad Isaiã, Egredere in occursum Achaz tu & qui derelictus est Iasub filius tuus ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via agri fullonis, & dices ad eum.] Vide differentiam iusti, & impij. Isaias sanctus & mundus verbis Dei benè fidit & securus incedit: impius Achaz fugit & tremit. Ille cum filio cõfidenter egreditur vsque ad extremum aquæductus, iste militibus stipatus prę metu ad ciuitatem properat. Vides quam melius sit muniri gratia & fauore Dei, quam armis & equitibus defendi?

8 [Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionũ fumigantium istorum,] ac si aperte dicat: Quid timere debet, qui protectorem, & defensorem Deum habet? [Si consistant aduersum me castra] (inquit propheta) [non timebit cor meum. Si exurgat aduer- Ps. 26.
sum me prælium: in hoc ego sperabo.] Quid est in hoc sperabo, nisi in Deo de quo prius dixerat: [Domin' illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector

vitæ

vitæ meæ, à quo trepidabo?] Hinc
Iob 27. & sanctus Iob: [Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.] Hinc
Rom. 8. & Paulus ait: [Si Deus pro nobis, quis cōtra nos?] Hinc & puer Elysæi cum magnum & inexpugnabilem aduersariorum exercitū vidis-
4. Reg. 6 set, & præ timore clamasset: [Heu, heu, heu, Domine mi, quid faciemus?] Respondit Elysæus: [Noli timere: Plures enim nobiscum sunt, quam cum illis;] & statim ad orationem Elysæi, [aperuit Dominus oculos pueri, & vidit; & ecce mons plenus equorū, & curruum igneorum in circuitu Elysæi.] Mente cōceperat puer, Elysæum esse solum, nullumq. defensorem habere, & tamen præsidio cælesti erat munitus, milites pro se habebat fortissimos. Qui ergo Dei auxilium habet, non est cur timeat, vel magni exercitus potentiam formidet. Appellat autem duos reges, caudas duas titionū fumigantium. Primo vt notaret eorum furorem, & iram, qua sicut titiones succensi erant aduersum Achaz. Tanta enim erat, vt statim in eorū vultibus fumigantibus appareret. Descripsit propheta eorū furorem, ne quis diceret, sponte illos recessisse à Hierusalem, & non magis Dei virtute coactos. Secundo vt prædiceret illos duos reges cito ad instar titionū fumigātium, qui breui spacio igne quo ardent, consumuntur, fore extinguendos. In illis enim finitum fuit regnum Syriæ & Samariæ. Tertio, vt eorum tyrannidem & impietatem argueret, cuius titio fumigans similitudinem gerit. Non enim lucet, nec alios illuminat, sed potius offendit: nam & oculos aggrauat, & lachrymas prouocat, & domū totam nigredine afficit, quæ omnia in principibus, & prælatis iniquitatibus obuolutis, cernere licet. Cum enim alios verbo & exemplo ad instar lucis illuminare debuissent, iuxta illud quod scriptum est: [Vos estis *Matt. 5* lux mundi, sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est,] omnes suis criminibus offendunt, & sibi subditis sunt scandalo. † Qualiter autem populus regum, & principū peccata, & perditos mores sequatur, licet videre temporibus Eliæ, vt inquit Ambrosius lib. 2. exameron cap. 4. quando in Acab, & Iezabel perfidia regnabat. *Ambros. lib. 2. examer. c. 4.* Cum populus regali sacrilegio deseruiens nemo ad cælum oculos erigebat, & nemo eius authorem venerabatur. Vnde propter peccata regum simul & subditorum factum fuit eis cælum eneum, & terra ferrea, quando prætium perfidiæ luens populus Israel intemperie cæli, & terræ infœcunditate mulctatur. Et apologia 2. de Dauid dicit: *Ambros. apolog. 2 de Dauid cap. 3.* [Fecit peccatum Sanctus Dauid, peccatum quod solent reges. Sed pænitentiam gessit & fleuit, quod reges nō solent facere. Rogauit veniam non Arrogans potestatis, sed infirmitatis suæ conscius. Prostratus est in terram, cilicio se operuit oblitus imperij memor culpæ, quem mihi tu huiusmodi reperias virum, qui in potestate constitutus non magis peccata sua diligat, culpam prædicet, crimina defendat; qui putet sibi quod non decet non licere, qui se legibus obstringat suis, & quod per iustitiam non licet, neque per potestatem licere agnoscat, non enim soluit potestas iustitiam, sed iustitia potestatem, nec legibus rex solutus est,

sed

ſed ſi peccat leges ſoluit exēplo.] reges ergo iſti Titiones erant, qui nec lucebant neque ſuo exemplo alios illuminabant. *

9 [Eo quod conſilium inierit cōtra te Syria in malū, & Ephraim, & filius Rhomeliæ dicentes.] Vide qualiter furor & ira iudicium perturbet rationis. Sæpiſſimè accidit, quod multorum conſilia & iudicia deprauētur modico furore, vt præcipitent ſeipſos. Et quoniam ſupra dixerat vehementi furore accenſos veniſſe duos reges contra Hieruſalem, modo ſubiungit peruerſum conſilium, quod Syri, & Iſraelitæ contra Ciuitatem ſanctam inierunt dicentes:

10 [Aſcendamus ad Iudam, & ſuſcitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regē in medio eius filium Thabeel.] Hoc eſt conſilium impiorū, vt proprijs viribus aſcendant, ſicut Lucifer, qui ait: *Iſa. 14.* [In cælum conſcendam,] & ſicut illi, de quibus ſcriptum eſt: [Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit *Pſ. 73.* ſemper.] Sed tamen:] Dominus *Vide ſup. c.2.n.9.* diſſipauit conſilia eorum.] † Sicut diſſipauit conſilium Achitophel, vt *Aug. lib. de gratia & lib. arbit. c.20.* dicit Auguſtinus lib. de gratia, & libero arbitrio, vbi ait: [Nūquid non ſua voluntate Abſalon elegit conſilium quod ſibi oberat, & tamē ideo fecerat quia exaudierat dominus *2. Reg. 17.* eius patrem orantem, vt hoc fieret, propter quod Scriptura, ait; & Dominus mandauit diſſipare cōſilium Achitophel bonum, vt inducat Dominus ſuper Abſalon omnia mala. Bonum cōſilium dixit, quia ad tempus proderat cauſæ quia pro ipſo Abſalon erat, & contra patrē eius, vt poſſet eum opprimere, niſi dominus conſiliū diſſipaſſet Achitophel agendo in corde Abſalon, vt tale conſilium repudiaret, & aliud quod ei non expediebat, eligeret: ſic iſtorum regū cōſilium diſſipauit. Deus enim comprehendit ſapientes in *Iob 5.* Aſtucia eorum & conſilia prauorū diſſipat, vide Gregorium ſuper hūc locum lib. 6. moral. cap. 12 *. Vnde & ſubditur.

11 [Hæc dicit Dominus: Non ſtabit & non erit iſtud, ſed caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Raſin, & adhuc ſexaginta & quinque anni, & deſinet Ephraim eſſe populus, &c.] Conſolatur Iudam ex hoſtium interitu, & vaſtitatem regni Ephraim poſt ſexaginta annos futuram annunciat, ac ſi apertius dicat: Ne timeas Achaz à facie Ephraim, ecce regnum poſt annos ſexagintaquinque ceſſabit. Appellantur autem decem tribus, Ephraim, quia Hieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim, vt habetur 3. Reg. 11. & Not. quod illi ſexagintaquinque anni non ſunt computandi ab hoc Iſaiæ vaticinio, ſed à vaticinio Amos cap. 5. vbi dicitur: [Et migrare vos faciam trans Damaſcum.] Illam enim prophetiā nunc Dominus per Iſaiā confirmat, ideo ait. [Et adhuc,] ideſt iam tempus ſexaginta annorum procedit, quibus finitis regnum Ephraim terminabitur. Computationem autem horum ſexagintaquinque annorum reperies apud Vatablū in præſenti. † Et Sāctus Hieronymus ſuper hūc Iſaiæ locum, hanc hiſtoriam narrat. Scriptū eſt enim, inquit, quod Theglathphalaſſar rex Aſſyriorum ſub rege Achaz aſcēderit in Damaſcū, & vaſtauerit eum, & trāſtulerit habitatores eius Cyrenem & Raſin *4. Reg. 16.* interfecerit: & quod tetenderit inſidias Phacee filio Romeliæ Oſeæ filius Ela, & percuſſerit eum, & interfe-

terfecerit, & regnauerit pro illo in Iſrael annis nouem. Et quod venerit Salmanaſar Rex Aſſur, & obſederit Samariam, quæ nun Sebaſte vocatur tribus annis;& nono anno regni Oſeę cęperit eam. Vinctumq. Oſeæ in carcerem miſſerit, & transtulerit Iſrael in Aſſyrios, poſueritquè eos in Hala,& in Haber, iuxta ta fluuium Gozan in ciuitatibus, ſiue vt 70. tranſtulerunt in montibus Medorum. Quamuis enim inierint conſilium hij duo reges peſſimi, vt aſcenderent ad Iudam; dicit Dominus Deus non ſtabit hoc conſilium, ſed interim modo caput Syrię Vrbium erit Damaſcus,& in ipſa Metropoli Damaſco imperabit Raſin. Porro in Ephraim propter Hieroboam filiũ Nabath, qui primus regnauit de Ephraim, erit caput Samariæ: hoc eſt regia domus in Vrbe Samariæ, & Samariæ caput erit filius Romelię, ideſt Phaçee Regnũ autem decem tribuum, ideſt populi Ephraim poſt ſexaginta & quinque annos eſſe ceſſabit. Quod niſi diligentius attendamus ſtare non poteſt. Duodecimo.n. Anno Achaz filij Ioathan in tribu Iuda regnauit Oſeæ ſuper Samariã. Et nono anno Imperij ſui captus eſt. Regnauit autem Achaz ſuper Iudam annis ſexdecim, poſt cuius mortem ſeptimo anno imperij ſui obſeſſus, & nono captus eſt Oſeæ. Et deducta Samaria omniſq. populus eſt trãſductus in medos, ita vt ſi voluerimus ſexdecim annos Achaz, & ſeptẽ Oſeæ ponere, efficientur anni viginti tres, aut, vt multum, vigintiquinque, & vbi erunt ſexaginta & quinque anni in quibus regnum Iſrael dicitur finiendum igitur Hebræi? hunc locum, ita ediſſerunt, vt Amos qui ſub Ozia cæpit prophetare, quando

4. *Reg.* 17.

& Iſaias prophetiæ ſuę habuit exordium, Primus prophetauerit contra Iſrael: dicens, Iſrael autem captiuus ducetur de terra ſua. Titulus quoque prophetiæ eius contra Samariã ſit, & Prophetare cæperit in diebus Oziæ regis Iuda ante duos annos Terræmotus quem volũt eo tempore accidiſſe, quo ingreſſus Ozias in templũ Dei ſibi Sacerdotium vindicabat, & terra percuſſa eſt, & cineres altaris effuſi ſunt, & ipſe rex percuſſus eſt lepra. Volunt Autem Annum fuiſſe vigeſimum quintum Oziæ, quãdo hæc acciderũt, cuius reliqui anni ſunt vigintiſeptem. Ozias autẽ regnauit quinquagintaduos: poſt eum regnauit Ioathan filius eius annis ſexdecim: & huius fili' Achaz annis alijs ſexdecim, poſtquã regnauit Ezechias, cuius imperij Anno capta Samaria eſt, atque ita effici ſimul annos ſexagintaquinque, vtpote;

R.	Oziæ Anni	27.
R.	Ioathan Anni	16.
R.	Achaz Anni	16.
R.	Ezechiæ Anni	6.
		65.

12 [Si non credideritis nõ permanebitis.] Tranſlatio noua legit. [Si nõ credideritis non ſtabiliemini.] Septuaginta vero transferunt. [Si non credideritis non intelligetis.] Iuxta duas priores tranſlationes ſenſus eſt, quem tradit S. Hieronymus ſecutus Symmachum, Si fidem promiſſioni diuinæ, & meis dictis nõ adhibueritis, nõ permanebitis in regno, ſed captiui ducemini. Solet Deus acriter incredulitatem punire. Propter illam Zacharias mutus effectus eſt. Iudæi quoque tanquam rami inutiles, [propter incredulitatem (vt ait Paulus) fracti

Hieron. **Symmac.** ***Luc.* 1.** ***Rom.* 11**

fracti sunt.] Loquitur autem propheta in præsenti cũ Achaz, & eius regno quasi increpans eius diffidentiam & in credulitatem, qui tot Domini promissionibus fidẽ non adhibens, nec in Deo suo spẽ collocans, regis Assyriorum auxilium requisiuit, vt habetur 4. Reg. 16. denunciatq. dignos non esse qui in proprio regno permaneãt stabiliti, qui fidem, & spem suã in Deo non collocant. [Non stabiliemini, inquit, Si non credideritis.] Vnde & scriptum est: [Credite in Deum, & stabiliemini.] Iuxta Septuaginta interpretum tranflationẽ quam multi Patres sancti sequũtur, & doctores antiqui præcipuè sanctus Augustinus, sanctus Cyrillus, sanctus Cyprianus, sanctus Gregorius 2. moral. 25. & Eusebius, sensus est altior, & subtilior. Ad cuius intelligentiã notat Eusebius Cæsar, quod propheta magnum illud pietatis mysteriũ, & admirabile sacramentum incarnationis verbi elocuturus verbis illis: [Ecce Virgo concipiet & pariet filium.] præmisit hæc verba [nisi credideritis non intelligetis,] vt dociles redderet auditores, admoneret eos, & designaret, hęc fidei nostræ mysteria nisi credantur captiuando intellectum in obsequium Christi, intelligi non posse, nec humana capi ratione. Vnde & Petrus Apostolus. [Nos, inquit, credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei:] Vbi (vt adnotauit Augustinus) prius dixit: [Credimus, quam, cognouimus,] vt doceret occulta Dei mysteria credenda esse, vt cognoscãtur, & fidem cognitioni esse præmittendam. Iudæi autem increduli videre prius cupiebant, quæ fide credenda erant. Dicebant enim: [Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus?] Thomas etiam Apostolus: [Nisi videro (inquit) fixuram clauorum in manibus eius, & mittam digitum meũ in locum clauorum & mittam manum meam in latus eius, non credam.] Quid dicis ô Thoma? quid est, nisi videro nõ credam? Nescis, quia nisi credideris, non intelliges? Hoc est certissimũ infidelitatis signum, immo & vitium non modicum increduli, animum ita esse paratum, vt nisi signa & prodigia viderit, nisi ratione humana percipiat, quod proponitur, non credat. Vnde & Dominus acriter quemdã incredulum reprehendit. [Nisi signa,] inquiens, [& prodigia videritis, nõ creditis.] Fidelis ergo humiliter prius mysteria gratiæ credere debet, vt credendo intelligat & percipiat, quæ humana ratione non potest capere. Vnde Prosper: [Non fides ex intellectu, sed intellectus, inquit, nascitur ex fide,] Sanctus etiam Augustinus super Ioannem ait: [Si non intelligis crede.] & sanctus Gregorius 2. mor. 25. [Tunc vere ad intelligendum sapimus, quando cunctis, quæ conditor dicit, credulitatis nostrę fidem prębemus.] Damnat hic locus hæreticorum superbiam, qui proprio iudicio inhærentes, quæ humana ratione capere non possunt, credere recusant, cum tamen, vt docet Sapiens: Plurima supra sensum hominum ostensa sint nobis, quæ, si non credantur, non intelligentur.

13 Aliam explicationem adhibet S. August. lib. 2. de lib. arbit. cap. 2. & consistit in hoc: [Nisi credideritis] mysteria fidei in via, non [ea intelligetis,] nec videbitis facie ad faciẽ in patria. [Prius enim (ait Augustinus) credendum est,

quod

Margin notes (left): 2. Paralip. 20. — Aug. li. 4. cõt. Fau. 2 c. 4. & c. 9 trac. 27. 1 Ioan. t. 10 ser. 51. de verb. Domini, ser. 27 de ver. Apost. Cyril. li. 7. in fine. Cypr. li. 1 adu. Iud. Eus. Cæs. lib. 7. demõr. Euãge. 2. — Fidei myste. credẽda vt intelligantur. — Ioan. 5. — August. tract. 7. super Io.

Margin notes (right): Ioan. 6. — Ioã. 20. — Ioan. 4. — Prosp. li. de vit. cõtẽpl. 19. Aug. tracta 29 supra Ioan. — Eccli. 3. — Aug. li. 2. de lib. arbit. cap. 2 to. 1.

quod magnum & diuinum intelligere cupimus. Ideo namque Dominus noster & dictis, & factis ad credendũ primo hortatus est, quos ad salutem vocauit, sed postea cum de ipso dono loqueretur, quod erat daturus credentibus, non ait, Hæc est vita æterna, vt credant, sed hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verũ, & quem misisti Iesum Christũ. Deinde iam credentibus dixit: Quærite & inuenietis, nam neque inuentũ dici potest, quod incognitũ creditur, neque quisquam inueniendo Deo fit idoneus, nisi antea crediderit, quod est postea cogniturus. Vnde (vt optime S. adnotauit Bernard.) sponsæ roganti: [Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie:] Resp. sponsus: [Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento,] quia claram visionem, quam meridies significat, fides per murenulas aureas designata debet præcedere. Verba Bernar. sunt hæc. [Quia ergo fides ex auditu, & ex illa visus purgatio est, merito illi ornandis auribus intendebant, dum auditus, sicut ratio docuit, visus sit præparatio. Tu, inquiunt, ô sponsa intuẽdæ dilecti inhias claritati, sed hoc alterius temporis est: Damus autem in præsentiarũ ornamẽta auribus tuis, quod tibi interim consolatio erit, & præparatio ad hoc ipsum quod postulas, ac si illud prophetæ ei dicant: Audi filia, & vide. Videre desideras, sed audi prius. Gradus est auditus ad visum, proinde audi, & inclina aurem tuam ornamentis quæ tibi facimus, vt per auditus obediẽtiam, ad gloriã peruenias visionis.] Hinc & S. Iob. [Auditu, inquit, auris audiui te, nunc autem oculus

Ioan.17 *Matt.7* *Cant.1.* Bern. ser. 41. in Cãtic. *Rom.11* *Ps.44.* *Iob 42.*

meus videt te.] Prius, ait, [audiui,] postea, [vidi.] Nunc enim auditui nostro dat Deus gaudium, non visui, propheta dicẽte: [Auditui meo dabis gaudium & lætitiam.] Visui namque tunc gaudium dabit cum fiet, quod scriptum est. [Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutũ in ciuitate Dei nostri.] Hũc ordinem Deus seruat, vt prius auditũ satiet, quam visum. In cuius signum, vt adnotauit Origenes super Cantica, prius quam sponsæ dilectus illis verbis demonstraretur: [Ecce iste venit saliens in mõtibus trãsiliẽs colles,] præmittitur, [Vox dilecti mei,] vt eam admoneret, dilectum prius audiendum esse, quam videndum. Vnde Bernardus. [Auditus ducit ad visum, videt itaque venientem, quem loquẽtem audierat. Spiritus etiam sanctus cum in die pẽtecostes super Apostolos descẽdisse memoratur, auditus visum præuenisse describitur. Ait enim Factus est repente de cælo sonus tanquam aduenietis spiritus vehementis.] Et infra: [Et apparuerunt illis dispertitæ linguę tanquã ignis.] Denique prophetę verbi vocẽ prius audierũt, quam præsentiam eius viderẽt. Dicitur enim Baruch. 3. [Hic adinuenit omnem viã disciplinæ, & tradidit illã Iacob puero suo,] Ecce vocẽ loquentis. Et statim subditur. [Et post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est.] Si ergo in terris videri non potuit, nisi audita prius voce multifariè multisq. modis olim loquentis patribus in prophetis, quomodo faciẹ ad faciem à nobis cognoscetur in cælis, nisi hodie vocem eius audierimus, firma fide his quæ dixit inhærendo?

Ps.50. *Ps.47.* Origen. *Cant.2.* Bern. ser. 53. super Cant. *Act.2.* *Baruc. 3.* *Heb. 1.* *Ps.94.*

14 [Et adiecit Dominus loqui

ad

Hieron. ad Achaz dicens.] D. Hieronymus videtur in præsenti sentire Dominũ per seipsum regem incredulum fuisse allocutum. Alij tenent quod per prophetam iterum loquutus est ei. Loquente autem propheta, dicitur Dominus locutus, quia (vt dictum est supra, os prophetæ) Domini reputatur. (Super c. 1. nu. 61.) Sequitur. [Pete tibi signũ à Domino Deo tuo, &c.] idest, quia de promissione Dominica diffidis, pete signum, quo clare intelligas & plane, me, quod promisi, opere facturum. † Sequitur Pete Tibi signum à Domino Deo tuo, siue in profundũ inferni, siue in excelsum supra. (Bern. ser. 2. de Aduentu.) Sanctus Bernardus in ser. 2. de Aduentu hunc locum explicans dicit, [audiuimus Isaiam suadentẽ Regi Achaz petere signum à Deo siue in profundum inferni, quia vulpes erat, & foueas habens: siue in excelsum supra, quia auis, quę nidũ habet supra, idest superbus. Astutus erat Achaz humanę sapientię verbis sicut vulpes, & elatus fastigio solij regalis; vnde vade dic volucri isti, petat sibi signũ in excelsum, & quia non petit signum bonitatis, & charitatis; Domui Dauid ipse Dñs promisit.] (Secunda expositio.) Potest tamen in eo quod ait, in profundum inferni etiã charitas ipsa, qua maiorẽ nemo habuit, vt moriendo quoque in infernum pro amicis descenderet, non in merito designari, vt præcipiatur Achaz, siue in excelsum supra regnantis expauescere maiestatem, vel descendentis ad inferos amplecti charitatem. *

15 [Et dixit Achaz nõ petam, & non tentabo Dominum.] † Sanctus Hireneus lib. 3. cap. 21. dicit: [ipse Dominus dedit nobis signum in altitudinem sursum, & in profundum deorsum quod non postulauit homo, quia nec sperauit Virginem prægnantem fieri posse, quæ erat Virgo, & parere filium, & hunc partum esse nobiscum, & descendere in ea, quæ sunt deorsum terræ quęrentem ouem, quæ perierat, quod quidem erat proprium ipsius plasma, & ascendere in altitudinem deferentem, & cõmendãtem patri eum hominẽ qui fuerat inuentus. *Sanctus Augustinus existimat ex humilitate, ex reuerentia, & timore noluisse Achaz signum à Deo petere, ne Deum tentare videretur, & de promissione illius diffidere. (Aug. li. 1. quęst. super Genesis. to. 4.) Idẽ sentit Epiphanius in Anciroto, & Sanctus Ambrosius ser. 8. super Ps. 118. (Epiphanius. Ambros.) quæ explicatio est satis pia & à nobis maxime venerãda. Sed Sanctus Hieronymus in præsenti, Sanctus Cyrillus, & Vatablus arbitrãtur ex superbia, & diffidentia noluisse signum sponte à Deo oblatum acceptare, nec illud petere, sed ait, Non petam. (Hieron. Cyrillus. Vatablus) Ac si apertius dicat, Nolo oleum & operam perdere, signum petẽdo, scio enim Dominum, quod promisit, non esse facturum, Non curo de signis, aut promissionibus Domini, melius mihi ert à rege Assyriorum, quam à Domino auxiliũ postulare. Vide hominis proteruiã, Dominus dicit. Pete, Ille ait: Non petam, quamuis prætextu pietatis suam videatur incredulitatem, & impietatem operire. Hæc Sancti Hieronymi explicatio consonat cũ textu Hebraico. Nam vbi nos legimus [non tẽtabo] habetur in Hebræo verbum nasas quod significat extollere, & exaltare, & est sensus. Non petam & non extollam, nec exaltabo Dominum, [Sciebat enim (ait Hieronymus) quod si forte signum peteret accepturus esset, & sic glorificaretur Dominus. Quod

quasi idolorum cultor refugiebat. Achaz ergo signũ à Domino cum nollet petere, quasi iratus Deus cõtra illum, nõ ad eum sermonẽ conuertit, sed ad domũ Dauid dicens:

16 [Audite ergo domus Dauid, Et intelligit per domũ Dauid duas tribus, siue Iudam cuius stirpis erat Dauid. Et obserua, quod specialiter ad domum Dauid sermonem conuertit; quia verbi incarnatio, de qua sermonẽ statim erat facturus, Dauid singulariter fuerat promissa,
Ps. 131. & quia ex eius stirpe nasciturus erat Dominus, sicut scriptũ est, [De fructu ventris tui ponam super sedem tuam,] Vel ex eo in præsenti est recordatus Dauid, vt propter fidem, propter sanctitatem, & mansuetudinem eius, filij etiam increduli consequerentur misericordiam, iuxta illud Psal. [Propter Dauid seruum tuũ non auertas faciem Christi tui.] Potest, & alia ratio huius assignari. Fuit enim Dauid mansuetudine plenus, benignitate & misericordia, parcens inimicis, & eos innumeris beneficijs cõuincẽs. Quia ergo propheta de opere excellentissimo diuinæ misericordiæ loquuturus erat, ad domum Dauid sermonem conuertit, vt designaret, misericordiam Daui in verbo incarnato reperiri multo magis perfectã, & admirabilem, sicut Paulus ait.
Rom. 5. [Commendat autem charitatem suam Deus, quia cum inimici essemus secũdum tempus Christus pro nobis mortuus est.] Hinc est quod cum peccatores, & infirmi à Christo Domino misericordiam postulabãt, filium Dauid appellabant il-
Matt. 9 lum. Sic cæci orant. [Miserere no-
Mat. 15 stri fili Dauid,] Sic Chananæa clamat. [Miserere mei fili Dauid,] ac si apertius dicat: Memento cuius filius sis, vt nostri miserearis, ne peccata nostra misericordias tuas contineant.

17 [Numquid parum vobis est lestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo,] Arguit propheta populi diffidentiam, & incredulitatem quasi dicat. Non satis erat vestra infidelitate molestos esse ꝓphetis prædicentibus, nisi etiam, & Deo molesti essetis, eius promissionibus non credendo, ac si imbecillis esset, qui vos à duorũ regum furore liberare nõ posset? & Nota, quod cũ superius dixisset ad Achaz: Pete tibi signum à Domino Deo, modo explorata iam, & comperta populi incredulitate, non ait, quia molesti estis, & Deo vestro, sed Deo meo, vt eorum impietatem notaret, ac si diceret. Non estis digni, vt Deum vestrum illum appellem, à quo quasi desperati recessistis ac si Deus vester non esset. Simili phrasi loquendi vsus est Christus Dominus Matthæi 18. Cum Mat. 18
ait, [Sic & Pater meus cælestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.] Pater meus, inquit, & non vester, cum alias sæpè dixerit pater vester: [Scit enim, ait, pater vester, Matt. 6
quia his omnibus indigetis.] Et Matth. 5. [vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrũ, qui in cælis est.] Sed cum loquitur cum illis, qui non remittunt fratribus debita, ait, [Pater meus;] vt ostẽderet tales indignos esse, quod filij Dei nominentur, & sint, aut Patrem suum dicant Deum. Vnde Chrysostomus. [Idcirco & cælos Chrysost.
commemorauit, & Patrem dicens, ho 20 ex
& Pater me' cælestis, vt hinc quo- varijs in
que auditorem pudore suffunderet, Matt. colum. 5.
si cum tanto sit patre generosus, ad to. 2.
mali-

malitiam feritate rapiatur, atque ad cælum vocatus, terrena, & carnali prorsus mente vilescat; Non solũ quippe gratia Dei esse filios, verum etiam oportet operibus.] Vnde, & scriptum est, [peccauerũt ei, & nõ filij eius in sordibus] idest, qui sordibus peccatorum commaculantur filij eius non sunt, nec tam honorifico decorari nomine merentur. Vide supra cap. 1. nu. 9.

Deut. 32.

18 [Numquid parum, &c.] Septuaginta transferũt. [Numquid parum vobis agonẽ exhibere hominibus, & quomodo Domino exhibetis agonẽ.] Alia lectio habet: [Nũ parum est vobis fatigare homines, quia defatigatis etiã Deum meũ?] Iuxta quam trãslationem Eusebius Cæsariensis sic locum istum interpretatur. Non satis vobis erat ò Iudæi ingrati, & increduli in angustias maximas prophetas coniecisse, quosdam occidendo, quosdam flagellando, alios persequendo, nisi peccatũ adderetis peccato in agonia constituendo Deum meum? & videtur hęc prophetia respicere illud Lucæ 22. [Et factus in agonia prolixius orabat,] & illud Ioan. 4. Iesus autẽ fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.] Ad quod etiam respicit prophetia Ezec. 24. [Multo labore sudatũ est.] Et Isaiæ 43. [Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi dolorem in iniquitatibus tuis.] † Vel, vt Bernardus ser. 2. de aduentu. Molestus est ergo non solum hominibus, sed etiam Deo quisquis, nec maiestatem cogitat in timore nec charitatem cũ amore meditatur; ideo dabit signũ in quo & maiestas, & charitas innotescat. *

Eusebius li. 7. c. 2. *Luc. 22* *Ioan. 4.* *Ezech. 24.* *Isa. 43.*

19 [Propter hoc,] idest quia increduli estis, & molesti Deo meo, quia signum petere non vultis, [ecce Dominus ipse dabit vobis signum.] Post verbi incarnationem Scribis & Pharisæis signum de cælo petentibus signum dare non vult Dominus, sed respondit. [Generatio praua, atque peruersa signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ,] & ecce nunc signum non petentibus, sed renuentibus accipere, illud vltro offert. Quid est hoc? quæ tantorum diuersitas studiorum? cum ille offert, isti signum renuunt accipere: cum isti petunt, ille signum dare recusat. Sed si varias temporis circunstantias pensemus, huius diuersitatis rationem erit facile assignare. Cum enim verbi incarnatio maximum fuerit, & supremum diuinæ potentiæ signum atque misericordiæ, & eximiæ charitatis quã Deus erga homines ostendit qiuxta oud & scriptum est: [Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitũ daret:] Et iterum: [Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est,] antequam tantum, ac tam permagnificum signum suæ dilectionis hominibus exhiberet, bene in auribus clementiæ diuinæ verba illa sonabant: [Innoua signa, & immuta mirabilia,] & Deus ipse, vt signum illud peterẽt homines hortabatur, & inuitis etiam offerebat. At iam exhibito sũmo dilectionis signo, nullũ aliud maius restat tribuendum. Vnde & Angelus ad pastores: [Et hoc, inquit, vobis signũ, inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio,] ac si apertius dicat: Hoc vobis esse debet quasi per anthonomasiã signũ,

Mat. 12 *Ioan. 3.* *Rom. 5.* *Eccli. 3. 36.* *Luc. 2.*

nec est iam aliud à Dep perquirendũ. Hinc sanctus Paulus de magno incarnationis sacramento loquens ait: [Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere.] Vbi Apostolus tanquã exordium absconditi mysterij pręmittit illa verba: [Fidelis sermo,] Sacramenta namque magis à sensibus remota, maiori indigent testimonio. Vnde cum Angelus multa de cælesti habitatione Euangelistæ ostendisset, subintulit. [Hæc verba fidelissima sunt, & vera.] Vel ex eo, inquit, [fidelis sermo,] quia fidelitatẽ maximam in eodem mysterio Deus seruauit opere adimplẽs, quod verbis pollicitus fuerat. Est autem ponderandum verbum illud: [Et omni acceptione dignũ.] Duo enim orationem aliquam, vel doctrinam cõmendabilem reddunt: Alterũ est veritas narrationis. Veritas namque perfectio est intellectus. Vnde & Petrus ait: [Non indoctas fabulas secuti notã fecimus vobis Domini Nostri Iesu Christi virtutem & præsciẽtiam, sed speculatores facti illius magnitudinis.] Alterũ est necessitas & vtilitas rei, de qua fit sermo. Quæ duo cum in tota sacra Scriptura reperiantur, dicitur enim Ps. 118. [Omnia mandata tua veritas:] Et iterum scriptum est: [Ego Dominus docens te vtilia:] in mysterio tamen incarnationis maximè pręfulgent. De veritate quippe dicit Sapiens: [Veritatem meditabitur guttur meum.] Meditatio enim hui' mysterij quandam interiorem suauitatem causat in anima. De vtilitate vero & necessitate illi' plena est sacra vtriusque testamenti pagina. Vnde & verba prophetarum de verbi incarnatione loquentium, verba bona, & cõsolatoria dicuntur Zachariæ primo, vbi scriptum est: [Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba cõsolatoria.] Nihil enim maius potuit hominibus afferre solatium, quam illud: [Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.] Quam vero gratũ omnibus creaturis deberet esse hoc mysterium declarat Isaias, cũ ait: [Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciãtis bonum, prædicantis salutẽ, dicẽtis. Sion regnabit Deus tuus.] Pes infima pars est hominis, quæ in itinerãtibus puluere, aut luto solet esse sordidior. At tanta erit, inquit, huius annũciationis felicitas, vt puluerulenti pedes pulcherrimi videantur. Quid pulchra facies? Quid veneranda canicies? Quid vox suauis? De qua statim subdit: [Vox speculatorum tuorũ. Leuauerunt vocẽ, simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt: cum conuerterit Dominus Sion.

2. Tim. 1. — *Apo. vl.* — *2. Pet. 1.* — *Ps. 118.* — *Isa. 48.* — *Prou. 8.* — *Zac. 1.* — *Ioan. 1.* — *Isa. 52.*

20 [Dominus ipse dabit vobis signũ. Ecce Virgo, &c.] Liberationis quę proximè futura erat offert De' signum tot postea sæculis futurum, à tempore namq. huius prophetiæ, vsque ad verbi incarnationem fluxerunt anni 796. vt adnotauit Adamus, vel vt alij sentiunt, 600. quod nequaquam congruum esse, videtur: nam signum debet præcedere signatum. Sed quoniam prophetæ lumine diuinitus eorum mentem illustrante quasi iam adimpleta præuidebãt, quæ multo post tempore futura erant, illa tanquam signum rei proximè futuræ hominibus exhibebant. Vnde & familiare est apud prophetas alia per modum præteriti de futuro annunciare.

Isa. 9. ciare. Dicit enim Isaias. [Paruulus natus est nobis, & filius datus est Isa. 53. nobis.] Et iterum: [Vidimus eum, & non erat ei aspectus, &c. Dominus, inquit, dabit signum.] Obserua, quod aliqua operatur supremus omnium artifex tãquam Deus, aliqua, vt naturæ Dominus absolutus. Operatur vt Deus, quando leges in suis operationibus seruat naturales cum causis secundis iuxta propriam cuiusque naturam concurrendo, calefaciendo cum igne, cum sole illuminãdo. Vnde Genes. 1. quando omnia secũdum naturalem suum ordinem fuere disposita, Gen. 1. cõditor ipse Deus appellatur. [Dixitq. Deus: Fiat lux, & facta est lux: Et post pauca. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamẽto cęli, & diuidant diem ac noctem, & sint insigna, & tẽpora & dies, & annos, & luceant in firmamento cæli, & illuminent terram.] At quando supra naturæ ordinem aliquid operatur, illud efficit, vt naturæ Dominus in cuius potestate sunt omnia, cui proprium est, in quos voluerit Dan. 3. vsus creaturas cõuertere. [Descendit Angelus Domini cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantẽ, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit;] & statim ab illis tanquam Dominus be- Gen. 28 nedicitur. [Benedicite, inquiunt, omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula. Benedicite Angeli Domini Domino, &c.] Hinc, & Iacob cum supra naturæ ordinem scalam illam mirabilem vidisset, cum euigilasset de somno ait: [Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebã.] Hinc etiam Angelus ad Virginẽ loquẽs, ait: [Aue gratia plena Dominus tecum, Dominus, inquit, tecum,] Luc. 1. vt ipso loquendi genere insinuaret, aliquid in vtero illius, supra naturæ cursum operaturum esse illud, videlicet quod subintulit. [Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei.] Quia ergo signum illud, quod in præsenti Isaias promittit, ineffabile erat, & omnem superexcedens facultatem naturæ, videlicet, [Virgo concipiet, & pariet,] id opus Domini esse fatetur, [Dominus, inquit, dabit vobis signum,] ac si apertius dicat. Si vobis impossibile visum fuerit cõcepisse Virginem, & integritate permanente filium peperisse, attendite id opus Domini esse, apud quẽ non est impossibile omne verbum.

21 [Ecce Virgo concipiet, & pariet filium] Septuaginta transferunt, [Ecce Virgo in vtero accipiet,] Vatablus & Pagninus sic vertunt. [Ecce Virgo prægnans, & fæta.] Expendenda sunt singula verba. Præmittit propheta huic ineffabili incarnationis mysterio, interiectionem [Ecce,] quæ designantis aliquid magnum fungitur in oratione officio, vt non vulgare significet miraculum, sed dignum Deo signum, cuius solum omnipotenti virtute fieri potuit, vt intacta permanens, & incorrupta, filium conciperet & pareret. Hunc locum perperam intelligentes Hebræi, illum explicant de vxore Achaz, vel de vxore prophetæ. Quorum interpretatio, (præterquã quod est contra sanctum Matthæum, qui expresse ait, in partu Virginis adimpletũ esse, quod dictum est à Domino per Matt. 1

B. Mariæ virginitas.

prophetam, ecce virgo cõcipiet & pariet filium) nullum prorsus habet fundamentum. Nec enim signũ Deo dignũ esset, quod vxor Achaz filium pareret. Igitur ad litteram sunt hæc verba de Beata Virgine Maria intelligenda, vt Sanctus Thomas ostendit 3. p.q.28. per totam. Illa enim sola natura, mirãte suum genuit genitorem, & gaudium matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequẽtem. †De cuius conceptione, & partu, dicit Gregorius Nyssenus, hæc eadẽ verba Isaiæ explicans in sermone de Natiuit. [O miraculum ingẽs, Virgo mater fit; & Virgo permanet, & nec virginitas partum prohibuit, neque partus virginitatem soluit. Decebat enim eum, qui propter integritatẽ initium facere ab ea quæ natiuitati eius inseruiret integritate, atque incorruptibilitate: hoc mihi longe ante per eam, quæ ei per lumen facta est, Dei apparitionẽ magnus ille Moyses animaduertisse videtur, cum ignis accenderetur ex Rubo, & Rubus nõ conflagraret, nec consumeretur. Transiens, inquit, videbo visionẽ hanc magnam; transiens nõ loco ad locũ opinor, sed ad aliud tempus transgressionem referens. Cum enim, quod intercessit mediũ, tempus transisset: id quod tunc inflamma, ac Rubo significabatur per figuram, aperte in eo, quod in Virgine contigit, mysterio reuelatum est. Vt enim illic frutex, & incendit ignem, & non crematur, ita etiam hic virgo, & lumen parit, & pariendo non corrumpitur.] Et Sanctus Cyrillus homil. 6. contra Nestoriũ dicit, [Salue ꝑ nos sancta Deipara, prætiosus totius orbis Thesaurus. Lampas inextinguibilis corona virginitatis. Sceptrũ, rectæ doctrinæ, templum insolubile, locus eius, qui loco capi nequit. Salue quæ incomprehensibilem in sancto virginali vtero comprehendisti: per quã sancta Trinitas per vniuersum orbem glorificatur, & adoratur; per quam cęlum exultat; per quam Angeli lætantur; per quam Dæmones fugatur; per quam diabolus tentator cælo decidit; per quam prolapsum plasma in cælum recipitur; per quam vniuersa creatura idolorum vesania detẽta ad cognitionem veritatis venit; per quam oleum est exultationis; per quam per totum orbem fundatæ sunt Ecclesiæ; per quam gentes ducuntur ad pænitentiam, & quid nulla cõmemoro? per quã vnigenitus Dei filius his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedebãt, lux resplẽduit; per quã Prophetę prænunciarunt; per quã Apostoli salutẽ gentibus prædicarũt; per quã mortui excitãtur; per quã reges regnãt, & quis adeo valet eloquio, vt plurimũ laudatam Mariã, satis celebret? Ipsa & mater est, & Virgo.*

S. Tho.

Gregor. Nyss. ser. de Natiuit.

Exo. 3.

S. Cyrillus hom. 6. quam Nestoriũ.

22 Ad plenam tamen huius loci intelligentiam libet in præsenti quandã quæstionem difficilem pertractare, vtrum videlicet ex his verbis prophetæ sufficiẽter colligatur, aut probetur, matrem Domini Virginem esse, nõ solum ante partum, verum etiam in partu, & post partum inuiolatam permansisse. Multi Hebræorum sinistre, & temerè de integritate matris Domini loquentes, defendunt ex hac prophetia minime colligi perpetuam Deiparę virginitatem. Probant hoc ex eo, quod in textu Hebraico, vbi nos legimus, [virgo,] habetur nomen, [almah,] quod quidem iuuenculam significat, siue adolscentulam, siue inte-

Quæstio difficilis.

integra sit siue corrupta, vt patet ex alijs diuersis locis Scripturæ. Etenim Cant. 1. vbi nostra vulgata legit. [Ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis,] in Hebræo ponitur nomen almaoth, idest adolescentulæ, & similiter Cant. 6. [Et adolescentularum non est numerus.] Confirmant hoc; nam Hebraicè hoc nomen vetula significat Virginem.

Cant. 1.

23 Probant 2. ex verbis illis Matth. 1. vbi habetur quod Ioseph, [non cognouit eam, donec peperit filium suum primogenitum.] Quo loco illa dictio, [donec] videtur significare, quod postquam peperit Christum, eam cognouerit Ioseph. Item quia in loco inducto Christus Dominus filius primogenitus dicitur, & similiter Lucę peperit filium suum primogenitum: at filius primogenitus ordinē importat ad filium secundo genitū. Si ergo Christus Dominus primogenitus Beatissimæ Mariæ filius fuit, aliū habuit secundo genitū, vel alios. Probāt 3. quoniam omnia loca sacra vtriusque testamenti, quæ de virginitate, & integritate Deiparæ loquuntur, possunt sufficienter explicari, si dicamus, eam Virginem fuisse ante partum Christi Domini. Non ergo est quare huiusmodi loca ad Virginitatē perpetuā illius coarctemus.

24 Hęc tamen Hebręorum sententia impia est, & hæretica. Firmissime namque confitendum est, Matrem Domini beatissimam, Virgi- fuisse ante partum, virginem in partu, & virginem post partum perpetuo permansisse. Idquè manifeste haberi, tum ex hoc loco Isaiæ, tum ex alijs prophetarum oraculis, tum tum deniq. ex varijs Euangelij testimonijs. Et vt breuiter discurramus per singula, ex præsenti Isaiæ vaticinio colligūt hanc veritatem S. Tho. 3. p. q. 28. art. 1. & communiter sancti Patres. Et translatio Pagnini, scilicet, [Ecce Virgo prægnans, & fœta,] huic veritati maxime fauet, significat enim quod cum prægnans esset, & fœta, virgo erat. † Vnde Ambrosius [hæc est, inquit, Virgo, quæ intro concepit, Virgo quæ peperit filium; sic enim scriptum est: Ecce Virgo in vtero accipiet, & pariet filium. Non enim conceptu ram tantummodo Virginē, sed parituram Virginem dixit.] De cuius conceptione, & partu, dixit Gregorius Nyssenus, vt habes folio præcedenti *. Hinc, & Sanctus Ezechiel: [Porta hæc (inquit) clausa erit & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritq. clausa principi,] Quem locum de Beata Virgine explicant communiter S. Doctores præcipue Sanctus Augustinus to. 10. ser. 14. de Natali Domini, sanctus Chrysostomus homil. 3. ex varijs in Ioannem, sanctus Ambrosius de institutione virginum cap. 8. sanctus Hieronymus lib. 13. in Ezech. [Quid est (ait Augustinus) Porta in domo Domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? & quid est homo non transibit per eam, nisi quod Ioseph non cognoscet eam? & quid est Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quod Spiritus sanctus impregnabit eam, & Angelorū Dominus nascetur per eam? & quid est clausa erit in æternū, nisi quod Maria Virgo est ante partum, virgo in partu, & virgo post partum?] Quid autē Sanctus Ambrosius sentiat audiamus. [Quæ est hæc porta, nisi Maria? ideo clausa, quia virgo. Porta igitur Maria per quam

Ambros. lib. de instit. Virginum. c. 5.

Ezech. 44.

August. Chrysos. Ambros.

Hieron. Aug. ser. 10. Natal. Dom.

Ambr. de instit. virgin. 8.

Christus intrauit in hunc mundum, quādo virginali fusus est partu, virginitatis claustra non solui: sed inuiolata integritatis seruauit signacula, cū exiret ex virgine.] Et post pauca: [Hæc porta ad Orientem aspiciebat quoniam verum lumen effudit, quæ generauit Orientem, peperitq. solem iustitiæ. De eo di-
Ps. 147. ctum est ad Ecclesiam: Quoniam confortauit seras portarum tuarū, & suam portam confortare non potuit? confortauit profecto, & seruauit intactam, quam semel clausit Sanctus, & verus, qui habet clauem
Apoc. 3. Dauid, qui claudit, & nemo aperit.] Hinc est etiā quod (vt Sanctus adnotauit Bernardus ser. 2. aduentus Domini, & ser. 47. in Cant. & latius homil. 2. super Euangelium missus est) ex eo Christus Dominus in sacro eloquio flos campi appellatur,
Cant. 2. ipso dicente: [Ego flos campi, & lilium cōuallium:] vt designaretur Mariæ virginitas, quæ non ex virili semine, sed mistico spiramine Deum nobis protulit, & hominem, sicut campus, qui sine humano floret adminiculo,

25 Hinc, & Christus ipse cum
Ps. 21. Aug. epi. 120. ad Honoratum. c. 12 to. 2. patre loquens, [Tu es (inquit) qui extraxisti me de ventre,] Vbi Augustinus ait: Quid est tu extrasti me de ventre si ad ipsum Iesum de Virgine procreatū refertur? Quasi alios Deus non extrahat, in cuius prouidentia est omnis ordo nascendi. An inde significare voluit, partum virginis seruata virginis integritate mirabili, cū ait: Tu extraxisti me de ventre matris meæ, vt quod ibi mirabiliter factū est, cum Deus fecisse dicitur, nemini incredibile stideatur?] Hinc, & de Beata Virgine in Canticis scriptum est:
Cant. 4. [Hortus conclusus, fons signatus, Conclusus, inquit, & signats] (vt notauit Bernardus) propter perpetuam virginitatem, quam claustrū pudoris seruat in Virgine. Audisti aliquādo illud quod de Christo scriptum est, [Ego autem sum vermis, & nō homo?] Scito propterea vniuersorum conditorē vermiculo se voluisse comparare: quoniam sicut vermis nulla extrinsecus admixtione alieni corporis, sed de sola, & pura terra procreatur: ita & Saluator de sola, & pura Virgine natus est, vt Ambrosius explicat super Psal. 21. [Legimus (inquit) de Manna vermiculos procreatos. Digna planè, & iusta comparatio; Siquidē de manna vermiculus gignitur, & Dominus Christus de Virgine procreatur. Quin potius ipsam Mariam manna dixerim, quia est subtilis, & splendida, suauis, & virgo, quæ veluti cælitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibū dulciorē melle defluxit, quem qui ædere, aut manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit, sed potius ipse cibus in iudicium conuertitur. Manna enim filijs Israel contra diuina præcepta tractantibus vermis effectus est. † Eandem Virginis integritatem innunt verba illa, quibus ad eundem Prophetā ait. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.] Non enim ait, de fructu lumborum tuorum, aut de fructu Renum ponā super sedem tuā, vt omnes intelligerent, nō ex virili semine, sed mistico spiramine Christum Dominum de ventre Virginis matris esse nasciturum. Quod Tertullianus his verbis notauit. [In eo quod dicit: Audite domus Dauid, significantis erat: quoniam quem promisit Deus Dauid de fructu ventris eius æternum suscitaturum se Regem,

Bern. ser. 47. i Cāt. Hiero. li. 1. aduer. Iouin. t. 2
Ps. 21.
Ambros.
Exo. 16
Maria virgo Māna.
Ps. 131.
Tertul. li. 3. ca. 17.
Isai. 7.

Regem, hic est, qui ex Virgine, quæ fuit de genere Dauid, generat' est. Propter hoc enim, & de fructu ventris eius regem promisit, quod erat proprium Virginis prægnantis, & non de fructu lumborū eius, nec de fructu renum eius, quod est propriū virigenerantis & mulieris ex viro
Exo. 4. cōceptionē facientis.] In cuius signum. Rubus ille Moysi ostensus ardebat quidem, sed non consumebatur, quia nimirū Dei filius, tanquā splendor ex Matre in carne assumpta procedens integritatē illius nō
Gregor. Nyss. enarratio. vitæ illusc. os paolo post princip. immutauit, quod Gregorius Nyssenus; his verbis docuit. [Hinc etiā mysterium illud Virginis figuratū esse quis non videat? Ab ea namq. veritatis lux accepta carne illuxit hominibus, eamq. omnimodo incorruptam seruauit, virginitatis viriditate nullo modo commutata.*]
Orig. ho. 26. in Mat. t. 3. Basil. ho. 25. ex varijs to. 1. Referūt viri grauissimi, inter quos est Origenes, & Basilius, Zachariam patrem Baptistæ, fuisse à Iudæis occisum inter templum, & altare, eo quod dixerit Mariam post Christi partum virginem permansisse. Erat enim quidam locus in templo, in quo virginibus tantum licebat consistere, & orare. Maria vero postquā genuit Saluatorem, locum illum ingressa est. Prohibentibus autem Iudæis, qui nouerant eam iam filium genuisse, Zacharias respondit: quia digna est virginum loco, uirgo enim est. Occiderunt ergo illum tāquam aduersus legem agentem, cum accusaretur à populo quod rem prodigiosam, in auditamque prædicaret, Virginem uidelicet parientem citra uirginitatis corruptionem: quam historiam Basilius ait per traditionem usque ad eius tempora peruenisse; & ita pie credendum est.

26 Sed non mirum, quod Iudæis incredulis res prodigiosa inaudita, & noua uisa fuerit, Virginem intactam peperisse, siquidem Sapiens illam se penitus ignorare fatetur: [Tria (inquit) sunt mihi difficilia, Prc. 30
& quartum penitus ignoro: uiam aquilæ in cælo, uiam colubri super terrā, uiam nauis in medio maris, & uiam viri in adolescentula.] Sic enim multi transferunt, ut aduertit glossa, & sic habetur in textu Hebraico, & sic uertit Pagninus, & intelligunt locum istum glossa, & Forerius, de beata Virgine, per quam transiuit Christus vir perfectus in sciētia, quamuis corpore paruulus, clauso exiēs vtero, quod cognoscere difficillimum est, & lumen naturale penitus ignorat, quia id res noua est, & inaudita, iuxta illud Hieremiæ 31. [Nouum creauit Dominus super terram, femina circundabit virum.] Tria priora difficilia mysterium partus virginei obumbrant, atque designant, sed non satis explicant: nam aquila volans aerem diuidit, nauis transiens aquā scindit, quamuis nullum sui vestigium relinquant, sed Christus Dominus per vterū Virginis transiens omnimodam eius integritatem nō solum seruauit, sed perfecit, & sanctificauit, iuxta illud: [Porta hæc clausa erit, & non aperietur, quia Domin' Deus ingressus est per eā.] Ezech. 44.
† Ex quo testimonio S. Dam. lib. 4. fidei Ortod. & S. Ambr. epist. 81. ad Siricium. Papam eādem veritatem corroborāt, & Simil. S. Hie. ad cap. 44. Ezechielis quam explicationē Latius prosequitur. Ruphinus in explicatione Symboli*. Igitur quoniam hoc mysterium difficile erat, vt fides eius introduceretur in mūdum, per miraculum in senectute ali-

aliquibus ex antiquis patrib⁹ Deus filios liberaliter concessit, vt intelligerent homines, quoniam virtute illius poterat virgo permanens filium parere, qui sterilibus feminis ex patre sterili prolem dedit. Vnde Chrysostomus: [Dicamus & causam, propter quam mulieres illę steriles fuere, vt cum videris virginē Dominum nostrum parientem, ne sis incredul⁹. Exerce enim hic tuos sensus, inquit, in vulua sterilium, vt cum didiceris ligatam, & emortuā vuluam diuina virtute ad procreationem aperiri: inde copiosis argumentis acceptis admireris, audiēs quod virgo peperit, immo admirare & obstupesce, & ne sis incredulus miraculo. Quando igitur tibi dicit Iudæus: Quomodo peperit virgo? Dic ei: Quomodo peperit sterilis & vetula? Sterilitas igitur iam viā parat virginitati, vt scias quod propter hoc prius steriles fuerunt, vt credatur virginitatis partus.] Et hoc forsitan Angelus voluit Mariæ insinuare, cum dicenti: [Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognsco?] respōdit; [Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.] Et post pauca: [Et Ecce Elisabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia nō erit impossibile apud Deum omne verbum.] Ac si apertius dicat: Ne dubites Maria, ne quæras naturæ modum, & ordinem, quādo, super naturam sunt quæ fiunt. Virtus altissimi id efficiet, quod natura non potest. Numquid qui sterili in sęnectute prolem dedit, Virgini absque commixtione viri dare nō poterit? Vnde & Beda: [Ne virgo se parere posse diffidat, accepit exemplum sterilis anus pariture, vt discat omnia Deo pssibilia esse, quę naturæ ordini videntur esse contraria. Quare statim subditur; Quia non erit impossibile apud Deum omne verbū. Inuenitur etiam in historijs Romanorum,] (vt refert sanctus Tho.) [quod tempore Constātini, & Helenæ matris eius, inuentū est quoddam sepulchrum in quo iacebat homo, auream laminam habens in pectore, in qua scriptū erat: Christus nascetur ex Virgine, & ego credo in eum, O sol sub Helenæ, & Constantini temporibus, iterum me videbis.] Vides quoniam nō tantum Iudæis in Scripturis sacris, sed etiā gentilibus, qui salui facti sunt, hoc mirabile sacramētum, hoc nouum miraculum & singulare Dominus reuelauit? Confundatur ergo Iudæorum perfidia, taceant, & obmutescant increduli, & nos, quibus datum est nosse mysteria à sæculis abscōdita in Deo, exultemus gratias agentes Domino, qui nos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum, & sacram Deiparā alloquentes, in laudes eius canam⁹, id quod læta promit Ecclesia, Gabrielem Archangelum, scimus diuinitus te esse affatum, vterum tuum de Spiritu sācto credimus impregnatum, erubescat Iudæus infelix, qui dicit dicit Christum ex Ioseph semine esse natum.

Chrysost. ho. 49. in Gen. to. 1

Luc. 1.

Bed. Luc. 1.

Factum mirabile. S. Tho. 22 q. 2. ar. 7. ad 3.

In festo Purificationis.

27 Vt autem ad primam rationem factam pro Iudæorum perfidia respondeamus, aduertere oportet, quod nomen almah, licet non propriè significet virginē, ab Hebræis tamen solet communiter pro Virgine accipi. Nam (vt docet Hieronymus) significat absconditam iuuenculam, quæ nunquam virorū patuit aspectibus, & in lingua punica,

Hiero. li. 1. contra Iouin. c. 18.

ea, quæ de Hebræorũ fontibus manare dicitur, Virgo propriæ alma nominatur à verbo alã quod significat latere, & abscondere, eo quod virgo nunquam virorũ patuit aspectibus. Constat hoc, nam Rebecca, quæ secũdum Hebræos Virgo erat, appellatur Hebraicæ Almah, Gen. 24. vbi nos legimus, virgo, quę egredietur, ad auriendam aquam. Ibi enim pro Virgo ponitur nomen [almah.] Accedit ad hoc quoddam singulare mysterium, quo maxime hæc nostra doctrina confirmatur. Etenim vt adnotauit Lyranus. Vbi nos legimus Isaię 9. [Multiplicabitur eius imperium habetur in Hebræo verbum [lemathe] quod Latine significat, multiplicabitur, in quo mem clausum in medio illius verbi constituitur, contra naturam huius litteræ, & communem modum scribendi omnium Hebræorũ, Quia vt docet Hieronymus. In lingua sancta est duplex mem, videlicet mem apertum, quod sic scribitur, מ & mem clausum quod sic formatur ם. Mem apertum semper ponitur in principio, vel in medio dictionis, & nũquam in fine, sed mem clausum semper in fine, & nũquam in principio, nec in medio alicuius termini collocatur, præterquam, in vnico illo Isaiæ loco iã inducto, vbi ponitur in medio illius verbi lemarbæ. ad designandum singularissimũ, & ineffabile mysterium, quod videlicet verbum incarnatũ, de quo in loco illo ad litteram propheta loquebatur, non erat scribendum per mem apertũ, hoc est per mulierem corruptam, atque pertractam, sicut alij, generandum, sed supra naturæ modum ex Virgine clausa singulariter nasciturũ; iuxta illam sæpius iam repetitam sententiam, [Porta hæc clausa erit, & non aperietur.]

Gen. 24 — Lyran. li. contra perfid. Iu. hĩ in fine glossæ. — Hiero. in plog. galeato. — *Eze.* 44

Ad conf. Respondendum erit, quod nomen vetula, significat virginem senem, sed nomen [almah,] accipitur pro Iuuencula Virgine, siue adolescentula viro inuisa, vt dictum est.

28 Ad locũ Matthæi in 2. arg. inductum respondet Sanctus Tho. 3. p. q. 28. art. 3. ad 3. vbi ait. [Quidam dixerũt, hoc, idest non cognouit eam, donec peperit, &c. nõ esse intelligendum de cognitione coitus, sed de cognitione notitię. Dicit enim Chrysostomus, quod non cognouit eam Ioseph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: sed postquam peperit, tunc cognouit eam, quia per ipsius prolem speciosior, & dignior facta fuerat, quam totus mundus, quia quẽ totus mundus capere non poterat, iu angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. Quidam vero hoc referunt ad notitiam visus. Sicut enim Moysi cum Deo colloquẽtis glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filij Israel, sic Maria claritate virtutis altissimi obũbrata, cognosci non poterat à Ioseph, donec pareret. Post partum autem à Ioseph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hieronymus autem concedit, hoc esse intelligendũ de cognitione coitus, sed dicit, quod vsque vel donec in scripturis dupliciter potest intelligi, Quandoque enim designat certũ tempus secundum illud, ad Gal. 3. Propter transgressionem lex posita est, donec veniret semen, cui promiserat. Quandoque vero designat infinitum tempus secundum illud Psal. 113. Oculi nostri ad Dominũ Deum nostrũ, donec misereatur nostri. Ex quo non est intelligendũ, quod post impetra-

Thom. — Chrysost. hom. 1. in Matt. opere imperfe. to. 2. — Hier. sup. 1. c. Mat. in fi. to. 9. — *Galat.* 3 — *Galat.* 3

petra-

petratam misericordiā oculi auertātur à Deo: & secundum hunc modum loquendi significantur ea, de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent: cætera vero nostræ intelligētię derelinquuntur. Et secundum hoc Euāgelista dicit, matrem Dei nō esse cognitam à viro, vsque ad partum, vt mnlto magis intelligamus cognitam nō fuisse post partum :] Multa alia S. Scripturæ loca, quæ ab aduersarijs contra illibatam Virginis integritatem obijciuntur, explicat in eodem articulo S. Doctor, quæ propterea omittenda duximus in præsenti. † Ad aliud argumentū desumptū ex verbis illis Matt. Et peperit filium suū primogenitum respondet Cyrillus Alexādrinus in hæc verba. [Vnum & solum peperit Sācta Virgo, nempe Emmanuelem. Cur igitur filium illius primogenitum appellat? Neque enim vlli alij post ipsum ex ipsa nati sunt. Perpetuo namque illa virginitatē conseruauit. sanè quantum ex diuina Scriptura cōijci potest, vnigenitum Dei verbum ob id primogenitum appellatū est, quia carni & sāguini cęterisq. humanis æque ac nos communicans inter multos fratres primatum sortitum est. Et si impugnatores huius veritatis ad verba subsequentia attendissent in illis non obscure significari integritatem Virginis Matris cognouissent, subdit enim Euangelista. Et pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio. Quod expendens B. Athanasius ait. Vide admirabilem Virginis partum, illa ipsa, quæ peperit, pannis inuoluit, & reclinauit in præsepio. Aliarum mulierum, quæ in mundo sunt, vna parit, & alia infantem pānis inuoluit: At non ita Virgo fecit, sed quæ peperit, eadem pannis inuoluit. Quæ sine labore aliquo mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cū à nulla muliere didicisset. *] Ad vltimam rationem negandum est antecedēs: non.n. loca de scripturæ interpretari debēt secundum proprium cuiusque sensum, vt volunt hæretici : sed sicut illa semper intellexit Ecclesia, & Sācti Doctores, quibus (vt Paulus ait) data est interpretatio sermonum. † Omnes autem Sācti Patres à principio nascentis Ecclesiæ, vsque ad hæc nostra tempora vnanimiter docuerūt perpetuam Beatissimæ Mariæ virginitatem; & iuxta hanc doctrinam semper intellexerūt Scripturas. Ita sentiunt. (præter Doctores citatos) Sanctus Ignatius epist. ad Hieron. Iustinus Martyr in dialogo cū Triphone, Orig. homil. 8. in Leuit. Basilius Magnus homil. de Humana Christi generatione; Epiphan. Hæresi. 78. Theod. serm. 10. de prouidentia; Procopius Gazęus in præsenti. Sophronius Hierosolymit. Oratione in Christi Saluatoris Natalitia, Teophylactus ad c. 1. Matt. Inter Patres Latinos docent idem. Tertullianus de Virginibus. Velād. cap. 6. Cyprianus lib. 2. ad Quirinū cap. 9. Amb. lib. de Virg. institutione. c. 5. Hieron. lib. 2. aduersus Pelagianos cap. 2. Gregorius Magnus super Psalmum quartum pænitentialem Beda ad cap. 2. Lucæ. Bernardus serm. in vigil. Natalis Domini, & Innocentius 3. in Encomio Beatissimæ Virginis Mariæ. *

Cyril. Alex. lib. 2. de recta in Deum fide ad Reginas.

Athanas. sermo. in descriptione sanctiss. Mariæ, & B. Ioseph.

1. Cor. 12.

29 [Et vocabitur nomen eius Emmanuel.] Vt habetur Matth. 1. Emmanuel interpretatur nobiscū Deus. Talis ergo (inquit) erit Virginis partus, vt filius illius sit & vocetur Deus, in carne humana habitans

tans

Orig.li. 1 cont. Celsum post med. tans inter homines. Vnde Origenes ait. [Virginem talem decet parere prolem, qua nata dicatur: Nobiscum Deus.] Sanctus etiam Bernardus. [Deum, inquit, huiusmodi decebat natiuitas, vt nō nisi de Virgine nasceretur: talis congruebat, & Virgini partus, vt nō pareret nisi Deum.] Vnde & Ecclesia canit. [Veni Redemptor gentium, ostende partum Virginis, miretur omne sæculum, talis decet partus Deū,] Septuaginta transferunt, [Et vocabis nomen eius Emmanuel.] Et loquitur propheta quasi per apostrophem cum Virgine, de qua præmiserat: [Ecce Virgo concipiet, & pariet filium,] ac si diceret. O Virgo inter omnes mulieres benedicta filiū, quem paries, vocabis Emmanuel. Iuxta quod illi Angelus ait: [Ecce concipies in vtero, & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum.] Verum est quod Origenes non improbabile existimat, verbum [vocabis,] referendum esse ad domum Dauid, cum qua propheta in præsenti loquebatur. Præmiserat enim: [Audite ergo domus Dauid:] verius tamen videtur huiusmodi sermonem ad Beatam Virginem dirigi. † Et ita colligitur ex textu Hebraico, vbi (vt notauit Vatabl. Forerius, & Galatius lib. 3. c. 18.) habetur vocauit ipsa. (scilicet Virgo.) nomen eius Emmanuel; Non enim habebat Christus Patrem in terris, qui ei nomen imponeret, sed solum Matrem. Ideo ipsa filio suo nomen imposuit *. Sed tunc insurgit difficultas; nam Maria Virgo filium quem genuit, non vocauit Emmanuel, sed Iesum: nec legitur quod ab aliquo fuerit Emmanuel vocatus. Quomodo ergo ait propheta, & vocabitur nomen eius Emmanuel? Respondet Euthimius, quod licet nomine nullus Christum Dominum Emmanuel vocauerit, re tamen omnes credētes illum Emmanuel confitentur cum confitentur cum Euāgelista, qui ait: [Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,] ac si diceret, nobiscum Deus. Immo, & ipse Christus non semel se virtualiter Emmanuel vocauit: de se enim loquens ait: [Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationē sæculi.] Et iterum: [Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me?] Sāctus Augustinus, & Chrysostomus sentiūt, quod ab effectu Christus Emmanuel appellatur, idest nobiscum Deus, eo quod [in terris visus est, & cum hominibus cōuersatus est,] vt dicitur Baruch. 3. Hector Pintus aliter respondet. Inquit enim quod Iesus, & Emmanuel licet diuersa nomina videantur, idem tamen significant. Iesus enim significat Saluatorē, qui vt ostēdit S. Tho. Deus, & homo oportet vt sit. Vnde, & Leo Papa. [Si nō esset verus Deus, non afferret remedium: Si non esset verus homo, nō præberet exemplum;] Emmanuel autem significat nobiscum Deus, quo nomine etiam vtraque significatur Christi natura, diuina quia Deus, humana quia nobiscum, Vnde Sanctus Matthæus adducens præsentem Isaiæ locum, pro eodem reputare videtur, quod puer vocetur Iesus, & Emmanuel. Inquit enim. [Paries autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictū est à Domino per prophetam dicentem: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & voca-

Marginalia: Ber. hō. 2 super missus est. — Luc. 1. — Orig. ho. 2. super Isaiam. — Euthim. — Ioan. 1. — Matt. 28. — Ioan. 14 — Aug. ser. 8. de Natiu. t. 10. Chrysos. ho. 5. super ca. 1. Matt. t. 2. — Baruc. 3. — Pintus. — Tho. 3. p. q. 1. ar. 1. & 2. — Leo Papa in quodā sermone. — Matt. 1

vocabitur nomen eius Emmanuel, ꝙ est interpretatũ nobiscum Deus. Iesus (inquit) uocabitur, & assignãs rationem huius nominis, subdit; [ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.] Iesus ergo debet esse Saluator, aut (ut diximus) Deus, & homo oportet ut sit. Erit ergo nobiscum Deus. In præsenti autem prophetia singulari quadam ratione non Iesum, sed Emmanuel filium Virginis vocandum esse Isaias denunciat: ut uidelicet ex ethimologia nominis, uiri domus Dauid, quos ad spem omnẽ in Deo constituendam hortabatur, reuiuiscerent, atque fiduciam magnam conciperẽt, & coniectarent, se absque dubio cõtra duos illos superbos reges victoriam esse consequuturos: qnia nobiscum Deus. Si enim Deus cum illis, si omnipotens pugnat pro eis, quis aduersarius poterit prǣualere?[Si Deus pro
Rom.8. nobis (inquit Paulus) quis contra nos?]Hinc est illud, quod quasi per ironiam contra duos reges, & contra potentiam exercitus eorum dicirur infra. [Congregamini populi, & vincemini; inite consilium, &
Isa. 8. dissipabitur: loquimini verbũ, & nõ fiet, quia nobiscum Deus,] Hoc est. Quantumuis congregemini contra Iudam, etiam si diuersa consilia aduersus ciuitatem sanctam iniatis, tametsi verba superbia plena contra cælum loquamini, non præualebitis, in vanum cedẽt vobis omnia: quia nobiscum Deus.

30 [Butyrum, & mel comedet,
Irenæus Vt adnotauit Irenæus lib. 3. ca. 26.
Chrysost. S. Chrysostomus to. 5. in demõstratione quod Christus sit Deus in principio, & S. Bernardus serm. 2. de aduentu Domini, cum in verbis antecedentibus ostendisset propheta, filium ex Virgine nasciturũ, esse Deum: consequentur his verbis denunciat esse verum hominem: quod ex eo probat, quia vtetur cibo, & potu sicut alij pueri, qui solẽt dulcibus delectari, Vnde Ber. [Butyrũ, Ber. ser. 4
inquit, & mel comedet, ac si dicat: d aduẽtu
Paruulus erit, & vescetur infantili- Domini.
bus alimẽtis.]Sic. n. Christus Dominus veritatem humanę naturæ post resurrectionẽ comprobauit, vtendo cibo corporali corã discipulis suis. *Ioan. 20*
Indicat præterea hoc loquendi modo propheta puerum Iesum in terra sancta nasciturum esse, quæ sæpè in sacris litteris tanquam abundãs lacte, & melle collaudatur. Est & *Exo. 33*
aliud cõsideratione dignũ, quod in præsenti loco subindicat propheta. Insinuat enim cibo ipso, quo puer Iesus cibandus erat, dulcedinẽ ma- Morale.
ximam, quam in primo aduentu Christus Dominus ostendit: tum in factis, tum etiam in verbis. In factis quidẽ carnem pro hominibus assumens, infirmos sanans, peccatores recipiens, & manducans cum illis: in verbis autẽ dulciora super mel, & fauum eloquia proferens, & sæpius in faucibus verba illa dulcissima voluens, quorũ typũ butyrũ, & mel gerũt. [Venite ad me omnes qui *Mat. 11*
laboratis, & onerati estis, & ego re- *Ioan. 7.*
ficiã vos.] Et iterũ: [Si quis sitit, ve- *Mar. 2*
niat ad me, & bibat.] Et iterũ. [Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiã.]Dulce butyrũ, dulce est mel, sed si cũ suauitate verborũ Domini cõferatur, insipidũ, & amarũ apparebit. [Quam dulcia fauci- *Ps. 118.*
bus meis eloquia tua (ĩquit propheta) super mel ori meo,] Vnde, & Petrus dicenti Christo: [Numquid, & *Ioan. 6.*
vos vultis abire?] respondit, [Dñe quo ibimus? verba vitæ habes.] Hoc est butyrum, hoc mel, quod

filius

filius virginis comedit in primo aduentu, Nam in secundo cum venerit ad iudicium, non butyrum non mel dulce habebit in ore, sed gladium ex vtraque parte acutum, & pungentem illum aculeum. Ite maledicti in ignem æternum. Duo enim sunt in lacte ouis, butyrum pingue,& dulce, & caseus aridus,& durus. Apis etiam habet mellis dulcedinē, habet quoque aculei punctionem, quæ duo in Christo agnoscens propheta: [Misericordiam,inquit,& iudicium cantabo tibi Domine.Attamen ad nos veniens(ait Bernardus) solum mel attulit,& non aculeum, idest misericordiam, & non iudicium, ita vt suadentibus quandoque discipulis, vt rem quæ suscipere eum noluit, præciperet igne consumi, responderit,filium hominis non venisse,vt iudicaret,sed vt saluaret mundum. Non habebat aculeum apis nostra, quodammodo deposuerat illum, quando tanta indigna patiens misericordiam exhibebat, & nō iudicium. Sed nolite sperare in iniquitate, nolite peccare in spe, habet enim apis nostra quandoque assumere aculeum suum, & acriter nimis infigere illum in medullas hominum peccatorum. Quoniā pater non iudicat quemquam, sed filio dedit omne iudicium. Nunc autem paruulus noster butyrū, & mel comedit, quando bonum naturæ humanæ diuinæ misericordiæ sic vniuit in semetipso, vt esse homo verus, & peccatum non habens, Deus misericors, & iudiciū nō exhibēs.] † Hinc discant homines Christi sāguine redempti, magnalia Dei loqui,& recta operari. His enim quia dulcia sunt, & suauia, libenter vescitur paruulus,qui datus est nobis.

Apoc. 1. Matth. 25. Ps. 100. Ber. ser. 2 de aduentu Domini. Ioan. 6. Ioan. 5.

Vndè & Origenes ait. Qui natus est ex Virgine Emanuel, butyrum, & mel manducat, & quærit ab vnoquoq; nostrum butyrum manducare,& mel. Opera nostra dulcia,sermones nostri suauissimi, & vtiles, mella sunt,quæ mãducat Emanuel. Si verò sermones nostri amaritudine pleni sunt, de his ait Dominus, & dederunt in os meum fel, & non comedit ab his sermonibus Saluator; comedet autem Saluator de sermonibus, qui sunt apud homines,si fuerint sermones eorū mel. *

Orig. homil. 2 sup. cap. 7. Isaiæ.

31 [Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.] Illa dictio vt potest sumi aduersatiue pro quãuis, & tunc sensus est planus, videlicet quamuis puer ille sciat reprobare malum,& eligere bonum,quia perfectus erat in anima, plenus scientia,& omnium rerum cognitione præclarus, butyrum tamen,& mel comedet, adeo vt infantiæ tempora,sicut alij pueri transcurrat. Stupendum certè, & admirandum Dei consilium, quod(iuxta interpretationem Ambrosij)sapiens se capere non posse fatetur,cum ait,[& viam viri,]idest Christi [in adolescētia,] Potest sumi etiā causaliter, idest eo fine comedet butyrum, & mel, vt alimentū ad perfectam eū perduceret ætatem,in qua sciat,idest scire alios faciat, reprobare malum, & eligere bonum, eos docendo sicut magister. Phrasis enim est communis in sacro eloquio(vt Augustinus docet) iuxta quam Deus scire dicitur quod alios scire facit, sicut Gene. 22. [Nunc cognoui, quod timeas Dominum,]idest alios cognoscere feci,& eodē modo dicitur nescire,quod alios scire non faciat,sicut Marci 13. [De die autem illa vel hora,nemo scit,neque angeli in cælo

Pro. 30 Aug. to. 1 lib. de essentia diuinitatis. Gen. 22

Marc. 13. cęlo neque Filius, nisi solus Pater.] Vbi Christus dicitur nescire diem Iudicij, nō quia in quantum homo illum ignoret, vt quidam sentiunt, Cum enim sit in quantum homo iudex viuorum, & mortuorum iuxta *Act. 10.* illud, [Hic est qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortnorū] non decebat diem illum ignorare. Dicitur ergo illum nescire, quia nō facit scire talem diem, illum alijs *August.* reuelando, vt explicat S. Augustinus tom. 3. lib. 1. de Trinit. cap. 12. & tom. 4. lib. 83. quæst. q. 60. Vatablus autem sic explicat istum locū. [Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, &c.] idest ita vt inter ipsos cibos amara abhorreat, & dulcia appetat more puerorum, qui dulcibus delectantur. Consonat hæc explicatio cum translatione noua, quæ sic habet: [Butyrum, & mel comedet sciendo abhorere à malo, & eligere bonum. † Bernardus sermone allegato sic explicat. *Bern. ser. 2. de aduentu.* Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, etiam sic bonum, & malum audis, sicut in arbore vetita sicut in ligno trāsgressionis. Eritis sicut dij scientes bonum, & malū. Sed multo melius à primo Adam, secundus iste partitur, eligens, enim bonum, malum reprobat. Butyrum, inquit, & mel comedet: Duo sunt in lacte ouis, butyrum, & caseus, butyrum pingue, & humidum, caseus vero aridus, & durus, bene paruulus noster eligere nouit, qui butyrum comedens, caseum non comedit, in oue perdita duo inuenies naturam dulcem naturam bonam, & bonam valde tamquam butyrum, & pecati corruptionem vt caseum. Vide ergo, quam optime puer noster elegit, qui naturam nostram sine vlla peccati corruptione suscepit, nam de peccatoribus dicitur coagulatum est sicut lac cor eorum. Sic & *Ps. 118.* Apis habet mellis dulcedinē, habet etiam aculei punctionem: attamen ad nos veniens apis ista, solum mel atulit, & non aculeum; idest misericordiam, & non Iudicium. Origenes homil. 7. in Esaiam ait [qui natus est ex Virgine Emanuel.] Butyrum, & mel manducet, & quærit ab vnoquoq; nostrum butyrum manducare, & mel: opera nostra dulcia, sermones nostri suauissimi, & vtiles mella sunt, quę mādūcat Emanuel. *Orig. homil. 7. in Esaiam.* Si vero sermones nostri amaritudine pleni sunt, de his ait Dominus, & dederunt in os meum fel. * Sequitur.

32 [Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonū, derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duornm regū. Nequis existimaret puerum illum in signū promissum, statim ex Virgine nasciturum, docet hic propheta, vt Vatablus explicat, ante eius ortum *Vatablus.* futurum esse, vt Syria, & Samaria quarum potentiam Achaz, & viri Iuda formidabant, deuastentur, & pereant. Ne igitur formides, o domus Dauid (ait propheta) quia antequam Dei filius sciat, vt puer, fastidire malum, & eligere bonum, antequam nascatur ex virgine, non tantum liberaberis ab imminenti duorum regum obsidione, sed etiā inimici tui peribunt, & furor eorū deprimetur, quod, & factum est, Nam rex Assyriorum occidit Rasin & trāstulit in Cyrenem, vt refertur 4. Reg. 16. & 18. & Phacee filius Romeliæ est ēt occisus, & eius exercitus in regionē lōginquā translatus. Hinc licet colligere quam magnus sit Emmanuel in signum domui Da-

uid

uid repromissus, qui nōdum natus, sed inuocatus populū suum nouit à potentia, & furore duorum regū liberare: insuper & reges ipsos opprimere, & exterminare, vt omnem spem suam in illo discant homines constituere. [Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super Domum Patris tui dies, qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda. Inter alia quæ obscurissima reddunt prophetarum oracula (vt diximus supra) vnum est, quoniam subito de vno, sermonem transferunt aliud, secundum quod à Spiritu sancto mens, & lingua rapitur eorum. Hoc in præsenti capite contingit, in quo prius Isaias historiā narrauit duorum regum ascendentium in Hierusalem, vt præliarentur contra eam: deinde ad prophetandum de mysterio incarnationis se trāsfert, mox reuertitur ad eandem historiam, euersionem eorundem regum annuncians, ac denique ad impium Achaz, vt quidam sentiunt, vel (vt arbitratur Sanctus Hieronymus,) ad domum Dauid incredulam, cui signum liberandæ ciuiuitatis promiserat, sermonem conuertit, atque eius diffidentiam redarguens, condignam incredulitatis suæ pœnam subiungit. Propter illam namque non per Israelitas, aut Damascenos, quos Achaz, & eius populus formidabant, sed per principes ipsos, in quorū potentia magis, quam in Dei protectione confidebant, ad eorum auxilium confugiendo, iusto Dei iudicio deuastati sunt, & hanc euersionem narrat ad litteram propheta ab isto versiculo vsque ad finem capitis: in qua talia affirmat Iudæos passuros, qualia à multis annis perpessi non fuerant. Vbi obseruandum, quod ideo ante Christum natum denunciat Isaias regnum Israel, & regnū Iuda euertendum fore: vt regnum Christi in æternum stabiliendū introducat, de quo infra idem propheta testatur, [Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iustitia à modo, & vsque in sempiternum.] Consonat hoc cum prophetia Danielis, qui de Regno Christi loquens docet, quod omnia alia mūdi regna per quatuor bestias designata, subiugare debebat. Sic enim ait. [Potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

Textus. — Supra in præfatio ne in n. 2 — Isa. 9. — Dan. 7.

33 [In die illa sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quę est in terra Assur, & veniet, &c.] In vastitate Iudæ quatuor per ordinē prædicit propheta. Primo aduentum hostium, secundo regni Iudæ excidium, tertio paupertatem, & miseriam eorum, qui relicti fuerint in Iuda, quarto terræ solitudinem, & sterilitatem. De hostium aduentu, inquit. [Sibilabit.] idest quasi sibilo aduocabit Ægyotios, & Assyrios, vt iudam euertāt, & illi statim obedientes venient, ac si quis vento muscam adducat, vel apem. Ægyptios muscis comparat propter multitudinem, propter molestiam, & importunitatem: fuerunt enim sæpè Iudæis infesti, aut quia in Ægypto maxima erat muscarum multitudo. Assyrios autem apibus confert, seu vespis: propter exercitus potentiam, & arma bellica, quibus molesti erant Iudæis, eos quasi aculeo pungentes, & affligentes, & propter maximam superbiā cuius apis typum gerit. Vnde, &

de Iudæis Christum Dominum persequentibus scriptum est. [Circundederũt me, sicut apes.] Vbi Nota. quod sicut apis alium pungẽs aculeo, statim moritur, ita & Iudæi occidentes Christum, & Nabuchodonosor Israelitas pungens, iustam acceperunt suæ mercedis retributionem.

Ps. 117.

34 [In die illa radet Dominus in nouacula cõducta, in his qui trãs flumen sunt, in rege Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.] Septuaginta transferunt: [in nouacula inebriata,] Trãslatio noua legit, [in nouacula mercenaria.] Postquam descripsit celerẽ hostium aduentum, hic consequenter depingit regni Iudæ excidium, vbi per nouaculam intelligit ad litteram regem Assyriorum, qui ea facultate viros Iuda abrasit, & de medio abstulit: qua solet nouacula acuta pilos succidere. [Radet Dominus (inquit,) Obserua qualiter illud sibi Dominus adscribat, quod per regem Assyriorum faciendum erat, vt scias quoniã illo tanquam instrumento, & flagello ad incredulitatem populi puniendam, vtebatur. Vnde, & infra dicitur. [Assur virga furoris mei, & baculus ipse, e, stad gentem fallacem mittã eum, & cõtra populũ indignationis meæ mandabo illi.] Per illum ergo radet [caput,] seu crines capitis, idest primates, & honorabiliores populi, [& pilos pedum,] idest infimos, & plebeios vel, [Caput, & pilos peduũ, i. omnes à mariori vsque ad minorẽ, eo modo loquendi, quo supra significauit, omnes in populo esse peccatores, cũ dixit: [A plãta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas,] & barbam vniuersam, idest quidquid decorum est, vel virile, quod per barbam significat. Hac eadem phrasi ad idẽ significãdum vsus est Ezech. cui Dominus, [Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam & assumes tibi stateram ponderis, & diuides.] Vbi expende ignominiã magnam, & opprobriũ, in quod populus Iuda propter incredulitatem & diffidentiam, cecidit: id enim colliges ex metaphora, qua vtitur propheta sumpta à capillis capitis, & barbæ, quos acuta nouacula tonsor succidit: Cum enim in maximo habeantur honore, cum ab omnibus venerentur toto tempore, quo barbæ, & capiti principis sunt coniuncti: si tamen semel excidantur cum magno post dedecore in sterquilinium mittuntur, quod & filijs Israel in euersione Hierosolymitana accidisse manifestum est. Appellat autem regem Assyriorum nouaculam cõductam, primo ad denotandam cladis atrocitatem per Assyrios inferendam: qui enim conducto vtitur gladio, aut equo; vtitur eo liberius, nec ita illi parcit, vt suo. Consonatque hoc cum translatione septuaginta interpretum, quæ legit, [in nouacula inebriata,] sanguine, videlicet Iudæorum. Secundo, vt intelligant impij Iudæi iustam fuisse suæ incredulitatis retributionem, Qui enim de omnipotentis Dei misericordia diffisi regem pretio conducere voluerunt, vt ab ira duorum regum eos defenderet, quasi Deus imbecillis esset, nec posset eos liberare: æquum fuit, vt in ipsorum Iudæorum malum Rex conduceretur à Domino. Sic enim, dum baculo arundineo confracto inniti filij deserto-

Isa. 10.

Sup. c. 1. nu. 27.

Ezech. 27.

sertores voluerunt: manus eorum, (vt dicitur infra) perforatæ sunt. Tertio vt significet alienum esse opus à Deo punire, & vindictam inferre: ideo instrumenta propria quibus homines opprimat, non habet, sed quasi alienis, & conductis vtitur, quod (vt supra diximus) ineffabilem eius misericordiam maximè commendat. † Pro maiori autem explicatione huius loci, est valde obseruandum quod frequenter in Scriptura sacra barbam radere, & capillos, accipitur in malā partem, & plura hoc modo loquendi significat Spiritus sanctus. Primo enim id lasciuiæ, est signum, & animi mollis & effeminati, vt notauit Hieron. lib. 13. super Ezech. cap. 44. & lib. 6. super Isaiam cap. 15. & Epiphanius lib. 3. Panarij. Secundo. caput & barbam radere, signum quodam est miserę captiuitatis, & seruitutis, iuxta illud Deuteronom. 33. de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis, vbi pernudatum caput, seu rasum captiuitatem inimicorum signauit. Vnde & eorum qui ad triremes damnātur caput & barbam radunt. Et Isaias inferius cap. 15. ad designādam cladem imminentē Moabitis ait, in cunctis capitibus eius Caluitium, & omnis barba radetur. Tertio, caput & barbam radere, signum est magnæ tristitiæ, & planctus; ideo & Sanctus Iob morte filiorum audita tonso capite corruit in terrā, & in hac significatione sumendū Micheæ 1. cum dicitur. [Decaluare & tōdere super filios delitiarum tuarū, dilata caluitium tuum sicut aquila, idest magnum planctum fac super filios delitiarū tuarū. Quarto. est etiā signū contumeliæ. Vnde & Rex Amonitarū in signū contumeliæ nuncios Dauid decaluauit. Et obiurgaui eos, īquit, & maledixi & decaluaui. Et Isaias c. 3. [decaluabit Dn̄s verticē filiarū Sion, & Dominus crinē earū nudabit. E contra vero per locum ab oppositis nutrire comā & barbam signum est fortitudinis libertatis gloriæ & lętitiæ. Vnde Ambros. ait: Comam esse reuerendā in senibus, venerādā in Sacerdotibus, terribilē in bellatoribus, decorā in adolescentibus, comptam in mulieribus, dulcē in pueris. tolle arboris comam, arbor ingrata est; tolle humani capitis capillos tota pulcritudo lāguescit, & Aristoteles li. 1. rethoric. inquit, comā esse libertatis argumentum, nec enim comantem facile est seruile opus subire. Vnde & Psalmista gloriam & excellentiā sacerdotalis dignitatis Aaron per barbam eius oblongā signauit cum dixit [sicut vnguētum in cap. quod descēdit in barbam, barbā Aaron,] vbi conduplicatione barbę longitudinē barbę voluit intelligi. Hinc & numerorum 6. talis lex nazareis perscribitur [omni tempore separationis suæ nouacula non transibit super caput eius vsque ad completum diem, quo Domino consecratur. Sanctus erit crescente Cæsariæ capitis eius.] Quod non solum fuit illis præceptum, ne sequerentur gentilium superstitionem, qui vt ex Cyrillo notauit Oleaster numer. 6. comas capitis sui idolis immolabant: sed etiam, vt eorum fortitudinem, & virtutes quibus pollere debebant, insinuaret. Cum ergo in præsenti denunciat Isaias barbā vniuersam esse radendam, & caput similiter & pilos pedū filiorum Israel, eorum arguit lasciuiam & principes effęminatos obiurgat

Isai. 36. Vide Isa. 30. Sup. c. 1. nu. 63. *Iob 2.* 2 *Paralip.* 19. Ambr. li. 6. Exameron. *Ps.* 132.

gat, de quibus prædixerat supra. Et effœminati dominabuntur eis, & imminentem captiuitatem designat, tristitiã, & mærore futurum, ac cõtumelias quibus de honestandus erat ab Assyrijs populus incredulus. Vide cap. 15. nu. 4.

35 [Et erit in die illa, nutriet homo vaccam boum, & duas oues, & præ vbertate lactis comedet butyrum.] Ecce tertium, quod de regno Iudæ vaticinatur propheta, paupertatem videlicet, & inopiam eorum, qui relinquendi erant in Hierusalem constituta & fundata in medio terræ. Hanc inopiam, talem ac tantam futuram esse denunciat, vt qui terram olim centum aratris colebat, centumque iugis boum, vix vaccam vnam sit habiturus: & qui greges pascebat plurimos, penè ouem vnam, aut alteram superstitem possideat, & vir nobilis, qui multis affluens diuitijs, equos ad bellum, & canes ad venandum nutriebat; gaudeat quod vacca vna, & oues duæ sibi relinquantur, quarum lacte & butyro miseram vitam conseruare possit. Vnde subditur. [Butyrum & mel, scilicet siluestre, manducabit omnis homo, qui relictus fuerit in medio terræ,] quia videlicet cibum alium validiorem non inueniet. Quod ad litteram in destructione Hierusalem à Babylonijs facta, adimpletum esse testatur Iosephus in suis libris de Bello Iudaico. Expende illud verbum, [relictus in medio terræ,] in quo vniuersalitatem inopiæ, & famis futuræ designat: siquidẽ & nobiles opprimet, & etiã illos, qui in loco fertili & vberi habitabant, qualis erat ciuitas Hierusalem, de qua supra dixerat. [Vinea facta est dilecto meo in cornu *Isa. 5.* filio olei.] Vnde & Hieremias eorum miseriam, & calamitaem deplorat. [Adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum. *Tren. 4.* Melius fuit occisis gladio, quã interfectis famæ, quoniã isti extabuerunt consumpti à sterilitate terrę.] Vide ad quantum malum, in qualẽ inopiã cõmessationes, ebrietates, & alia peccata breui eos deduxerint, de quibus superius dictum est: *Sup. c. 5. n. 11. & 15* [Væ qui coniungitis ad domum, & agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci, [Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam.] & caue, ne tibi quid simile accidat.


36 [Et erit in die illa omnis locus, vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas, & in vepres erunt. Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim, & spinæ erunt in vniuersa terra.] Ecce quartum & vltimum, malum, quod domui Dauid propheta denũciat, videlicet sterilitas terræ, quæ talis erit, vt vinea, vbi fuerant mille vites valentes mille argenteos, fit in spinas & in vepres, quia nullus remanebit, qui eas, vt fructificent, colat, atque subinde siluescere incipient loca olim fructifera, ita vt à feris inhabitentur. Tantaque, inquit, erit ibi ferarum copia, vt nullus illuc, nisi cum sagittis, & arcu prę metu ferarum ingredi audeat. Iusto igitur Dei iudicio vineæ frõdosæ, & fructiferæ, quæ fuerunt Iudæis ebrietatis causa, in detestationem criminis eorum dissipatę sunt, & in habitationem ferarum conuersæ.

37 Talis fuit etiam illa vinea, *Morale.* quæ dilecto facta est in cornu filio olei, domus videlicet Israel. Cum enim tot ornata extiterit præsidijs & locus Deo fuerit delitiarum, habi-

habitatio ferarum effecta est. Scriptũ est enim: [Et erit cubile draconum, & pascua strutionum, & occurrent dæmonia & onocentaurus, & clamabit alter ad alterum, &c.] Sed tamen sagittis, & arcu ingressi sunt illuc venatores Euangelici, illi videlicet, quos Dominus repromisit cum ait: [Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos, & post hæc mittam eis multos venatores, & venabũtur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.] Quem locum de Apostolis & prædicatoribus Euangelicis docet Augustinus esse intelligendum. [Piscatores, inquit, fuerunt Apostoli, & Dominus dixit eis, Faciam vos piscatores hominum. Per prophetã autem dicitur, quod Deus primo piscatores erat missurus postea venatores. Primo piscatores misit, postea venatores mittit. Quare piscatores? Quare venatores? De abysso, & profundo maris superstitionis, idolatriæ credentes piscati sunt retibus fidei. Venatores autem quo missi sunt? Cum illi vagarentur per montes & colles, idest per superbias hominum, per tumores terrarum. Mons vnus Donatus, & alius mons Arrius, alter mons Fotinus, alter mons Nouatus. Per istos montes errabant, venatoribus indigebat error ipsorum, ideo & distributa sunt officia piscatorum, & venatorum, ne forte isti dicant nobis. Quare Apostoli neminẽ coegerunt, neminem impulerunt? Qui piscator est, retia mittit in mare, quod incurrerit trahit. Venator autem syluas cingit, sẽtes excutit terroribus vndique multiplicatis cogit in retia, ne hac eat, neque illac eat, Inde occurre, inde cæde, inde terre, non exeat, nõ effugiat.] Igitur propheta duplicẽ in verbis inductis modum trahẽndi homines ad fidẽ distinxit: amore videlicet, & timore. Cũ sagittis ingreditur, qui populũ spontaneũ ad Deum conuertit, qui veluti piscator amore cælestis patriæ repromissę homines terrenos leuat in cælũ. Sagitta quippe est Christi charitas, qua nos dilexit, qua etiã pro inimicis passus est, est sagitta merces alliciẽs, sagittæ verba Dei acuta: sagittæ sunt [potentis acutæ, cũ carbonibus desolatorijs.] His sagittis vulneratã se sponsa sentiens, inquit, [Vulnerata charitate ego sũ.] Vnde de seipso dicit Aug. [Vulnerauerat charitas Xp̄i cor eius, & gestabat verba eius in viscerib⁹ quasi sagittas acutas: & exempla seruorũ Dei, quos de mortuis viuos fecerat, tanquã carbones vastatores.] Cum arcu autẽ ingrediũtur illuc, qui timore pœnarum populũ rebellẽ ad Deũ adire cõpellunt. Vtrumq; modũ, vtramq; viam propheta regius simul complexus est, cum ait: [Nisi cõuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcũ suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardẽtibus effecit.] Gladiũ suum Deus vibrat, cũ rebelles terret, arcum tendit, cum eos admonet, vasa mortis parat, cum minatur gehennam: at ardentibus hoc est diligentibus, diuina præmia expectantibus sagittas suas effecit, quibus vtique fortiter & suauiter ad se traheret, quos in charitate perpetua dilexit.

Isa. 34. Hiere. 16. Aug. li. d vtil. ieiũ. post med. Matt. 4 Ps. 149. Cant. 4. Aug. li. 9. conf. c. 2. Psal. 7.

CAPVT OCTAVVM.



2 T dixit Dominus ad me: 3.4.5 Sume tibi librum gran-
dem, & ſcribe in eo ſtylo hominis 6.7 Velociter ſpol a
detrahe, cito prædare. 8 Et adhibui mihi teſtes fideles,
Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: &
acceſſi ad propheti ſſam, & concepit, & peperit filium.
Et dixit Dominus ad me: 9 Voca nomen eius, Acce-
lera ſpolia detrahere: Feſtina prædari. 10. 11 Quia
antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam, auferetur
fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum. 12 Et
adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens: 13. 14 Pro eo quòd abie-
cit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit ma-
gis Raſin, & filium Romeliæ: propter hoc ecce Dominus adducet ſuper
eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem glo-
riam eius: 15 & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuer-
ſas ripas eius, & ibit per Iudam, inundans, & tranſiens vſque ad collum
veniet. 16 Et erit extenſio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ
ò Emmanuel. 17 Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuer-
ſæ procul terræ: confortamini & vincimini, accingite vos & vincimi-
ni: 18. 19 inite conſilium, & diſſipabitur: loquimini verbum, & non
fiet: quia nobiſcum Deus. 20 Hæc enim ait Dominus ad me: Sicut in
manu forti erudiuit me, 21 ne irem in via populi huius dicens: Non di-
catis, coniuratio: omnia enim, quæ loquitur populus iſte, coniuratio
eſt: 22 & timorem eius ne timeatis, neque paueatis Dominum exerci-
tuum ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. 23 Et
erit vobis in ſanctificationem. In lapidem autem offenſionis, & in pe-
tram ſcandali duabus domibus Iſrael, in laqueum & in ruinam habitan-
tibus Hieruſalem. 24 Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conte-
rentur, & irretientur, & capientur. 25. 26. 27 Liga teſtimonium, ſi-
gna legem in diſcipulis meis. 28 Et expectabo Dominum, qui abſcon-
dit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum. 29 Ecce ego &
pueri mei, quos dedit mihi Dominus. 30 in ſignum, & in portentum
Iſrael à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. 31 Et cum
dixerint ad vos: Quærite à pythonibus, & à diuinis, qui ſtrident in in-
cantationibus ſuis: Numquid non populus à Deo ſuo requiret pro vi-
uis à mortuis? Ad legem magis, & ad teſtimonium. 32 Quod ſi non
dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. Et tranſibit per
eam, corruet, & eſuriet: & cum eſurierit, iraſcetur, & maledicet regi
ſuo, & Deo ſuo, & ſuſpiciet ſurſum: et ad terram intuebitur, & ecce
tribulatio & tenebræ, diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequens, & non
poterit auolare de anguſtia ſua.

SVM-


SVMMA CAPITIS.



N signum liberationis populi Iuda ab ira duorum regum promissa fuerat capite præcedenti incarnatio verbi & eius natiuitas ex Virgine: cuius virtute à potestate diaboli fidelis populus eruendus erat. Modo consequenter vaticinatur propheta effectus mirabiles incarnationis eiusdem, denuncians illius virtute infernum, et principem tenebrarum spoliandum esse. In quo etiam signum præbet populo Iuda, quod illi duo reges, qui contra Hierusalem ascenderant, spoliandi essent, atque euertendi. de quo à principio capitis vsque ad illum versiculũ, [Pro eo quod abiecit, &c.] Deinde iterum redarguit populi incredulitatem, debitam eius pœnam denunciando, à prædicto versiculo vsque ad finem capitis.



COMMENTARIVM.



T dixit Dominus ad me. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, velociter spolia detrahe, cito prædare.] Syxtus Senensis, inquit, quod in præsenti, liber grandis dicitur carta, seu pagina magna instar pellis in seipsa circumuolubilis, notariorum vulgo rothulus appellata, in qua Deus maioribus litteris iussit, vt Isaias scriberet quatuor has Hebraicas dictiones, Maher, Salal, Chas, Baz, i. accelera ad prędam, festina ad direptionẽ. Hæc verba septuaginta viri sic vertunt. [Vt velociter depredationem faciat, adest enim.] Alia vero littera sic legit. [Voca nomen eius celeris spolium, velociprædã.] Cum autem (vt adnotauimus supra) non solum verba, sed etiam facta ipsa prophetarũ prophetiæ fuerint, inquirẽdum est, quid ad litteram inscriptione illarum dictionum Hæbraicarum in carta supradicta Dominus significare voluerit. (In prępfa. nu 5.)

3 Prima explicatio est, quam sequitur Sanctus Hieronymus, & Epiphanius Salaminæ Episcopus, quod videlicet in præsenti, partus describitur virginalis. Vnde per librum grandem intelligit propheta vterum Beatissimæ Mariæ, de qua in præcedenti capite præmiserat: [Ecce Virgo cõcipiet, & pariet filium.] † Vnde Greg. Nyssenus. [Per volumen, inquit, nouum Virginem intelligimus: Quemadomdũ enim noua charta pura est, si sine scriptura est, ita etiam Sancta Vigo viri consuetudinis expers*. Illa namq. liber est cæli, & terræ, in quo thesaurum sapientiæ, & scientiæ Dei Dominus conclusit, in quo abscondita à sæculis in Deo sacramenta sunt descripta: vt ab omnibus in mysterijs sacri Rosarij perlegantur. Liber inquam, sed virginitate clausus, & signatus, quem nulla vnquam corruptio reserauit. Grandis, quia incomprehensibilem comprehẽdit, in cuius amplitudinis laudem canit Ecclesia, [Quia quem

(Hieron. Isaiæ 8. Epiph. li. 2. aduers. Heres. to. 2.)

(Gregor. Nyss. de Natiuit. Domini ex Virg.)

cæli capere non poterant; tuo gremio cõtulisti.] Tam grãdis est vterus virginis,vt cælum cęli non immerito dicatur. [Cælum cæli Domino (inquit propheta) terram autem dedit filijs hominum.] In cælo De⁹ habitat, in quo Angeli soli ante aduentum Domini, Dei aspectu fruebantur: soli tunc facie ad faciem Deum videbãt soli beati, nec vllum hominum eiusdem beatitudinis potuerunt inuenire consortem. Sed nunc iam vterus Virginis cælum homini est, locus beatitudinis, immo & cælum cæli Domino, in quo dominator cæli nouem mensibus corporaliter habitauit, in quo primo anima beata Deum vidit per essentiam, anima videlicet Saluatoris, quæ ab instanti conceptionis verbi (vt docet Sanctus Thomas) eandem gloriam essentialem, qua nunc gaudet, sortita est. Cum Sanctus Patriarcha Iacob scalam stantem super terram, cuius cacumen ad cælum vsque pertingebat, & Angelos ascendentes, & descendentes per scalam, & Dominum innixum scalæ vidisset in somnis: non magnitudinem scalæ admiratur, neque Angelorum multitudinem expauescit, aut Dominum innixum scalæ: sed solius loci amplitudine stupefactus, euigilansquè de somno ait. [Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensquè quam terribilis est, inquit, locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli.] Diceret saltem, quam terribilis est Deus iste, quam multi angeli, quam immensa scala, quæ stans super terram ad cælum vsque pertingit. Nihil tale ait: sed omnium mirabiliũ, quæ in somnis vidit quasi oblitus, solum locum in quo vere Dominus est, admirabilem prædicat, atque terribilem. [Quam terribilis est locus iste:] quia vt optime super eundem locum notauit Rupertus, hoc debet inter omnia, quæ Iacob vidit, mirabilius reputari, quod videlicet scala tam immensa, & Dominus innixus scalæ, angeli quoque ascendentes, & descendentes per scalam super filium hominis, paruo vnius Virginis vtero concludantur, vbi Dominus est vere, sicut scriptum est: [Aue gratia plena Dominus tecum,] vbi non est aliud nisi domus Dei, & porta cæli, sicut Ecclesia canit: [Aue maris stella, Dei mater alm, atque semper Virgo, fœlix cæli porta.] Hinc est quod thronus Salomonis, per quẽ (vt docet glossa) Beatæ Virginis vterus designatur, dicitur grandis. [Fecitq. Salomon thronum de ebore grandem.]Et iterũ de tabernaculo dicit Scriptura.[Opus grãde est, nec enim præparatur homini habitatio, sed Deo.] Ideo grande, quia Deo habitaculum dignũ præbet. Hinc & ipsa Beata Virgo se magnificare Dominum confitetur, dum ait. [Magnificat anima mea Dominum.]Adeo enim magna sanctissima eius anima extitit, vt Dominum totius vniuersi magnum faciat. Illm appellant homines magnum Dominum, qui plurima sibi habet regna subiecta. Corona igitur Domini altissimi, honor, & decus, vnius Virginis anima est, quæ sola inter puras eminet creaturas. Et bene inquit: [Magnificat anima mea,]nam corpus eius non magnũ effecit Dominum, sed paruulum, sicut scriptum est. [Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.] Liber etiam nouus est ipsa Beata Virgo, quia nouum quoddã, & inauditum

Marginalia: Ps. 113. — 3. par. q. 9. art. 2. — Gen. 28 — Ibi Rupert. — Luc. 1. — Hymn. B. Mariæ. — 3. Reg. 10. — 1. Paralip. vlt. — Luc. 1. — Isa. 9.

ditum miraculum in illa Dominus
Hie. 31 operatus est: illud videlicet de quo Hierem. ait: [Nouum creauit Dominus super terram, fœmina circundabit virum,] Aut vero quia nunquam actuali peccato eius anima sanctissima inueterata est, uel maculata: sed semper nouum hominem induta, veterem cum actibus suis nunquam agnouit.

4 Secunda explicatio est, quam adhibet Sanctus Cyrillus, Clemens Alexandrinus, & Eusebius Cæsariensis, qui per librum grandem, & nouum, nouum intelligunt testamentum, in quo mysteria incarnationis Christi sunt Conscripta, illa præcipuè, quæ ad pueritiā Saluatoris pertinent, ad mortem, & ad resurrectionem illius. Liber dicitur nouum testamētum, quoniam uerba continet Dei scripta, quæ non trāseunt, sicut illa, quæ in aere proferuntur, sed permanent exarata spiritu Dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carna-
Luc. 21 libus. [Cælum (inquit) & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt,] Hinc & propheta ca-
Ps. 44. nit. [Lingua mea calamus scribæ, uelociter scribentis.] Scribētis, inquit, non loquentis. Quod enim lingua loquitur sonat, & transit: quod autem scribitur, fixum permanet. Hic liber grandis est, quoniam immensa, atque ineffabilia sunt in eo scripta mysteria. Nouus, quia testamentum nouum est, post quod nullum aliud est expectandū, per quod vetus finiendum erat, & terminandū: iuxta illud quod Pau-
Heb. 8. lus ait, [Dicendo nouum, veterauit prius, quod autem antiquatur, & senescit: prope interitum est.]

5 [Et scribe in eo stylo hominis,] idest scribendū denuncia, stylo humano, perspicuo, & claro, ita vt ab omnibus possit intelligi, nec sit Ps. 17.
iā, [tenebrosa aqua in nubibus aëris,] sed lucida, & manifesta. Denūciat his verbis propheta (vt explicat Clemens Alexandrinus) in aduentu Christi obscuritatem scripturarum illustrandam esse, & mysteria, quæ in lege veteri veluti in vmbra latebāt, ita dilucide in Euangelio explicanda fore, & conscribēda: vt omnibus hominibus quantumuis hebetis ingenij, essent peruia. Consonat hæc explicatio cum loco illo Hierem. 31. [Et non do- Hier. 31
cebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens, cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo usque ad maximum, dicit Dominus.] Et explicās quomodo, & quando ab omnibus erat dignoscēdus, ait [Dabo legem meam in uisceribus eorū, & in cordibus eorū scribā eam,] Ac si diceret. Tunc omnes à minimo usq; ad maximum me cognoscent, quando legem euangelicam, per quā legis antiquæ umbræ fugatæ sunt, scripsero spiritu meo in cordibus eorū. Inter multa namque excellētissima priuilegia, quibus testamentum nouum uetus antecellit, hoc non infimum obtinet locū, quod uidelicet in ueteri inuoluta erāt fidei nostræ mysteria, latentia, & abscōdita: quæ subinde à paucissimis cognoscebātur explicite, Vnde & Isaias ait. Isa. 29.
[Claudet oculos uestros, ꝓphetas, & principes uestros; qui uident uisiones, operiet: & erit uobis uisio omniū sicut uerba libri signati, quē cum dederint scienti literas, dicēt: Lege istum, & respondebit, nō possum, signatus est .n.] Propter quod ab Ezechiele idem liber inuolutus Ezech.
appellatur, [Et uidi (inquit) & ecce 2.

manus

manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber,]quia uidelicet inuoluta,& complicata mysteria continebat,quæ non omnibus erant peruia,ut dictum est supra,cap.6.num. 16. Quia uero post uerbi incarnationem liber ille inuolutus, explicãdus erat,subdit statim[Et manus missa ad me expandit illum coram me.] Quid est enim manus missa nisi uerbum missum, quod manus est patris, per quam omnia facta sunt? De illo ait propheta : [Fiat manus tua vt saluet me,] fiat caro,audiat iam Ecclesia illud quod letus refert Euangelista:[Et verbum caro factũ est,& habitauit in nobis.] Hæc ergo manus mysteria in lege antiqua complicata nobis expãdit.[Coram me] inquit, publicè prædicando, mundo palam loquendo, non in occulto non in penetralibus, non in abscondito : Ipse est agnus occisus,qui aperire librum, & soluere septem signacula eius dignus inuẽtus est.Ipse est,qui apostolis aperuit sensum,vt intelligerent scripturas. Et bene inquit, [agnus qui occisus est.] Si enim occisus non fuisset, si mortuus pro hominibus non esset, oculta remauerent mysteria antiquitus obumbrata, liber non fuisset apertus,maneretque obstrusus, & complicatus. Occiditur agnus, & mortuo, [velum templi scissum est :] patuit veritas,ablatũ est velamen. Audi prophetam in laudem huius agni occisi canentẽ. [Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.] Vbi Sãctus Augustinus.Ad literam per cælum,materialem illum stellis exornatum globum intelligit, spiritualiter autem scripturam sacrã. Quis enim extendit hoc cælum, quod nostris carnalibus oculis intuemur, nisi Deus? Et extendit illud sicut pellem, idest ita facile, & cito, imo citius & facilius, quam tu pellem complicatam possis extendere. Vnusquisque hominum cum vnam vel paruam camerã extenderit; magno molimine, magno labore & difficultate,ac diuturna operatione id facit : sed ne infirmitas supicaretur humana, sic Deum extendisse cęlum, sicut tu tectum domus tuæ, aliam attulit pro nostra capacitate, similitudinem, sed non exactam, nam nec sic extendit Deus cælum,sicut tu pellem. Ecce ante pellis vel rugosa vel plicata ponitur. Dic vt extendatur, dicto tuo extende pellem. Non possum (inquis) Ergo, & in extendenda pelle,multum longe es à facilitate Dei, ipse enim dixit & facta sunt, ipse mandauit,& creata sunt. Dixit fiat firmamentũ in medio aquarum,& factum est ita. Hæc de litera ex Augustino.Ad mysterium latens, & inuolutum eodẽ sancto doctore duce explicandũ transeamus. Per cælum sacrã intelligimus scripturam, sicut & per regnum cęlorum,cum dicitur,[Simile est regnũ cęlorum grano sinapis]quia de cęlo descendit, quia cęlos illuminat, quia luminaribus illustratur. Vides cælum immensum,die sole decoratum,& fulgens nocte,luna, & multitudine stellarum:obstupescis,laudas Dum, canis cum propheta, [Quoniã videbo cęlos tuos opera digitorum tuorum, lunã, & stellas quæ tu fundasti.] Sed multo magis admirare, cum scripturam sacram tot Patriarchis, & prophetis velut stellis splendentem atque radiantẽ, fueris contemplatus, [Qui docti fuerint(ait propheta) fulgebũt quasi splendor firmamenti,& qui ad iustitiam

Marginalia: Vide in præfatione nu. 1. — Ioan. 1. — Apo. 1. — Luc. 24 — Matth. 27. — Ps. 103. — Ibi Aug. conc. 1. to. 8. — Ps. 149 — Gen. 1. — Matth. 13. — Ps. 8. — Dan. 12

ſtitiam erudiunt multos, qnaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.]Quid enim euangelium illud: [Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahã, Abrahã genuit Iſaac, Iſaac autẽ genuit Iacob, &c.] niſi cælũ colũna & firmamẽtũ eſt veritatis, luminaribus cæleſtibus ſparſum, luna, ſtelliſque depictum? Cælũ iſtud ante redemptoris mortem, inuolutum erat, & complicatum: ſed poſtquã pro hominibus eſt crucifixus, poſt quam reſurrexit à mortuis: [extendit cælum ſicut pellẽ.] Pellis enim mortalitatem ſignificat, vnde & primi parentes de paradiſo eiecti in ſignum mortalitatis tunicis pelliceis, hoc eſt de pellibus factis, ſunt induti. Pelles autem detrahi non ſolent, niſi ab animalibus mortuis. Fecit ergo Deus de pelle cælum, & extendit cælum ſicut pellem; quia per quos nobis ſcriptura prædicata eſt, mortales fuerunt, Placuit enim Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Vnde Auguſtinus. [Si per ſtultitiam prædicationis ſalui futuri erant credentes, elegit Deus quædam mortalia, elegit homines mortales, & morituros. Adhibita lingua mortali, exhibuit ſonos mortales, adhibita diſpenſatione mortalium exhibuit inſtrumenta mortalia, & in eo tibi factum eſt cælum, vt in re mortali cognoſceres verbum immortale, & heres tu quoque eiuſdẽ verbi participatione immortalis. Vixit Moyſes, & mortuus eſt: Ait .n. illi Deus, Aſcẽde in montem, & morere. Mortuus eſt Hieremias, & tot prophetę mortui ſunt, & mortuorum dicta, quia non eorum, ſed per eos illius erãt, qui extendit cælum ſicut pellem, manentiſque ad poſteritatem noſtram. Ecce Apoſtolus ſolutus de hac vita qui dixit, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, permanere autẽ in carne neceſſarium propter vos, viuit nunc cum Chriſto, ſicut illi prophetæ omnes viuunt cum Chriſto. Sed per quid diſpenſauit nobis id, quod legimus? Per id quod moriturum erat, per os, per linguam, dentes, manus. Omnia iſta quibus operatus eſt Apoſtolus totũ quod legimus, corporis officia ſunt, ſed iubẽte anima, cui præcipiebat De⁹. Propterea extẽſum eſt cælum ſicut pellis, Nos ſub cælo tanquam ſub pelle diuinarum ſcripturarum legimus modo, cum tenditur, iterum poſtea cælum plicabitur vt liber. Non fruſtra fratres hic vt pellis, ibi vt liber. Figuratum ibi quiddam nobis eſt, quod ad diuinam ſcripturam attinet & tẽditur ſicut pellis, & tenditur ſermo mortuorum. Ergo ideo tenditur, quia illi mortui ſunt, Nam poſt mortem plus innotuerunt prophetæ & Apoſtoli, non erant tam noti, cum viuerent. Prophetas viuos ſola Iudæa habuit, mortuos omnes gentes. Cum enim viuerent, nondum erat extenſa pellis, nondum erat extenſum cælũ vt tegeret orbem terrarũ.] Vnde Chriſtus Dominus, vt oſtenderet, poſt paſſionem ſuam, & mortem ſcripturam ſacram apertam fuiſſe, & manifeſtatam ait. [Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens: in medio vẽtris mei.] Sup quæ verba Sanctus Auguſtinus: [Profundum (inquit) Sacramentum nos intelligere voluit, vt cordis ſui nomine ſignificaret ſcripturas ſacras, vbi eius vtique latebat conſilium, quod tũc apertum eſt, cum ea, quę de illo prophetata fuerant, paſſus impleuit. Solutæ ſunt ergo ſcripturæ eius in

Marginalia: Mat. 1. — Gen. 3. — Pro. 30 — 1. Cor. 1. — Aug. vbi ſup. — Deut. 32. — Phil. 2. — Iſa. 34. — Pſ. 21. — Augu. epiſ. 120. ad honoratum c. 14. to. 2.

in ijs quæ perfecta sunt aduentu eius, natiuitate, passione, resurrectione, glorificatione.] Igitur hoc ipsum denunciat in præsenti Isaias cum ait loquens de nouo testamento, [& scribe in eo stylo hominis.] Quid autē scribendum esset, statim indicat, cum subdit.

6 [Velociter spolia detrahe, cito prædare.] †Ad hæc sola verba conscribenda tamgrandem librum, iubet præparari? potuerat certe breui schedula describi, at non ad verba, sed ad illum, de quo sermo erat, respicebat, cui⁹ gesta si adamussim enarrada esset, nec ipsum arbitror
Ioann. mundū capere posse eos, qui scribēdi sunt, libros*. Sed his verbis si-
Ps. 18. gnificatur velocitas illa, atque celeritas, qua Christus Domin⁹ [exultauit, vt Gigas ad currendam viā,] vt prædam, quam iniustè Princeps tenebrarum detinebat, iustè diriperet. Ipse est enim de quo scriptum
Gen. 49 est. [Ad prædam fili mi ascendisti]
Aug. lib. de bened. Iacob. to. 3. Theod. super ca. 11. Lucæ. ad Crucem videlicet, vt captiuos populos redimeret, & quos contrarius inuaserat viuos, eriperet occisus, sicut explicat d. August. lib. de benedictionibus Iacob. Theodoretus super Lucam affirmat, hoc esse apertum vaticinium, quo Propheta denunciat, Christum Dominū opere completurum id, quod ipse Sal-
Luc. 11 uator Lucæ 11. insinuauit dicens: [Cū fortis armatus custodit atriū suum: in pace sunt omnia, quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet,] Princeps siquidem huius mundi hominū mētes per tyrannidem ocupauerat, inhabitabatquè illorū corda per culpam, ea possidens tanquam fortis, armatus, & dominus. Fortis quidē, quia [non est potestas similis eius in *Iob 41.*
terra,] Armatus, quia vt atrium quod possidet, defendat: peccatis nostris veluti armis fortissimis se munit; de quibus scriptū est. [Nec *Rom. 6.*
exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.] Peccator .n. aduersus semetipsum armat inimicū. Possidet ēt, vt dñs, quoniā pacifica posessione sibi peccatores tenet subiectos, ita vt sicut dicitur infra, [nullus esset, qui moueret *Isai. 10.*
pennam, qui apperiret os, & ganniret.] Vnde & ipse ait [Reuertar in *Luc. 11.*
Domum meam, vnde exiui.] Quid est in domum meam, nisi in illam, quam vt meam pacificè possidebā? Dei erat ad cuius similitudinem creata est; Dei erat, quia illam proprio sanguine redemit: sed domus mea sua propria voluntate facta est, quoniam [qui facit peccatum *Ioan. 8.*
seruus est peccati.] Reuertar igitur in domum meam, [& veniens inuenit eam vacātem, scopis mundatā, & ornatam.] Sed tamen fortior illo superueniens, Christus videlicet, arma fortis abstulit, peccata destruxit, mortem vicit, infernum spoliauit: ideo nomen eius vocatur accelera, spolia detrahe, festina prædari. Obserua quod Christus Dominus non tantum prædator dicitur, sed fæstinus ac velox, vt diuinā agnoscas virtutem, quæ subito operatur, cuius potentiæ nihil resistit: insuper vt maiorem consolationem, & firmiorem spem in aduersitatibus habeas fæstinum adiutorem considerans: ac denique vt discas non esse tardum, & pigrum in his, quæ ad Dei obsequium pertinent: sed sollicitum, ac sedulum similis illi, qui, vt te redimeret, venit, [saliens in montibus transiliens *Cant. 2.*
colles, similis capreæ hinuloquè cer

uorum

uorum.] Tanta quippe celeritate cucurrit, vt ficut Ber. ait: [ad nos veniens suum præueniret nũtium.] Et tu ergo cum ad Deum pergis, contende totis viribus ad illum properare, vide cap. 6. num. 11.

Bern. sup Euãg. missus est.

7 Et scribe in eo stylo hominis. Scripsit Deus pater in filio, quem ab æterno genuit, bonitatem suam, sapientiam, virtutem, in quo imaginem perfectam sui constituit, iuxta illud quod de ipso dicit scriptura [Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, & imago bonitatis illius.] Vnde & Propheta de eadem verbi æterna generatione in persona patris loquẽs ait. [Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis,] Vbi iuxta interpretationẽ S. Aug. virtus patris calamo scribenti cõparatur, quia protulit verbũm, non quod desinit prolatum, sed quod permanet natum. Significat homo, atquè manifestat verbis, & scripto omnia illa, quæ habet in mente: sed verba transeunt, scriptura permanet. Quia igitur verbum æternum, quod pater generauit, sẽper idem ipse est, semper manet immutabile, iuxta illud, [In æternum Domine permanet Verbum tuũ,] ideo non dixit, lingua mea calamus scribæ velociter loquentis, sed velociter scribentis. Quod autem addit [velociter,] perfectionem denotat diuinæ generationis, quæ ab æterno consumata est, & perfecta. [Velociter Dei tale est (inquit August.) vt velocius nihil sit. In scripturis enim scribitur litera post literam, syllaba post syllabam, verbum post verbum: neque ad secundum trãsitur, nisi primo perscripto: ibi autem nihil velocius vbi non multa sunt verba. Nec tamen aliquid prætermissum est, cum in vno sint omnia.] Ecce quid in filio scripserit pater. Scripsit quidem in libro illo substãtiam suam, & imaginem, non tamen stylo hominis, humano videlicet, & claro, atque hominib' peruio, imo nec Angelis ipsis, sed stylo diuino, & inaccessibili, quem nullus hominum, nec Angelorum poterat intelligere. Vnde & Paulus ait, [Lucem habitat inaccessibilẽ.] quod & ipse propheta fatetur humiliter cũ inquit. [Generationẽ eius quis enarrauit? Vnigenitus qui est in sinu patris (ait Euangelista) ipse enarrauit,] non homo, non Angel', non aliqua creatura potuit vnquã explicare mysteria, quæ omnem excedunt facultatẽ naturæ. Solus vnigenitus enarrauit: ex ore illius cognouimus, quod ex ore altissimi prodiuit. Nunc enim in plenitudinem temporis, stylum nostræ imbecillitati attemperauit, & verbum, quod locutus fuerat pater ab initio, caro factum est, atque imago illa patris immensa, inuisibilis, nobis visibilis ad similitudinẽ & imaginem hominis, & sicut Paulus ait, [in similitudinem hominum fact', & habitu inuentus, vt homo,] nobis apparuit: vt per illam ad perfectam patris cognitionem possint omnes facilè peruenire. Erat quidem filius [imago inuisibilis Dei] Pater nãque inuisibilis cum esset per naturam, imaginem quoque inuisibilem genuit, sed visibilem carnem assũpsit, vt per imagiuem visibilem, inuisibilia Dei cognosceres. Quod elegantissimo exemplo his verbis explicat Augustinus: [Verbi gratia, si facta esset aliqua statua talis, quæ magnitudine sui vniuersum orbem terræ teneret, & pro sui magnitudine considerari à nullo posset. Fieret autem alia statua, membrorum

Morale. Sap. 7. Ps. 44. Aug. sup eundem psal. to. 8. Ps. 118. 1. Tim. 6. Isai. 53. Ioa. 1. Phil. 2. Colos. 1. Aug. li. 1. de incar. verbi 12. to. 4.

brorum habitu, ac vultus lineamentis, specie ac materia per omnia similis, absque magnitudinis immẽsitate, pro eo, vt qui illã immensam cõsiderare, atq; intueri nõ possent, hanc videntes, illam se vidisse confiderent; pro eo quod omnia membrorum, vel vultus lineamenta, vel ipsam speciem, materiamque similitudine ꝓrsus indiscreta seruaret. Tali quadã similitudine exinaniens
Heb. 1. se filius Dei de equalitate patris, & viam nobis cognitionis eius ostendens, figura expræssa substãtiæ eius efficitur; vt qui in magnitudine claritatis suæ, positam gloriã merę lucis non poteramus aspicere: per hoc quod splendor nobis efficitur, intuendæ diuinæ lucis viã per splendoris capiamus effectum. Comparatio de statuis, quasi sanè in rebus corporalibus, posita, ad nihil aliud recipiatur, quã ad hoc, quod filius Dei breuissimæ insert' humani corporis formæ, ex operum virtutisq; similitudine Dei patris in se immẽsam, atque inuisibilem magnitudinem designabat; per hoc quod dicebat ad discipulos suos, Quia qui
Ioa. 10. & 14. videt me, videt & patrem, Et ego & pater vnum sumus. Quibus & illud simile intelligendum est, quod ait. Quia pater in me, & ego in patre.] Alia multa dicit consideratione digna. Redeamus ad literam.

8 [Et adhibui mihi testes fideles Vriam sacerdotem, & Zachariã filium Barachiæ, & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit
Sixt. Sen. filium.] Sixtus Senensis lib 2. Biblioth. sac. litera G, arbitratur per prophetissam intelligi ad literam vxorem Isaiæ, ad quam accessit reuera, & concepit. Asseritq; quod adhibuit testes duos Vriam, & Zachariam ad contuendam, & audiẽdam scripturam voluminis. Eandẽ explicationem sequitur tanquam magis literalem, Franciscus Forerius. Sancti Patres locum istum de Beata Virgine interpretãtur, præcipue Sanctus Cyrillus in præsenti, Gregorius Nazianzenus oratione ad sanctũ pascha, Tertullianus lib. de Trinitate, Eusebius Cæsariensis lib. 7. demon. Euang. cap. 3. & alij plurimi, qui hæc verba accipiunt tanquam dicta in persona Spiritus Sancti, qui prophetas, & sacerdotes adhibuit testes huius mysterij: & in Beatam Virginem superueniens illam grauidam effecit. † Cui explicationi adheret inter hæbreos Rabinos, Rabbenus Haccados; in substantia, inquiens Regis Messiæ inueniuntur duæ filiationes, quarum vna est diuinitatis qua Dei fili' est; Altera erit humanitatis, qua erit filius prophætissæ, de qua dixit Isaias, c. 8. & accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. * Et dicit de præterito [accessi] propter certitudinem prophetię, vt Tertull. notauit vbi supra. Et obserua quod non dixit peperit ei filium, sed absolute [peperit filium.] quia nõ vni aut alteri, sed in salutem omnium natus est Christus. [Paruulus, inquit, natus est nobis. & filius datus est nobis.] Suscepit Lya ex ancilla sua Zelpha duos filios, Gad & Asser: & nato primo læta dixit: [Feliciter] & appellauit eũ Gad, quod felicitatem significat. Nato secundo exclamauit, [& hoc pro beatitudine mea; beatam quippe me dicent mulieres, ideo appellauit eum Asser, idest beatus.] Quid est hoc? parit ancilla, & exultat Lya, & clamat; feliciter & hoc pro beatitudine mea? vtique. Partus enim illius ancillæ symbolum quoddam fuit

Forerius. Cyrillus. Greg. Nazian. Tertulianus. Eusebius Cæsar. Rabben. Hacca dos in Gale Nazya. Isa. 9. Gen. 30

partus

partus virginis, illius videlicet, quę de se ait: [Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secūdum verbum tuum.] Ipsa enim est quæ [peperit filium suum primogenitum, & pannis cū inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.] in eius partu Lya, hoc est Ecclesia lippa oculis, vidēs nūc per speculum in ænigmate, filium Dei ex ancilla Domini suscipiens, læta clamat. Feliciter, feliciter, & hoc pro beatitudine mea. Ad felici citatem quippe nō solum virginis, sed & vniuersalis Ecclesiæ Christus est natus. Vnde August. [Elegit, inquit, hunc diem, sibi ad natiuitatē, nobis ad felicitatem; sibi ad obsequium, nobis ad gaudium.] Et iterum ait: [In Christi natiuitate, qui conscientiam puram habet, dulcius gaudet, & qui miseram, attentius timet, qui bon' est, affectuose orat; & qui peccator, deuotissime supplicat.] Id quod Leo papa etiam admonet dicens: [Saluator noster dilectissimi, hodie natus est, gaudeam'. Nec enim fas est locum esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur: vna cunctis lætitiæ communis est ratio, Exultet sāctus, quoniam appropinquat ad palmā. Gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam, animetur gentilis, quia vocatur ad vitam.] Ideo & nobis feliciter, quia natus est nobis Christus, sed & virgini magis feliciter, & hoc pro beatitudine eius, quia de illa natus est. Vnde & Ecclesia canit. [Felix namque es sacra virgo Maria & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster.] Ipsa quoque repleta Spiritu Sācto: [Quoniam respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.] Magnum est in vno regno excelsum esse, & ab omnibus cognosci & prædicari: in omnibus regnis maius, sed in omni bus generationibus ab omnib' collaudari, maximum est, atque perfectum. Videbis multos celebres haberi in Hispania, quorum virtutes in Italia sunt ignotæ, Alios apud Indos haberi in magno precio, qui apud Persas æterna obliuione sunt sepulti: at Virginem Sacram Beatam prædicabunt omnes generationes, nati natorum & qui nascentur ab eis. Sequitur.

Luc. 2. — *Aug. ser. 38. de natali Domini tō. 10. Ser. 3. de natali.* — *Leo Papa in ser. natiu. Domini.* — *Luc. 2*

9 [Voca nomen eius accelera, spolia detrahere, festina prædari.] Non est sensus quod Christus Dominus fuerit his nominibus vocatus, sed quod res per hæc nomina designatæ illi debebant competere, quia (vt supra diximus) prædam abstulit, quā inimicus tenebat captiuam. Est enim phrasis non infrequens in sacra scriptura, qua multi illis nominibus vocari dicuntur, quibus proprietates rerum consueuerunt significari, vt patet ex loco illo: [Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis,] vbi verbum, vocabitur, idem pollet quod erit. Et Oseæ. 2. [Voca nomen eius absque misericordia.] Et iterum: [Vocabo non plebem meā plebem meam, & non dilectam dilectam.] Expende illud nomen eius, habet enim emphasim in sacra scriptura, sicut in psal. 86. [Fundamenta eius in montibus sanctis,] Vbi Augustin'. [Nihil de illa adhuc dixerat, & ait, fundamēta eius. Cuius fundamenta? repletus ergo Spiritu Sancto ciuis iste, & multam de amore, & desiderio ciuitatis huius vol-

sup nu. 5. — *Isa. 9.* — *Osea 2.* — *Ps. 86.* — *Aug. to. 8*

uoluens secum, tanquam plura intus apud se meditatus, erupit in hoc. Fundamenta eius in montibus sanctis, quasi iam de illa dixerit aliquid. Quomodo de illa nihil dixerat; qui nūquā de illa corde tacuerat? Sic & beata ac felix Maria Magdalena, Dei amore, quem furatum credidit de sepulchro repleta, inquirenti: [Mulier quid ploras? quem quæris? respondit Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam.] Nondum explicauerat quem quærebat, nihil de illo dixerat, & ait, si tu sustulisti eum. Sed tamen (vt inquit Gregorius) [Vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem ipse semper cogitat, nullum alium credat ignorare.] Non aliter Isaias in præsenti magnitudinem pueri, qui de virgine nasciturus erat, mente reuoluens, ait, [Voca nomē eius accelera, &c.] Et rationem nominis assignat, cum subdit.

Ioan. 2.

Greg. ho. 25. in Euangelia.

10 [Quia antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum.] Franciscus Forerius secutus Vatablum, de filio Isaiæ præsentem locum interpretatur, sed tamen principalius est de Christo Domino intelligendus, quē filius Isaiæ designabat. Familiare est .n. apud prophetas, non tantum verbis, sed etiam factis futura prædicere, vt varijs locis sacræ scripturæ supra comprobauimus. Estquè aperta prophetia de Christo, qui ad huc puer tredecim natus diebus antequam verbum in carne humana verba proferret, Magos stella duce ad se traxit, sibi subiecit gētes, quas à potestate diaboli eripuit, & vocauit interius: vt manubias offerrent Domino triumphales. Sic interpretantur locum istum S. Ambrosius, S. Augustinus, & S. Chrysostomus, † Quin in homil. 2. imperfecti in Matth. ait, quā bene de magis prophetauerat Esaias dicens prius quā sciat puer vocare patrem, & matrē, accipiet virtutem Damasci in conspectu Regis Assyriorū. Magi dicti sūt virtus damasci qa virtus vniuscuiusque prouinciæ sunt sapientes ipsius. Rex autem Assyriorum est diabolus princeps dęmonum. [ergò Christus prius quam secundum corpus inciperet cognoscere patrē & matrem virtutem diaboli subiugauit: qualis futurus erat in posterum, cum ad perfectum veniret, demonstrabat in puero quia adhuc in cunabulo constitutus diabolum expoliauit à suis scilicet à Magis. • Adducit autē in præsenti hanc prophetiam Isaias, vt Iudæos confundat, & infidelitatis arguat, atque diffidentiæ: quia in periculis imminentibus, non ad Dominum, sed ad Ægyptum, & Assyrios confugiebant. Possent enim increduli incarnationem Verbi in signum libertatis populi promittentibus dicere: Multum adhuc temporis superest, vsque ad Messiæ aduentum. Quis interim nos proteget? Quis ab ira duorum regum liberabit? Talibus cogitationibus occurrens propheta respondet. Quoniam [antequam sciat puer vocare patrem, & matrē, &c.] Ac si apertius dicat. Expendite ò increduli potentiam venturi. Si enim infantulus vix natus & loqui nesciens, sed inter cunabula vagiens à potentissimo principe tenebrarum abstulit spolia; eius vtique virtute nunc etiā fieri poterit, vt a potentia duorum regum liberemini: insuper & nondum natus, si

In præfa. nu. 5.

Ambros. lib. de interpellat. Dauid.

August. ser. 4 de Epiph. to. 10.

Chrysost. ho. 2 imperf. in Matth.

si credideritis in eum, reges ipsos, eorum fortitudinem auferendo, & spolia diripendo, superabit.

Morale. 11 Docemur hoc loco, nos, & antiquos patres eadem fide mediatoris, quæ per dilectionem operatur, saluari, Apostolo dicēte. [Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysi baptizati sunt, in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, Petra sunt erat Christus.] Docemur etiam infantiā Saluatoris, præsepe, lachrymas, vagitus, viles pannos, & infirma corporis, diuitias esse mundi, tropheum, & potentiam fidelium. Vnde & Paulus ait. [Quod infirmū est Dei, fortius est hominibus.] Nam statim natus vitulus nouellus, qui expiationis sacrificium futurus erat: inter infantiæ pannos cornua producebat, & vngulas, quibus, sicut alter Dauid, leonem dilaniaret, & vrsum: atque de ore illius extorqueret prædam. Quod si infantulus, teneris vnguibus, & cornibus talia operatur, tā inaudita & stupenda; quid faciet, cū solidata fuerint corporis membra, cum ad perfectam ætatem deuenerit? præciptabit vtique mortem in sempiternum, principem huius mundi eijciet foras, & quos mors tenebat captiuos, absoluet. Iuxta quod scriptum est. [Cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & communes populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersę terræ.] Vnde Augustinus. Quis est iste tam paruus, tam magnus, nondum in terra loquens, & iam in cælo edicta proponens?] Sanctus etiam Fulgentius: [Quis est (inquit) iste rex Iudæorum pauper & diues, humilis, & sublimis, qui portatur vt paruulus in præsepio, immensus in cælo, vilis in pannis preciosus in stellis?] Vis videre quam admirabilis fuerit in stellis? Audi quid dicat propheta. [Stellæ dederunt lumen in custojdis suis, & lætatę sunt vocatæ sunt, & dixerunt ad sumus, & luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas, hic est Deus noster, & nō estimabitur alius aduersus eum.] Stella duce [Magi ab Oriente venerūt Hierosolymam dicentes; Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?] Vnde illis tanta constantia, vt omni prorsus trepidatione propulsa nouum regem adorandum in terra Herodis perquirerent, nisi quoniam stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas? Duæ stellæ seruierunt Creatori in stabulo posito, vt longinquo Magos ducerent: altea interior eos illuminans, altea viam illis ostendens exterior. Vtraque dedit lumen in custodijs suis. Illam in corda Magorū Deus immisit, hanc misit vt nouam Saluatoris, & regis natiuitatē illis nunciaret, quam etiam à præsepio vocauit, vt reges antecederet vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Stant stellæ, & vocatæ dicunt adsumus. Stant, quoniam cum primum ad Deum perueniunt, non est quo vlterius progrediatur: ibi canitur, non plus vltra, ibi fit status, ibi finis. [Lætate sunt,] quia lætantes magos fecerunt. [Videntes enim stellam gauisi sunt gaudio magno valde.] Luxerunt ei cum iucun-

1. Cor. 10
1. Cor. 1
Ps. 68.
Mich. 4
August.
serm. de Fulg. in natali.
Baruc. 3.
Mat. 2

cunditate, qui fecit illas, quia in gloriam iacentis in præsepio verè splenduerunt, & nouo splendore dum starent supra vbi erat puer radiantes, ne reges vilibus pannis, crebris vagitibus, paupertate, atque incommodis paruuli scandalizarentur, prædicabant clamantes: Hic est Deus noster; hic est Deus noster,& non ęstimabitur alius,scilicet Herodes aduersus eum.

12 [Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc dicẽs.]Iterum diuina bonitas pugnans cum infidelitate, & incredulitate rebellis populi, vt resipiscat metu penæ compellere nititur, vt excusationem postea peccati sui non habeat. Non sine emphasi ait, [Et adiecit loqui,] ac si dicat. Non contentus admonitionibus primis atque persuasionibus,alia via eorum salutem aggreditur dicens.

13 [Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cũ silentio: & assumpsit magis Rasin, & filiũ Romeliæ: propter hoc ecce Dñs adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas regem Assyriorũ;& omnem gloriã eius.] Septuaginta Interpretes sic transferunt, [Eo ꝙ nõ vult populus iste aquam Siloan, quæ vadit quiete, sed vult habere Rasin, & filium Romeliæ regem super vos, &c.] Ad intelligentiam huius loci sciendum, quod multi filiorum Israel vidẽtes regem Achaz, & eius populum in maximo periculo constitutum ex vna parte, ex alia vero potentiam inexpugnabilem duorum regum Rasin videlicet, & Phaceæ filij Romeliæ,cupiebant se illis tradere, eo ꝙ felicius apud illos res geri videbant, abijcientes proprium regnũ, & regem, vt super illos alieni regnarent. Hos in præsenti propheta redarguit, cum ait, [Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe,] idest regimen populi Iuda:Siloe, namque fons siue fluuius est in Iudæa ad radicem montis Sion ortum habens, qui non perpetuis aquis, sed certis horis diebusque ebullit:& per illum significatur regnum Iuda, iuxta tropum quo Latini vtuntur & poetæ, cum ciuitates fluuiorum circumfluẽtium nominibus appellant. Hinc est illud, quod de Augusto dicit poeta. Te Nylus miratur, idest Ægyptus,quẽ Nylus fœcundat. Propter hoc, inquit, [adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas,] idest, exercitum regis Assyriorum. Per aquas enim populi designantur,sicut scriptum est: [Aquæ multæ populi sunt & regna.] Apta comparatione aquas multas & fortes potentiam exercitus regis Assyriorum appellauit, eo quod sicut inundantes aquæ omnia absque vlla prorsus resistentia euertebant. Obserua, quod non dixit, eo quod abiecit populus meus, vel populus Dei, quia hoc nomine indigni erant, de quo supra cap. sexto numer. trigesimo sexto,nec populus Iuda,quia patriæ proditores extiterant, & læsæ maiestatis crimine maculati, sed [populus iste,] quasi per irrisionem loquens. Irridendi enim sunt, qui Dominum contemnẽtes ad humanum confugiunt auxilium.

Apo. 17

Vide c.2. nu. 6.

c 6.n.36.

14 Sanctus Cyrillus,& Epiphanius censent hanc prophetiã Christum principaliter respicere, quem aquæ Siloe significant. Tum quoniam Siloe (vt dicitur Ioan.9.) interpretatur missus,Christus autem in sacris litteris missus dicitur, vel mit-

Cyrillus Epiph. li. 1. contr. heres.

Ioan. 9.

Exo. 4. mittendus à Patre, ſicut Exodi 4.
Gen. 49 [Mitte quem miſſurus es,] & Gen. 49. [Donec veniat, qui mittendus eſt,] ſiue Meſſias, vt habetur in trãſ-
Ioan. 8. latione Chaldaica. Et Ioan. 8. [Qui me miſit mecum eſt.] Tum etiam,
Ioan. 4. quia admodum aquę Sileoe Chriſti doctrina fit in corde credẽtis fons aquæ ebulientis & ſalientis in vitam æternam. Idque cum ſilentio, quia pacifica eſt & quieta. Non enim eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis; non in commotione Dominus, neque in igne, ſed in ſibilo auræ te-
3. Reg. 19. nuis. Vnde & de eius ſilentio ſcriptum eſt: [Non clamabit, neq; exau-
Iſa. 42. dietur vox eius foris.] Expende, quod vbi nos legimus [abiecit,] habetur in Hebręo verũ [maaz,] quod ſignificat faſtidiendo reijcere, reprobare, repellere, ſpernere, & floſifacere, vt adnotauit Pagninus in Theſauro linguę sãctæ. Vnde Oſeę.
Oſea 4. 4. vbi nos legimus: [Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, pro repuliſti,] habetur in Hebræo verbum [maazia,] quo Iudæorum impietas maxime explicatur, qui faſtidiẽtes verbum Dei, Chriſtum abiecerunt, & ſpernentes illum reprobauerunt,
Pſ. 117. iuxta illud quod ſcriptum eſt. [Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.] Et in huius ſignum Manna ſuauiſſimum in deſerto faſtidientes
Exo. 16 dixerunt; [Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo,] Igitur quoniam Iudæi Chriſtũ Dominum, & eius doctrinam pacificam abiecerunt, & Cęſarem potius regẽ ſuum eſſe conclamauerũt, propterea adduxit ſuper eos Dñs aquas fortes, ideſt Romanorum exercitũ. Quia enim aquam humilẽ & quietam contempſerunt, dignum erat, vt abſque vlla reſiſtentia aquis validis ſubmergerentur, in quibus etiamſi ad genua tantum pertingãt vix poſſumus ſubſiſtere. Illa vero particula, [Ecce] magnitudinem pœnæ inopinatæ venientis ad modum inundantis aquæ ſiue torrẽtis magno impetu ſe per valles præcipitantis, aut diſcurrẽtis, deſignat, vnde & ſubditur.

15 [Et aſcẽdet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper omnes ripas eius, & tibi per Iudam inundans, & tranſiẽs, vſque ad collũ perueniet.] Diluuij nomine plaga intelligitur vniuerſalis, ſicut Nau. 1. In diluuio Nau. 1.
prætereunte cõſummationẽ faciet loci eius.] Et obſerua quã graphicẽ diluuij aduentũ deſcribat. Aquæ namque primum multæ adueniunt, deinde inundãt, mox creſcunt vſq; ad collum, ac denique operiunt omnia, diruunt vniuerſa, ita vt homines etiam ſubmergantur, & pereãt. Septnaginta viri transferunt, [Et aſcendet ſuper omnem torrentem veſtrum, & deambulabit ſuper omnem murum veſtrum.] Quibus verbis ſignificatur Romanos deambulaturos ſuper muros Hieruſalem, quod in euerſione Hieroſolymitana poſt Chriſti mortem fuit ad litteram adimpletum, vt Ioſe- Ioſeph.
phus narrat lib. 6. de Bello Iudaico cap. 43. Quæ omnia Iudæis euenerunt, eo quod abiecerunt Chriſtum pauperem, & humilem: & doctrinam ipſius contempſerunt.

16 [Et erit extenſio alarũ eius implens latitudinẽ terræ tuæ ò Emmanuel.] Alarum nomine ſignificantur apud Latinos Æquitum turmę, eo quod ad inſtar alarum pedites protegant, vel quia extenduntur in exercitu ordine quodam ſicut alæ. Vnde Liuius libro 7. decadis tertiæ

[Siniſtra, inquit, ala à Romanis & cohortes pugnabant.] Et in eadem ſignificatione, vſurpatur hoc nomē ala in ſacris litteris, ſicut Ezechie-
Eze. 17 lis 17. [Aquila grādis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate venit ad Libanū, & tulit medullam Cedri.] Vbi per Aquilam Nabuchodonoſor deſignatur, magnos habens exerci-
Hiere. 49. tus. Et Hierem. 49. [Et tendet alas ſuas ad Moab, ideſt exercitus ſuos contra Moab. Eodem modo accipitur in præſenti extenſio alarum, ideſt exercituum. Præuidens igitur Iſaias ſpiritu prophetico euerſionē Iudæ propter incredulitatem populi, & Chriſti mortem futuram, conuertitur quaſi per apoſtrophen ad puerum ex Virgine naſciturum, proponens illius populi calamiratem imminentem, & quaſi per admirationem dicens: [Et erit extenſio alarum eius, implens latitudinē terræ tuæ o Emmanuel,] Ac ſi apertius dicat, [O Emmanuel,] ideſt nobiſcū Deus, qui protector es & cuſtos noſter, quomodo hæc duo coherent, nobiſcum Deus, & extenſio alarum eius, ideſt exercitus Regis Aſſyriorum implens, occupans & euertens latitudinem terræ tuæ? [Si
Iudic. 6 enim Dominus nobiſcum, quomodo apprehēderunt nos mala? Vnde illa dictio o interiectio eſt animi dolentis: non enim poterat propheta charitate plenus non dolere prę-uidens quæ populus Dei paſſurus eſſet ab hoſtibus, cum Dominus ipſe de calamitate eiuſdem populi, quem punire decreuerat, quaſi do-
Iſa. 1. lens exclamauerit, [Heu cōſolabor ſuper hoſtibus meis.] Appellauit autem Iudam, latitudinem terræ, tū quia terra Iuda lata erat, & ſpatioſa nimis, iuxta illud, quod dicitur Exod. 3. [Et educam de ter- *Exo.* 3.
ra illa,] ſcilicet Ægypti, [in terram bonam, & ſpacioſam, & in terram quæ fluit lacte, & melle:] Tum etiā ad deſignandum quam extenſum eſſe debeat, & charitate latum cor, in quo per gratiam Chriſtus habitat, ita vt etiam ad inimicos ſe extendat iuxta illud quod ſcriptum eſt:
[Abſque muro habitabitur Hieru- *Zach.* 2.
ſalem præ multitudine hominum, & iumentorū in medio eius. [Quibus verbis oſtendit Propheta, nullis finibus coarctandam eſſe Dei ciuitatem, nec murum habituram, vt poſſit facile ſe extendere. Habet enim pro muro ignem charitatis,
quæ [patiens eſt, benigna eſt, &c.] *1. Cor.* 13
Vnde & ſtatim ſubditur, [Murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius.] Hinc eſt quod chari-
tatis præceptum dicitur [latum *Pſ.* 119.
mandatum nimis:] quia latum facit cor, & dilatatum, extenſum, & ſpacioſum, ſic adeo vt quem cæli, & terra capere non poſſunt, in corde iuſti perambulet, iuxta illud quod
ſcriptum eſt. [Et ambulabo in eis.] *Leu.* 26
Ita enim latū, & ſpacioſum eſt cor Inf. cap.
iuſti, vt in illo Deus perambulare 12. n. vlt.
poſſit, ſic optime explicat Sanctus Bernardus ſerm. 27. ſuper Cantica.
Vnde, & Pſalmiſta: [Per ambula- *Pſ.* 100.
bā (inquit) in innocētia cordis mei, in medio domus meæ.] Adeo enim innocentia, & iuſtitia, cor hominis dilatatur, vt iuſtus cum Deo pariter in illo perambulet: Vnde Auguſtinus, [Arcta (inquit) omnis malitia eſt, ſola innocentia lata eſt,] &
poſt pauca, [Tollat iuſtus grabatū *Mar.* 2
ſuum, regat cor ſuum, iam latam Aug. ſup
inueniet, vbi cum Deo deambulet, eund. Pſ.
vbi pſallat & intelligat.] Cum au- to. 8.
tem Propheta de imminente clade populi triſtis eſſet, noua quadam

illu-

illustratione illum Dominus consolatur, ostendens nō esse, tunc temporis Hierosolymam deuastādam, nec ab hostibus Iudæos fore statim delendos, quin potius hostes ipsos Hierusalem persequentes propè ciuitatem in proximo esse occidendos. Vnde quasi insultans illis per figuram quam rethores Amarulentam vocant, & hostilem irrisionem, ait.

17 [Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: confortamini, & vincimini, accingite vos, & vincimini: inite consilium & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum Deus.] Referuntur hæc verba ad ea quæ supra cap. 7. dicta sunt. Conuenerunt in vnum Rex Syriæ, & Rex Ephraim, vt præliarentur contra Hierusalem. Inierunt consilium, vt auellerent Iudam, & ponerent in medio eius Regem filium Thabeel. Hanc coniurationē, hoc consilium irridet Propheta in præsenti inquiens. [Congregamini populi, & vincimini.] Multi codices legunt, & vincemini, sed legendum est, & vincimini sicut legit Biblia sacra vulgatæ editionis impressa Romæ iussu Syxti Quinti 1592. Inite cōsilium, & dissipabitur, quia nobiscum Deus, quo protegēte nullus est, qui præualeat, de quo vide supradicta cap. 7. nu. 8.

18 Sanctus Cyrillus, & Eusebius Cæsariensis libro septimo demōstrationum Euangelicarū hanc prophetæ irrisionem referūt ad Iudæorum concilium, qui in vnum aduersus Christum congregati, in istam conuenerūt sententiam. [Expedit vobis; vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Et iterum: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentiū,] idest corpus eius, qui panis est hominum, & Angelorum in ligno suspēdamus, sicut explicat Sanctus Gregorius 12. morali. 14. Quibus irrisoriè ait propheta. [Inite consilium, & dissipabitur, &c.] Consonat hæc explicatio cum Psalmo 2. quem de Christo ad litteram interpretatur Sanctus Petrus. [Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sūt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Dirūpamus vincula eorū, & proijciamus à nobis iugum ipsorū. Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsānabit eos.] Dissipatum est enim Iudæorum consilium. Illi dicebant, moriatur Christus ne veniant Romani, & tota gens pereat. Mortuus est Christus, & tamen venerunt Romani, & tota gens perijt. Illi succlamabant: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, miserunt lignum in panem eius, suspenderunt Christum in ligno, & tamen nomen eius eradere non potuerūt. Quæris quare? audi quare. Quia altissimum Dei consilium stabilitum est, & firmum factum: quo per mortem & passionem Christi nomen eius exaltare, & captiuum populum, à seruitute Diaboli liberare decreuit. Attende quid de Iudæorum consilio dicat Propheta. [Quoniam declinauerūt in te mala, cogitauerunt consilium, quod non potuerunt stabilire.] De consilio autem Domini scriptum est, Consilium meū stabit, & omnis volūtas mea fiet.] Vtrumque consiliū, & Iudæorum, & Domini Propheta regius in persona Christi cum

Ioan. 11 — Hie. 11 — Psal. 2. — Act. 4. — Ps. 20. — Isai. 46.

Patre loquens simul complexus est dicens,[Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebātur.]Ecce Iudæorum impium consilium de morte Christi loquentium, [Aduersum me, inquit, loquebātur.] Quid loquebantur? Vt eum comprehenderent, & occiderent: vt vnus moriatur homo pro populo:[Tolle, tolle crucifige eum.] Sed de Christi consilio, pietate, & misericordia pleno subditur statim. [Seruus autem tuus exercerebatur in iustificationibus tuis. Nam & testimonia tua, vel martyria (vt legit Augustinus)meditatio mea est,& consi ium meum iustificationes tuæ,] ac si diceret. Ipsi consiliabantur inter se, vt me perderent, & nomen meum de terra viuentium eraderent: sed consilium meum erat, vt per mortem meam eos viuificarē, & saluarem, atque in terra viuentiū perpetuo regnaturos cōstituerem. Ecce consilium contra consilium, consilium sedentium Principum erat, inuentum Christum tenere & occidere: consilium Christi fuit captiuos à peccatis soluere, & viuificare. Ideo ait inite consilium, & dissipabitur. Habet hæc explicatio magnum fundamentum in translatione septuaginta interpretum, quæ sic legit. [Potentes vincimini; Si enim iterum præualueritis, iterum vincemini, & quodcunque consilium consultaueritis dissipabit Dominus.] Quibus verbis designatur, quod licet ad tempus Iudæi suo cōsilio prçualuerint quodammodo contra Christum, ipsum occidendo, tandem Christus resurgens contra illos præualuit, Luctabatur Iacobus cum Angelo clamāte: [Dimitte me aurora est.] Sed videns Angelus[quod eum superare non posset, tetigit neruum fæmoris eius & statim emarcuit, & ait. Quia si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?]Quo(vt August. explicat, & Chrysost.) significata est lucta populi Iudaici cū Christo. Præualuit enim Iacob Christo, uel potius p̄ualere visus est per eos Israelitas, à quibus crucifixus est: Tenetur Christus à supplantante Iacob, & clamante.[Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Et iterum: non hunc sed Barrabam.] Interrogauit enim eos Pilatus, [Vultis dimittā vobis regem Iudæorum?]Sed superatus ab infideli populo occisus tetigit neruum fœmoris eius, & emarcuit, & ambulabat claudus, hoc est claudicans, quoniam populus ille non recto post itinere ambulauit. Vnde Chrysostomus.[Magnum (inquit) sacramentum, Qui Angeli tactu insanus sanus debuit reddi: versa vice factum est, vt sanus claudicans efficeretur. Sed præfigurabantur in duobus pedibus Iacob duo populi, Iudæorum videlicet, & gentium:] quorum alter integer, & sanus post luctam remansit vt ad veritatem Euangelij recte ambularet. Iste fuit Populus gentium, de quo scriptum est. [Pes meus stetit in via recta.] Alter vero claudus remansit, & victus: & iste fuit populus Iudeorum, de qno ait propheta. [Filij alieni mentiti sunt mihi filij alieni inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis suis.] Et iterum [Vsquequo claudicatis in duas partes.] Vel ex eo populus Iudæorum claudus dicitur, quia vnum tantum admittit testamētum, vetus videlicet, cui innititur, sicut claudus vni pedi, & in ipso stare vult, de quo etiam potissime gloriatur, nouo reiecto.

Marginalia: *Ps.* 118 — *Ioan.* 19 — *Gen.* 32 — Aug. q. 104. in Gen. & 16 de ciuit. Dei 19 Chrysost. sup. ps. 93 — *Ioan.* 19 — Chrysost. sup. psal. 93. to. 1. — *Ps.* 25. — *Ps.* 17. — 2. *Reg.* 18.

Aut

Aut vero quia nonnulli ex eis conuersi sunt ad Christum, & in veritate Euangelij stabiles perstiterũt, per illum, cui præualuerãt, benedictionem à Deo consequuti, iuxta illud quod Paul' ait: [In quo benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo:] Quidam vero claudicantes, & Christum Dominum abnegantes à veritatis via recesserunt: Vnde Augustinus ait [Vnus atque idem Iacob & claudus fuit, & benedictus. Claudus in latitudine fœmoris, tanquam in multitudine generis de quo dictum est, Et claudicauerunt ab vtero. Benedictus autem in eis de quibus dictum est: Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.] † Et in cõmentarijs super Psal. 79. explicans illud, excita potentiam tuã, & veni, [eundem inquit hominem vnum fecit, & benedictum, & claudum. Claudum, quia claudicauit populus Iudæorum benedictum quia inde exiuit genus Apostolorum.]

Ephes. 1

Aug. qu. 104. in Genes. c. 4

Ps. 17.

Rom. 11

19 Tertio potest hic locus Isaiæ constantiæ Apostolorum, & martyrum adaptari, qui in auxilio gratiæ confidentes tyrannorum potentiam, & consilia deludebant, tortoribus, immo & pœnis ipsis fortiores, iuxta illud quod subridens ad Datianum, Vincentius dixit. [Insurge ergo, & toto malignitatis spiritu debaccare. Videbis me Dei virtute plus posse, dum torqueor, quã possis ipse, qui torques.] Vnde vbi nos legimus [Congregamini populi, & vincimini,] quidam Hebræorũ exponunt. Affligite, consociamini, malum aduersum nos machinantes, & vincemini, quia nobiscũ Deus. Et est vox martyrum patientia & constantia plena, ac si tyrannis torquentibus apertius dicant. Quandoquidem à Deo vobis permittitur, vt nos flagelletis, in flagella parti sumus. Flagellate, & affligite, sed scitote, quod & vos postea affligendi estis, & nos martirij palma, tanquã triumphatores coronãdi, quia nobiscũ Deus, Si enim [Deus pronobis, quis cõtra nos? Si [Christus pro nobis pugnat, quis nos a charitate illius separabit? [Tribulatio an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius?] Vnde (vt optime adnotauit S. Gregorius 30. moralium 27.) martyres tyrannos ipsos & mundum vicerunt, sicut Gedeon Madianitas, tubis prædicationis resonantibus, & fractis lagenis corporum, sed lampadibus luce miraculorum corruscantibus: & dum victi videbantur, victores extiterũt. Hinc est illud ꝙ in persona martyrũ dicit Propheta, [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam. Vbi Augustinus, Seuierunt (inquit) inimici in martyres. Quid orabat ista vox corporis Christi? Hoc orabat, vt eruerentur ab inimicis, & non eos possent occidere inimici. Ergo auditi non sunt, quia occisi sunt, & deseruit Deus contritos corde seruos suos, & sperãtes in se despexit? Absit, Quis enim inuocauit Dominũ, & derelictus est ab eo? Quis sperauit in eũ, & desertus est ab eo? Exaudiebantur ergo, & occidebantur, & tamen ab inimicis eruebantur; Alij timentes consentiebant, & viuebãt, & tamen ipsi ab inimicis obsorbebantur. Occisi eruebantur, viuentes absorbebantur, Inde est, & illa uox gratulationis. [Forsitã uiuos absorbuissẽt nos,] Multi absorpti, & viui

Aug. ser. 5. B. Vinc. l. 12. de sanct. to. 10.

Martyrũ cõstantia.

Ps. 37.

ad Ro. 8

Gregor.

Iudic. 7

Ps. 63.

Ps. 123.

abſorpti, multi mortui abſorpti.] Illos enim inimici viuos obſorbent, qui vt vitam ſeruent, Chriſtum abnegant, iuxta quod & ſcriptum eſt, [Qui amat animam ſuam perdet eam.] Hinc eſt etiam quod martyres non minus proprijs flagellis & cruciatibus delectantur, quam ſolent homines inuentis gaudere theſauris, vel adeptis coronis exultare. Vnde & Paulus. [Bonum certamen certaui, curſum conſummaui.] Adhuc reſtabat ei paſſionis tam magna conflictio, tam permoleſtum certamen, & ait bonum certamen certaui? Quomodo enim curſum conſummauerat, qui magis moleſtam, & difficilē partem curſus, nondum pertranſierat? Martyrium enim illi reſtabat. Sed profecto hoc ideo dixit, quia mori pro Chriſto, capite truncari, non certamen, nō curſum, ſed coronam, & triumphum eſſe duxit. Ibant enim Apoſtoli gaudētes à conſpectu cōcilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Vel certe (vt optime adnotauit Auguſtinus) ideo dixit bonum certamen certaui, curſum conſumaui, quia quod in proximo futurum eſſe præſumpſit, tanquam iam factum indicauit. Quo genere loquendi etiam Chriſtus Dominus vſus eſt, cum ad patrem loquēs ait. [Opus conſumaui, quod dediſti mihi.] Nondum pro hominibus mortuus fuerat, nondum opus redemptionis, per effuſionem ſui ſanguinis conſumauerat, & inquit. [Opus conſumaui, [quia iam in proximo erat moriturus. Hinc denique ſancti, quomodo pro Chriſto pati poſſent, & mori perpetua meditatione in corde reuoluebant, iuxta illud quod in eorum

Ioan. 10

1. *Tim.* 4.

Aug. li. 2. de pecca. mor. & remiſ. contra Pelag. 16. poſt med. to. 7

Ioan. 17

perſona canit Propheta. [Martyria tua meditatio mea eſt, & conſilium meum iuſtificationes tuæ.] Vbi Auguſtinus, [cōſilium contra conſilium: conſilium Principum fuit inuentos martyres perdere, conſilium patientium martyrum fuit inimicos perditos inuenire. Reddebant illi mala pro bonis, iſti bona pro malis. Quid ergo mirum, ſi illi occidendo defecerunt, iſti moriendo vicerunt?]

Pſ. 118

Iuxt. lect. Aug ſup. eund. Pſ.

20 [Hæc enim ait Dominus ad me. Sicut in manu forti erudiuit me, &c.] Alij pro manu forti legunt, [Apprehenſione manus erudiuit me.] Et ſumitur metaphora ex eo quod patribus contingit, vel magiſtris: qui cum filij vel diſcipuli non ſatis capiunt, quod illis proponitur: apprehenſa manu id declarāt eis. Vel ſic: [Apprehenſione manus,] ideſt ſingulari, & prophetica reuelatione. Forti enim manu apprehēdi prophetas, eſt admirabili, & terribili, & prophetia illuſtrari. Vnde Ezechielis primo ſcriptum eſt. [Facta eſt ſuper me manus Domini,] ideſt, ſpiritu prophetico me Dominus illuminauit, vt interpretatur quidam Chaldæus nomine Ionathas. Quid autem Dominus Iſaiæ reuelauerit ſtatim indicat, cum ſubdit.

Ezec. 1

21 [Ne irē in via Populi huius dicens: Ne dicatis coniuratio. Omnia enim quæ loquitur populus iſte coniuratio eſt.] Ire in via populi, eſt vulgi ſententiam ſequi: & timorē eius timere, eſt timere quod timet populus. Familiare eſt enim in ſacris litteris, quod timor pro re quæ timetur accipiatur. Sic ſumitur Iob 3. [Timor quem timebam euenit mihi,] ideſt id quod timebā, vnde, & ſubditur, [& quod verebar acci-

Iob 3.

accidit.] Ait ergo Isaias, quod sicut ipse à Domino fuerat edoctus, ne vulgi sententiam sequeretur de traditione populi, aut conspiratione contra regem: ita & ipse populum incredulum est adhortatus ne duorum Regum potentiam trepidaret, iuxta supra dicta capite septimo num. 8. Docet hic locus imbecilles, & debiles à fortioribus, & maioribus esse confortandos, iuxta præceptum Domini sacerdoti dicentis. [Appropinquante iam prælio stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. Audi Israel. Vos hodie cõtra inimicos vestros pugnam committis, nõ pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculis.] Hinc & Paulus. [Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.] Vbi expendendum illud verbum, [præoccupatus.] Designat enim omnes homines eiusdẽ esse, quantũ ad naturã, cõditionis, iuxta illud quod Paulus ait, [eramus enim omnes natura filij iræ:] Sed gratia Dei iste præseruatur, cũ ante illum prius alter cadat in delictum aliquod, vel peccatum. Omnes ergo timere debent, & dicere intra se. [Mihi heri, & tibi hodie.] Hinc etiam, in laudem sancti Iob scriptũ est. [Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. Vacillantes firmauerunt sermones tui, & genua tremẽtia cõfortasti.] Hinc illa vox Prophetæ infirmos, & debiles alloquẽtis. [Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.] Et quia non satis erat Prophetæ id persuadere, nisi & cum illo hoc ipsum alij clamarent, subdit. [Dicite: Pusillanimes confortamini, & nolite timere, Ecce Deus ipse veniet, & saluabit nos,] ac si dicat. Nolite timere inimicos vestros; quia nobiscum Deus qui solus timendus est, & vt nobis auxilietur inuocandus: vnde & statim subditur.

Deut. 20. *Galat. 6* *Ephes. 2* *Eccl. 38* *Isa. 35.*

22 [Et timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester,] Consonat hic locus cum illo Lucæ 12. Dico autẽ vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciãt. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittere in gehennã ignis. Hinc est illa vox martyrũ. [A timore inimici eripe animã meã.] Non dicit ab inimico, sed à timore inimici. Magnũ ergo malum est inimicos timere, eos videlicet qui occidũt corpus; Nam dãna temporalia timenda non sunt, nec propter illa à Deo recedendũ. Illa ergo mala pertimescenda sunt, quæ animã occidũt, & in ignem mittunt æternũ. Inducit autem in præsenti Propheta ad timorem Dei populum infirmum, & potentiã duorum regũ expauescentem: vt insinuet timore domini debiles cõfortari, fortes fieri, & inexpugnabiles. Vnde Gregori⁹. [In via (inquit) Dei à timore incipitur, vt vt ad fortitudinem veniatur, Nam sicut in via sæculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit: & sicut in via sęculi timor debilitatẽ, ita ĩ via Dei timor fortitudinem gignit: Salomone attestãte, qui ait: In timore Domini fiducia fortitudinis. Timori

Luc. 12 *Ps. 63.* *Greg. 5. mor. 13.* *Pro. 14*

mori quippe Domini inesse fiducia fortitudinis dicitur: quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despicit, quanto se auctori earundem veracius per formidinem subdit.] Hinc est illud quod ad sanctum Iob dicitur: [Vbi est timor tuus,& fortitudo tua?] Prius dixit, [timor tuus,] deinde,[fortitudo tua,] quia in timore Domini iusti fortitudo consistit. † Ideo Sanctus Augustinus explicans illa verba, Psal. 140.[audient verba mea, quoniam præualuerunt. Hoc est præualuerunt verba mea: verba eorum dicta sunt ab eis,quædam diserte, sed à me vere: aliud est laudare loquacem aliud veracem. quomodo præualuerunt? quis eorum,scilicet martyrũ comprehensus est adorare idolum, cum hoc prohiberetur, & non clamauit non feci?Martyres enim,nec metu mortis negauerunt Christum. Nolite timere eos, qui occidunt corpus?mortem timetis,prior morior. ducebantur maryres,& occidebantur; cadebant & stabant,& quid est factũ de tot martyribus, & de tot mortibus martyrum, nisi vt ipsa verba præualerent, & tanquam irrigata terra sanguine testium Christi pullularet vbique seges Ecclesiæ? præualent ergo Domini verba à non timentibus. Quid non timentibus? nec exilia, nec damna, nec mortem,nec crucem.quid ergo fecerunt martyrũ mortes? Sicut crassitudo terræ erupta est super terrã dissipata sunt ossa nostra, secus infernum: iuxta infernum dissipata sunt ossa martyrum, occisi sunt enim martyres, & quasi præualuerunt,qui occiderunt, præualuerunt illi persequendo, vt præualerẽt verba Christi prædicando, & quid factum est. De mortibus sanctorum? sicut crassitudo terrę erupta est super terram, quia sicut crassitudo terræ eam fœcũdat, sic mortes martyrum,sicut crassitudo terræ,vt inde leges Ecclesiæ facilius pullularet*.] Sequitur.

Iob 4. *Aug. in Ps. 140.* *Mat. 10*

23 [Et erit vobis,in sanctificationem:in lapidem autem offensionis,& petram scandali,duabus domibus Israel: & in laqueum & in ruinam habitãtibus Hierusalem.] Septuaginta interpretes pro [erit vobis in sanctificationem,] transferũt;[si in ipsum credideris erit tibi in sanctificationem,] & iuxta explicationem Sancti Basilij, & Cyrilli, est ad litteram prophetia de Christo,illa videlicet cuius meminit Simeon Lucæ 2.[Ecce positus est hic in ruinam,& in resurrectionẽ multorũ in Israel,& in signum cui contradicetur:] Et S. Petrus,cum ait: [Vobis igitur honor credentibus, non credẽtibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.]Et iste est vnus locus sacræ Scripturę,ex quibus colligitur Christum Dominum esse verum Deum. Nam de quo supradixerunt [Dominum exercituũ sanctificate,] idest Deum, Hebraice namque vbi nos legimus [Dominum exercitiuum,] habetur, [& Iehoua,]quod est nomen tetragrãmaton Dei,de eodẽ subdit,[& erit vobis in sanctificationem.] Vt autem docet sãctus Paulus,Dominus exercituum in sanctificationẽ credẽtibus factus est Christus, de quo etiam scriptum est. [Factus est nobis Iustitia, & sanctificatio, & redemptio.] Sed nõ credentibus fuit petra scandali, quia in illo Iudæi propria malitia scandalizati sunt, iuxta illud Euangelij.[Et scandali-

Luc.2. *1.Pet.2* *1.Cor.1* *Mar. 6*

[zaban-

zabantur in eo.] Specialiter autem fuit in laqueum, & in ruinam, habitantibus in Hierusalem quia propter mortem Christi, fuerunt à Romanis in captiuitatem ducti: & quam plurimi eorum occisi. Vnde & subditur.

24 [Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.] Septuaginta transferunt, [Propter hoc impotentes erunt in ipsis multi, & ruent & conterentur, & appropinquabũt, & capientur homines in securitate existentes.] Hanc Iudæorum calamitatem, Dominus etiam in Euan-
Mat. 21 gelio prænunciauit, dicẽs; [Qui ceciderit super lapidem istum, cõfringetur: super quem autem ceciderit, conteret eum.] Et Sanctus Paulus hanc docet ob causam Iudæos
Rom. 9. fuisse à Deo derelictos, & in reprobum sensum traditos, quia videlicet offenderũt in lapidem offensionis, sic enim ait. [Offenderũt enim
Isa. 28. in lapidem offensionis, sicut scriptũ
1. Pet. 2. est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali, & omnis qui credit in eum non confundetur.] Ait ergo Isaias. [Offendent, & cadent, & conterentur, &c.] idest quia offendẽt, cadent, & cõterẽtur ex eis plurimi. Non ait omnes, sed [plurimi,] quia non omnes Iudæi offenderunt in lapidem, sed maior pars, ita vt reliquię tantum per electionem saluæ factæ sint, sicut scrip-
Rom. 9. tum est, [Si fuerit numerus filiorũ Israel, sicut arena maris, reliquiæ saluę fient,] de quo supra cap. 4. n. 8. dictum est. Illa autẽ verba septuaginta virorũ: [Appropinquabunt, & capientur,] insinuant, tunc Iudęos à Romanis capiendos fore: cũ appropinquauerint, & peruenerint in Hierusalem, ad dies Azimorum celebrãdos, & securi rbi fuerint atque ad se defendendum imparati. Consonat hæc prophetia cum illis verbis Apostoli: [Cum dixerint, 1. Thess. 5.
Pax & securitas, tunc repẽtinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient.] Quod in euersione Hierosolymitana adimpletum esse constat ex ijs, quæ Iosephus refert lib. 6. de Bello Iudaico cap. 45. Expende qualiter iuxta mensuram delicti fuerit plagarum modus Iudæis inflictus. Æquum enim erat, vt qui in die Paschatis cum ad celebrandum dies Azimorum Hierosolymis conuenerant, Christum comprehenderunt, & occiderunt iniustè, eodem festo iusto Dei Iudicio à Romanis comprehenderentur, & occiderentur. Hoc malum Hieremias propheta, in persona Christi loquẽs, & sermonem ad patrem conuertens, Iudæis fuerat imprecatus, dum ait. [Con- Hier. 12
grega eos sicut gregem ad victimã, & sanctifica eos in die occisionis,] idest in paschate, quando omnes congregabantur ad diem festũ. Tunc enim obsessi sunt, & in captiuitatem ducti, vt explicat Glossa ordinaria super eundem locum. Et appellatur dies illa occisionis quasi per anthonomasiam, quia in illa occisus est Christus: aut vero quia tunc plurimi ex Iudæis perempti sunt. Sequitur.

25 [Liga testimonium, signa legem discipulis meis.] Verba sunt Domini prophetam alloquẽtis. [Liga,] idest ligandum denuncia vaticinium istud de ruina Iudæorum, & reliquijs Israel seruandis. Vaticinare, signandam esse, tegendam atque abscondendam Iudæis incredulis legem, ne videntes salui fiant, de quo supra cap. 6. n. 45. & sequentibus

bus dictum est. Tale quid significatum est etiam à Domino Danieli, cum ait. [Tu autem Daniel claude sermones,& signa librum vsque ad tempus statutum ;] Hoc est vsque ad tempus gratię,quod erat à Deo statutum & præfixum,vt tunc Christus Dominus aperiret Apostolis sensum,ad intelligendas scripturas, iuxta supradicta in prologo nu. 4. Addit autem, [in discipulis meis,] quia per Apostolos,& Christi discipulos,mysteria Iudęis clausa & abscondita,erant gentibus reseranda. Habet hæc explicatio magnum fundamentum,in textu Hebraico, in quo vbi nos legimus, [liga, signa] habetur verbū Zor,] seu, [Nezor,] quod (vt aduertit Pagninus in thesauro linguæ sanctæ) significat sigillare, concludere,siue abscondere. Vnde liga testimonium, signa legē idem est,(ait Pagninus) ac si dicat, Liganda est mihi,sigillanda, & claudenda lex] in,[idest,cum discipulis meis,ne videlicet præter discipulos meos Iudæi increduli illā videant, quia illi nec videre neque audire illam volunt.

Dan. 12

26 Possunt aliter hæc verba interpretari, ita vt ligare legē in discipulis,nihil aliud significet,quam memorē esse cum discipulis Christi legis diuinæ,& eam obseruare, sumpta metaphora ab illis,qui memoriale portant in digitis,ne obliuioni tradant, quod præceptum est illis, vel iniunctum. Et hic modus loquēdi frequens est in sacra Scriptura. Dicitur enim Deut.6. [Erunt verba quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis,& meditaberis sedēs in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens,& ligabis ea quasi signum in manu tua, Et Prou. 7. Fili mi custodi sermones meos,& præcepta mea reconde tibi. Fili serua mandata mea, & viues,& legem meam quasi pupillam oculi tui: liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui.] Et aduerte quod legē in manu, vel digitis ligare, est eam opere adimplere. In digitis enim multiplex operatio designatur,quæ legis vinculo debet esse adstricta,& coniuncta. Nō sicut illi,qui [alligant alijs onera grauia,& importabilia:digito autem suo nolunt ea mouere.] Hanc secundam explicationem sequitur etiam Pagninus in præallegato Thesauro, & habet fundamentum in textu Hebraico.Etenim verbum Zor significat etiam obseruare,& custodire.

Deut. 6

Pro. 7.

Matth. 23.

27 Tertia explicatio est Eusebij Cæsarien. qui sic interpretatur istum locum Isaiæ, [Liga testimonium, signa legem,] scilicet Moysi claude illā in disciplis meis. Quia post legem Euangelicam promulgatam per Christi discipulos carnali obseruātia legis antiquæ opus non erit: sicut qui librum claudit, ne quis amplius quæ illic scripta sunt videat,vel obseruet.Vnde cum Paulus à Christo Domino fuisset de cælo vocatus,& in terram prostratus: surrexit de terra, [apertisque oculis nihil videbat.] Quod ideo factū esse affirmat Chrysostomus, vt intelligeret se iam deinceps legem antiquam non visurum,vt carnales obseruantias custodiret,postquam lex Euangelica mētem illius illustrauit. Consonat hæc explicatio,tum cum translatione Symmachi,quæ sic habet: [Signa legem in doctrinis meis,] idest post doctrinam Euangelicā, per quam lex antiqua euacuata est, tum etiam cum

Euseb. li. 7. demō. Euang. 3.

Act. 9.

Chrysost. 4. d laud. Pauli.

ver-

versione septuaginta interpretum qui sic transferunt. [Tunc manifesti erunt sigillantes legem, ne discant.] Quæ verba Apostolis congruunt, & prædicatoribus Euangelij, qui miraculis corruscantes omnibus manifesti facti sunt: Quoniã [in omnem terrã exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum.] Hi legem antiquam, sigillauerunt, & clauserunt: ne iam homines carnalem eius obseruantiã, vtpote post Euangelium promulgatum noxiam, deinceps discerent, aut proprijs oculis intuerẽtur. Vide cap. 1. nu. 38. 39. 40. & 41. *Ps.18.*

28 [Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à Domo Iacob, & præstolabor eum.] Vox est prophetæ iram Domini contra populum incredulũ iuste conceptam, humili supplicatione temperantis. Considerans enim, Deum sua prouidentia voluisse, vt prophetia de reprobatione ac Iudęorum cæcitate obscura remaneret, & Iudæis ipsis inaccessa, ne credentes salui fierent: nec explicãdam esse, nisi Apostolorum tempore, per quos lex Euangelica diuulgata est: expectare Dominum non cessat, & præstolari illum in misericordiam eius semper apertis oculis intendẽdo, si forte Iudæorum aliquando misereatur, aut verbum aliquod cõsolatorium, quod ad populum deferat, ex ore Domini possit accipere. Consimili pietatis affectu propheta regius Dominum exorabat: [Ecce (inquiens) sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum: & sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.] Illud autem verbũ, [qui abscondit faciem suam à Domo Iacob,] potest non incongrue referri ad illud quod Euangelista Ioan. refert. [Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Ipse autem abscõdit se ab eis, & exiuit de templo.] Quid enim est: [abscondit se ab eis,] nisi quod ait Propheta in præsenti, [qui abscondit faciem suam à domo Iacob?] Exprectabo, inquit, & præstolabor eum,] vt reuertatur ad populum suum, vt cæcos illuminet, vt faciem suam illis ostendat, ac denique, vt illos saluet. Non quiescam non cessabo, donec misericordiam suam ad populum rebellem conuertat. Consonat hæc explicatio, cũ verbis illis Micheæ 7. [Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum Saluatorẽ meũ: audiet me Deus meus, cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est, iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet.] Nullum verbum ad deprecandum Dominum ore protulerat, & ait: [audiet me Deus me'?] vtique nam intentis oculis cum silentio humiliter Dominum aspicere, efficacissima apud illum deprecatio est. Possunt secundo hæc Isaię verba accipi, quasi dicta in persona gentium, siue in persona Christi, simul cũ corpore eius mystico, Deũ patrem collaudantis, eo quod abscondertit hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Ita videtur locum istum interpretari Sãctus Paulus ad Hebr. 2. Cum ait: [Ego ero fidens in eum.] Quæ verba (vt docet Hieronymus) desumpsit Apostolus ex præsenti loco Isaiæ, iuxta Septuaginta Interpretum translationem, & refert illa tanquã dicta à Christo secundum quod, homo, auxilium à Patre pro cõseruatione credentium postulãte. Quem affectum

Ps.112. *Ioan.8.* *Mich.7* *Heb. 2.*

Ioan.17 affectũ Ioan. 17. claxius expressit cum Patrem cælestem pro discipulis deprecans dixit: [Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo. Pater sācte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos.

29 [Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus.] Hic versiculus respōdet illis verbis antecedentibus, [Signa legem, liga testimoniũ in discipulis meis.] Cum enim Dominus prophetæ præcepisset, vt cum eius discipulis legẽ obseruaret, & clauderet: respondet in sua & Christi persona [Ecce ego & pueri mei,] quæ verba promptam Christi, & discipulorum eius designant obedientiam: & animum paratum ad Domini voluntatem exequendā. Vocat Deus Abraham, & respōdit,
Gen.22 [Adsum.] Vocat Samuel & arbitratus quod ab Heli vocaretur, inquit,
1.Reg.3 Ecce ego, quia vocasti me, idest, præsto sum, paratus sum in omnibus obedire. Sic & propheta modo, immo & Christus Dominus in cuius persona loquebatur, [Ecce ego, ait & pueri mei, &c.] Ac si apertius dicat. In obsequium tuum, ò pater cælestis parati sumus ego, & pueri mei, Apostoli videlicet, & discipuli, quos (vt notauit Ambrosius) pueros appellat propter innocentiam & simplicitatem, sicut &
Mat.11 Matthæi 11. [Et reuelasti ea paruu
1.Pet.2. lis.] qui quasi modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac euangelicæ doctrinæ concupiscunt, vinum legis antiquæ nescientes. [Ecce ego,] quia tuum ò Domine est præcipere, & nostrum submisso animo obedire. [Ecce ego & pueri mei,] quia tu me misisti in mūdum & ego veni peccatores saluos facere: & sicut tu Pater me misisti, ita & ego mittam pueros meos, & discipulos, vt discurrant per vniuersum mundum, prædicantes Euangeliũ omni creaturæ. Ego eos mittam, & ipsi obedient, vt voluntatem tuam exequantur, vt tibi deseruiant, & mihi: & peccatores ad te conuertant. Hic locus humilitatem & obedientiam Christi cōmendat maximè, de qua legēdus est sanctus Augustinus tom. 4. libro de Trinitate & Vnitate Dei cap. 6. & tom. 5. lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 15.

30 [In signum & in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.] Obserua quod vbi nos habemus [in signum & portentum, &c.] transferũt septuaginta, Et erunt signa & portenta in domo Israel à Dño Sabaoth.] *Miracula Christi virt. diuin. sũt facta.* Quibus verbis iuxta interpretationem Eusebij præsignatur potestas faciendi miracula, quam Christus à patre, & Apostoli à Christo immediate acceperunt. *Euse. Cæsa. lib. 9. demonst. Euāg. 14.* Ideo addidit à Domino exercituum,] ne impij Iudæi, & increduli, quæ Christus faciebat signa videntes, illa calumniarentur, & dicerent. [In Beelzebub principe Dæmoniorum, eijcit *Luc.12.* Dæmonia.] Quorum peruersitatem Dominus ipse per prophetā redarguit dicēs. [Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.] *Ps. 54.* Quia (vt optime adnotauit super eundem locum beatus Augustinus) in omnibus Christo Domino Iudæi proterui contradixerunt, Si dicitur tibi, ò Iudæe Christus venit contradicis. *Aug.to.8* Si Christus ipse Filium Dei se esse fatetur, contradicis. Si asserit, [Ego & Pater vnum sumus, [contradicis. *Ioan.10* Si prædicatur quod natus est de Virgine, contradicis. Si annunciant milites custodientes sepulcrum, surrexit à mortuis,

tuis contradicis. Si operatur miracula, cōtradicis, Si eijcit Dæmones contradicis, & dicis obmurmurans, quoniam, [in Beelzebub principe Dæmoniorū eijcit Dæmonia. Attende (ait Aug.) Attende saltem gloriam crucis ipsius. Iam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimici insultauerunt. Effectus probauit virtutem. Domuit orbem nō ferro, sed ligno, lignum crucis contumelijs dignum visum est inimicis, & ante ipsum legnum stantes
Mat. 17 caput agitabāt & dicebant: Si filius
Isa. 65. Dei est, descēdat de cruce. Extēde-
Rom. 1. bat ille manus suas ad populū non credentē & contradicentē.] A Dño ergo, & non à principe Dæmoniorum, signa Christi & portenta procedebant. Vnde ad designandum virtute propria, & non à Beelzebub, aut ab aliqua creatura mendicata, Christum Dominum signa & miracula operari: in laudem illius singulariter canit Propheta
Ps. 76. Regius, [Tu es Deus, qui facis mirabilia.] Et iterum: [Qui facit mirabilia magna solus.] Quomodo
Exo. 7. 8. solus mirabilia facit? Nonne Moyses fecit mirabilia? Nonne aquam in sanguinem conuertit, & alia stupenda signa operatus est. Quid de Iosue dixerim? numquid non & ipse mirabilia fecit? Fecit vtique, nam solis cursum rapidū detinuit
Ios. 10. & ipso clamante, sol cōtra Gabaon ne mouearis, stetit sol: Nunquid Elysæus non fecit mirabilia? Fecisse vtique confitebitur, qui legerit ipsum mortuum suscitasse. Nonne Apostoli, nonne viri sancti miracula plurima perpetrati sunt? vtique
Marc. vlt. scriptum est enim. [Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eos nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.] Et iterum: [Qui credit in me opera quæ ego facio, & ipse faciet: & maiora horum faciet.] Sed illi non fecerunt soli mirabilia. Ait enim Augustinus: [Fecit Moyses mirabilia, sed non solus, fecit Elyas & Elysæus, fecerunt & Apostoli: sed nullus eorum solús. Illi cum facerent, tu cum eis: tu quando faceres, non illi tecum, quia solus operabaris. Non enim tecum fuerunt, cum fecisti, quando & ipsos tu fecisti.] Vnde cum ad vocem Iosue stetit sol; nequis arbitraretur virtute propria id Iosue operatum fuisse, subditur. [Obediente Deo voci hominis.] Nō ergo à Beelzebub principe Dæmoniorū, non ab aliqua creatura signa Christi, & portenta procedebant: qui in digito Dei eijciebat Dæmonia, vt in nos perueniret regnum Dei. Aug. sup. Ps. 7?. t 8.

31 [Et cum dixerint ad vos, quærite à Pythonibus, & à diuinis, qui strident in incātationibus suis, numquid nō populus à Deo suo requiret visionem pro viuis ac mortuis? Ad legem magis, & ad testimonium.] In residuo huius capitis hortatur Propheta illos, qui ad fidem Christi fuerint conuersi, ne à Pythonibus in dubijs responsa perquirant. Appellant autem septuaginta Pythones ipsos, vētriloquos, quia (vt Hieronymus ait) diabolū habebant in ventre, & inde ad homines loquebatur futura sæpissime prædicens, siue etiam occulta illis manifestans. Non ergo ad istos, sed ad Deum recurrēdum esse, ait propheta, nec ab illis, sed à Deo expectandum responsum consulendo legem, Prophetas, & Christi Euange-

lium,

lium, ex quibus quid faciendum, quid fugiendum, à quo auxilium petendum sit, & consilium, facile colligent. Vnde & scriptum est. [Non sit maleficus nec incātator, nec qui Pythones consulat, nec diuinos: & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus.

Deut. 28.

32 [Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux, & transibit per eam, & corruet, & esuriet: & cum esurierit irascetur, & maledicet regi suo; & Deo suo, & suspiciet sursum, & ad terrā intuebitur; & ecce tribulatio, & tenebræ, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.] Subiungitur his verbis pœna eorum, qui ad consulēdos Pythones, & ariolos in dubijs confugiebant, Ait ergo. [Si non dixerint, idest fecerint [iuxta verbum hoc,] & præceptum: [non erit eis matutina lux,] idest lux Euangelij, vel Christus qui est lux illuminans omnem hominē venientem in hunc mundum. Quod autem subditur, [Et suspiciet sursum, & ad terram intuebitur,] designat maximam angustiā, & pressuram futuram. Proprium est enim desperatorum, & eorum qui in magna sunt angustia constituti, nunc sursum aspicere, nunc deorsum. Sed miseri nec in cœlo auxilium inuenient, nec in terra: qui Deum cœli, & terræ contemnentes ad consulendum idola sunt conuersi.

Ioan. 1.


CAPVT NONVM.



PRIMO tempore alleuiata est Terra Zabulon, & Terra
Nephthali: 4 & nouissimo aggrauata est via maris trans
Iordanem Galilææ Gentium. 5 Populus, qui ambulabat
in tenebris vidit lucem magnam: 6 habitantibus in re-
gione 7 vmbræ mortis, lux orta est eis. 8. Multiplicasti
gentem, & non magnificasti lætitiam. 9 Lætabuntur co-
ram te, sicut qui lætantur in messe, 10. 11. sicut exultant victores cap-
ta præda, quando diuidunt spolia. 12 Iugum enim oneris eius, & virgam
humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti 13 sicut in die Madian.
14. 15 Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum
mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis. 16. [&c. vs-
que ad 42.] Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis,
43 & factus est principatus super humerum eius: 44. & vocabitur no-
men eius, Admirabilis, consiliarius, 45. [&c. vsque ad 73.] Deus
fortis, 74 pater futuri sæculi, 75 princeps pacis multiplicabitur eius
imperium, & pacis non erit finis: 77. 78 super solium Dauid, & su-
per regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio
& iustitia, amodo & vsque in sempiternum: 79. 80. zelus Domini e-
xercituum faciet hoc. 81 Verbum misit Dominus in Iacob, & ceci-
dit in Israel. 82 Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Sama-
riam in superbia & magnitudine cordis dicentes: Lateres ceciderunt,
sed quadris lapidibus ædificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros
immu-

immutabimus. 83 Et eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & ini-
micos eius in tumultum vertet: Syriam ab Oriente,& Philiſthijm ab Oc
cidente: & deuorabunt Iſrael toto ore. 84 In omnibus his non eſt auer-
ſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta: & populus non eſt reuer-
ſus ad percutientem ſe, & Dominum exercituum non inquiſierunt. 85
Et diſperdet Dominus ab Iſrael caput & caudam,incuruantem & refre-
nantem die vna. Longæuus honorabilis, ipſe eſt caput: propheta docens
mendacium, ipſe eſt cauda. 86 Et erunt,qui beatificant populum iſtum,
ſeducentes: & qui beatificantur præcipitati. Propter hoc ſuper adole-
ſcentulis eius non lætabitur Dominus: & pupillorum eius & vidarum
nõ miſerebitur: 87 quia omnis hypocrita eſt & nequam,& vniuerſum os
locutum eſt ſtultitiam. In omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed ad-
huc manus eius extenta. 88 Succenſa eſt enim quaſi ignis impietas, 89
veprem & ſpinam vorabit: & ſuccendetur in denſitate ſaltus,& conuol-
uetur ſuperbia fumi. In ira Domini exercituum conturbata eſt rerra,&
erit populus quaſi eſca ignis. 90 vir fratri ſuo non parcet. Et declina-
bit ad dexteram eſuriet: & comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur:
vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit: Manaſſes Ephraim, & Ephraim
Manaſſem, ſimul ipſi contra Iudam.In omnibus his non eſt auerſus furor
eius, ſed adhuc manus eius extenta.

SVMMA CAPITIS.




NTERPRETATIO Sancti Matthæi exponentis initium huius capitis noni ad litteram de Chriſto, & auctoritas Eccleſiæ, quæ in die natalis Domini,ex hoc capite Iſaiæ primam lectionem in matutinali officio deſumpſit, perſuadet omnia ferè, quæ in præſenti vaticinatur Iſaias,ad Chriſtum Dominum eſſe referenda,ſicut referunt ſanctus Hieronymus,ſanctus Ambroſius & alij ſancti Patres non pauci. Vt autem præſens capitulum cum præcedentibus connectamus, recolere oportet, in ſignum libertatis populi, ab imminente captiuitate, incarnationem verbi, ex Virgine naſcituri, Dominum promiſiſſe: vt ex ſuperius dictis capite ſeptimo conſtat manifeſte. Hanc autem eandem Verbi incarnationem & natiuitatem, maieſtatemq. illius, & omnipotentiam,qua à iugo diaboli, & captiuitate peccati credentes eripuit, ſigillatim deſcribit à principio huius capitis,vſque ad illum verſiculum: [Verbum miſit Dominus in Iacob,*&c.] Deinde victoriam temporalem, contra Regem Raſin, & Phacea filium Romeliæ regnum Iudæ perſequentis denunciat, & eiuſdem Regni libertatem,de quo agit à prædicto verſiculo: [Verbum miſit Dominus in Iacob,] vſque ad finem capitis.*

Matt. 4
Hieron.
Ambroſ.



COMMENTARIVM.



RIMO tempore alleuiata est terra Zabulon,& terra Nephtali.]Sanctus
Matt.4 Matthęus ca.4.inquit. [Venit Iesus, & habitauit in Capharnaum maritima in finibus Zabulō, & Nephtalim,vt adimpleretur,quod dictū est per Isaiam prophetam.Terra Zabulon, & terra Nephtalim via maris trans Iordanē Galileæ gentiū,&c.] Iuxta cuius interpretationē præsēs Isaiæ vaticinium de prædicatione Christi intelligēdum est: Qui misericorditer,[primo tēpore,] idest primo anno quo publice regnū cœlorū mundo prædicauit, illud in finibus Zabulon,& Nephtalim annunciare cæpit.Frequenter enim in sacro eloquio tempus pro anno accipitur
Dan. 4. sicut Daniel 4.[Et septē tempora mutētur super eum,]idest sep
Apoc.12 tē anni, vt ibi explicat glosa interlinearis,Et Apocal.12.[Per tempus & tempora,& dimidium temporis, idest per tres annos cum dimidio, vt explicat eadem glosa. Expende illud verbum [alleuiata]quo à Spiritu sancto suauitas Doctrinę Christi,& Euangelij benignitas,quod iugū suaue est, & onus leue, designatur. Per illud nāque,& ab humeris hominum misericorditer aufertur iugum illud legis Mosaycæ grauæ, & importabile, de quo Petrus ait.
Act.15. [Nunc autem quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorū,quod nec nos,nec patres nostri portare potuimus:] & sarcina leuis,super humeros hominū est imposita. Huius sarcinæ suauitatē Sanctus Iob à longe considerans eā super humeros suos portare magno desiderio exoptabat.[Quis mihi tri Iob 31.
buet(inquit) adiutorem,vt desiderium meum audiat omnipotens, & librū scribat ipse qui iudicat, vt in humero meo portem illū,& circundem illum, quasi coronā mihi? Per singulos gradus meos prouinciabo illū, & quasi principi offerā eum.] Quod (vt interpretatur S. Gregorius)propter librum noui testamenti dixit,cuius verba suauissima,omnem veteris legis asperitatem extermināt,Vbi obseruat sanctus doctor, librū in humero portare, esse, Scripturam sacram operando perficere; sic enim ait. [Et notandum quod ordinate describitur,& prius in humero portare, & postmodum sicut corona circūdari,quia videlicet sacri eloquij mandata, si modo bene portantur in opere,post nobis coronam victoriæ exhibent in retributione,Beatus autem Iob scribi librum à iudice postulat: qui ad testamenti noui peruenire tempus non valebat. Sed,sicut sæpe iam dictum est,electorum vocibus vtitur, atque ex eorū significatione postulat, quod profuturū eis per omnia præuidebat. Ipse namq. per scriptū hūc apud se librum iamdudū tenebat, quem per gratiā aspirationis, acceperat,& viuendo, cognoscere, & præuidendo nunciare. Sed inter hæc sciendum est, quia cum eiusdē sacri eloquij præcepta cogitamus cumq. mētem à vitæ corruptibilis amore diuertimus, quasi quibusdā

Greg 22. mor.13.

Z cor-

cordis passibus ad interiora properamus. Nemo autē infima deserens, repēte fit sūmus: quia ad obtinendū perfectionis meritū, dum quotidie mens in altum ducitur, adhuc proculdubio velut ascēsionis cuiusdam gradib⁹ peruenitur. Vnde hic quoque apte subiungitur: per singulos gradus meos pronunciabo illū. De
Ps. 83. his quippe meritorū gradibus per Psalmistā dicitur: Ambulabunt de virtute in virtutē. De his iterū sanctam Ecclesiam contemplatus, ait, Deus in gradibus eius dignoscitur, dum suscipiet eam.] Audi quid sancta Ecclesia humeros eorum, qui iugum leue Christi portant, ab humeris eorū qui pōdere legis, & peccatorum suorum grauantur, secernēs
Ps. 59. dicat: [Lætabor & diuidā sichimā, & conuallem tabernaculorū dimetiar.] Quem locum explicans S. Au
Aug. to. 8 gustinus, sic ait, [Sichima humeri
Gen. 34 interpretatur, secundum historiam
& 35. vero, Iacob rediens à Laban socero cū omnibus suis, abscondit idola in Sichima quæ habebat Sara, vbi diu peregrinatus, tandē aliquādo inde veniebat. Tabernacula autem fecit ibi propter oues suas, & armēta, & appellauit locū illum tabernacula, & hic inquit Ecclesia, diuidā, Quid est hoc diuidam Sichimam? Si ad historiam vbi abscondita sunt idola referatur, gentes significat. Diuido gentes, Quid est diuido? nō enim est
2. Tim. 3. omnium fides? Quid est diuido? alij non credent, sed tamen non timeāt qui credunt, inter illos qui non credunt. Diuisi sunt enim nūc fide, postea diuidentur in iudicio: oues ad dexteram, hædi ad sinistrā. Ecce inuenimus quemadmodum Ecclesia
Mat. 25 diuidat Sichimā; quomodo diuidit humeros; Secūdum nominis interpretationem diuiduntur humeri, vt alios grauēt peccata sua tollant sarcinam Christi. Humeros enim pios quærebat, cum diceret, Iugū enim
meum leue est, & sarcina mea leuis Mat. 11
est. Alia sarcina præmit, & aggrauat te: Christi autem sarcina subleuat te. Alia sarcina pondus habet, Christi sarcina pennas habet. Nam
& aui si pēnas detrahas quasi onus Simile.
tollis, & quo magis onus abstulisti, eo magis in terra remanebit. Quam exhonerare voluisti, iacet, nō volat, qa tulisti onus: redde illi onus suū & volat. Talis est Christi sarcina. Portent illā homines nō sint pigri, non attendantur illi qui eā ferre nolūt, ferant illam qui volunt, & inueniēt quam sit leuis, quā suauis, quam iocunda, quam rapiens in cælum, & à terra eripiēs.] Consonat hæc explicatio cum translatione septuaginta virorum, qui vbi nos legimus [primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtalim, vertunt. [Hoc primū bibe, velociter fac regio Zabulon, terra Nephtalim,] Quasi dicat: Zabulon, & Nephtalim cū primum Christus Euangelium in te prædicauerit, festina ad credēdum, bibe Christum, hauri doctrinam illius, quia suauis est, fons vitæ est, cuius impetus lætificat ciuitatē Dei,
Vnde S. Ambrosius hunc eundē Isa- Ambros.
iæ locum exponens in commenta- sup Ps. 1.
ris super primum psalmum, sic ait: [Vtrumque populū bibe, vetus, & nouum testamentum, quia in vtroque Christum bibis. Bibe Christum, quia vitis est. Bibe Christū, quia petra est, quę vomuit aquā. Bibe Christum quia fons vitæ est. Bibe Christū, quia flumen est, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei. Bibe Christum quia pax est. Bibe Christum, quia flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Bibe Christum, vt bi-

bas sanguinem, quo redemptus es. Bibe Christum, vt bibas sermones eius. Sermo eius testametum est vetus, sermo eius testamētum est nouum. Bibitur scriptura diuina, & deuoratur scriptura diuina, cum in venas mentis, ac vires animæ succus verbi descendit æterni. Denique non hoc verbum bibe, sed ordine suo bibe, primum in veteri testamento: cito fac vt bibas, & in nouo testamento.]

3 Secundo potest illud verbum [alleuiata] ad onus peccatorum referri, à quo credētes in Christum ex terra Zabulon, & Nephtalim alleuiati sunt, delictis omnibus à se excussis, quibus veluti talēto plumbeo grauati erant, vt diximus capite primo num. 17. in illa verba: [Populo graui iniquitate. † Tertio potest accipi, ita vt idem significet alleuiata ꝙ leuis inanis, & vacua effecta, quia videlicet ante Aduentum Domini sciētiæ Dei & Charitatis, qua anima repletur, expers erat, iuxta quod Luc. 1. Scriptum est: [Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes,] idest vacuos cęlestibus consolationibus, de quibus etiam Isa. 29. dicitur. Et anima eius vacua est: Et hãc significationē pręsefert verbum illud Racha à radice Rakak deductū, ꝙ significat effundere, vel euacuare. Vnde dicere Rachā fratri suo idem est, quod illum vanū, vacuū, seu fatuū, ac leuissimū & vilem appellare. Tales erant incolæ terræ Zabulon, & Nephtalim antequam à Christo domino cœlesti imbueretur doctrina, & Charitatis pondere solidi efficeretur, sed nouissimè, idest tempore aduentus Domini, de quo Apostolus ait nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio aggrauata est via maris, &c. idest diuina Sapientia, & bonis Cœlestibus referta, vt non iam leuis, vilis, aut vacua, sed grauis, praeciosa, & plena gratia reputaretur *. Quia vero multi ex Iudæis post mortem Christi, & ascensionē eius in cælum, credere noluerunt, Apostolis Euangelium prædicantibus, & miracula non pauca in confirmationem illius faciētibus, ideo subditur. *Heb. 1.*

4 [Et in nouissimo aggrauata est via maris Galileæ gentium,] idest, opndere peccatorum suorum grauis facta, vel aggrauata, idest pondere peccatorum super pondus legis afflicta. Ex quo manifeste colligitur, quosdam ex Iudæis onus Christi leue, quosdam vero graue iugum, & intollerabile peccatorum super humeros suos portasse: vt impleatur quod scriptum est, [Si fuerit numerus filiorum Israel, quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient.

5 [Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.] Per populum in tenebris ambulantem, Israeliticum intelligit, eo quod in vmbra legis veteris, in qua nondum Iustitia Dei, & veritas, per Iesum Christum facta reuelata erat, ignorantiæ tenebris inuolutus viuebat. Hic (inquit) Populus vidit lucem magnam, idest Christum Dominum, cum inter illos natus est, & conuersatus. Vbi obserua quod Apostolos lucem Christus appellauit dicens, [Vos estis lux mundi.] *Matt. 5* Sed Christus ipse non lux vtcumque, sed lux magna nuncupatur. Quia per essentiā lux est singularis lux excellens, à qua cæteri claritatem participāt, & lumen quo inferiores

riores populi illuminãt mutuatum accipiunt. De illo enim scriptum est. [Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum,] De istis vero, [Vos estis lux mundi,] non vtique lux vera quam Ioannes prædixerat, non lux magna, non lux per essentiam, sed participata, sed mutuo accepta, sed limitata, vnde, & subditur. [Nec accẽdunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnib⁹ qui in domo sunt. Quod vt notauit Augustinus, ideo subdit, vt designaret omnium aliorum lucem à magna luce redemptoris esse mutuatam, & magno periculo in hoc sæculo expositam. Lucerna enim accendi indiget, & extingui potest vento flante, Vnde Dauid. [Quoniã tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas,] de quo plura diximus cap. 2. num. 3. Hinc & propheta, de Christo loquẽs, [splendor (inquit) eius, vt lux erit,] quia videlicet claritas doctrinæ, & miraculorum eius, ad instar solis fugauit ignorantiæ nostræ tenebras, & viam rectam qua in cælum tenditur demonstrauit, De eodem autem populo Iudæorum de quo prędixerat, populus qui ambulabat in tenebris, subdit per repetitionem.

Ioan. 1. — *Aug. epist. 120. ad Honorat. c. 3. to. 2.* — *Ps. 17.* — *Abac. 3.*

6 [Habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis.] Vbi obseruandum, quod mors corporalis non vera mors, sed vmbra mortis dicitur, quia mortem illam secundam, qua anima in perpetuũ à Deo separabitur,, obumbrat: De illa enim scriptum est. [Qui vicerit nõ ledetur à morte secunda,] Vnde præsens sæculum in quo vmbra mortis regnat, regio vmbræ mortis dicitur. Hinc Sanctus Gregorius verba illa Iob 3. [Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis,] explicans, sic ait. [In scriptura sacra, vmbra mortis aliquando obliuio mentis accipitur, aliquando imitatio diaboli, aliquando mors carnis. Vmbra enim mortis, obliuio mentis accipitur, quia vt superius diximus, sicut mors hoc quod interficit, agit vt non sit vita, ita & obliuio hoc quod intercipit, agit vt non sit in memoria. Vnde, & recte, quia Ioannes Hebræorũ populo eum cuius obliti fuerant. Deum prædicare veniebat per Zachar. dicitur: Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: In vmbra. n. mortis sedere, est à diuini amoris notitia in obliuione latescere. Vmbra mortis imitatio antiqui hostis accipitur. Ipse. n. quia mortẽ intulit mors vocatur: Ioanne attestante qui ait: Et nomen illi mors. Per vmbrã igitur mortis eius imitatio designatur, quia sicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum, de specie imitationis eius exprimũtur, vnde & recte Isaias cum gẽtiles populos ab antiqui hostis cerneret imitatione defecisse, eosque ad veri solis ortum resurgere, quæ certo futura considerat, quasi ex præteritis narrat dicens: Sedentibus in tenebris, & vmbra mortis lux orta est eis. Vmbra etiam mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est, qua anima separatur à Deo, ita vmbra mortis est, qua caro separatur ab anima, Vnde recte voce martyrũ per prophetam dicitur: Humiliasti nos ĩ loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Quos enim cõstat nõ spiritu, sed sola carne mors, nequaquã se vera morte, sed vmbra mortis dicũtur operiri.] Hęc Sãcti

Mors corporis vmbra mortis. — *Apo. 2.* — *Greg. 4. mor. 17.* — *Iob 3.* — *Luc. 2.* — *Luc. 1.* — *Apo. 6.* — *Isa. 9.* — *Ps. 43.*

Gregorij verba adduxi, vt ex varijs acceptionibus illius nominis vmbra mortis, clarior præsentis loci Isaiæ intelligentia fiat. Hinc est etiam quod tribulationes, tristitia, & mors ipsa corporalis, non flagella, sed quasi flagella dicuntur, quasi tristitia, & quasi mors iuxta illud quod scriptum est. [Et cum fecisset quasi flagellum, cæpit eijcere ementes & vendentes.] Et iterum: [Quasi morientes, & ecce viuimus, quasi tristes semper autem gaudentes,] quia non mors, non tristitia vera est, sed vmbra quædam, & figura illius, qua in perpetuum reprobi afficientur. † Habitantibus, &c. Radulphus Ardens hunc interpretatur locum de Sanctis Patribus in Limbo propter peccatum primi parentis cōclusis, quibus lux magna, idest, Christus orta est: ait enim. Nec solum charissimi, qui tunc in carne erant, viderunt hanc lucem, sed & habitantibus, siue sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est ijs: hoc est, Patriarchis, & Prophetis, cæterisq. sanctis, qui carne soluti præstolabantur aduentum Mediatoris quasi exules habitantes non quidē in morte, sed in vmbra, hoc est, in similitudine mortis, carentes visione Dei *]

Ioan. 2. *2. Cor. 6* *Rodulphus Ardens in natai. Domini claruit anno 1050.*

7 Possunt & per vmbram mortis peruersi homines designari, vt docet Sanctus Gregorius 33. mor. 3. in illa verba Iob 40. [Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus,] quia de antiquo hoste scriptū est, [Et nomen illi mors. Vmbra ergo mortis (inquit Sāctus) sunt omnes reprobi, quia illius nequitiam elationis imitantur, eiusq. imaginē quasi vmbram exprimūt, dum eius in se malitiæ similitudinem trahunt.] Quia igitur gentes diaboli motus sequebantur, & imitabantur, sicut vmbra sequitur motum corporis, ideo habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta est, cum illis Christus apparuit. Obseruandum est autem quod de populo Iudæorū loquens propheta, inquit. [Populus qui ambulabat in tenebris] de populo autem gentium subdit. [Habitantibus in regione vmbræ mortis,] vt diuersum statū vtriusque populi notaret. Ille enim non stabat, non sedebat, sed ambulabat in tenebris, quia pergebat videns per speculum in enigmate, vt ad lumen Euangelij perueniret, & tandem facie ad faciem in patria Deum videret. Vnde & de Abrahā veritas dicit [Abraham pater vester exultauit, vt videret diē meū,] idest Euangelium, quod vt explicat Sanctus Chrysostomus homil. 1. ad Rom. dies dicitur, quia vmbram legis antiquæ eliminauit. Iste autem non ambulabat per fidem, sed sedebat, & habitabat in regione vmbræ mortis, idolatriæ deditus. & innumeris peccatis atque infidelitatis tenebris obuolutus, [Lux (inquit) orta est eis.] Quid est quod de gentibus loqens propheta, apponit illam particulam [eis,] cum tamen de populo Iudæorum sermonem faciens, eam prætermiserit? Certe hoc diuerso loquendi genere vsus est propheta, vt Iudæorum duritiā subnotaret. Quamuis enim Christus principaliter fuerit Iudęis à patre promissus, & ad eorum salutem de cælo missus, ipso attestāte. [Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt Domus Israel,] Et Paulo affirmante. [Dico enim Christū Iesum ministrū fuisse circomcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum, idest in propria

Gregor. *Apoc. 6.* *Ioan.* *Chrysos.* *Mat. 15* *Rom. 15*

pria persona ministrasse Euangeliũ Iudæis circumcisis, vt adimpleret Dei promissionem patribus factã: tamen fructum incarnationis Verbi, passionis & mortis eius (Iudæis magna ex parte excæcatis) gentes cõsequutę sunt. Vnde, & Petrus ait,
Act. 13. [Vobis, scilicet Iudæis, oportebat primum loqui verbũ Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos existimastis cælestis promissionis, ecce conuertimur ad gentes.] Ideo illis lux orta est, quibus illud
Malac. 4. competit. [Vobis timentibus nomen meũ orietur sol iustitiæ.] Nam cæteri desperati clamabũt aliquando præangustia spiritus gementes, & dicentes. [Ergo errauimus à via
Sap. 5. veritatis, & Iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.] Vnde volens propheta explicare quam pauci ex filijs Israel luce de cælo ex orta illuminati fuerint, & in veritate Euangelij pmanserint, subdit.

8 Multiplicasti geutem, & non magnificasti lætitiam.] Significans ijs verbis, nõ super omnes Iudæos, sed super paucos, & obscuro genere natos, super piscatores, & omnium nouissimos, lucem illam magnam illuxisse: iuxta quod & Paulus ait. [Sed non in pluribus bene-
1.Cor.10 placitũ est Deo.] Et iterum. [Si fue
Rom.9. rit numerus filiorũ Israel, sicut arena maris: reliquiæ saluæ fient.] Conuersus ergo propheta & lqnens per apostrophem ad Deum, vt no-
Euse Cęsar. lib.9. de demõstr. cap. 8. tauit Eusebius, inquit, [Multiplicasti gentem,] scilicet Iudæorum generatione carnali, quia fuerunt sicut arena maris, iuxta illud quod scriptũ est. [Faciamq. semen tuum
Gen. 13 sicut puluerem terræ.] Et iterum:
Rom.4. [Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & sicut arena maris:] non tamen magnificasti, nec magnam fecisti lætitiam: quia non omnes in terra Zabulon & Nephtalim, & finibus Galileæ circa Iordanem: sed reliquię secundum electionem crediderunt in Cgristum. [Videte (inquit Paulus) vocationem vestram 1.Cor.1
fratres, quia non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.] Consonat hæc explicatio cum translatione 70. interpretum, quæ sic habet. [Plurimam partem populi deduxisti in lætitia,] scilicet ad Christum, vt in illum crederent eiusq. vestigia sequerentur. [Plurimam,] inquit, non omnem, quia non omnibus Iudæis vera lux interius illuxit, non omnes illuminauit. Multis enim est abscondita, iuxta illud quod scriptum est, [In manibus suis abscondit lucem,] Iob 37.
idest Iudæis superbis, Euangelium, & Christum Dominum (vt explicat Gregorius) occultauit. Sed quia in Greg. 17. moral. 7.
fine mũdi illis manifestabitur subdit: [Et præcipit ei, vt rursus ad- Iob 9.
ueniat.] Vnde iterum scriptum est: [Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit sub signaculo: Non oritur,] scilicet Iudæis, & cæteris qui in tenebris incredulitatis, [sed claudit stellas, scilicet Apostolorum doctrinam, sub signaculo, ne ab impijs lux earum videatur. Expendatur illud verbum [sub signaculo,] designat enim tandem in fine sæculi, sigillum esse aperiẽdum, vt lux Euangelij nunc Iudæis, clausa, eis aliquando manifesta fiat. Vnde sanctus Gregorius idem verbũ Greg. 9. mor. 3.
expendens sic ait: [Et quasi sub signaculo stellas clausit, qui dũ præ-

dicatores suos per silentium intra semetipsos retinuit, cæcis iniquorũ mentibus cæleste lumen abscõdit. Pensandũ vero est, quia idcirco aliquid sub signaculo claudimus: vt hoc cum tempus congruit, ad medium proferamus, & sacro eloquio attestãte didicim'; quod Iudęa quę nunc deseritur, ad signũ fidei in fine collagitur. Hinc namq. per Isaiam dicitur. Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Hinc Paulus ait: Donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Qui igitur prædicatores suos nunc Iudeæ oculis subtrahit, sed postmodũ ostendit: quasi sub signaculo stellas clausi, vt absconsis prius, & post coruscantibus astrorum spiritalium radijs, noctem perfidiæ suæ, & nunc repulsa non videat, & tunc illuminata deprehẽdat. Hinc est quod duo illi prædicatores eximij dilata morte subtracti sunt, vt ad prædicationis vsum in fine reuocẽtur. de quibus per Ioannem dicitur; Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ astantes. Quorũ vnum in Euãgelio p̃ semetipsam veritas pollicetur dicẽs: Helyas venturus est, & restituet omnia. Quasi ergo sub signaculo stellæ clausæ sunt, quæ & nunc occultantur, ne appareãt: & post vt prodesse valeant, apparebunt.

Isai.10. *Rom.11* *Apo.11* *Mat.17*

9 [Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in Messe.] Magnitudinem lætitiæ eorum, qui credituri erant in Christum, & potissimè Apostolorum explicat duplici similitudine: Prima est messorum, quorum lætitiæ gaudium Apostolorum, & aliorum credentium, comparat: vt designet patres antiquos, & prophetas olim in agro Domini laborasse, iugum legis & præceptorum eius portando: nos autem in labores eorum introisse, sicut scriptum est: [Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis:] colligentes cum gaudio ex terra fructũ, idest Christũ in carne videntes, quem illi tot sæculis expectauerũt, ex terra illa, de qua scriptum est: [Et terra nostra dabit fructum suum.] Hinc est quod statum veteris legis hiemi, statum autem Euãgelij diebus vernis comparat Spiritus sanctus, cum ait: [Iam enim hiems transijt imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra.] In hieme namq. agricola terram scindit vomere, & cũ magno labore, & fatigatione semen agro mãdat: sed in vere, aut æstate fructũ eius vberrimum cum gaudio colligit, & in horreum mittit.

1 Similit. *Ioan.4.* *Ps.84.* *Cant.2.*

10 [Sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.] Secunda similitudo est triumphantium, quam tãgit in his verbis. Spoliauerat inimicus genus humanũ, virtutes, & supernaturalia dona ab illo auferendo, cuius typum (vt dicit Ambrosius) gessit homo ille, quem spoliauerunt latrones cum descenderet ab Hierusalem in Hierico, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto: sed per Christum hostibus deuictis hæc omnia cum maiori recuperauit cumulo. Ipse est enim, de quo scriptum est: [Cũ fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt omnia quæ possidet: Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.] Vbi notãdum, quod aduersarius noster dicitur, [fortis,] quia [non est super terrã potestas, quę cõparetur ei, qui

2.Similit. *Luc.10.* *Ambrof.* *Luc.11* *Iob 41.*

factus

factus est vt nullum timeret; quia, in collo eius morabitur fortitudo, quia tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Armatus,] quia ipsius hominis in quo habitat passionibus, & peccatis, membris, & operationibus ad eum debellandum, & tamquam atrium suum custodiendum velut armis quibusdam validissimis se munit. Vnde Paulus membra peccatoris, arma iniquitatis appellat. [Neque exhibeatis, inquit, membra vestra, arma iniquitatis peccato] Propter quod optima ratione principi huius mundi velut capiti conuenit, quod de superbis scriptum est: [Tetendit aduersus Deum manum suam & contra omnipotentem roboratus est: Cucurrit aduersus eũ erecto collo, & pingui ceruice armatus est:] nam eadem bona à Deo accepta contra Deum, in arma cõuertit. Vnde sanctus Gregorius: [Erecto collo, inquit, contra Deum currere, est ea quæ creatori displicent, cum audacia perpetrare, de quo recte dicitur: Cucurrit, idest, in malo opere obstaculum de aduersitate non habuit, de quo adhuc additur. Et pingui ceruice armat' est, Pinguis ceruix est opulenta superbia, affluentibus rebus quasi multis carnib' fulta. Potẽs igitur iniquus pingui ceruice contra Deũ armatur, quia rebus tẽporalibus tumens cõtra præcepta veritatis, quasi de magnitudine carnis erigitur. Quid.n. paupertas nisi quædã macies, & quid rerũ abũdãtia nisi pinguedo est vitę pręsentis? Pingui ergo ceruice se cõtra Deũ erigit, qui temporalẽ abundantiam in superbiã assumit; habent .n. hoc potentes, & iniqui propriũ, vt fallacibus diuitijs occupati veras Dei opes negligant, & quanto minus quod verum est inquirunt, tãto amplius falsis diuitijs extollantur. Hic ergo fortis armat' quasi atriũ proprium animã à Deo creatam, & redemptam pacifice possidebat, tãquam Dominus, tãquam Princeps, tanquam Rex, sed tyrannus, sed iniquus, sed iniustus. Fortior autem illo, idest Christus superueniens vicit eum, & eiecit foras. Scriptũ est.n. [Nunc iudiciũ est mundi, nunc Princeps huius mũdi eijcietur foras. Arma eius abstulit, in quibus confidebat, quia videlicet membra quæ tamquam arma iniquitatis seruiebant peccato, iam cum feruore iustitiæ in sanctificationẽ seruiũt Deo Apostolo dicẽte. [Sicut exhibuistis membra vestra seruire immũditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.] Spolia distribuit, quia vestes quibus spoliatus fuerat homo illi misericorditer restituit, vt vestiti coram illo, & non nudi inueniamur. Quod cum quanto gaudio credentium factum fuerit solus ille nouit qui ait, [Sicut exultant victores capta præda, &c.

Rom.6. *Iob 15.* *Greg. 12. mor. 22.* *Ioan. 12* *Rom. 6.*

11 Possunt etiam, hæc verba Prophetæ diuisioni Apostolorum adaptari qui repleti Spiritu sancto, & gaudio diuersas mundi regiones inter se diuiserunt, non sine speciali Spiritu sãcti dispensatione vt spolia credentibus diuiderent, idest eloquia Dei, de quibus scriptum est, [Lætabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa,] vbi vt adnotauit Gregorius Dei verba spolia idcirco dicuntur quia ad fidem Domini gentilitate transeunte Iudæi sacris eloquijs quibus induti fuerant exuuntur. Hæc ergo spolia gentibus Apostoli, exultantes diui-

Ps. 118. *Greg. 18. mor. 11.*

diuiserunt. Vnde, & de quodam il-
Gen.49 lorum scriptum est. [Beniamin lu-
pus rapax. Mane comedet prędam,
& vespere diuidet spolia.] Quibus
profecto verbis (vt Gregorius, in-
quit) Paulus Apostolus, designatur
de Beniamin stirpe progenitus. Qui
mane prædam comedit, quia in
primordijs suis fideles quos potuit
rapiens crudelitati proprie satis-
fecit. Vespere spolia diuisit, quia
fidelis postmodum factus sacra elo-
quia exponendo distribuit. Vnde
Iob 27. & scriptum est, [& argentum in-
nocens diuidet:] hoc est Dei ver-
bum, quod est argentum igne exa-
minatum.

12 [Iugum enim oneris eius, &
virgam humeri eius, & sceptrum
exactoris ei⁹ superasti.] Reddit cau
sam propter quam fideles coram eo
tanta lætitia erant decorandi, quia
videlicet onere legis antiquæ, &
peccatorum suorum pondere Chri
stus Dominus exonerauit illos, &
Mat.11 refecit. [Venite ad me (inquiens)
omnes qui laboratis, & onerati e-
stis, & ego reficiam vos. Tollite
iugum meum super vos, & discite
à me quia mitis sū & humilis cor-
de, & inuenietis requiem anima-
bus vestris. Iugum enim meū sua-
ue est, & onus meum leue.] Onus
commutatur pro onere, & iugum
iugo separatur: sed onus graue pro
leui, iugum importabile, & durum,
pro suaui, & portabili. Obserua
quod triplici nomine legem anti-
quam designat. Primo illam appel-
lat [iugum oneris,] quia videlicet
iugum erat, [quod] vt Petrus ait,
nec nos, nec patres nostri portare
potuimus, vt dictum est supra n.2.
Deinde, [Virgam humeri,] quia vi-
delicet delinquentes lex illa acerri-
me puniebat statim: erat enim lex
iræ, lex iustitiæ, non misericordiæ,
Seuiebat semper, parcere nescie-
bat, vnde & Paulus ait: [Lex iram Rom.4.
operatur.] Iram inquit, & vindictā
non misericordiam, & gratiam. Ter
tio, [sceptrum exactoris] quoniam
subito stipendium illud velut tyran
nus, & importunus exactor suffo-
cans homines exigebat, de quo scri
ptum est. [Stipēdia peccati mors.] Rom.6.
dicitur enim exactor ab exigendo,
eo quod sibi subiectum, & obliga-
tum, importunè premit, & affligit,
vt debitum contractum, vel tribu-
tum impositum soluat. Vel ex eo
etiam virga humeri dicitur, nam
Iustitiæ ministri Reipublicæ virgā
iustitiæ humero appodiatam por-
tare solent, vt omnes eam videant
omnes timeant, & caueat. Talis
erat lex antiqua. Iugum oneris, vir
ga humeri, sceptrum exactoris. Sed
illam Christus superauit. Supera-
uit, inquit nō destruxit, aut fregit;
non enim venit soluere legem, sed Matth.
adimplere. Superauit misericordia 25.
iustitiam, benignitas legis rigorem
temperauit, quoniam miseratio- Ps.144.
nes eius super omnia opera eius.
Sanctus Gregorius locum istum Greg.30.
Isaiæ de onere peccati explicat. Sic mor.16.
enim ait. [Eripiens gentilitatem
Dominus superauit iugum oneris
eius, cum eam aduentu suo ab illa
Dæmoniacæ tyrannidis seruitute
liberauit. Superauit virgam hume-
ri eius, cum percussionē illius quæ
ex peruerso opere grauiter deprime
bat, ab humano genere redemptor
compescuit. Superauit sceptrum
exactoris eius, cum regnum eius-
dem diaboli, qui pro pestifera per-
petratione vitiorum exigere con-
sueuerat debita tributa pœnarum,
de fidelium corde destruxit.

13 [Sicut in die Madian.] Ponit
exem-

exemplum vt explicet qualiter iugum legis antiquæ,& peccati onus superauerit - [Sicut in die,(inquit) Madiã.] Vicit Gedeon madianitas ad prælium cum trecentis viris cõfidenter pergens. Quos non loricis non lanceis,non gladijs, sed tubis, lampadibus & lagænis armauit.
Iudic.7 Scriptum est enim Iudicum 7 quod accēsas lampades intra lagunculas miserunt: & tubas in dextera,lagenas autem in sinistra tenuerunt, & ad hostes suos venientes cecinerũt tubis, confregerunt lagunculas,lãpades apparuerunt, & hinc tubarũ sonitu,illinc lampadum coruscatione territi hostes, sunt in fugam cõuersi. Audisti typum, expende mysterium. Christus Dominus ipse est Gedeon, ipse fortis præliator,
Ps. 23. de quo scriptum est.[Dominus fortis,& potens: Dominus potens in prælio] Clamat Gedeon: [Quodcunque me videritis facere facite]
Luc.9. Clamat Christus. [Si quis vult post me venire,abneget semetipsum, & tollat crucē suam,& sequatur me.] Ille præcedit,vt milites suos doceat,quid,vt victores euadant,facere debeant.Quid fecit ille?Intra lagenam corporis,lucem abscondit diuinitatis,tubam apprehendit in manu,quia quod verbo docuit, opere adimpleuit. Cecinit tuba,vt frangeretur lagena, suspensus enim fuit in patibulo, quoniam veritatem Euangelicam mundo annunciauit. Sed fracta lagena corporis,lux apparuit Euangelij per quam vmbrã legis antiquæ superauit. Sic mundum vicerunt, & martyres; ducem suum Christum sequentes. Vnde
Greg 30. moral.17 Gregorius. [Armati(inquit)venerunt sub duce suo ad prælium martyres nostri: sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus, Qui sonuerunt tubis, dum prædicant; confrægerunt lagenas, dum soluenda in passione sua corpora hostilibus gladijs supponunt,resplenduerũt lampadibus, dum post solutionem corporum, miraculis coruscauerunt,moxque hostes in fugam conuersi sunt: quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscare conspiciũt, lucè veritatis fracti, quod impugnauerunt crediderunt.]

14 [Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentũ mistum sanguine erit in combustionem,& cibus ignis] Exponit propheta in hoc versu quod dixerat supra,[sicut in die madiã.]& assignat discrimen inter modum quo Christus Dominus & sequentes ipsum aduersus inimicum triumpharunt, & formam quam in bellis gerendis seruant alij. Nam bella humana nõ sine tumultu fiunt, & sanguinis effusione, & manubiæ auferuntur tumultuatione bellica. Sunt enim hominum victoriæ sæuitia & crudelitate plenæ. At Domini exercituũ victoria non fiet vulgari modo, non in tumultu, neque in profluuio sanguinis inimicorum, sed suum propriũ pro hominibus fundendo, à vitijs & peccatis vestimenta sua, hoc est in se credentes,emũdabit, igne illo maculam suorum delictorum auferẽdo, de quo Ioannes ait: [Ego quidem aqua baptizo vos; veniet autem fortior me Luc.3.
post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius; ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne.] Et respondet hæc Isaiæ sententia verbis illis, quæ dixerat supra. [Si abluerit Dominus Isa. 4.
sordes filiarum Sion; & sanguinem Hierusalē lauerit de medio eius in Spiritu iudicij, & spiritu ardoris.]

Vbi

Vbi per ſanguinem terræ intelligit peccata,& per ſpiritum ardoris ſacrũ baptiſma deſignat,in quo ignis Spiritus ſancti datur credentibus, quo eorum mentes purificantur. Vide ſupra cap.1.num.24. & capite quarto numero decimo.

Hierony. 15 Sanctus Hieronymus per combuſtionem,& ignem;ignem intelligit inferni, in quo violentus prædatur, ideſt diabolus cum ſuis in ſempiternum torquebitur, ſic enim ait: [Quomodo .n. veſtis quæ (*Iſa. 9.*) humano ſanguine cruentata eſt, lauari nõ poteſt,ſed infecta ſanguine, igne comburitur, vt maculæ cum veſtimento fœdi cruoris intereant: ſic diaboli violenta prædatio & tumultus ac turbæ,quibus humanum ſibi ſubiecerat genus,gehennę ignibus deputatæ ſunt.Vbi obſeruandũ, quod ſeptuaginta interpretes ſic transferunt iſtum locum. [Quoniã omnem ſtolam congregatam dolo, & veſtimentum cum commutatione reſtituent, & volent,vel cupient, eſſe igne combuſti,] Quibus verbis ſignificatur, quod ſua propria voluntate pęnas illas ſempiternas incurrent,qui per ſuperbiam Deum offenderint. Vel ſic: [Cupient eſſe igne combuſti,] ideſt tanta erit eorum miſeria,vt velint potius igne illo conſumi, quam viuere tot cruciatibus vexati, ſed deſiderabunt mortem,& fugiet mors ab eis. In textu Hebraico vbi nos legimus veſtimentum miſtum ſanguine;habetur veſtimentum,retaliatum, ſiue in capita eorum verſum, nam qualia vnuſquiſque geſſit in vita, talia recipiet in morte,ſicut ſcriptũ eſt: (*Apoc.18*) [Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis; & duplicate duplicia ſecundum opera eius. In poculo quo miſcuit vobis, miſcete illi duplum, quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit: tantum date illi tormentum & luctum.

16 [Paruulus enim natus eſt nobis & filius datus eſt nobis.]Duplicẽ naſcentis Chriſti indicat naturam diuinam,videlicet,& humanam,vt notauit Concil.Spalenſe ſecundum actione 13. Humanã quia paruulus in terra de matre ſine patre natus, diuinam, quia Filius datus eſt nobis; ille videlicet, qui ab æterno de Patre, ſine matre natus eſt. Vtraque natiuitas admirabilis. utraque ineffabilis, incomprehenſibilis utraque, ſed in generatione æterna, non paruulus, ſed magnus, non ſingulariter nobis, ſed ſibi, & omnibus creaturis,quibus poſtea ſuam bonitatem,aut gloriam communicauit,natus eſt: at quando in plenitudine tẽporis, Virginis clauſo exijt ex utero,tot' eſt nobis paruulus natus. Vnde Bernardus:[Magnificetur,inqt, & à nobis paruus, magnus Dominus, quos ut faceret magnos factus eſt paruulus:Paruulus ait: natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Nobis inquam,non ſibi,quia utique ante tẽpora [multo nobilius natus ex patre,naſci tẽporaliter non indigebat ex matre, non Angelis quoque, qui cum magnum haberent, paruulum non requirebant, nobis ergo natus,nobis & datus,quia nobis neceſſarius. Iã de nobis nato, & dato faciamus ad quod natus eſt, & datus. Vtamur noſtro in noſtram utilitatem, de Saluatore ſalutẽ operemur. Ecce paruulus in medio ſtatuitur. O paruulus, paruulis deſideratus. O uere paruulus, ſed malitia non ſapientia.Studeamus effici ſicut paruulus iſte: diſcamus ab ipſo,quia mitis eſt & humilis corde: ne magnus

Duplex natura Chriſti.

Bern. ho. 3.ſup.miſſus eſt circa finem.

gnus videlicet Deus, sine causa factus sit homo paruulus, ne gratis mortuus, ne in vacuũ crucifixus.]

Ambros. Sanctus etiam Ambrosius libro secundo de fide ad Gratianum cap.4. sic ait: [Et si ex patre natus, non tamen nobis natus, sed datus est, quia non filius propter nos, sed nos propter filium. Neque enim nobis natus est, qui & ante nos natus est, totius est conditor creaturæ, neque nunc primũ nascitur, qui erat semper, & erat in principio, sed illud quod non erat nobis nascitur, hoc est puer ex Virgine, corpus ex Maria.] Vide supra cap.8. nu. 8.

17 Nobis igitur natus est, & nobis datus, vt humilitatem eius, & charitatem sectãtes, ad vitam peruenire mereamur æternam. Sed sunt plerique, quibus nondum natus est Christus, nondum datus, illi videlicet, qui nec fide Christum tenent, neque opere sequuntur; qui & si fateantur se nosse Deum, factis autem negant, qui suis malis edocti dicent aliquãdo id quod Sap. 5.

Sap. 5. scriptũ est: [Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non

Ber. ser. 4 Resurre. est ortus nobis.] Vnde sanctus Bernardus: [Sunt, inquit, quibus nondum natus est Christus, quomodo enim operatur eius humilitas, qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Quæ illius humilitatis vestigia in ijs, qui adhuc toto desiderio terrenis diuitijs, & honoribus inhiant?] Expendatur illa causalis, [enim,] reddit quippe rationem propter quam peccatores, qui in sua malitia vsque ad finem perstiterint debeant post aduentum Christi atrocioribus tormentis cruciari, quia paruulus natus est nobis. Sicut enim Christus honor est credentibus, & gloria, ita & non credentibus, in grauius eorum iudiciũ conuertetur, iuxta illud quod scriptum est. [Si non venissem, & *Ioan.* 15

locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo,] de quo vide supra cap. 1. nu. 61.

18 [Et filius datus est nobis.] Non dicit neque explicat ad quid datus sit nobis. Nam ad omnia datus est, ad omnia condonatus: Datus enim est in fratrem, iuxta illud Canticorum 8. Quis mihi det te fratrem meum suggentem vbera matris meæ?] Datus in Doctorem, secundum illud Ioelis 2. [Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem iustitiæ.] Datus in propugnatorem, Isaiæ 19. [Mittet eis Saluatorem, & propugnatorem qui liberet eos.] Datus in pastorem. Ezechielis 34. [Et suscitabo super eos pastorẽ vnum, qui pascat eas.] Datus in cibum. Ioan. 6. [Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.] Datus in pretium redemptionis. Matthæi 20. [Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionẽ pro multis.] Datus in præmium remunerationis, iuxta illud Apocalyp. 2. [Vincenti dabo comedere manna absconditum.] Hinc est illud quod canit Ecclesia:


Ex Sãctis Tho. sup. Isai. — *Cant.* 8.

Se nascens dedit socium.
Conuescens in edulium.
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

In hymn. Corporis Christi.

19 Perfidi autem Iudæi in sua, vsque in hodiernum diem infidelitate

tate persistunt: Messiam in lege promissum expectantes, quorum duritiam præsens locus Isaiæ redarguit, & alia quam plurima testimonia sacræ Scripturæ, ex quibus sanctus Matthæus Euangelista manifestè ostendit, iam esse adimpletum, id quod in præsenti loquens de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, annunciat Isaias. vt ex discursu totius Euangelij colligitur, quod ad breue cōpendium in præsenti reducere statui, vt ex illo iudaicam perfidiam vnusquisque possit conuincere.




DISCVRSVS
TOTIVS EVANGELII
SANCTI MATTHAEI,

Ex quo Mesiam in lege promissum aduenisse, illumque fuisse Christum Dominum comprobatur.

Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.

20 Ex Petro Aureol. ĩ cōpen. S Scrip p. 7 & Georg. Aeder. li. 3. partitio. Theologica. à tab. 4. vsque ad 36



OTVS autē Euāgelij secundū Matthæū, discursus ad hoc vnum tāquam ad scopum destinatur, vt ostendat Christum Dominum Redemptorē nostrum esse verum Messiam in lege promissum, & prophetis. Id quod efficaciter probat tali virtualiter vtens argumento. Ille tanquam verus Messias habendus est, atque ab omnibus venerandus, in quo adimpleta sunt omnia oracula, & signa, quæ de illo in lege, & Prophetis prædicta sunt: sed omnia hæc signa, & oracula sunt in Christo Domino impleta, ille ergò ab omnibus tanquam verus Messias recipiēdus est. Maior cum consequentia ita sunt perse notæ, vt nulla prorsus indigeant probatione. Minorem nititur sanctus Matthæus in discursu totius Euangelij ostendere, ex viginti duobus signis, quæ de vēturo Messia prædixerunt prophetæ, quæ etiā suo ordine ostendit fuisse in Christo Domino adimpleta.

21 Primum signum Messiæ fuit, propagatio ex regia stirpe Dauid, cuius secundum carnem filium esse testantur Isaias, cum ait: [Et egredietur virga de radice Iessæ, & flos de radice eius ascendet,] quem locum de Messia promisso interpretantur Origenes, sanctus Hieronymus, & S. Bernardus, vt super eundem locum patebit. Idem signum explicat Hieremias, cum ait: [Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiēs erit.] Quod etiam Dauid regi fuerat à Domino sub iuramento repromissum. Ait enim: [Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu

Isa. 11. *Hiere.* *Ps. 131.*

fructu ventris tui ponam super sedem tuam.] Hoc autem signum in Christo Iesu adimpletum fuisse probat Matthæus cap, 1. in principio. Vbi ostendit Christum, secundum carnem filium esse Dauid, & Abraham eius geneologiam describens à Ioseph vsque ad Abraham, in qua simul etiam enarrat genealogiam beatissimæ Virginis Mariç, [de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.] Ait enim Damascen*: [Quod Ioseph ex Dauidica tribu descēderit, Matthæus, & Lucas sacratissimi Euangelistæ dilucidæ monstrarunt. Sed Matthæus quidē ex Dauid per Salomonem deduxit Ioseph: Lucas autē per Nathan: Sanctæ vero Virginis ambo siluerunt. Decet autem scire nō fuisse morem Hebræis, neque diuinæ Scripturæ genealogias texere mulierum. Nam lex fuit, tribum non desponsare ex alia tribu. Atqui Ioseph ex Dauidica descendit & iustus erat, hoc enim de ipso diuinum testatur Euangelium. Non igitur præter legē sanctam Virginem ad desponsationem duxisset, nisi ex eius sceptro descendisset. Cū igitur ostēderit Euangelista descensum Ioseph, satisfactum esse putandum est.] Ecce Christus Deus & homo in fine regalis lineæ constituitur tanquam hamus, quo Leuiathan hoc est diabolus, & princeps mundi capiendus erat, sicut scriptum est: [An extrahere poteris Leuiathā hamo?] Super quē locum B. Greg. ait: [Huius hami linea illa est per Euangeliū antiquorū patrū propago memorata. Nam cum dicitur, Abrahā genuit Isaac: Isaac genuit Iacob: cumque cæteri successores interposito Ioseph nomine, vsque ad Mariam Virginem desponsatam describuntur, quasi quædam linea torquetur, in cuius extremo incarnatus Dominus, idest hamus iste ligaretur: quem in his aquis humani generis dependentem aperto ore iste cætus expeteret. Sed eo per satellitum suorum sæuitiam morso, mordendi vires ulterius non haberet. Ne ergo iste humanis morsibus cætus insidians, quos uellet ultra deuoraret, hamus hic raptoris fauces tenuit, & sese mordentem momordit. Incarnationem igitur unigeniti filij fideli famulo indicans Deus ait: An extrahe poteris Leuiathan hamo? Subaudi, ut ego; qui ad raptoris mortem incarnatum unigenitum filium mitto, in quo dum mortalis caro conspicitur, & immortalitatis potentia non uidetur: quasi hamus quidam inde deuorantem perimit. Vnde acumen potentiæ qno transfigat occultat.] Obseruandum est autem quod Mathæas descendendo ab Abraham usque ad Ioseph generationē Saluatoris enarrat; Lucas autem ascendendo à Ioseph usque ad Deum, ut agnoscas, quoniam ille nos ad eum ascendere facit, qui pronter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis.

Matt. 1. Damasc. lib. 4. fid. orthod.

Iob 40. Greg. 34. mor. 9.

22 Secundum signum quod de venturo Messia prædixerunt prophetæ, fuit natiuitas illius ex Virgine, quam Isaias prænunciauerat dicens. [Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.] Quod etiam Sāctus Ezechiel notauit, cum dixit. [Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniā Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi.] Alia testimonia Prophetarum, quæ de hoc signo prçloquuntur adduximus cap. 7. n. 24. 25. & 26. Sed qualiter hoc signum Christo Domino con-

Isa. 7. *Eze.* 44

conueniat, narrat Euangelista eodem cap. 1. ab illo versiculo: [Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est vtero habens de Spiritu sancto.] Vbi manifestat generationem Christi mirabilē, non virili semine, sed mystico spiramine factā fuisse. Quod etiam Sactus Lucas confirmat, cum ait. [Missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de Domo Dauid, & nomen Virginis Maria.] Et ne perfidi Iudæi calumniarētur, & dicerent, illam ante partum quidem Virginem extitisse, nō in partu, neque post partum, interrogationem prudētissimam subiungit Virginis. [Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque, & quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius Dei.] Quasi dicat, [Non quæras ordinem naturalē, vbi quæ pertractantur mysteria naturam superant & transcendunt. Non obstabit quod dicis, quoniam virum non cognosco, quinimmo eo ipso continget, quod es cōiugis in experta. Nā si virum experta fuisses, non digna censereris hoc mysterio, non quia prophanum sit coniugium, sed quia virginitas potior.] Et vt scias qualiter propheta, & Euangelista velut duo Cherubin in se inuicem respiciant, postquam Matthæus docuit, de Spiritu sancto Beatam Viriginē concepisse, subdit. [Hoc autem totum factū est, vt adimpleretur quod dictū est est à Domino per Prophetam. Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel.]

Chrysos. apud sanctus Tho. in tab. aure.

Isa. 7.

23 Tertium signum fuit apparitio stellæ, quæ nouo quoddam gaudio natiuitatem venturi, gentibus nunciaret, cuius meminit propheta cum dixit. [Orietur stella ex Iacob, & cōsurget Virga de Israel:] Aduentus Magorum aduenïētium stella duce, vt natum Regem adorarent offerentes ei numera, iuxta illud Psal. 71. [Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent, Reges Arabū, & Sabba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes seruient ei.] De quo etiam Isaias ait. [Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.] Et iterum: [Omnes de sabba venient aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.] Hoc autem signum in natiuitate Christi Domini adimpletū fuisse probat Matthæus cap. 2. Vbi historiam narrat magorum, & quaducti stella, quæ illis in Oriente apparuit in Bethleem venerint, & adorauerint puerum offerentes ei munera, aurum, thus, & mirrham.

Num. 24.

Isai. 60.

24 Quartum signum fuit occisio crudelis innocentum, qui propter Saluatorem vēturum trucidandi erant ab iniquo rege. Huius notæ meminit Hieremias propheta, cum ait. [Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt.] Hoc autem signum in aduentu Christi Domini fuisse adimpletum ostendit Euangelista narrans fugam pueri Iesu in Ægyptum, & Herodis furorem, qui [mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem ab imatu, & infra:] vt inter illos agnum Christum occideret.

Hier. 31

ret. vt ſcias hoc non caſu fuiſſe factum, ſed vt ſcriptura impleretur: ſubdit Euangeliſta. Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicentem. Vox in Rama audita eſt ploratus, & vlulatus multus Rachel plorans filios, & noluit conſolari, quia non ſunt.] Et de hoc agit Sanctus Matthæus eodem cap. 2. ab illo verſiculo, tunc Herodes videns, &c. Vbi expende Chriſti benignitatem, qui vt in maiori abundantia ſuum ſanguinem preciosum in perfecta ætate inter duos latrones pro nobis funderet, noluit, dum eſſet paruulus ab iniquo Rege inter innocentes trucidari. In cuius ſignum ſcriptum eſt.

Exo.23 [Nō coques agnum in lacte matris ſuæ.] Quæ verba explicans Sanctus

Aug. lib. 2.q. ſuper Exod. q. 90. Auguſtinus ſic ait. [Hoc vero quomodo obſeruetur ad proprietatem verborum aut non eſt, aut non elucet. Intellectum tamen de Chriſto approbo, quod hac prophetia prædictus eſt non occidendus à Iudæis infans, quando Herodes quærens eũ vt occideret, non inuenit, vt coques quod dictum eſt, pertineat ad ignem paſſionis, hoc eſt tribulationem.

Eccl.17 Vnde dicitur, Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio ribulationis. quia ergo non eſt, tunc infans paſſus, cũ quærente Herode, huiuſmodi periculũ imminere videretur, prædictum eſt his verbis. Non coques agnum in lacte matris ſuæ.] Vnde, & Chryſoſtomus ait.

Chryſoſ. ho. 2. ex varijs in Matt. c. 2. [Sãctus quoque Moyſes quod Chriſtus Dominus infans, adhuc lactens minime poſſit occidi, his verbis teſtatus eſt, dicens: Non coques agnũ in lactæ matris ſuæ. Idipſum ſignificans Chriſtum Dominum noſtrũ, qui verus agnus Dei eſt, nō niſi maturo tempore pati oportere.

25 **Et ſicut ſtella matutina or-** tum ſolis ſtatim futurũ annunciat, & diei certiſſimum ſignum eſt, ita quoque in ſcripturis ſacris præmittitur ante verbum Ioannes Baptiſta, qui tanquam ſtella matutina aduentum illius nunciaret, qui eſt lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. & corda hominum ad percipiendũ claritatem ſolis prapararet. Ait enim Auguſtinus. [Præmiſſus eſt.] ſcilicet Ioãnes Baptiſta, [velut vox ante verbum, lucerna ante ſolem, præco ante iudicẽ, ſeruus ante Dominum, amicus ante ſponſum. Et quia vniuerſum mundum peccatorũ tenebræ & nox infidelitatis oppreſſerant, & ſolem iuſtitiæ aſpicere non valebant, Beatus Ioannes quaſi lucerna pręmittitur, vt cordis oculi qui lippitudine iniquitatis oppreſſi fuerant, magnum, & verum lumen videre non poterant, ad lumen lucernę primum quaſi tenuem ſplendorem videre conſueſcerent, vt paulatim peccatorũ nubilo remoto, & infidelitatis humore digeſto, adueniente Chriſto ab illo cęleſti lumine lætificari poſſent potius, quam quam retorqueri. Sicut enim lippientes oculos ad vidẽdum prouocas, ſi exiguum ſplẽdorem lucernæ oſtenderis, & amplius crucias ſi lumen magnum ingeſſeris: ita Dominus, & Saluator noſter, qui eſt lumen verũ, niſi prius Beatum Ioannem velut lucernam præmitteret, claritatem eius totus mundus ſuſtinere non poſſet.] Hoc autem aduentus Saluatoris ſignum Dominus ipſe per Malachiam dedit. [Ecce (inquiens) Ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator, quem

Aug. ſer. 2. in nata S. Ioan. Baptiſtæ.

vos quæritis, & Angelus testamẽti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum.]Quem locũ de præcursore verbi Redemptoris venturi interpretãtur sancti Patres, immo, & Christus ipse cũ ait.[Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regũ sunt, sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam prophetã. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante.]Idem signum etiã Isaias prædixit, ait enim, Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.] Vbi (vt notauit Iustinus dialogo aduersus Triphonem) inter alia signa data veteribus, vt Christum venientem agnoscerent, hoc vnum est quod hoc loco describitur, quod Ioannes præiturus esset ei, & præcursor eius esset futurus. Et vt scires quoniam statim post huius vocis sonitum Verbum patris caro factũ erat venturum, subdit statim propheta. [Et reuelabit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.] Et post pauca, [Ecce Deus vester, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.]

Isa. 40.

26 Hoc autem signum nisi cæci esse velint Iudæi, sicut & sunt, adimpletum esse in Aduentu Christi agnoscent si attente legerint, quæ Euangelista refert cap. 3. in quibus narrat pœnitentiam Ioannis in deserto, prædicationem illius annunciantis & baptizantis Christum, & affirmat illũ esse, qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto parate viam Domini restas facite semitas eius. Vbi obserua cum Sancto Chrysostomo, quod Ioannes congrua ratione vox dicitur, sed Dei filius verbum. [Vox enim, ait, est sonus confusus nullum secretum cordis ostendens, sed hoc tantummodo significans, quia vult aliquid dicere ille qui clamat, verbum autem est sermo rationabilis mysterium cordis dis aperiens. Adhuc vox inter animalia & homines cõmunis est; verbum autem hominum tantum. Ideo ergo Ioannes dictus est vox, nõ verbum, quia per Ioannem neque misericordias suas Deus, neque iustitias, neque ante constitutionẽ mundi præparata cõsilia demonstrauit, sed hoc tãtũmodo quia aliquid magni facere Deus in hominibus meditabatur. Postea autẽ per filiũ suũ plenissimũ mysteriũ suæ voluntatis aperuit, ideo & dictus est verbum.]

Isa. 40.

Chrysost. ho. 3. imperfec. in Matt. colum. 2.

27 Sextum signum fuit admirabilis abstinẽtia, & ieiunium, quo afflicta est anima illius, atq; tentatio Diaboli post ieiuniũ subsequuta in deserto. Hoc signum præconstituerunt prophetæ. Ait enim Dominus per Psalmistam. [Excussus sum sicut locustæ, genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum.] Vbi forsitan illa verba, [excussus sum sicut locustæ,] impulsum designant, quo Spiritus sanctus expulit Christum in desertum. Locustæ namque vento flante ab vno loco in aliũ transferuntur. Tentationis autem Diaboli mystice meminit Zacharias dicens. [Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini, & Sathan

Ps. 108

Zach. 3.

Sathan ſtabat à detris eius,vt aduerſaretur ei.] Quem locũ de Chriſto Domino interpretantur multi Patres, inter quos eſt Tertullianus lib. aduerſus Iuæos prope finem, Chryſoſtomus homilia 5. ex varijs in Matthæum tom.2. Sanctus Hieronymus in cõmeniarijs ſuper pſalmum 108.& 109.Origenes homil. 14. in Lucam.Quamuis ad literam de Ieſu filio Ioſedech, multi intelligant prædictum locum, inter quos eſt Sanctus Cyrillus, & Beda ſuper Epiſtolam Iudæ, Euthymius in commentarijs ſuper Pſalmum 108. in illa verba. [Diabolus ſtet à dextris eius.] Nihilominus negari non poteſt, quin ſaltem allegoricè prædicta prophetia Chriſtum Dominũ reſpiciat. Id quod expreſſe fatentur Sanctus Hieronymus lib.2. contra Iouinianum paulo poſt principium Auguſt.lib.12. contra Fauſtũ cap.36.& Iuſtinus martyr in dialogo cum Triphone circa finem. Hæc autem omnia fuiſſe in Chriſto Domino adimpleta probat Matthæus cap.4. in principio, vbi ieiunium Saluatoris refert, & tentationem Diaboli in deſerto. Et,vt hiſtoria prophetiæ correſpõdere videatur, Sanctus Marcus, idẽ referens quod Matthæus ait. [Et ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum.] Vbi illud verbum, expulit. correſpondet vaticinio prædicenti. [Et excuſſus ſum ſicut locuſtæ. *Marc.1*

28 Septimum ſignum fuit prædicatio primum facta in terra Zabulon,& Nephthalim, atque vocatio diſcipulorum,qui illum tanquã magiſtrum, & doctorem ſecuturi erant. Huius ſigni meminit Iſaias cum ait. [Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulõ,& Nephthalim, & in nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanẽ Galileæ gentiũ.Populus qui habitabat in tenebris vidit lucẽ magnã,&c.] Et iterũ: [Liga teſtimonium ſigna legem in diſcipulis meis.] Et poſt pauca: [Ecce ego & pueri mei,quos dedit mihi Dominus in ſignum,& portentũ Iſrael à Domino exercituũ, qui habitat in monte Sion.] Lege eodẽ c.4 5.Matthæi ab illo verſiculo,[Cũ autem audiſſet Ieſus,]vſque ad finẽ capitis,& luce clarius videbis Euãgeliſtam efficaciter comprobare veritatem, prophetiæ reſpondere. Refert enim Chriſtum Dominum cœpiſſe prædicare regnum Dei in finibus Zabulon, & Nephthalim. Et aduertit hoc factum fuiſſe, [Vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam. Terra Zabulon, & terra Nephtalim via maris trans Iordanem Galileæ gentium, populus qui ambulabat in tenebris &c.] Ac denique ſubiungit Dominum Ieſum iuxta mare Galileę vocaſſe duos fratres, videlicet, Simonem Petrum, & Andream fratrem eius, ac deinde alios duos fratres Iacobum Zebedæi,& Ioannem fratrem eius, qui ſtatim relictis retibus, & patre, ſequuti ſunt eum. Vbi obſerua quod olim duos fratres vocauit Dominus Moyſem videlicet, & Aaron, & miſit illos ad Pharaonem, vt filios Iſrael educerent de Ægypto, & populum Dei per deſertum ad terram promiſſionis tendentem gubernarent, & ſub lege ſcripta eos cuſtodirent; Cum autem Euangelium omni creaturæ in vniuerſo mundo per Apoſtolos prædicaret, quatuor fratres elegit, qui legis gratiæ fundamenta eſſent poſt Chriſtum, & illam mundo nunciarent. Vtrobiq. fratres ad legem ſtabiliendam eliguntur, quoniam

Iſa. 9. *Iſai. 8.*

omnis lex, omnis Ecclesia in charitate & vnitate statuenda est, & ædificanda: sed ibi duo, hic vero quatuor fratres in ministeriũ legis adhibentur, vt scias quoniam lex gratiæ in maiori dilectione, & vnitate stabilita est, quam antiqua. Audi quid sanctus Chrysostomus loquẽs de his fratrib' dicat: [Erãt, inquit, habitatione ciues, dilectione cõcordes arte officij pares, fraternitate pietatis coniuncti; ideo sic vocauit & istos, ne tot bonis rebus coniunctos dissimilis vocatio separaret. Gratiose aliquis de hac duplici fratrum vtilitate locutus est, quoniam omnis Ecclesia præcipuè in charitate fuerat construẽda, sicut ipse dicit; Hoc est autem mandatũ, vt diligatis inuicẽ, sicut ego dilexi vos. Et iterum: In hoc cognoscent homines, quòd mei estis discipuli, si charitatem habueritis inter vos. Sicut enim in corporali ædificio lapis ad lapidẽ cæmento mediante constringitur, sic in ædificio Ecclesiæ, Christianus ad Christianũ charitate mediante connectitur. Ideo super fraternitatẽ charitatis Ecclesiæ composuit fundamẽta, vt radicibus charitatis exuberãs, quasi humor ascendat in ramos. Et hoc supernaturalẽ charitatem, vt non solum per gratiam, sed etiam per naturam ipsa charitas firmior habeatur. Sic enim fecit Deus in veteri testamẽto, ędificaturus enim populum illum per legem supra Moysem & Aaron fratres posuit ædificationis initium. Quoniã autem abundantior gratia futura erat noui testamenti quam veteris, ideo populum illum quidẽ ædificauit secundũ vnam fraternitatem, hunc autem secũdum duas.

Chrysost. ho. 7. imperf. in Matt. cir. medium, tom. 2.

Ioan. 15

Ioan. 13

29 Octauum signum est potestas legislatiua, quam de venturo Messia prædixerunt prophetæ. Isaias quidem 30. cap. [Et non faciet auolare à te vltra doctorem tuum. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, nec ad dextram, neque ad sinistram.] Quem locum de Saluatore in lege promisso interpretãtur sanctus Hieronymus super eundem locum, & alij Patres. Osæas quoque idem signum respiciens ait: [Tempus autem requirẽdi Dominũ cum venerit, qui docebit nos iustitiã.] Quæ verba etiam de Messia in lege promisso intelligunt sanctus Hieronymus super eundem locũ, & multi ex doctissimis Hebræis, vt Galatinus refert lib. 3. contra Iudæos c. 29. Idem signum explicant verba illa Ioelis 2. [Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorẽ iustitiæ.] Christum videlicet, qui est legislator, de quo scriptum est: [Etenim benedictionem dabit legislator.] Et iterũ: [Non est similis ei in legislatoribus.] Ipse enim iustitiam docebit, & falsam doctrinam à Scribis, & Pharisæis introductã, & legi permixtã exterminabit. Quod & Isaias propheta prædixit supra capite secundo, cum ait: [Et excoquam ad purum schoriam tuam,] vt in eodẽ cap. nu. 64. dictum est. Hæc autem omnia fuisse in Christo Domino cõpleta probat Euangelista cap. 5. 6. & 7. Nam in cap. 5. refert qualiter Christus vt perfectionẽ legis Euangelicæ prædicaret, ascendit in montem, & aperiens os suum tanquam Doctor docebat discipulos suos dicens; [Beati pauperes spiritu, &c.] Deinde ostendit in quo vera iustitia consistat, explicans quædam

Osea 10

Ps. 82.

Iob 36.

Matt. 5

præ-

præcepta decalogi malè à Scribis, & Pharisæis intellecta, & corrupta, & de hoc agit ab illo versiculo:[Dico autem vobis nisi abundauerit iustitia vestra,&c.] vsque ad finē capitis. Mox in cap. 6. docet hypocrisim fugiendā esse præcipuè in eleemosynis faciendis, & orationibus ad Deum, circa quas discipulos instruit, orationem Dominicam stabiliendo,& eos exortando, vt spem omnem suam in patria cælesti constituant, Denique in cap. 7. docet iudicia temeraria vitanda esse, & alia documenta salutaria circa varias virtutes constituit, quæ omnia manifeste indicant Christum Dominū esse magnum illum prophetam, & doctorem, de quo loquens Moyses

Deut. 8 prædixit. [Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus, ipsum audies.

30 Signum nonum de venturo Messia per prophetas prædictū, fuit deifica operatio,& coruscatio miraculorum, quibus suam doctrinam confirmauit. Hoc signum expresse

Isa. 35. constituit Isaias cum ait: [Deus ipse veniet,& saluabit nos. Tunc aperiētur oculi cæcorum,& aures surdorum patebuut. Tunc saliet, sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.] Humanitas quippe Redemptoris promissi propter coniunctionem ad verbum potestate quadam pollebat excellentiæ, qua naturam poterat immutare, & miracula facere. Idem signum præ-

Isa. 8. dixerat Isaias supra. [Ecce ego, inquit,& pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & portentum Israel à Domino exercitum, qui habitat in monte Sion. [vt explicatum est superius cap. 8. n. 29. & 30. Vbi expendimus verba illa Psalmi: [Tu eus Deus, qui facis mirabilia magna solus, quæ eandem potestatem faciendi miracula virtute propria in Verbo incarnato reperiri, designant. Hanc autem excellentiā Christo Domino competere probat sanctus Matthæus ex pluribus à Christo miraculis, quæ refert ca. 8. & tribus sequentibus: nam in c. 8. plura miracula narrat. Primo enim descendens de monte Leprosum mundauit. Secundo puerum Centurionis paralyticum curauit. Tertio, socrum Petri à magnis febribus liberauit. Quarto, multis dæmonia habētibus,& varias infirmitates medelam tribuit. Et hæc, inquit Euāgelista facta fuisse, [vt adimpleretur quod dictnm est per Isa- Isa. 53.

iam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit,& ægrotationes nostras portauit.] Quinto, sanat paralyticum in lecto, ca. 9. in principio. Sexto, filiam cuiusdam Principis iam defunctam, suscitat à mortuis: & mulierem, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis à pro fluuio liberat tractu fimbriæ. Denique in fine eiusdem capitis docet Euāgelista Christum Dominum omnem languorem, & omnem infirmitatem curasse. Confirmat hæc omnia idem Euangelista in cap. 10. potestate, quam Christus Dominus duodecim discipulis tradidit, [spirituum immūdorum, vt eijcerent eos, curarent omnem lāguorem, & omnē infirmitatem.] Vbi consequenter quędam præcepta illis tradidit instruens eos, qualiter in prædicatione Euangelij se gererent. Vltimo in cap. 11. Ioanni per duos discipulos inquirenti: [Tu es qui venturus es, an alium expectamus?] Respondit: [Euntes renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambu-

 lant,

lant, leprosi mundantur, sordi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur:] Insinuans se Messiam esse promissum in lege, de cuius aduetu prædixerat Isaias: [Tũc aperiētur oculi cæcorum,&c.]Neque esse alium, sicut perfidi Iudæi expectant, expectandum.

31 Decimum signum ex pacifica, & humili venturi conuersatio, de qua prædixerat Isaias:[Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus,complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum, super eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret: & linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium. non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulæ expectabunt.] quæ verba sanctus Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei, cap.vltimo,& Epiphanius lib. 2. contra hæreses, & alij Patres de Messia in lege promisso interpretantur, qui licet secundum diuinitatem, æqualis sit Patri, secundum humanitatem minor est patre. Ipse enim ait: [Quia pater maior me est.] Vnde & nomen serui illi congruere potest. Scriptum est enim: Quia [filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.] Et iterum: [Seruire me fecisti in peccatis tuis.] Hanc autem pacificam conuersationem, & humilem Christo Domino esse propriam probat sanctus Matthęus cap. 12. vbi refert qualiter discipulos suos à calumnia Pharisæorum defenderit,dicentium: [Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbato.]Quibus respondet,

Isai.42. *Ioan.14* *Mat.20*

[Misericordiam volo, & non sacrificium.]Narrat etiam,quam patienter respõderit Pharisæis calumniantibus eius miracula, & dicentibus: [Hic non eijcit dęmonia,nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ.] Et in eodem cap. adducit Euangelista auctoritatem Isaiæ inductam, docens fuisse in Christo Domino adimpletam. Ait enim:[Iesus autem sciens recessit inde, & secuti sunt eum multi,& curauit eos omnes,& præcepit eis ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur quod dictũ est per Isaiam prophetã dicentem: Ecce puer meus quem elegi,&c.]

32 Vndecimum signum de Messia venturo per prophetas sacros prædictum;fuit parabolica locutio, qua abscondita mysteria rudi populo explicuit. Hoc signum notauit propheta regius,cum in persona illius loquens dixit:[Aperiam in parablis os meum,loquar propositiones ab initio.]Isaias quoque cap.6. idipsum insinuat:[Excæca,inquiẽs, cor populi huius & aures eius aggraua,& oculos claude, ne forte videat oculis suis,& auribus suis audiat,&c.] Quare autem Scriptura sacra sæpissime vtatur parabolis,ac metaphoricis locutionibus, explicatum est supra in præfatione nu.2. pag.2. Hoc signum in Christo Domino expletum fuisse, comprobat sanctus Matthæus cap. 13. in quo refert parabolas, quibus cælestem doctrinam suam explicuit.Prima est seminantis semen, &c. & in eadem parabola Dominus affirmat se propterea in parabolis loqui, vt vaticinium prædictum Isaiæ impleretur. Ait enim: [Ideo in parabolis loquor eis, quia vidẽtes non vident,& audientes non audiunt, neque intelligunt,vt adimpleatur in

Ps. 77. *Mat.13*

eis

eis prophetia Isaiæ dicētis: Audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius; & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.] De quo testimonio plura diximus cap. 6. nu. 45. Secunda parabola est, qua assimilauit [Regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo: Cum autem dormirēt homines, venit inimicus eius, & super seminauit zizaniam in medio tritici.] Tertia est grani sinapis. Quarta est thesauri absconditi in agro. Quinta, est sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregantis. Et aduertit Euangelista. [Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis, vt adimpleretur quod di-

Ps. 77. ctum est per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meū eructabo abscondita à constitutione mundi.

33. Duodecimum signum fuit prouida ad instar pastoris suorum enutritio, qua non solum cælesti pabulo, sed etiam corporali nutrimento oues suas pauit: Loquens enim

Ezech. 34. Ezechiel de illo, inquit, [Sicut visitat pastor gregem suū in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarū: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis: & educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in mōtibus Israel in riuis, & in cūctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Ibi requiescēt in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.] Hoc autem vaticinium opere Christum Dominum compleuisse ostendit beatus Matthæus cap. 14. ex miraculo illo, quo in deserto seorsum quinque panibus, & duobus piscibus, quinque millia virorum satiauit.

34 Tertiumdecimum signum est hypocrisis maxima detestatio, quam de vēturo Messia prædixerat Isaias, cum ait. [Non secundū visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: *Isa. 11.* sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.] De quo vaticinio plura dicemus infra capite 11. Item etiam in cap. 29. in persona Christi loquens contra hypocritas, inquit. [Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.] Hanc ergo conditionem in Christo Domino concurrere cōtestatur Sanctus Matth. cap. 15. & 16. Nam in principio cap. 16. introducit Pharisæos reprehendentes Iesum, quia discipuli eius trāsgrediuntur traditiones seniorum non lotis manibus manducando; Christus autem quasi arguens in æquitate, & respondens pro mansuetis terræ, eos increpat, dicens, [Quare, & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram.] Et allegat in confirmationem huius prædictam prophetiam Isaiæ. Mox in residuo capitis tria refert miracula, quibus doctrinam contra Hypocritas traditam con-

firmauit Christus. Denique cap. 16. in principio vnum, ex miraculis ad detestationem hypocrisis Pharisęorum, & Saduceorum applicat dicens. [Intuemini, & cauete à ferméto Pharisæorum & Saducæorũ.] Videantur circa hoc supra dicta cap. 1. num. 52.

35 Quartumdecimum signum quod de venturo Messia annunciauerunt prophetæ est duarum naturarum, diuinæ, videlicet, & humanæ in eodem supposito admirabilis connexio. Hoc signum tradit nobis Isaias in præsenti, & alij prophetæ, quorum testimonia expendimus in hoc cap. nu. Hanc autem excellentiam soli Christo conuenire ostendit Sanctus Matthæus eodem c. 16. ab illo versiculo. [Venit autem Iesus in partes Cæsare Philippi ex cõfessione altissimi Principis Theologorũ Petri Apostoli. [Tu es Christus Filius Dei viui.] Quibus verbis Christum Dominum filium Dei naturalem esse confessus est. Quod autem humanam simul habeat naturam, non phantasticam, (vt somniauerunt hæretici) sed veram declarat consequenter ex passione futura, de qua loquebatur cum discipulis suis, dicens, [Quia oporteret eum ire in Hierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotũ, & occidi.] Nisi enim esset verus homo hæc pati vtique non potuisset. Vnde Sanctus Augustinus scribens ad sororé, & verba illa Ioannis expendens, videlicet. [Ecce homo, ait: Ecce educitur flagellatus portans spineã coronam, & purpureum vestimentum. Et dicit Pilatus, Ecce homo. Vere homo est; quis dubitet? Testes sunt plagæ virgarum, liuor vlcerũ, fœdatio sputorum. Iam nunc cognosco Zabule quia est homo. vere, inquis, sed quid est quod in tot iniurijs non irascitur vt homo, non mouetur vt homo, non suis tortoribus indignatur vt homo? Ergo plus est quam homo, si quis cognoscit illum. Cognoscitur certe homo impiorũ iudicia sustinens, sed cognoscetur Deus Iudicium faciens. Sero aduertisti Zabule.] Vide qualiter ex passione satis constet vere Christum Dominum esse hominẽ, nec solum hominẽ sicut cæteri, sed etiam Deum? Vtrunque confirmat Euangelista cap. 17. Quod enim in Christo sit vere diuina natura probat ex sacrosancto transfigurationis mysterio, in quo, [Facies eius resplenduit sicut sol, & vox patris audita est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.] Quod autem simul etiam naturam habeat humanam, ostendit ex solutione didragmatis, quam sicut verus homo principibus exoluit.

Aug. lib. de vita Heremit. ad soror. c. 59. habetur t. 1

36 Quintumdecimum signum fuit Hierarchica vnius noui regni ordinatio in humilitate, fraternitate, charitate, & aliarum virtutum exercitio consistens: De qua prophetice loquens Daniel cap. 7. Postquam diuersa mundi regna sub figura variarum bestiarum descripsit, vt ostenderet eminentiam regni Christi, inquit. [Et iudicium sedebit, vt auferatur potẽtia, & conteratur, & dispereat vsque in finẽ. Regnum autem, & potestas, & Magnitudo Regni quod est subter omne cælum: detur populo sanctorum Altissimi, cuius regnum, regnum sempiternũ est, & omnes reges seruient ei, & obedient.] Isaias etiam in hoc capite idipsum annunciat. [Multiplicabitur, inquiés, eius imperium, Isai. 9.

perium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret à modo, & vsq; in sempiternum.] Et Dauit propheta in persona mittẽdi loquens, ait. [Ego
Psal. 3. aut constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.] Hoc autem signum probat Euãgelista in Christo Domino reperiri. Id quod manifestat io cap. 18. 19. & 20. in quibus Saluator ad virtutes, quibus regnum cælorũ acquiritur, homines hortatur. Etenim cap. 18. agit de regno cælorum, quod est præsens Ecclesia, ostendens, qualiter Dominus Iesus regnũ suum disposuit opposito modo ad regnum terrenum. Primo quidem in humilitate, ad quam homines hortatur in principio capituli decimi octaui. [Quis putas maior est in regno cælorũ?] Secundo in charitate, & fraternitate ad quam suos inducit eodem capite ab illo versiculo. [Si peccauerit in te frater tuus.] Tertio in misericordia, & pietate, de qua agit ab illo versiculo. [Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere, &c.] Quarto in castitate coniugali, de qua agit c. 19. in principio. Quinto in obseruantia omnium mandatorum, ad quam hortatur eos, qui ad suum regnum pertinent, & præcipue iuuenem, cum ait illi. [Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.] Sexto in voluntaria paupertate, & perfectione Euangelica, cuius præmium subdit statim ab illo versiculo. [Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes & da pauperibus.] Et infra: [Ecce nos reliquimus omnia, &c.] vsque ad finem cap. Septimo in manuum exercitatione, & operatione continua, ad quam in toto cap. 20. nos inducit, sub parabola Patris familias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Octauo in concordia pace, & trãquilitate, contentionem omnem, & ambitionem procul pellentem. Et de his agit ab illo versiculo, [& accedens Iesus Hierosolymam] vsque ad finem cap. 20. Vbi etiam introducit decẽ Apostolos indignatos de duobus fratrib⁹, scilicet, Iacobo, & Ioãne, quia postulauerant, vt vnus sederet ad dexteram, & alius ad sinistram in regno eius. Quam indignationem, & turbationem sedat, dicens. [Scitis quia reges terræ dominantur eorum, &c.]

37 Sextumdecimnm signum. est ingressus humilis in sanctam Ciuitatem super Asinam populo acclamãte. [Benedictus qui venit rex in nomine Domini.] Hoc signum
expressis verbis Zacharias prædixit, dicens. [Exulta satis filia Sion, Zach. 9.
iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.] Hanc autem prophetiam Sanctus Matthæus c. 21. ostendit in redemptore nostro Christo Iesu ad litteram fuisse completam, dum refert ascensum illius honorificum in Ciuitatem Hierusalem, paucis diebus ante passionem factum, & aduertit: [Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem. Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi, &c.]

38 Decimumseptimum signum est Iudæorum excæcatio, & reprobatio ob eorum perfidiam, quam prædixit Isaias c. 2. cum ait. Proiecisti enim populum tuum domũ Iacob.

cob. & cap. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, &c.] Et cap. 29. Claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vident visiones operiet, & erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati.] Id quod iuxta interpretationem Sancti Gregorij vaticinatus est Iob cap. 37. cum ait: [Immanibus abscondit lucem,] hoc est Christum, qui est lux mundi perfidis, atque superbis Iudæis occultauit. Sed quonia in fine mūdi à cordibus eorum velamen est auferendum, vt conuertantur ad Dominum, subdit. [Et præcepit ei, vt rursus adueniat.] Hoc autē in Aduentu Christi completum fuisse ostendit Sanctus Matthæus cap. 21. & duobus sequentibus, in quibus narrat qualiter in præsentia luminis; hoc est Christi Iudæi, & maxime Pharisæi, & seniores populi excæcati sunt. Id quod manifestat, primo sub parabola, cuiusdam Ficulneæ; quæ non protulit fructū, sed arefacta est, Illa autem ficulnea significabat Iudæos. Hanc parabolam tangit cap. 21. ab illo versiculo: [Videntes autem Principes sacerdotum, & scribæ mirabilia, quæ fecit, &c.] Secundo sub parabola cuiusdam hominis habentis duos filios. Tertio sub parabola de agricolis, qui hæredem domini vineæ occiderunt, quas constituit eodem cap. 21. In cap. autem 22. idipsum ostendit alia parabola de nuptijs & inuitatis, qui fuerunt indigni, ac denique ostendit Iudæos excæcatos fuisse ex machinatione, & consilio, quod inierunt contra Christum, vt caperent eum in sermone, de quo agit eodem cap. 22. ab illo versiculo: [Tunc abeuntes Pharisæi,] vsque ad finem capitis.

Greg. 27. mor. 7.

In cap. autem 23. etiam loquitur cōtra perfidiā Iudæorum, Væ damnationis æternæ, ob eorum cæcitatem, & alia innumera peccata, illis annunciando.

39 Decimumoctauum signum, quod de venturo Messia prædixerūt prophetæ, est occultorum reseratio, & futurorū prophetica cognitio. Loquens enim de illo Moyses inquit. [Prophetā de fratribus tuis, sicut me suscitauit Dominus Deus tuus, sicut petisti à Domino tuo.] Dominus etiam loquens ad Moysem in eodem capite inquit. [Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui.] Hanc autem excellētiam Christo Domino competere ostēdit Sanctus Matthæus cap. 24. & 25. vbi refert, qualiter Christus Dominus excidium Hierusalem, & destructionem templi per Titum & Vespasianū faciendam prophetauerit, atque vniuersalem iudicij diem, necnon & signa terribilia antecedentia diem illum, de quibus agit in toto cap. 24. In cap. autem 25. explicat modum, quo homines venient ad iudicium, sub duplici parabola, altera decem virginum, quarum quinque erant fatuæ, quinque prudentes, Altera est, diuersorum seruorum, qui varia, vt cum eis negociarentur, à Domino suo acceperunt talenta. Denique declarat qualiter vltimum iudicium sit consumandum, de quo agit ab illo versiculo: [Cum autem venerit filius hominis;] vsque ad finem capitis.

Deut. 18.

40 Decimumnonum signum à prophetis prædictum de venturo Messia, est institutio cuiusdam mirabilis sacrificij, atque ineffabilis sacramenti sub speciebus panis, & vini. De sacerdotio namque illius

canit

Ps. 109 canit propheta. [Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.] Melchisedech autem vt constat ex historia Genesis 14. panem Deo, & vinũ obtulit. Zacharias etiam loquens de pane isto, & vino ait. [Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.] Quem locum de sacrosancto Eucharistiæ sacramento interpretatur Hieronymus in commentarijs super Zachariam. Denique Isaias de eodem pane loquens, iuxta interpretationem Sancti Cyrilli, & Basilij ait. [Dabit tibi Dominus panem arctũ, & aquã breuem,] Et vere arctum & breuẽ, si quidem sub parua hostia consecrata, & sub paruo poculo, tota Dei abbreuiatur maiestas. Et quoniam sub tam admirabili sacramento nobiscum semper permansurus erat, iuxta illud, quod ipse ait: [Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumationem sæculi:] subdit statim. [Et non faciet vltra auolare à te præceptorem tuum.] Vnde, & Ezechiel nos admonet, nomen, ciuitatis sanctæ Hierusalem appellãdum esse Dominus ibidem, [Et nomen, inquit, ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.] Quæ verba etiam ipsi Hebræi de Sacramento explicant Eucharistiæ, sub quo vere Dominus habitat in Ecclesia, & permanebit nobiscum vsque in finem. Hoc autem signum in Christo Domino completum fuisse, colligit Sanctus Matth. cap. 26. in principio, ex institutione sacrosancti Eucharistiæ sacramenti, quod sub speciebus panis, & vini pridie quã pateretur instituit, & discipulis mã ducandum dedit, atque in sacrificium incruentum obtulit Deo patri. De quo plura diximus cap. 1. num. 9. & 10.

Basil., & Cyril super Ps. 28

Mat. 28

Eze. 28

41 Vigesimum signum est acerbissima passio, quã pro totius mundi salute redemptorem in lege promissũ sustinere, æterno Dei consilio decretũ est. Huius signi plenæ sunt scripturæ. Omnes enim fere prophetæ, & lex ipsa digito Dei conscripta omnia, & singula, quæ passurus erat, prędixerunt. Nam de Iuda proditore, qui osculo tradidit filium hominis, & postmodum de misericordia desperans diuina abiens laqueo se suspendit. extat aperta prophetia Psal. 108. quam de illo explicat Sanctus Petrus Apostolus actorum cap. 1. De scandalo discipulorum, qui omnes relicto Christo Domino fugerunt vaticinatus est Zachar. cap. 13. cum ait: [Percute Pastorẽ, & dispergẽtur oues.] Quod ligatus ducendus esset sicut ouis ad occisionem, vaticinatus fuerat Isaias cap. 53. Quod triginta argẽtei, quibus appreciatus est Saluator in prętium agri pro sepultura peregrinorum distrahẽdi essent, prophetauit Zacharias cap. 11. & Hieremias c. 32. vt latissime ostendimus supra cap. 6. nu. 41. Flagella acerbissima, quæ vsque ad effusionem sanguinis pro peccatis nostris patiẽter sustinuit prædixit Propheta regius Psal. 37. [Ego autem in flagella paratus sum.] Et Isaias 53. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.] Opprobria, & Ludibria, quibus dehonestandus erat à militibus, & plebe, prædixit Psalmista eodem Psal. 21. [Aperuerunt super me os suum, & Psal. 68. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.] Et iterum: [Tu scis improperium meum, & confusionem

sionem meam, & reuerentiã meam. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miseriã.] Quod cruci inter duos latrones affigendus esset, quasi vnus ex illis, & clauis atrociter manus illius, & pedes perforandæ, prædixerũt Dauid propheta Psal. 21. [Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea.] Et Zacharias 13. [Et dicetur ei quid sunt plagæ istæ, in medio manuum tuarum? Et dicet, his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Et cum iniquis deputatus est.] Quod vestes illius inter milites essent diuidendæ, & sorte tunica inconsutilis, vni approprianda quasi iam gestum esset, Dauid prænunciauit, cũ in per-
Ps. 21. sona Saluatoris loquens ait. [Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miseruut sortem.] Quod in cruce positus pater ab illo erat inuocandus prædictum est in Psal. 21. [Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquistii] Mortem illius ignominiosam, sed salutiferam nobis, prænunciauit Isaias 53. sepulturã denique honorificam illius, in qua Ioseph Abarimathia illum constituit, vaticinatus est etiam Isaias eodem cap. [Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua.] Et cap. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum.] Quem locum expendemus eodem capite. Hæc autem omnia fuisse per ordinem in Christo Domino completa, demõstrat sanctus Matthæus c. 26. & 27. in quibus narrat omnia, quæ in passione illius gesta sunt, aduertens specialiter quãdo fugerunt discipuli, adimpletum esse quod scrip-
Mat. 16 tum est Zachariæ 13. [Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis:] Similiter etiam quando Iudas pænitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotũ, & senioribus, & illi emerunt ex eis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, ait Euangelista: [Tunc impletum est, quod dictum est per
Hieremiam prophetam dicentem: Zach. 11
Et acceperunt triginta argenteos præcium appreciati, quem appreciauerunt a filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.] Denique enarrans Euangelista illud: Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes.] Subdit: [Vt impleretur quod dictũ est per prophetam dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.] Hoc ipsũ multoties aduertit Ioannes cap. 19. Ait enim: [Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. vt Scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.] Et post pauca: [Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua, &c. Facta sunt enim hæc,
vt Scriptura impleretur. Os non Exo. 12
comminuetis ex eo. Et iterum alia
scriptura dicit: Videbunt in quem Zach. 12
transfixerunt.] Vt quid enim Euangelistæ toties repetũt, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam, &c. nisi vt agnoscas Christum Dominum omnia legis, & prophetarum oracula expleuisse? Vide supradicta in præfatione huius libri num. 1.

42 Vi-

41 Vigesimumprimum signum de Saluatore promisso prædictum à prophetis, fuit magnifica & gloriosa illius resurrectio, qua aduersus mortem triumphauit. Hanc prædixerat psalmista: [Caro mea, inquiens, requiescet in spe. Quoniã non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.] Et iterum: [Exurge gloria mea, exurge Psalterium, & cythara, exurgam diluculo.] quem locum de resurrectione Christi, explicat Beatus Augustinus in commentarijs super Psalmum 56. [Caro, inquiens, diuina operans Psalterium est, caro humana patiens, cythara est. Sonet psalterium illuminentur cæci, audiant surdi, stringantur paralytici, ambulent claudi, surgant ægroti, resurgant mortui, iste est sonus psalterij. Sonet & cythara, esuriat, sitiat, dormiat, teneatur, flagelletur, irrideatur, crucifigatur, sepeliatur. Psalterium enim desuper, cythara vero inferius sonum reddit. Ideo illud diuina opera, hæc vero humana designat.] Idem resurrectionis mysterium denunciauit Osæas, cum ait: [Viuificauit nos post duos dies, & ĩ die tertia suscitauit nos,] Et iterũ: Ero mors tua, ò mors, morsus tuus ero inferne.] Vbi obseruandũ quod non dixit: ex toto destruam te ò inferne, sed ero morsus tuus. Nam, vt inquit Gregorius, quod occidimus, agimus, vt penitus non sit, ex eo autem quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus Dominus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia vero ex inferno partem abstulit, partemque reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernũ. Dicit ergo: Ero mors tua ò mors, idest in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tuus inferne: quia sublatis eis, te ex parte transfigo. Hoc autem signum in Christo Domino expletum fuisse probat beatus Matthęus cap. 28. Vbi resurrectionem enarrat Saluatoris, & multa, quæ in illa acciderunt, ex quibus manifeste constat, illum omnia prædicta oracula respicere. Vnde beatus Paulus de morte Christi loquens ait, quòd Christus gustauit mortem, Petrus vero inquit quoniam Christus mortem deglutiuit. [Per resurrectionem, inquit, Iesu Christi à mortuis, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes essemus.] Gustauit quidem; quia peccati debitũ pro nobis exoluit, sed mortem idem ipse deglutiuit, quia mors mortis moriendo factus est, & in vitã illam resurgendo commutauit. Vnde Augustin⁹ ait: [Christus ergo mortem gustauit, quia verus homo est, idemq. mortem deglutiuit, quia verus Deus. Ipse quippe, sicut dicit Apostolus, Mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, vnus atque idem, qui, secundum prophetiam Dauid, & homo factus est in Sion, & ipse fundauit eam altissimus:] Lege Chrysostomum homilia 24. super primam epistolam ad Corinthios, post medium, & homil. 41. paulo post principium in illa verba, & hoc quod seminas, nõ corpus, quod nascetur, seminas, vbi multa de resurrectione Christi docet elegantissime.

Ps. 15. *Ps. 107.* Aug. t. 8. *Osea 6.* *Osea 13* Greg. 12. mor. 8. *Heb. 2.* *1. Pet. 3.* Aug. lib. de fide ad Pet. diac. c. 2. to. 3. *Ps. 86.*

42 Vigesimumsecundum signũ est vocatio gentium, quæ introducendæ per Apostolos erant ad fidẽ, vt ex vtroque populo fieret vnum ouile, sicut est vnus pastor. Hoc signum multo ante prędixerat Iacob

cum

Gen.49 cum morti propinquus ait: [Et ipse erit expectatio gentium.] Isaias etiam multoties signum illud repetit. *Isai.2.* Ait enim: [Et fluent ad eum omnes gentes.] De quo vaticinio plura diximus cap.2.nu.6.& 7. Et iterum, inquit, *Isa.11.* [Ipsum gentes deprecabũtur.] *Isa.49.* Et rursus: [Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremũ terræ.] *Malac.1.* Malachias etiam idem signum respiciens ait: [Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiã de manu vestra. Ab Ortu enim solis, vsque ad Occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio mũda: quia magnum est nomen meum in gẽtibus, dicit Dominus exercituum.] Nec Propheta regius huius mysterij immemor fuit. Etenim in persona verbi incarnati loquens ait: *Ps.59.* [In Idumeam extendam calceamentum meum,] hoc est, fidem verbi incarnati ad gentilitatem. Hoc autem in Christo Domino impletum fuisse contestatur Beatus Matthæus in calce totius Euangelij, cum refert Christum Dominum, qui ante dixerat. [In viam gẽtium ne abieritis,] post resurrectionem tamen præcepisse discipulis suis. [Euntes docete omnes gentes Baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis.] Relinquitur ergo ex dictis Christum Dominum esse verum Messiam in lege promissum, nec fore deinceps aliũ expectandũ, *Act.4.* [quoniam non est aliud nomen sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi.]

43 [Et factus est principatus super humerum eius.] Communiter sancti Patres locum istũ de trophæo crucis Dominicę interpretantur, præcipue sanctus Ambrosius lib.3. de fide cap.4. sanctus Augustinus sermone 71. de tempore, & Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionẽ. † In cuius signum Isaac cũ, vt immolaretur Deo, properaret in montem, ligna holocausti super humeros suos portauit. Tulit (inquit) ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum, ipse vero portabat in manibus ignem, & gladium. *Gen.22* Quæ verba expendens Aug. loco superius allegato ait. Quod Isaac ipse sibi ad immolandum ligna detulit, & in hoc Christum dominum figurauit, qui ad locum passionis crucem suam ipse portauit. De quo mysterio multo ante dictũ fuerat per prophetã, & erit inquit, principatus eius super humerum eius. Tunc enim Christus principatum super humerũ eius habuit, quando crucem suam admirabili humilitate portauit.] Et post pauca. Hoc ideo diximus fratres, vt agnosceret charitas vestra quod principatus Christi, de quo scriptũ est, & erit principatus super humerum eius: non sit aliud, nisi crux eius *. **Crux prĩcipatus Christi.** Dicitur autem Crux principatus non opprobriũ, vel ignominia eius: quoniam crucem pro hominibus super humeros portare, suspendi in patibulo, & mori pro maxima gloria Christus duxit pro corona, & sceptro Regni sui, vt diximus supra cap.5. num.5. Solent Reges insignia potestatis suæ, sceptrum videlicet & coronam in manibus portare, vel capite, nõ in humeris vel scapulis. Solus Christus

Iesus

Iesus Regni sui potestatem, & admirabile signũ in humero extulit: vt illic suam exerceret clementiã, vbi Agnus Dei portauit peccata mũdi, Supra dorsum Christi fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatẽ suam. Ibi ergo decebat crucẽ Domini collocari, vt peccata supra dorsum Christi fabricata solueret, atque deleret. Ibi apposita est medicina, vbi aliorũ portabatur infirmitas. Dicitur etiam crux Christi principatus eius, vt ait Augustinus. Nam per ipsam & Diabolus est victus, & mundus ad Christi notitiam & gratiam reuocatus. [O admirabilis potentia crucis (ait Leo] O ineffabilis gloria passionis: in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Quia crux tua omnium fons benedictionum, omniũ est causa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.] Nihil erat olim ignominiosius cruce nihil execrabilius, nihil durius: Nec mirũ. Nam maledictus à Deo erat omnis qui pẽdet in ligno. Sed postquã innocens Christus in ligno pro peccatoribus mortuus est, nihil gloriosius, nihil amabilius, nihil dulcius, quàm lignum crucis desiderari potest, aut inueniri: in quo ad æqualitatem pro peccatis hominũ Deo est satisfactum. [Benedictum lignum (ait Sapiens) per quod fit iustitia.] Benedictum, quoniam homines benedictos facit, iustos & sanctos, vt nõ iam reprobi, sed gloriosi apud Deum habeãtur. [Ecce eijcis me hodie à facie terræ,] ait Cain ad Dominũ, [& à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Dixitq. ei Dominus.

Aug. ser. 71. de tẽpore.

Leo.

Deut. 21.

Sap. 15.

Gen. 4.

Nequaquam ita fiet, sed omnis, qui occiderit Chain septuplum punietur. Posuitq. Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inueniret eum.] Si referentibus fides adhibenda est, signum illud fuit crucis signaculum, quod in facie Cain, creditur à nõnullis Dominum posuisse, vt notaret peccatores per crucem Dominicam ab æterna morte liberãdos fore. Consonat hoc cum loco illo Ezech. 9. Vbi dixit Dominus ad virum, qui indutus erat lineis. [Trãsi per mediam ciuitatẽ,] in medio Hierusalem, [& signa Thau super frontes virorũ gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiũt in medio eius.] Et post pauca: [Transite per ciuitatem, & percutite. Non parcat oculus vester, neque misereamini senem adolescentulum & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internecionẽ. Omnẽ autem super quem videritis Thau, ne occidatis.] Ecce quomodo à morte liberandi notantur crucis signaculo, [Thau,] enim apud Hebręos ad instar crucis olim scribebatur, sicut nunc, [Taph,] apud Græcos. Hinc collige, quantum expediat fidelibus crucis insignijs in vtroque homine notari, & eam semper in cordibus impressã habere. Quod vt in posterum suis commendaret, crucem in principio legis scriptæ digito suo exarauit Dominus. Est autem eius titulus Thorath, Iehoua. Vbi litera Thau, in fronte legis datæ conscribitur, vt in corde fidelium crucis memoria fixa permaneat. Hinc est illud quod in laudem Ecclesiæ scriptum est. [Hortus conclusus soror mea sponsa, Hortus cõclusus fons signatus.] Nimirum signo crucis sacramẽtorum

Cant. 4.

rum

rum omnium insignia referētis, per quæ electi à morte liberantur æterna. In versione Chaldaica, vbi nos legimus. [Et factus est principatus super humerum eius,] habetur. [Et recipiet super se legem ad seruandum eam.] Nam Christus legem adimpleturus erat, & facturus, sicut ipse ait, [Non veni soluere legem, sed adimplere.] De quo lege Nicolaum de Lyra, in glossa ordin. tom.6. in fin. probatione diuinitatis, & humanitatis Christi.

Matt.5

44 [Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius.] His nominibus & sequētibus explicat propheta Christi nascētis diuinitatem. Neque enim vnico verbo, aut nomine, quod inexplicabile est, exprimere potuit. Et imprimis, inquit, vocandum esse admirabilem, atque consiliarium. Hoc nomen Christo competit, non solum eo quod possit consulere in rebus dubijs, sicut sapiens, sicut consiliarius: sed quoniam vt omnipotens, & misericors bene consulet rebus nostris, captiuitate videlicet peccati, & iugo diaboli humanum genus eripiēdo. Item quoniam consilia Euangelica tanquam perfectionis magister suis sectatoribus tribuit, cuius doctrina voce Patris firmatur. [Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipsum audite.] Vnde, & peccatorum consilia impietate plena per magni consilij Angelum dissipanda erant, vt consilium Domini stabile in æternum permaneat Septuaginta viri transferunt. [Et vocabitur nomen eius magni consilij Angelus, admirabilis consiliarius.] Quibus verbis, vt Dionysius notauit, & Athanasius, Angelus magni consilii filius Dei nuncupatur, eo quod fuerit à Patre missus ad nunciandum & peragendum magnū illud nostrę redemptionis consilium. Vnde, vt docet Ambrosius, ideo per Angelos Deus olim multoties Patribus loquebatur, & in eorū specie hominibus apparebat, vt ostēderet se illū esse magni consilij Angelum, idest, nuncium, qui opus redēptionis perfecit, & illud mundo euangelizauit, iuxta illud quod ipse ait: [Omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis.] Et obserua quod cum in illis verbis, [puer natus est nobis, & filius datus est nobis,] vtrāque Propheta Saluatoris naturam designasset, diuinam videlicet, & humanā, vt doceret, in vna eademq. verbi diuini conuenisse persona, subdit in singulari. [Et vocabitur nomen eius, &c.] Aduertit hoc Concilium Spalense 2. actione 13. vbi sic dicitur. [Paruulus natus, idest Christus ad susceptæ humanitatis naturam pertinet, quia homo est factus. Filius. Et vt ostēderet in vtraque natura vnam esse personam, adiecit. Vocabitur nomen eius magni consilij Angelus, Deus fortis.] Nec te moueat quod Christus Dominus non fuerit his nominibus communiter vocatus, nam vt adnotauimus supra cap.8.nu.9. in illa verba. [Voca nomen eius accelera,] multoties in sacro eloquio aliqui dicuntur illis nominibus vocari, quibus proprietates rei significatæ per talia nomina conueniunt. Qualiter autē significata per ista nomina, [admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, &c.] cōpetant Saluatori, lege apud Sanctum Bernardum serm. 2. Circumcisionis Domini. †Vbi ait magna quidem nomina, sed vbi est nomen quod est super omne nomē, nomē Iesu, in quo omne genuflectatur for

Dionys. ca.4. cæl. Hierar. Athan. li. de Beatit. filij Dei.

Ambr. de fide cont. Ariā. c.8.

Ioan. 15

tis

Bern. ser. 2. circũci. tis in his omnibus solum illum inuenies, sed expressum quodammodo, & effusum, nempe ipsum est de
Cant. 1. quo sponsa in cantico amoris, ait: [Oleum effusum nomen tuum] habes ergo vnum ex hijs omnibus appellationibus Iesum, nec omnino, aut vocari possit, aut esse Saluator si forte quidpiam eorum defuisset. numquid non vere admirabilẽ eum singuli sumus experti: in mutatione vtique voluntatum nostrarum? Hoc nempe est saluationis nostræ principiũ cum incipimus resumere quod diligebamus, dolere vnde letabamur,
Admirabilis. amplecti quod Timebamus, sequi quod fugiebamus, optare quod contemnebamus. admirabilis plane qui hæc operatur mirabilia, sed nihilominus, & consilarium sese exhibeat necesse est in electione pænitentiæ, & vitæ ordinatione, ne forte sit nobis absque sciẽ
Consiliarius. tia zelus, & voluntati bonæ prudentia desit. sanè opus est, vt Deum esse probemus in remissione, videlicet priorum delictorum, quia nec
Deus. sine hac salus nobis constare potest & nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus. Verum ne id quidem sufficit æd salutem, nisi fortem
Fortis. qnoque experiamur inexpugnando impugnantes nos, ne ab eisdem rursus concupiscentijs superemur, & fiant nouissima nostra peiora prioribus. Vidætur ne iam aliquid de-
Pater futuri sæculi. esse Saluatori? planè deesset quod maximum est nisi & pater esset futuri sæculi, vt per eum scilicet in immortalitatem resurgeremus, qui per præsentis sæculi patrem generamur ad mortem, neque hoc satis,
Princeps pacis. si non etiam princeps pacis patri nos reconciliaret? Et in sermone 10. ex paruis, ait idem Bernardus, ait admirabilis est in natiuitate, consiliarius in prædicatione, Deus in operatione, fortis in passione, pater futuri sæculi in resurrectione, princeps pacis in perpetua beatitudine: hæc aut nomina etiam possunt ei cõgrue assignari in opere nostræ salutis, vide ibi & serm. 35. in Cantica.

45 [Deus fortis.] Denunciat propheta puerum illum, qui natus est nobis, non solum esse hominem, sed etiam verum Deum, qui fortis erit & potens in se confidentes liberare, Vnde & propheta Regius in laudem illius canit. [Simul in Ps. 48.
vnum diues & pauper.] Ipse est diues ipse pauper. Diues ex diuinitate, pauper ex humanitate. Iuxta quod & Paulus ait: [Qui cum esset 2. Cor. 8
diues, propter nos egenus factus est.] vt diues & pauper sint simul, nec possint vnquam ab inuicem separari. Iudæi peruersi & alij multi Iudaizantes, qui diuinitatem negant redemptoris, locum istum conãtur deludere, varias explicationes illi tribuendo, sed alienas omnino, & contrarias fidei Catholicæ, atque sensui communi recepto ab Ecclesia. Immo, vt adnotauit Lyranus in lib. quæstionũ con- Lyran. li. 9. contra Iud. Perf. q. 2. post med.
tra Iudaicam perfidiã quæst. 2. post medium, negantes ex hoc loco Isaiæ probari efficaciter diuinitatem Christi, corrumpunt textum sacrũ, atque ab illo omnia nomina exprimentia diuinitatẽ abraserunt. Confirmant hoc ex trãslatione Septuaginta Interpretum, quæ sic habet. [Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij Angelus.] In quibus verbis nullum est nomen significans diuinitatem. Nihilominus firmissime tenendum est, omnia

verba quæ in æditione vulgata referuntur, esse de textu sacro, sicut tenet Ecclesia, & sācti Patres potissime Sanctus Chrysostomus ho. 5. de incomprehensibili Dei natura, & in demōstratione quod Christus sit Deus: Sanctus Hieronymus in præsenti, Sanctus Ambrosius lib. 3. in Lucam. Vnde hoc inter alia certissimum debet esse fidei Christianę fundamentum Christum Dominum non solum esse hominem, sed etiam per naturam verū Deum. Id quod ad Hebr. primo multis locis Scripturæ sacræ probat ex professo Sanctus Paulus.

46 Primus locus quo vtitur Apostolus ad probādum Christum Dominum esse verum Deum, habetur Psal. 2. vbi loquens Propheta in persona Christi ait. [Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.] Quæ verba de generatione æterna interpretātur communiter sācti Patres; potissimè sanctus Augustinus to. 8. super Psal. 2. tom. 3. in Enchiridione ad Laurentium cap. 49. & tom. 6. in oratione de 5. hæresibus cap. 4. Sanctus Chrysostomus to. 4. hom. 2. super Epist. ad Hebræos, Sāctus Thomas super eandem Epist. & 4. contra gentes cap. 2. & Sanctus Athanas. de vnit. summę Trinitatis. Et quidem quod psalmus ille ad litteram de Christo intelligatur, colligitur clare ex actibus Apostolorum c. 4. vbi Sanctus Petrus multa verba eiusdem Psalmi interpretatur de Christo. Quod & Sanctus Thom. 4. contra gentes citat & manifeste ostendit contra quosdam Doctores asserētes illum Psalm. de Dauid esse ad litteram intelligendum. Habet autem prædictus locus triplicem explicationem & ex qualibet illarum concluditur efficaciter Christum Dominum esse verum Deum.

47 Prima explicatio & potissima est, quam sequuntur Sancti supra allegati. Dominus, scilicet pater dixit ad me, idest dicēdo & substantiam suam cognoscendo me genuit. Dicere namque ad intra est filium generare. Sicut enim qui aliquid dicit, verbū profert, quo mentem suam exprimit: ita Pater cœlestis per actum intellectus verbum genuit, in quo totam substantiam suam sapientiam, & infinitatem expressit, vt late pertractat Sanctus Thomas p. part. q. 27. art. 2. Et ne existimares hanc verbi generationem communem esse cum alijs, qui per adoptionis gratiā in filios Dei adoptantur, de quibus Ioan. ait: [Dedit eis potestatē filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis; neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt,] ad insinuandam generationem, de qua loquebatur singularem esse, inenarrrabilem, & æternam, subiungit, filius meus es tu, ego hodie genui te. Tu (inquit) singulariter es filius meus; & ego singulariter genui te, & incommunicabiliter. Est enim Christus natura filius Dei quod nulli alteri potest competere. Vnde sicut pater dicit ad alium singulariter filius meus es tu; ita & filius Deum patrem suum singulariter inuocat, sicut scriptum est: [Ipse inuocauit me Pater meus es tu.] Et iterum:] Pater mi si possibile est, transeat à me Calix iste.] Qui enim Deo dicit singulariter Pater mi, & non sicut nos, qui orantes clamamus: Pater noster qui es in cœlis, se esse singulariter Dei filium profitetur, nullum alium fratrem agnoscens

Ioan. 1.
Ps. 88.
Mat. 27

scens nullũ in filiatione illa consortem. Vnde (vt optime adnotauit Augustinus) nos cum oramus nõ dicimus Deo singulariter Pater mi, sed [Pater noster qui es in Cœlis sanctificetur nomen tuum:] Quia per gratiam non vnius tantum, sed plurium filiorum pater est, iuxta quod

Heb. 2. & Paulus ait. [Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionẽ cõsummare. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes. Propter quam causam non cõfunditur fratres eos vocare, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.] Quia vero generatio vnigeniti æterna est & perfecta, subdit [ego hodie,] idest in æternitate [genui te.] Per aduerbiũ namque [hodie] significatur æternitas, quæ nec præteritum habet, nec futurum expectat: sed semper in illa, idem nunc inuariabile perseuerat, cujus sol nunquam occidet, iuxta il

Isa. 60. lud quos Isaias ait. [Erit Dominus lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam; non occidet vltra sol tuus.] & Apocalip. 22. [& nox vltra non erit, quoniam Dominus Deus illuminabit illos.] Vnde & propheta Regius; nunc illud æternitatis, diem virtutis verbi splendidũ appellat, cum in persona Patris

Ps. 109. loquentis ad filiũ ait; [Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te.] Coniungitur autem (vt notauit Anselmus) verbũ Genui, quod est præteriti temporis cum aduerbio, hodie, quod est temporis præsentis, vt ostendatur generationem illam (quamuis semper duret sicut splendor & lux semper generatur à sole) esse nihilominus perfectam & consummatam. Verbum enim præteriti temporis videlicet, genui, cõsummationem quandam, & perfectionem importat generationis æternæ. Quam omnibus numeris absolutam cõtemplatus Isaias quasi admirans ait. [Generationem eius quis enarrabit?] Isa. 53.

quasi dicat nullus alius, nisi ipse vnigenitus, de quo Ioannes ait. [Vnigenitus qui est in sinu Patris ipse enarrauit.] Ioan. 1.

Ex his constat manifeste Christum esse verum Deum. Si enim vt Ioannes ait: [Quod natum est ex carne caro est: & quod natũ est ex spiritu, spiritus est:] quod ab æterno per generationẽ naturalem natum ex Deo est Deus per naturã absque dubio erit; Generatio namque vt docet S. Thomas est origo viuentis à viuẽte coniuncto secundum similitudinem naturæ. Igitur iuxta mentem Apostoli tanto melior Christus est ipsis Angelis, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim Angelorum dixit Deus aliquando siue quando creati, siue quando confirmati fuerunt in gratia, siue quando glorificati sunt, quod æternaliter dixit Christo, vt est verbum patris, filius meus es tu? quasi dicat nulli. Est igitur Christus verus Deus, & non tantum homo. Ioan. 3. Tho. p. p. q. 27. art. 2.

48 Secunda explicatio est quam adhibet Sãctus Hylarius super eundem Psal. 2. immo & Sanctus Paulus Actor. 13. vbi locum illum explicat de resurrectione Christi. [Hanc (inquit) repromissionẽ Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum sicut in Ps. 2. scriptũ est, Filius meus es tu, ego hodie genui te.] Dicitur enim resurrectio quædã generatio, siue regeneratio, iuxta illud quod

Mat.19 scriptũ est. [In regeneratione cum sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel, & tunc sensus est, [Dominus dixit ad me,] idest Pater ad Christũ, [Filius meus es tu,] non solum tu Deus, sed etiã tu homo, quia humanitatem diuinitati, in eodem supposito diuino habes coniunctam. Etenim propter vnionem illam, hæc propositio verificatur; Iste homo, demonstrando Christum, est naturalis filius Dei. [Ego hodie,] idest in die resurrectionis, de qua, vt interpretatur Augustinus, verba illa Psalmi intelligũtur: [Hæc dies quam fecit Dominus exultemus, & lętemur in ea. Genui te,] idest, regeneraui, & ad immortalem vitam perduxi. Virtute enim diuina effectum est, vt qui in triduo mortis homo non erat, cum toto illo tempore fuerit anima à Christi corpore separata: iterato in die resurrectionis, anima corpori reunita, esset homo, & consequẽter, tunc verificaretur quod homo est Deus. Et iuxta hanc explicationem etiam concluditur ex verbis Psalmistæ Christum Dominum esse verum Deum, si quidem à die resurrectionis idem est Deus & homo, qui Deus & homo erat, ab instanti conceptionis.

Aug. t. 10 ser. resur. Ps. 117.

Athan. super Ps. 2. 49 Tertia explicatio est Sancti Athanasij qui locum illũ de natiuitate Christi secundum carnem explicat, quam pater sibi appropriat, quia virtute diuina & omnipotentia Altissimi factum est, vt Virgo Deum conciperet, & pareret, secundum illud Hieremiæ. 31. [Nouum creauit Dominus super terram fœmina circũdabit virum.] Et iuxta hanc interpretationem sensus est: [Dominus,] scilicet Pater, [dixit ad me,] Christum suum, [Filius meus es tu, idest dicẽdo effecit, quando verbum caro factum est, vt tu homo esses filius meus naturalis. Ante incarnationẽ quippe nullus homo erat naturalis filius Dei, quia filius Dei non erat homo, sed cum primum nostram naturam assumpsit natus in vtero Virginis, factum est, vt filius Dei esset homo, & idem homo diceretur, & esset naturalis filius Dei. Et hoc importat verbum, [Dixit,] Dicere enim Dei est facere, iuxta illud: [Ipse dixit, & facta sunt.] Vnde sicut filius Dei secundum naturam diuinam dicere Patris æternum terminauit, ita secundum naturam humanam terminauit aliud dicere: quando factus est homo. Vbi obseruandum quod (vt notauit Augustin.) tempus incarnationis, siue natiuitatis Christi dies dicitur propter præsentiam illius luminis, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum, aut vero quoniam lumen illud vmbram, quam lex habebat futurorum, effugauit: [genui te,] hoc est, vitam humanã, & mortalem tibi contuli, corpus, & animam inter se & naturę diuinę in vno verbi supposito efficienter coniungendo, vt sis Deus homo, & homo Deus, quod nulli Angelorum vnquam dixit. [Nusquã enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehẽdit.] Vnde ex hac etiam explicatione sicut ex duabus præcedentibus efficaciter cõprobatur, Christum per naturam esse Deum. Etenim Christus secũdum quod homo est naturalis filius Dei supposito, quamuis nõ natura vt explicat sanctus Thomas 3. part. q. 23. art. 4.

Ps. 148. Aug. lib. vnico de rel. c. 42. Ioan. 1. Heb. 2.

50 Secundus locus Scripturæ quo vtitur Apostolus ad diuinitatẽ

Chri-

Christi comprobandam habetur 2. Reg.7.& 1.Paralyp.28.vbi dicitur: [Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.] Sed tamen Anabaptistæ Hæretici, & Seruetani Paulũ in præsenti calumniantur, eo quod (vt ipsi aiuut) auctoritatem istam 2. Reg. violenter ad Christũm detorserit. Nam verba adducta non de Christo, sed de Salomone intelligenda sunt. Etenim Dominus per
2.Reg.7 Natham ad Dauid loquens sic ait: [Suscitabo semen tuũ post te quod egredietnr de vtero tuo: & firmabo Regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo,& ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Qui si inique aliquid gesserit arguã eum in virga virorum, & in plagis hominum: misericordiam autem meam non auferam ab eo,sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea.] Hæc autem verba Christo Domino, siue magna contumelia illius accommodari nõ possunt. Quomodo enim Dei filio poterit illud aptari: [Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum,] cum peccatum non fece-
Isa.53. rit, nec dolus inuentus fuerit, sed nec inueniri potuerit in ore eius? Et augetur difficultas, nam primo Paralip.28. vbi eadem fere verba referũtur, expresse loquitur textus Sacer de Salomone filio Dauid. Sic enim dicit scriptura: [Salomon filius tuus ędificabit domum meam, & atria mea. Ipsũ enim elegi mihi in filium,& ego ero ei in patrem,& firmabo Regnũ eius vsque in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea, & iudicia, sicut est hodie.] Et quod magis mirandum est Caietanus in principio Epistolæ ad Hebræos inquit, non decere in re tanta,tantum Apostolum vti argumẽto desumpto ex verbis illis,quę dicta sunt de Salomone. Nec valet dicere verba illa fuisse ab Apostolo adducta, & de Christo in sensu spirituali intellecta: in quo ea quæ de membris dicuntur, accommodantur capiti iuxta regulam Thiconij, quam refert August.3. de Doctrin. Christ. cap. 31. nam tunc inefficaciter probaret ex auctoritate illa Christum esse naturalem filiũ Dei. Etenim vt omnes Theologi fatentur, & percipue Sanctus Thomas, argumentum desumptum ex Scriptura sacra in sensu spirituali intellecta inefficax est, & inualidum ad aliquid tanquam de fide comprobandum.

August. S.Tho. 1. q.1.ar.10 ad 1. & quodlibet 10.artic.14.ad 4.

51 Sed vt ab hæreticorum calumnijs sanctum Paulum defendamus inquirendum est, an verba illa ab Apostolo adducta sint ad litteram de Christo,an de Salomone intelligenda, S.August.to.5. lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 8. & 9. tenet non posse in sensu litterali de Salomone intelligi, sed solum de Christo. Idem docet glos. super caput septimum, lib. 2.Reg. Alij, inter quos est Abulensis quæst. 9. super lib.2.Regum, sentiunt locum illum duplicem habere sẽsum litteralem, & in altero de Christo, & in altero de Salomone esse intelligendũ. Alij denique arbitrantur, quod in sensu litterali solum loquitur locus ille de Salomone, in spirituali vero de Christo,quem Rex Salomon, vtpote pacificus design.bat. Ita sentiũt Caiet. in principio epist. ad Hebræos, & Magister Cano. lib. 2. de locis Theolog. cap.11. ad septimũ, in solutione ad tertiam rationem, vbi ait,sanctum Paulum,vsum fuisse sensu spirituali illius loci ad arguendum probabiliter, & suaden-

Expenditur locus. 2.Reg.7

dum Christum esse Deum. Nos autem sub correctione Ecclesiæ Romanæ, & Sedis Apostolicæ dicimus, quod in sensu litterali adducuntur ab Apostolo verba illa, & interpretantur de Christo. Iam enim supra diximus, non esse inconueniens asserere sub vna littera plures contineri sensus litterales, & hoc est valde conforme sententiæ S. Thom. super caput primum ad Hebr. lect. 3. vbi ait, quod quando in veteri testamēto dicūtur aliqua de eo, quod est figura, non secundum se, sed inquantum refertur ad figuratum, tunc illud exponendum est de re figurata, & non de ipsa figura, vt res quædam est, sicut illud Psal. 71. [Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarū,] potissime intelligitur de Christo, quia de Salomone, vt erat figura Christi dictum est; & ita contigit in proposito. Et ad impugnationem hæreticorum respondetur cū S. Aug. cap. 9. alleg. quod in Scriptura sacra multoties ea quæ competūt membris & corpori mistico, attribuūtur capiti, idest Christo: sicut quando dicitur Actor. 9. [Saule, Saule, quid me persequeris?] Vbi persecutionem, qua Paulus membra persequebatur suam Christus Domin' appellauit, vt explicat Aug. tom. 9. tract. 10. in primam epistolam Ioan. Item etiam in Psal. 21. dicitur: [Longe à salutē mea verba delictorū meorum,] vbi (vt notauit S. August. & S. Thom.) Christus suorum peccata appellat sua. Ita proportionabiliter dicimus in præsenti, verba illa: [qui si inique aliquid gesserit, &c.] quæ Christi corpori mistico, aut membris illius solum possūt competere, attribuuntur ipsi Christo tanquam capiti. Consonat hæc explicatio cum Psal. 88. vbi eadem historia 2. Reg. refertur. Et quod ibi dicitur singulariter,] qui si inique aliquid gesserit,] in Psal. dicitur pluraliter, [Si autem dereliquerint filij eius legē meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint; & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum; & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea. [Ad aliud quod obijcitur ex lib. 1. Paralipom Respondetur, quod sub nomine Salomonis, quod ibi exprimitur, intelligitur etiam ad litteram Christus, qui plusquam Salomon fuit Rex pacificus. Potest ad hoc explicandum adduci exemplū ex Deuter. 25. vbi habetur: [Non alligabis os boui triturāti,] ex quo loco S. Paul. probat prædicatores Euangelij, & ministros altaris ex ipso Euangelio, & altari alendos esse. [Numquid de bobus, inquit, cura est Deo, an propter nos hæc scripta sunt?] Ecce de bobus fit mentio expressa in Deuteron. & tamen locus ille prædicat. Euangel. quos boues triturantes designabant, est ad litteram principaliter intelligēdus, vt patet ex S. Tho. 12. q. 101. art. 6. ad 8. Est aliud exemplū Exod. 12. vbi ad litteram de agno paschali scriptum est. [Os non comminuetis ex eo,] qui locus de agno paschali, de quo in lege fit mentio intelligitur, alias Iudæi non tenerentur cæremoniam illam obseruare: & tamæn hoc principaliter adimpletū esse in Christo testatur Euangelist. cum ait. [Non fregerunt eius crura, vt Scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo.

Regula sacr. Scripturæ.

1. Cor. 9

Ioan. 19

52 Di-

52 Dicimus præterea, quod etiam si ad litterã de Salomone tantum intelligerentur verba adducta à sancto Paulo, & in sensu spirituali de Christo, nihilominus etiã concluditur ex illis Christum esse verum Deum. Et ad impugnationem respondetur, quod scriptores sacri tam efficax argumentum trahere possunt ex sensu spirituali Scripturæ sacræ, sicut nos ex litterali: quia certa reuelatione Spiritus sãcti infallibiliter cognoscebant, illum esse spiritualem sensum intentum principaliter ab eodem spiritu, quod in nobis locum non habet. His suppositis sensus loci inducti est. [Ego,] qui verbi mei semper sum Pater, [ero illi] homini, cuius naturam verbum assumet [in Patrem, & ipse erit mihi in Filium.] Per incarnationem quippe factũ est, vt homo esset filius Dei naturalis. Vnde Angelus Gabriel ad Virginẽ loquens, ait: [Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.] Propterea ponitur in auctoritate inducta, verbũ futuri temporis, [Ero,] ad designandum mysterium Incarnationis in plenitudine temporis futurũ. Hoc autem de nullo Angelorum dictum est, sufficit eis si à Deo vocentur [administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis:] Vnde Angeli, qui ante incarnationem Verbi se permiserunt adorari ab hominibus, nato Christo, id prohibebant. [Vide,] inquit, vnus ex illis Ioanni Euangelistæ volenti illum adorare: (Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum:] quia vt notauit Greg. illum reuerebatur eum, qui cum esset filius Dei homo propter homines factus est. Lege totũ caput primum Epistolæ ad Hebræos, & videbis, quam efficaciter ex alijs locis Paulus probet Christum Dominum esse Deum. Quibus alia duo testimonia manifesta prophetarum sunt adiungẽda ad maiorem confirmationem huius veritatis, quæ potissimum fundamentum est Religionis Christianæ.

Luc.1. *Apoc.19* Greg.17. mor.8.

53 Alterum testimonium habetur Isaiæ 45. vbi loquens Deus pater ad Messiam venturum, inquit, [Transibunt ad te, & adorabunt te, & in te orabũt, quia in te est Deus, & non est Deus absque te, verè tu es Deus absc õditus, Deus Israel Saluator.] Et quidẽ, quod in istis verbis Deus pater loquatur ad Christũ probat Tertullianus; nam præmisit propheta. [hæc dicit Dominus:] Quod autem verè sit Deus pater: nam subditur: [Et adorabunt te, quia in te est Deus.] Quod Christo proprijssime competit, vel quia Deus pater est in filio, vt Epiphanius exponit, & Ambrosius, aut vero quia persona verbi, sub humanitate Christi est abscondita, vt exponit Cyrillus.

Tert. lib. aduers. praxeam cap.9. Epiph. lib. cont. hær. cap.57. Amb. lib. 1. de fide cap. 2. Cyril. li. 1. in Ioã. cap.16.

54 Est alius locus insignis ad eandem veritatem comprobãdam, qui habetur Michæę 5 Vbi sic dicitur: [Et tu Bethlehẽ Ephrata paruulus est in millib' Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.] Quæ verba etiam ipsi Iudæi interpretati sunt de Messia venturo, vt ex eorum responsione manifeste patet. Herodi namque sciscitanti ab eis vbi Christus nasceretur; Responderunt: [In Bethlehem Iudæ.] Ad quod comprobandũ vsi sunt testimonio prophetæ nunc inducto. De illo ergo qui in Bethlehem Iudæ natus est, aic

Mich.5 *Matt.2*

dum Christum esse Deum. Nos autem sub correctione Ecclesiæ Romanę, & Sedis Apostolicę dicimus, quod in sensu litterali adducuntur ab Apostolo verba illa, & interpretantur de Christo. Iam enim supra diximus, non esse inconueniens asserere sub vna littera plures contineri sensus litterales, & hoc est val de conforme sententiæ S. Thom. super caput primum ad Hebr. lect. 3. vbi ait, quod quando in veteri testaméto dicũtur aliqua de eo, quod est figura, non secundum se, sed in quantum refertur ad figuratum, tunc illud exponendum est de re figurata, & non de ipsa figura, vt res quædam est, sicut illud Psal. 71. [Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarũ,] potissime intelligitur de Christo, quia de Salomone, vt erat figura Christi dictum est; & ita contigit in proposito. Et ad impugnationem hæreticorum respondetur cũ S. Aug. cap. 9. alleg. quod in Scriptura sacra multoties ea quę competũt membris & corpori mistico, attribuũtur capiti, idest Christo: sicut quando dicitur Actor. 9. [Saule, Saule, quid me persequeris?] Vbi persecutionem, qua Paulus membra persequebatur suam Christus Domin' appellauit, vt explicat Aug. tom. 9. tract. 10. in primam epistolam Ioan. Item etiam in Psal. 21. dicitur: [Longe à salute mea verba delictorũ meorum,] vbi (vt notauit S. Augast. & S. Thom.) Christus suorum peccata appellat sua. Ita proportionabiliter dicimus in præsenti, verba illa: [qui si inique aliquid gesserit, &c.] quæ Christi corpori mistico, aut membris illius solum possũt competere, attribuuntur ipsi Christo tanquam capiti. Consonat hæc explicatio cum Psal. 88. vbi eadem historia 2. Reg. refertur. Et quod ibi dicitur singulariter,] qui si inique aliquid gesserit,] in Psal. dicitur pluraliter, [Si autem dereliquerint filij eius legẽ meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint; & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum; & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea. [Ad aliud quod obijcitur ex lib. 1. Paralipom Respondetur, quod sub nomine Salomonis, quod ibi exprimitur, intelligitur etiam ad litteram Christus, qui plusquam Salomon fuit Rex pacificus. Potest ad hoc explicandum adduci exemplũ ex Deuter. 25. vbi habetur: [Non alligabis os boui triturãti,] ex quo loco S. Paul. probat prædicatores Euangelij, & ministros altaris ex ipso Euangelio, & altari alendos esse. [Numquid de bobus, inquit, cura est Deo, an propter nos hæc scripta sunt?] Ecce de bobus fit mentio expressa in Deuteron. & tamen locus ille prædicat. Euangel. quos boues triturantes designabant, est ad litteram principaliter intelligẽdus, vt patet ex S. Tho. 12. q. 101. art. 6. ad 8. Est aliud exemplũ Exod. 12. vbi ad litteram de agno paschali scriptum est. [Os non comminuetis ex eo,] qui locus de agno paschali, de quo in lege fit mentio intelligitur, alias Iudæi non tenerentur cæremoniam illam obseruare: & tamen hoc principaliter adimpletũ esse in Christo testatur Euangelist. cum ait. [Non fregerunt eius crura, vt Scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo.

Regula sacr. Scripturæ.

1. Cor. 9

Ioan. 19

52 Di-

52 Dicimus prӕterea, quod etiam si ad litterā de Salomone tantum intelligerentur verba adducta à sancto Paulo, & in sensu spirituali de Christo, nihilominus etiā concluditur ex illis Christum esse verum Deum. Et ad impugnationem respondetur, quod scriptores sacri tam efficax argumentum trahere possunt ex sensu spirituali Scripturӕ sacrӕ, sicut nos ex litterali: quia certa reuelatione Spiritus sācti infallibiliter cognoscebant, illum esse spiritualem sensum intentum principaliter ab eodem spiritu, quod in nobis locum non habet. His suppositis sensus loci inducti est. [Ego,] qui verbi mei semper sum Pater, [ero illi] homini, cuius naturam verbum assumet [in Patrem, & ipse erit mihi in Filium.] Per incarnationem quippe factū est, vt homo esset filius Dei naturalis. Vnde Angelus Gabriel ad Virginē loquens, ait: [Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.] Propterea po- *Luc.* 1.
nitur in auctoritate inducta, verbū futuri temporis, [Ero,] ad designandum mysterium Incarnationis in plenitudine temporis futurū. Hoc autem de nullo Angelorum dictum est, sufficit eis si à Deo vocentur [administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hӕreditatem capiunt salutis:] Vnde Angeli, qui ante incarnationem Verbi se permiserunt adorari ab hominibus, nato Christo, id prohibebant. [Vide,] inquit, vnus ex illis Ioanni Euangelistӕ volenti illum adorare: (Vide ne feceris, conseruus enim *Apoc.* 19
tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum:] quia vt notauit Greg. Greg. 27. mor. 8.
illum reuerebatur eum, qui cum esset filius Dei homo propter homines factus est. Lege totū caput primum Epistolӕ ad Hebrӕos, & videbis, quam efficaciter ex alijs locis Paulus probet Christum Dominum esse Deum. Quibus alia duo testimonia manifesta prophetarum sunt adiungēda ad maiorem confirmationem huius veritatis, quӕ potissimum fundamentum est Religionis Christianӕ.

53 Alterum testimonium habetur Isaiӕ 45. vbi loquens Deus pater ad Messiam venturum, inquit, [Transibunt ad te, & adorabunt te, & in te orabūt, quia in te est Deus, & non est Deus absque te, verè tu es Deus abscōditus, Deus Israel Saluator.] Et quidē, quod in istis verbis Deus pater loquatur ad Christū probat Tertullianus; nam prӕmisit propheta. [hӕc dicit Dominus:] Quod autem verè sit Deus pater: nam subditur: [Et adorabunt te, quia in te est Deus.] Quod Christo proprijssime competit, vel quia Deus pater est in filio, vt Epiphanius exponit, & Ambrosius, aut vero quia persona verbi, sub humanitate Christi est abscondita, vt exponit Cyrillus. Tert. lib. aduers. praxeam cap. 9. Epiph. lib. cont. hӕr. cap. 57. Amb. lib. 1. de fide cap. 2. Cyril. li. 1. in Ioā. cap. 16.

54 Est alius locus insignis ad eandem veritatem comprobādam, qui habetur Michӕ 5 Vbi sic dicitur: [Et tu Bethlehē Ephrata paruulus est in millib⁹ Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus ӕternitatis.] Quӕ verba etiam ipsi Iudӕi interpretati sunt de Messia venturo, vt ex eorum responsione manifeste patet. Herodi namque sciscitanti ab eis vbi Christus nasceretur; Responderunt: [In Bethlehem Iudӕ.] Ad quod comprobandū vsi sunt testimonio prophetӕ nunc inducto. De illo ergo qui in Bethlehem Iudӕ natus est, ait *Mich.* 5 *Matt.* 2

propheta: [Et egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Quæ verba, vt adnotauerunt ſanctus Hieronymus, & Euſebius Cęſarięſis, propterea ſunt à propheta ſuperaddita, vt explicaret dignitatem venturi, & æternam illius generationem, qui ab initio & ante ſæcula procedit ex patre. Denique ſanctus Ioannes Euāgeliſta ſuū conſcripſit Euangelium ad oſtendendum Chriſtum Dominū non tantum eſſe hominē, ſed etiam Deum per naturam aduerſus Ebionem, & Cherinthum, & alios hæreticos antiquos, contra quos agit Irenæus lib. I. cap. 4. S. Auguſt. lib. aduerſus heræſes heræſi 6. & Epiphan. hæreſi 54.

Hier. Michæ 5. Euſ. Cæſ. lib 7. de monſt. 4.



DISCVRSVS
TOTIVS EVANGELII
SANCTI IOANNIS.

In quo Chriſtum Saluatorem noſtrum non ſolum hominem, ſed etiam Deum eſſe comprobatur.

Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus.

55 T vt ſanctus Euāgeliſta Iudęos cōfundat, in principio ſtatim Euangelij intentam concluſionē propouit, cum ait: In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deū. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.] Et poſt pauca ſubdit: [Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.] Quaſi diceret: Verbum illud Patris ab æterno genitum, per quod facta ſunt omnia, hoc ipſum verbum caro factum eſt, vt videlicet, idem ſimul Deus & homo eſſet. Hanc concluſionem probat in diſcurſu totius Euangelij tale virtualiter argumentum conficiens. Ille ab omnibus tanquam verus Deus cenſendus eſt, & adorandus, in quo omnes proprietates, & excellētiæ, quæ ſoli Deo competunt, adinueniuntur, ſed in Chriſto Domino & in paruulo illo ex Virgine nato, reperiuntur omnes proprietates, & excellētiæ Dei: ille igitur eſt verus Deus. Minorem propoſitionē huius diſcurſus oſtendit Euangeliſta in toto Euangelio ex 17. proprietatibus Dei, quas Chriſto competere manifeſtat. Et in cap. primo inducit Euangeliſta fideliſſimum teſtimonium Ioannis Baptiſtæ, qui redemptorem mundi tanquam verū Deum confeſſus eſt, vt omnes crederent per illum. Ait enim: [Hic erat quem dixi: qui poſt me vēturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat. Et de plenitu-

nitudine eius nos omnes accepimus.] Et post pauca:[Ecce Agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi post me venit vir,qui ante me factus est.] Et infra: [Et ego vidi,& testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.] Quod etiam confirmat Nathanaelis testimonio dicentis ad Christum: [Rabbi,tu es filius Dei,tu es Rex Israel.]

56 Prima igitur proprietas veri Dei est summa auctoritas, & potestas ad immutandum creaturam non modo corporalem, verum etiã spiritualem,liberum arbitrium sibi subijciendo. Vt enim docet sanctus Thomas ille solus potest naturam immutare,qui est eius auctor & cõditor. Hanc autem potestatem in Christo Domino reperiri, ostendit Euangelista toto capite secundo, tum ex primo signo facto in Cana Galilææ,quo aquam in vinum conuertit,tum etiam ex stupore,quem hominum mentibus interdum solo aspectu immittebat. Cuius exemplum grauissimum est, quod ascendens Hierosolymam,vendentes omnes, & emẽtes exiguo quodam flagello inuitos etiam eiecit de templo, de quo eodem capite secundo à versiculo: [Et prope erat pascha Iudæorũ;] tum denique ex alijs signis quæ fecit Hierosolymis, quibus conuicti multi credebant in eum,de quo ab illo versiculo:[Cum autem esset Hierosolymis,] vsque ad finem cap. 2.

S.Th.1.p. q.106.ar. 2. in cor.

57 Secunda proprietas Dei est habere virtutem ad saluandum homines,& efficaciam ad redimẽdum eos à malis omnibus, quam agnoscens Isaias propheta,inquit, [Vere tu es Deus absconditus,Deus Israel saluator.] Et iterum: [Deus ipse veniet,& saluabit nos.] Hanc autem excellentiam Christo competere ostendit Ioan. cap.3. tum ex baptismi ab eo instituti efficacia, quo sacramento virtus passionis Christi in omnes deriuatur fideles,de quo in principio cap.3.vbi recẽsetur discursus,quem cum Nicodemo habuit circa hoc Christus Dominus.Tum etiam ex verbis illis, quæ ipse dixit Nicodemo: [Oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.] Et iterum: [Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per eum.] Tum denique ex auctoritate Ioãnis, qui dum baptizaret, testimonium perhibuit de Christo, dicens: [Illum oportet crescere, me autem minui.] Et iterum:[Qui credit in filium, habet vitam æternã,] de quo ab illo versiculo:[Erat autem Ioann. baptizans,] vsque ad finem capitis tertij.

Isa. 45. Isa. 35.

58 Tertia proprietas Dei est infinita sapientia, qua mentibus hominum illabitur, & cognoscit abscondita cordium in omnibus locis præsentialiter existens, & intimos omnium conceptus intuens,iuxta, quod scriptum est. [Homo videt ea,quæ parent: Deus autem intuetur cor.] Hæc autem omnia etiam Christo esse propria demonstrat Euangelista capite quarto. Primo ex colloquio ipsius cum Samaritana, cui haurienti aquam secretissima illius, & occulta enarrauit, adeo vt ipsa diceret:[Domine vt video propheta es tu.] Secundo ex curatione absẽtium. Curauit enim filium Reguli longo interuallo distantem, in quo ostendit omnia sibi esse præsentia, & de hoc agit ab illo versiculo;

1. Reg. 16.

[Et

[Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.]

59 Quarta proprietas est modus, & efficacia operandi, & conseruandi omnia prout, quando, & quomodo vult, de qua Sapiens ait: [Quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses?]Hanc autem efficaciam in Christo æqualem esse cum Patre manifestum reddit Euangelist. ex curatione Paralitici in sabbato iuxta probaticam Piscinã, de quo agit cap.5.in principio. Vbi ipse Christus Iudæis miraculũ hoc ex inuidia calumniantibus ostendit se eodem modo operari,quo Pater cælestis,& eadem potentia, & virtute,de quo ab illo versiculo: [Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.]Subiungitq. se eodem modo viuificare omnia de quo ibi, [Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat: ac denique ostendit omne iudicium sibi esse à Patre datũ, maxime vt in die Iudicij vniuersã iudicet intellectualem creaturam, de quo ab illo versiculo.[Nec enim Pater iudicat quemquam,] vsque ad finem cap. in quo ex suis operibus ostendit se Deum esse.

60 Quinta proprietas est prouidentia vniuersalis, quam habet omniũ, singulas creaturas proprio cibo pascendo, non solum corpus, sed etiam animam rationalis creaturæ interius cibando iuxta illud, quod Propheta Regius de ipso Deo loquens ait. [Oculi omnium in te sperant Domine,& tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam,& imples omne animal benedictione.] Et iterũ: [Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorũ inuocantibus eũ.] Hanc autem auctoritatem in mentibus & corporibus reficiẽdis Christum Dominũ habere ostẽdit Euangelist.cap.6. Primo ex miraculo illo, quo abiens trans mare Galileæ quinque panes ordeaceos, & duos pisces benedicẽs ita multiplicauit, vt eis quinque millia hominum satiaret, de quo cap. 6. in principio. Secundo ex suauissima illa concione de pane vitæ mansuetos reficiente,qui est caro Christi in Sacrosancto Eucharistiæ sacramento homines interius cibans:de quo longam disputationem habuit cum Iudæis, ostendens in hoc pane vitam spiritualem animæ contineri,de quo ab illo versiculo: [Amen, amen dico vobis non Moyses dedit vobis Panem de Cælo,] vsque ad fin. cap.

Ps.144 *Ps.146.*

61 Sexta proprietas est Doctrinæ maiestas,& claritas,de qna scriptum est. [Clara est & quæ nunquã marcescit sapientia.] Et iterum: [Ego ex ore altissimi prodiui primogenita omnis creaturæ.] Vnde & Propheta in persona Dei loquẽs, ait. [Ego Dominus docens te vtilia.] Hanc autem doctrinæ eminentiã in Christo reperiri probat Euangelist. cap.1.Primo nam ipse Christus ascẽdens ad diem festum, dum doceret in templo admirationem apud Iudæos male de illo sentientes,& calumniãtes eius doctrinam excitauit, adeò vt ipsi coacti veritate; dicerent. [Quomodo hic litteras scit,cum non didicerit?]quibus respondit Iesus, [Mea doctrina nõ est mea, sed eius,qui misit me,] quibus verbis ostendit eandem habere doctrinæ, & sciẽtiæ plenitudinem cum Patre. Secundo nam Ministri Pontificum, & Pharisæorum, qui cum Christum comprehendere non possent,dominis suis, à quibus vt illum caperent missi fuerant admiran-

Sap.6. *Eccli. 24.* *Isa. 48.*

mirantes de eius doctrina responderunt. [Numquam sic locutus est homo.] De quo agit Euangelista ab illo versiculo: [Et miserunt Principes ministros,] vsque ad fin. c. 7. vbi referũtur multæ disputationes, quas Christus habuit cum Iudæis.

62 Septima est Æternitas, quã in solo Deo ex natura sua reperiri ostendit Propheta, cum ait, [Et tu
Ps. 101. Domine in principio terrã fundasti, & opera manuũ tuarũ sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autẽ permanes, & omnes sicut vestimẽtũ veterascẽt, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.] Christum autem Patri esse coæternum, declarat Euangelist. cap. 8. Refert enim, quod postquam Christus mulierem adulteram à calumnijs Scribarum, & Pharisæorum liberasset, & reprehensus esset à Iudæis, eo quod dixerit, [Ego sum lux mũdi:] & longas ob hanc causam disputationes habuisset de Patre suo, & alijs rebus, ostẽdit se vnum esse cum Patre, atque illi coæternum. Interrogantibus enim Iudæis: [Tu quis es?] respondit, Principium qui & loquor vobis.] Et post pauca: [Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, Ego sum.

63 Octaua proprietas attenditur ex honore, & adoratione latriæ solius Dei debito diuinitati, iuxta
Deut. 6 & 10. illud ꝙ scriptũ est. [Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.] Vnde S. Paulus ad Hebrę. primo ex hac eadem excellentia ostẽdit Messiam in lege promissum esse verum Deum. Ait enim. [Et cum iterum introducit primogenitũ in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius.] Hanc autem latriæ adorationem Christo, sicut & Patri esse debitam, ostendit Euangelist. cap. 9. vbi primũ declarat Redemptorem nostrum huiusmodi honore esse dignum; quia opera Patris facit. Ait enim. [Me oportet operari opera eius, qui misit me: donec dies est.] Deinde ostendit intentũ, eo quod cæcus ille à natiuitate, quem Christus sanauit adorauit eũ tanquam filium Dei, dixit enim: [Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est Domine, vt credã in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adorauit eum.]

64 Nona proprietas est infinitas essentiæ, quæ nullis circumscribitur limitibus, aut coarctatur: sed habet esse infinitum, & est actus purus, ac subinde proprium nomen illius est esse, vel qui est, iuxta illud quod ipse Moysen dixit. [Qui est Exo. 3.
misit me ad vos.] Hanc autem essentiæ infinitatem simul habere Christum cum patre ostendit Christus ipse apud Ioan. c. 10. Primo cum probat se esse ostium, per quod tantum ad vitam æternam intrant homines, & pastorem bonum, quem oues, idest electi cognoscunt, qui etiam potestatem habet ponẽdi animam suam, vt oues redimat: & iterum sumendi eam. Deinde concludit intentum declarans Iudæis se habere eandem essentiam cum patre, ait enim, Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est.] Et iterum: [Ego & Pater vnũ sumus.] Et post pauca: [Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia Pater in me, & ego in Patre.] Et de hoc agit tot. cap. 10.

65 De-

65 Decima proprietas eſt beneuolentia,& miſericordia ſumma, quę propriam ſedem habet in Deo, eo quod per propriam naturam ſolus eſt immunis ab omni miſeria, Vnde, & ſcriptum eſt, [quia benignus & miſericors eſt, & præſtabilis ſuper malitia Dominus Deus noſter.] Hanc autem beneuolentiam, pietatem,& miſericordiam Redemptori noſtro eſſe connaturalem docet Euangeliſta toto capite 11. narrans ſuſcitationem Lazari, ſuper quem lacrymatus eſt Ieſus in ſignum beneuolentiæ ſuæ, & pietatis,qua mala noſtra & incommoda deflebat vt propria.

Ioel 2.

66 Vndecima proprietas eſt Imperium & Maieſtas regia, quam ſuper omnē habet creaturam, ſicut ſcriptum eſt. [Regnum tuum, Regnum omnium ſæculorū, & dominatio tua in omni generatione & generatione.] Et iterum: [Deus autē Rex noſter ante ſæcula.]Hanc autem Regiam Dei poteſtatē Chriſto Domino cōpetere probat Euangeliſt. cap.12. Primo ex congratulatione celebri, qua Iudæi Chriſtū Dominū Hieroſolymam ingredientem exceperunt vt Regem, de quo ab illo verſiculo: [In craſtinum autem turba multa.&c.] Secundo ex acclamatione publica plebis: accipiētes enim ramos palmarum proceſſerunt obuiā ei, clamantes [hoſanna benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Iſrael.] Tertio ex teſtimonio Zachariæ dicentis. [Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit, ſedens ſuper pullum Aſinæ:] quod in Chriſto adimpletū eſſe teſtatur ab illo verſiculo: [Et inuenit Ieſus aſellum,&c.] Quarto ex voce illa de cœlo veniente, [Et clarificaui & iterum clarificabo,] ibi, [Pater clarifica nomen tuum] quod refertur ad claritatem,& gloriam imperij, quam Chriſtus habet à Patre iuxta illud, [Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo,& in terra. Vnde idem Euangeliſta Ioannes de Chriſto in Apocalię.loquens, ait: Quod habebat in femore ſcriptum. Rex Regum,& Dominus Dominantiū.] Denique ex teſtimonio Iſaiæ, qui vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo,tunc videlicet quando dixit, [Vidi Dominum ſedentē ſuper ſolium excelſum,& eleuatū,& plena erat omnis terra gloria eius.]

Pſal. *Mat. 28* *Iſai. 6.*

67 Duodecima eſt ſumma charitas, & amicitia, ex qua tot proceſſerunt beneficia, qualia Deus contulit rationali creaturæ,& Angelicæ. Vnde amator animarum ſingulariter dicitur iuxta illud ſapientis teſtimoniū. [Parcis autem omnibus,quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.] Apoſtolus etiam inquit.Quoniam [Deus Charitas eſt.] Hanc autem maxime in Chriſto Domino ſplenduiſſe colligit Euangeliſta cap. 13. ex his quæ ante paſſionem ſuam, & mortem fecit cum diſcipulis. [Cum enim dilexiſſet ſuos qui erant in Mundo in finem dilexit eos.] Et primo id manifeſtat, quoniā lauit pedes diſcipulorum ſuorū Dominus,& magiſter: Quod eximiæ cuiuſdam dilectionis & beneuolētiæ certiſſimū indicium fuit. Secundo ex nouo dilectionis mandato, quo diſcipulis ſuis præcepit, vt ſe diligāt ad inuicem ſicut ipſe dilexit eos, de quo ab illo verſiculo: [Mandatum nouum do vobis.] Quibus ſi coniungas inſtitutionem Sacramenti admirabilis Euchariſtiæ, in quo ſuum corpus,& ſanguinem nobis ſumendum in cibum,& potum dereliquit,

Sap. 11.

ſum-

summam esse charitatem, ex qua summum donũ istud processit clarissimè agnosces.

68 Tertiadecima est, nam Deo competit ratio vltimi finis, in quem per fidem, & charitatem debet tendere rationalis creatura, quę ab ipso Deo dirigetur, vt suam cõsequatur vltimam perfectionẽ. Hanc autem excellentiam Christo Domino conuenire probat Euangelista cap. 14. Introducit enim Christum Discipulis dicẽtem. [Creditis in Deũ: & in me credite. In domo Patris mei mãsiones multæ sunt.] Et post pauca: [Ego sum via veritas, & vita,] Quibus verbis ostendit se cum Patre simul esse vltimum finem: Ait enim Philippo, [Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?] Et in toto cap. multa docet, quæ ostendunt se eandem cum Patre & Spiritu sancto dignitatem habere.

69 Quartadecima proprietas est auctoritas conferendi gratiam, & influendi interius sanctitatẽ. Dicit enim propheta: [Gratiã, & gloriam dabit Dominus.] Ex quo loco Sanctus Thomas 12. quæst. 112. art. 1. probat solum Deum esse posse causam principalem gratiæ. Hanc autem influentiam, & causalitatem esse in Christo ostendit Euangelist. cap. 15. Primo ex similitudine, qua Saluator mũdi se viti comparauit. Ait enim. [Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis,] Vbi singulariter dilectionẽ discipulis suis speciali præcepto commendat, per quam interior influentia spiritualis à vite in palmites deriuatur. de quo ibi. [Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.] Secundo id ipsum ostendit ex auctoritate, quam simul habet cum Patre mittendi Spiritum sanctum, per quem interior sanctificatio fit in anima. De quo ab illo versiculo: [Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis.] Et cap. 16. Si autem abiero, mittam eum ad vos.] Et iterum: [Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Ps. 83.

70 Quintadecima est summa sapientię & scientiæ plenitudo; qua omnem intellectum creatum edocet, & illuminat, iuxta quod canit Psalmista. [Magnus Dominus, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.] Quod vt notauit Bernardus, ideo dixit: quoniam Dei scientia cum infinita sit & perfectissima, vna est, & simplicissima, nec potest in plures sicut nostra diuidi, videlicet in metaphisicam, arithmeticam, theologiam, &c. sed omnes istas sapientia Dei, vna cum sit, eminenter cõtinet. Ideo [sapientiæ eius non est numerus,] qui ex diuisione, & multiplicitate vnitatũ causatur. Hanc autem sapientiæ plenitudinem, & virtutem cæteros edocendi præfulgere in Christo declarat Euangelista c. 16. ex eo quod dixit Discipulis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.] Vnde & illis promisit Spiritum sanctum qui omnia eis suggereret, & declararet. Hinc est quod discipuli eius sapientiam admirantes diuinam esse confessi sunt, cum dixerunt, [Nunc scimus quia scis omnia.] Sanctus etiã Paulus id ipsum testatur, cum ait. [In quo sunt omnes thesauri sapientię, & scientiæ absconditi.

Ps. 146.

Bernar.

Colos. 2.

71 Sextadecima est summa fœlicitas & gloria, ex cuius participatione alij sunt beati. Quam in Chri-

Christo esse declarat Euangelista cap 17. ex eo quod ipse loquens cũ patre dixit: [Clarifica filium tuũ.] Et iterũ: [Clarifica me Pater apud temetipsum claritate quam habui antequam Mundus fieret apud te.] Quod de claritate beatifica intelligendũ est, de qua etiam ait. [Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christũ.] Ecce qualiter Mundi Redemptor non solum est beatus claritate, & gloria, quam apud semetipsum Pater habet, sed etiam ex participatione illius fœlices sũt alij, cum sit obiectum & terminus beatitudinis omnium.

72 Decimaseptima est summa patientia, & longanimitas iuxta illud quod ait Propheta: [Et tu Domine De' miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax, iuxta quod & Paulus ait Roman. 2. [An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis cõtemnis?] Hanc autem excellentiã in Christo commendabilem ostendit Euangelista ex his quæ de passione illius refert c. 18. & 19. Vnde & Pilatus patientissimum agnum flagellis percussum, & spinis coronatum populo Iudæorũ ostendens, ait: [Ecce homo,] Vbi Sanctus August. in lib. de Vit. hæremit. ad sororem, illum locum expendẽs, ostendit patientiam Christi, illum esse Deum demonstrare, vt diximus supra num. 35. Vnde, & propheta Regius in persona Christi ad Patrem loquens ait. [Quoniam ab ipso patientia mea,] insinuãs se Dei patientiam, & non puri hominis habere.

Ps. 103

Ps. 61.

73 Decimaseptima proprietas est spiratiua potentia, qua Spiritus sanctus, qui est tertia in Trinitate persona producitur à Patre, & filio, quam potestatem simul cum patre se habere ostendit Christus. Etenim postquam surrexit à mortuis, & apparuit Magdalenę intrans ad discipulos ianuis clausis,] insufflauit, & dixit. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.] Quo insinuat, ab eo Spiritum sanctum, sicut à Patre procedere. Refert hæc Ioannes cap. 20. Ex quibus omnibus in calce eiusdẽ cap. intentam infert conclusionem, dicens. [Multa quidem, & alia signa fecit Iesus in conspectu Discipulorum suorum, quæ non sunt scripta ib libro hoc. Hæc autem scripta sũt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei.] Ecce habes qualiter paruulus ille de Virgine natus Deus sic: Sed nequis infantilia eius contemneret membra, & imbecillem esse ad saluandos homines, arbitretur. addit, [fortis,] ac si dicat, Talis erit infantulus, vt vagiens in incunabilis, & fascijs inuolutus possit à potestate Principis tenebrarũ suos eripere, de quo plura diximus supra cap. 8. nu. 6. & 9.

74 [Pater futuri sæculi.] Quoniam paruulus ille author est vitæ æternę, ne eius virtutem ad hoc sęculum restringamus: (Regnũ enim illius non est de hoc mũdo,) vt mentes fidelium eo conferat, vbi vera sunt gaudia: Patrem futuri sæculi appellandum denunciat. Obserua quod non dixit, Dominus futuri sęculi, vel Rex, sed Pater, vt ex ipso nomine conijcias singularem curã, & misericordiã, quam erga suos habet: quos in spem regenerauit, vitæ æternæ. Symmachus transfert Pater æternitatis, alij vertunt [Pater sempiternus:] sed vtraque trãslatio in eundem sensum redit.

75 [Princeps pacis.] Nostra enim

enim angustatus in carne paruulus ille ad nos venit pacificare, [siue quæ in cęlis, siue quæ in terris sũt.] Vide, & semitæ illius dicũtur pacificæ. [Vias tuas Dñe demõstra mihi: (ait Proph.) & semitas tuas edoce me.] Ecce ego viã aquilæ in cælo nescio: semitam nauis prętereuntis inuestigare non possum, & quomodo nisi ipse doceat vias Domini cognoscam, aut semitas apprehendam illius? Ait enim. [Sicut exaltantur cęli a terra, sic exaltatæ sũt vię meę à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.] Ergo Domine, vias tuas demõstra: semitas ostende. Neque enim vias nosse sat mihi est, nisi & semitas pariter tuas intelligam. Audi quid ipse Dominus per Salomonem respõdeat. [Vię eius (inquit) vię pulchræ: & omnes semitæ eius pacificæ.] Vias Domini pulchras; sed semitas eius dixit pacificas. Via lata est, & spaciosa: arcta vero semita, & angusta. [Deambulabat Dominus in Paradiso ad auram post meridiem.] Via pulchra, sed non semita pacifica: quia non venit vt Redemptor, humanitatis nostræ corpore coarctatus, sed vt Dominus Paradisi. Non venit pacem mittere in terrã, sed gladium flammeum atque versatilem ante portam Paradisi, ne ad illum homini mortali pateret ingressus. Venit in montem Synai, vt legem daret, & cum Moyse facie ad faciem loqueretur. Via pulchra gloria Dei, & maiestate plena, via lata, & spaciosa: quam vt perambularet non semetipsum exinaniuit formam serui accipiens Dominus maiestatis, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Sed semitæ eius pacificæ. Vis scire, ò homo quę nam sint semitæ illius? Descendit sicut pluuia in vellus, introiuit in vterum Virginis vestitus carne humana: exiuit per clausam portam, pannis inuoluitur, & in vili præsepio collocatur, guttas lactis ab vberibus Matris expectat, stringitur brachijs illius, præsentatur in templo, fugit in Aegyptum, redijt iterum in Iudęã, [in terris visus est & cum hominibus conuersatus,] Vadit ad Ioannẽ, vt baptizetur ab eo, ducitur à Spiritu in desertũ, vt tentaretur à diabolo, [& cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esurijt.] Pertransiuit benefaciendo, & sanãdo omnes oppressos à diabolo; & fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Capitur, & ligatur, condemnatur ad mortem, ascendit patibulum, emittit spiritum, & corpus eius constituitur in sepulchro. Ecce semitas Domini, vias arctas, & angustas, per quas ingressus est propter homines factus homo. Viæ pulchræ, sed omnes semitę eius pacificę. Nam Princeps pacis perambulauit eas, Rex pacificus magnificatus super omnes reges terræ. [Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem; maceriæ, soluens inimicitias in carne sua.] Vnde & tempus ipsum, in quo misericorditer ad nos venit fuit pacificum, cum videlicet, medium silentium tenerent omnia, quando exijt edictum à Cæsare Augusto, vt scriberetur vniuersus orbis, quod inditium certissimum erat summæ pacis, & concordiæ. Denique cum nascitur cantant Angeli. [Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis,] & cum iam iã moriturus, & reuersurus ad Patrem loquitur ad Discipulos, ait: [Pacem

Marginalia: Ps. 24. — Isa. 55. — Prou. 3. — Gen. 3. — Baruc. 3. — Matt. 4 — Ioan. 4. — Matt. 26. — Ephes. 2 — Luc. 2.

Ioan.14 [Pacem relinquo vobis.pacem meã do vobis.] Et rursus post resurrectionem non semel aut iterum, sed
Ioan.20 pluries idipsum repetit. [Pax vobis (inquit) Pax vobis,] vt omnes intelligant illum esse Principem pacis.sub cuius custodia pacifice gubernabuntur fideles. Iuxta quod
Isa. 32. & infra dicitur. [Sedebit populus meus, in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

76 [Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis.] Septuaginta transferũt.[Magnus Principatus illius,& pacis eius non erit finis.]Et loquitur de principatu il-
Isa. 9. lo,de quo dixerat supra. [Et factus est principatus super humerum eius.] Vbi obserua id quod superius cap. 7. in illa verba: [Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium,] adnotauimus: quod videlicet, in hoc loco apud Hebręos verbum,[Lemarbe,] quod significat multiplicabitur,scribitur,per mem clausũ ם siue quadratum,quod numquam in medio dictionis,neque in principio scribitur, sed tantum in fine, præterquam in hoc vnǫ Isaiæ loco,vbi constituitur in medio in signum integritatis, & æternitatis Imperij, & regni Christi. Nam mem clausũ cum non interrumpatur per aliquã partem, neque principium habeat, neque finem,æternitatis est symbolum. Vnde,& de Regno Christi scri-
Ps.144. ptum est.[Regnum tuum,Regnum omnium sæculorum: & Dominatio tua in omni generatione, & gene-
Dan.2. ratione.] Et iterum: [Suscitauit Deus Cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur,& Regnum eius alteri populo non tradetur.]
Dan. 3. Et iterum: placuit ergo mihi prædicare signa eius:quia magna sunt, & Regnum eius,quia Regnum sempiternum, & potestas eius in generatione, & generationem.] † Est & aliud consideratione dignum in eadem littera mysteriũ latens. Designat enim Christi regnum clausum esse Iudæis signatũ,& absconditum,ne ab illis dignosceretur, ne Christum, sed Cæsarem Regem suũ agnoscerent,& dicerent non habemus Regẽ nisi Cæsarem;ideo littera clausa describitur, vt scias, quia regnum Saluatoris non est de hoc Ioan.19
mundo, iuxta illud ꝙ ipse ait, [Regnũ meũ no est de hoc mundo,si de hoc mundo esset regnum meũ, ministri mei vtique decertarent,vt nõ traderer Iudæis. Nunc autem regnũ meũ non est hinc.] Ideo regnũ absconditum,regnũ clausum,regnũ perpetuum, quod nequaquam morte interueniente, dissipandum erat & corrumpendum, sed roborandum & stabiliendum *. Vnde,& subditur.

77 [Super Solium Dauid,& super Regnum eius sedebit, vt confirmet illud,& corroboret in iudicio, & in iustitia à modo & vsque in sempiternum] Prophetia aperta est eius,quod Lucę 1.Gabriel Angelus locutus est ad Virginem. [Hic erit magnus, & Filius altissimi vocabitur.Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis.] Septuaginta transferunt: [Super thronum Dauid.& regnum eius,vt erigat illud,& vindicet, & auxilietur in iudicio, & in iustitia ex hoc nunc & in sæculum] Vbi obserua, quod vt late probat Eusebius Cæsariensis, Euseb.Cęsar. lib.7. demõstr.
regum ex stirpe Dauid durauit vsque ad Ieconiam,& captiuitatem Babilonicam. Postquam vsque ad

Curi-

Christi aduentum nullus ex progenie Dauid Regni sedem obtinuit. Vt enim constat ex prophetia Ezechielis cap. 21. propter peccata populi abstulit Dominus Regnum Iuda de stirpe Dauid. Ait enim: [Tu autem prophane, impie Dux Israel; cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita: Hæc dicit Dominus Deus. Aufer cidarim, tolle coronam. Nonne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimẽ humiliauit: Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem pœnam eam. Et hoc non factum est, donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei.] Quibus verbis, vt adnotauit Hieronymus, loquitur propheta ad Ducem Israel: per quem nemini dubium est significari Sedechiam, in quo imperium Regum Israel, de stirpe Dauid finitum est. Ait ergo: [Aufer cidarim, tolle coronam, idest, auferenda erit à te, ò impie Dux Israel, cidaris, & corona, idest, potestas regia: cidaris enim & corona insignia Regis sunt. Quia vero regnum illud & imperiũ erat Christo Domino conferendum, subdit. [Et hoc non fiet, donec veniat cuius est iudicium & tradam ei,] idest, donec veniat Christus, cui Pater omne iudicium dedit, sicut scriptum est. [Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. Iudicare populum tuũ in iudicio, & pauperes tuos in iustitia.] Etenim vt docet Lyranus Gen. 49. interfecto Sedechia in captiuitate Babylonica, & deficiente rege gubernatus est populus Iudæorum per illos, qui erant de tribu Iuda. Etenim in redditu captiuitatis, Zorobabel fuit Dux eorum, vt habetur Aggæi 2. & Zachariæ 4. & postea sacerdotes gubernabant populum, vt patet Machabæorum tempore, qui erant de tribu Iuda. Quorum regimen durauit vsque ad tempus Herodis, qui fuit alienigena de genere Idumæorum, sub quo natus est Christus, vt adimpleretur Iacob Patriarchæ prophetia. [Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de fæmore eius: donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Igitur per Christum Dominum solium regale Dauid, quod deiectum, & prostratum erat, fuit erectum, cõfirmatum, & corroboratum vsque in sempiternum. Et hoc est quod ad litteram significat præsens prophetia.

Ezech. 21. — Ps. 71. — Gen. 49

78 Obserua, & expende similitudinem inter Regnum Dauid, & Regnum Christi. Dauid minimus erat inter fratres antequam regnare cæpisset, sed à Deo electus, & per Prophetam vnctus, & confirmatus Rex super Israel cõstitutus est. Christus minimus fuit in regno cęlorum, sicut ipse, ait: [Qui autem minor est in regno cælorum maior est illo.] Et iterum scriptum est: [Minimus erit in millia, & paruulus in gẽtem fortissimam.] Talis.n. ac tãta fuit eius humilitas, vt exinaniret se, & humiliaret, factus obediens vsque ad mortem. Sed tamen Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Vnde, & ipse ait: [Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.] Et iterum: [Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra.] Dauid mansuetus erat, & mitis; & dum bene faceret mala patiebatur: Vnde ad Dominum loquens, [Memẽto (inquit) Domine Dauid & omnis mãsuetudinis eius,] Christus autem mitissimus

Morale. — Luc. 7. — Isa. 60. — Psal. 2. — Mat. 28 — Ps. 131

fuit inter omnes habitatores terrę.
Mat.11 [Discite (inquit) à me quia mitis sum, & humilis corde.] Qui sicut ouis ad occisionē ductus est, & sicut agnus coram tondēte se obmutuit, & non aperuit os suū. Et cum infirmos sanaret, mortuos resuscitaret, & alia bona operatus fuisset: multa mala à Iudæis perpessus est, ita vt lapidare eum vellent, quem nouerant innocentē. Vicit tamen mansuetudine Christus, sicut Dauid, vicit charitate, vicit iustitia, sicut
Ps. 44. scriptum est: [Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Multiplicabitur ergo ei⁹ imperiū.] Quia multi ab Oriente, & Occidente venient, & colla iugo eius subijcient, & seruient illi in iudicio, & iustitia, iuxta illud quod Zacharias
Luc.1. Pater Ioannis, ait: [Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in sāctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. sequitur.

79 [Zelus Domini exercituum
S.Tho.12 q. 28. artic.4. faciet hoc.] Zelus (ait) Sāctus Thomas ex intensione amoris prouenit eo quod quāto aliqua virtus intensius tendit in aliquid, fortius repellit omne cōtrarium, vel repugnās, cum autem amor sit quidā motus
Aug.to.4 li.83.c.9. & 36. in rem amatam, vt Augustinus dicit, [Intensus amor quærit excludere omne id quod sibi repugnat.] Igitur ex perfectissimo Dei amore, ex summa illius charitate ortum habuit, quod talia & tāta beneficia nobis exhiberet; quod filium suum vnigenitum in similitudinem carnis peccati factū hominem: immo & paruulum vnius diei nobis mitteret: Non ex operibus iustitiæ, quę fecimus nos, sed secundum suam mi-
Ephes.2 sericordiam.] Vnde & Paulus ait. [Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatē suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati.] Et iterum:] Commendat autem charitatem suā Deus in nobis: Rom.5. quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est.] Ideo ergo, ait: [Zelus Domini exercituum faciet hoc,] Idest, non qualiscunque amor vel dilectio, sed nimia charitas, qua maior excogitari non potest. Vnde (vt Dionysius, ait.) Deus Dion.c.4 de diuin. nomin. appellatur Zelotes, propter multū amorem, quem habet ad existentia.

80 Secundo possunt hæc verba referri ad ea, quæ immediate sequuntur: [Verbum misit Dominus in Iacob, & cæcidit in Israel;] ita vt nomen zelus accipiatur pro æmulatione, ad quam Deus quodammodo prouocauit filios Israel, quando ipsis relictis sine lege, sine sacerdotio, sine sacrificijs, & holocaustis, elegis gentes in hæreditatem suam quibus nomen suum manifestauit, vt salutem æternam, quam Iudæi propter suam incredulitatem non sunt adepti, consequerentur. Et tunc sensus est. Æmulatio Domini exercituum faciet hoc: quod videlicet, verbum missum à Domino in Iacob cæciderit in Israel. Misit enim Deus filiū suum ad oues quæ perierunt domus Israel, sicut ipse ait: [Nō sum missus, nisi ad oues Mat.15 quæ perierunt domus Israel.] Sed verbum hoc caro factum missum in Iacob cæcidit in Israel, quia (vt Paulus ait:) [Quod Israel carnalis Rom.11 non est consequutus, electio consequuta est,] idest, gentes electi qui sunt spiritualis Israel, iuxta illud, [Non enim omnes qui ex circunci- Rom.9. sione

sione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, idest non qui filij carnis hi filij Dei, sed qui filij repromissionis æstimantur semine.] Vnde idem Apostolus, eos qui carnaliter ex semine Abrahæ nati sunt appellat Israel secundum carnem.
1.Cor.10 [Videte (inquit) Israel secundum carnem,] idest, carnalem Israel, vt insinuaret esse aliũ Israel spiritualem, illos videlicet. qui per verã fidem,& perfectam Christum amplectuntur iu via, & facie ad faciem contẽplabuntur in patria. Iusto autem Dei iudicio factum est, vt illi, qui dereliquerunt Dominũ blasphemantes sanctum Israel, relinquerentur ab eo: & qui ad æmulationem Deum prouocauerũt colendo Idola, prouocarentur ab eo similiter ad æmulationem, gentes eligendo.
Exo.32 Scriptum est enim:[Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus. & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui nõ est populus, & in gente stulta irritabo illos.] Et iterum:[vocabo nõ Osea 2. plebem meam, plebem meã,& non dilectam,dilectam & nõ misericordiam consecutam, misericordiam consequutam.] Hæc explicatio est valde conformis Sancto Hieronymo in commentarijs super caput nomen Isaiæ,vbi sic ait: [Zelus Domini exercituum fecit hoc,æmulatio,quia ipsi ad æmulationem eum prouocauerũt in his qui non erant dij, & ille eos prouocauit ad æmulandum in gẽte,quæ nõ erat gens.] Vbi obserua, quod gentilitatem Idolatriæ deditam appellat non gentem, & non populum, quia vt dicit Aristoteles indignæ sunt vrbium nomine aut populi, siue gentis,nationes virtutis, & veræ religionis expertes. Videantur supradicta num. 8.

81 [Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.] Alludit ad parabolam seminantis quæ habetur Lucæ octauo. [Et dum seminat aliud cecidit secus viã, & aliud cecidit supra petram, &c.] Alludit etiam ad illud, quod Saluator de se ipso ait: [Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.] Vt enim explicat Sanctus Gregorius, Dei filius fuit verbum quod Dominus misit in Iacob, quando factus est homo. Tunc granum frumenti cecidit super terram, vt pro hominibus mortuus multum fructum afferret. Cecidit (inquit) quoniam à sinu Patris in gremiũ peruenit matris, ab excelsa gloria, & maiestate in extremam peruenit inopiam. Cadit quodammmodo Deus,vt resurgat homo.Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,vt fiat homo spiritus,& habitet in Deo. Septuaginta transferunt. [Mortem misit Dominus super Iacob,] Vbi pro [verbum] constituunt mortem: Forsitan vt insinuarent, verbum illud æternum atque Dei filium ad nos venisse mortalem similẽ nobis passibilem: cui illud congruat quod Sapientiæ 7. scriptum est. [Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est.]Et illud: [Primam vocem similem omnibus emissi plorans,in inuolumentis nutritus sum,& curis magnis.] Tunicas enim pelliceas, quas in signum mortalitatis primis parentibus dedit,cum expulit de paradiso.ab eis iterum accepit mortalitatis nostræ formam induens, vt per eam nos

Ioan.10
Greg. mor.22.
Sap.7.

ad gaudia cælestia reuocaret. Quando ergo verbum misit, vt in carne mortali, pro hominibus moreretur mortem misit Dominus in Iacob, quia mortuo Christo omnes cum illo mortui sunt, vt ait Apostolus, 2. Corint. 5. Et obserua quod Iacob & Israel non sunt nomina diuersa, sed synonima. Idem enim, & Iacob dictus est, & Israel, sed Iacob nomen habuit etiam puer: Israel autem cum vicisset Angelum, cum benedictionẽ obtinut ab eo. Ait enim [Nequaquam vltra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum.] Congrue igitur per Iacob significãtur Iudæi qui velut pueri sub Pedagogo custodiebãtur, qui benedictionem spiritualem à magni consilij Angelo non sunt consequuti, qui nondum ad perfectam ætatem, & virilem legis Euangelicæ peruenerunt, de qua Paulus ait: [Cum essem paruulus loquebar vt paruulus sapiebam, vt paruulus cogitabã vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.] Per Israel vero gentes designantur, & veri Israelitæ, qui benedictionẽ spiritualem ab Angelo obtinuerunt, de qua inquit Apost. [Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo.] Vnde Gregorius ait: [Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Iacob quippe supplantator, Israel vero videns Deum dicitur. Et quid per Iacob nisi Iudaicus populus, quid per Israel nisi gẽtilis populus designatur? Quia quem Iacob per carnis mortem supplantare studuit, hunc nimirum per oculos fidei gẽtilitas Deum vidit. Ad Iacob ergo missum verbum in Israel cecidit: quia eum quem ad se venientem Iudaicus populus respuit, hunc repente confitens populus gentilis inuenit.] Alij inter quos est Forerius explicant istum locũ, ita vt sit exordiũ nouæ prophetiæ aduersus regnum Israel denũciantis vastitatem eius, & excidium, ita vt verbum mittere in Iacob, sic oraculum quoddam contra Iacob prophetæ reuelare. Consonat hæc explicatio cum translatione septuaginta virorum supra inducta: [Mortem misit Dominus super Iacob, & veniet Israel.] Vbi expendenda est illa dictio, [super,] admodum iam explicatum cap. 1. nu. 5. Qualis autem fuerit mors illa, aut verbum missum contra Iacob describunt verba sequentia.

2. Cor. 5 — *Gen. 32* — *Ephes. 1* — Greg. 2. mor. 22.

82 [Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam in superbia, & magnitudine cordis, dicentes, lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.] Verba sunt indignatione, & furore plena. Habent enim sensum concisum, & quasi pendulum: [Et sciet populus Ephraim.] Non dicit neque explicat quid sciet. Loquitur enim admodum eorum qui magna ira repleti non finiunt verbum, sed quasi dimidiatas sententias proferunt: quod indignationis maximæ inditium est. Et sciet, intelliget, & credet, cum malis suis edoctus fuerit, cum Dominus opere adimpleuerit, quod per prophetas suos fuerit eloquutus. Sciet (inquam) vera esse quæ Dominus prædixerat: neque nugaces amplius putabit esse Dei prophetas. Et quia non credidit verbis, nunc sciet, & experietur in tormentis. Iuxta quod dicitur infra, [Tantummodo sola vexatio intel-

Isa. 28. intellectum dabit audirui.] per Ephraim,& habitātes Samariam, intellige decem tribus, quorū superbia, & arrogantia tum in hoc loco,
Osea 5. tum in alijs redarguitur,sicut Oseæ 5. [Et respondebit arrogantia Israel in facie eius. Et Israel, & Ephraim ruent in iniquitate sua.]Et
Amos 6. Amos 6. [Væ vobis, qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ optimates capita populorum,ingredientes pompatice domum Israel.] Superbia vero illius populi in verbis sequentibus explicatur. [Lapides ceciderunt, &c.] Superbi,& elati,Dei timore carentes, & prophetarum oracula contemnentes hæc dicebant, & prouerbium erat inter illos,quo significabant paruo damno se affectos esse. Et si quando fuerant in rebus temporalibus in ædificijs & hortis à Deo puniti, putabāt sese posse maiora præstare, diruta erigere,deuastata reparare, & ad meliorem formam quam haberent ante reducere: sicut solent facere timore Dei carentes,qui attriti à Deo,& castigati,duriores fiunt,neque attendūt ex iusto Dei iudicio mala, quæ patiuntur euenire, sed potius esse effectus fortuitos arbitrantur. Ideo non dicunt, Deus deiecit,aut dissipauit lateres, idest lateritias domos, aut ædificia, sed lateres ceciderunt, idest, fortuito contigit, vt caderent. Dicunt autem: [Sed quadris lapidibus ædificabimus,] idest, melioribus, magis politis, & permanentibus materialibus, tribuentes suis viribus, quod ædificia reparentur, & volentes etiam inuito Deo eorum superbiam conseruare. Quod magis explicat translatio septuaginta virorum, quæ sic habet. [Lateres ceciderunt,sed venite poliamus lapides, & incidamus sycomoros,& ędificabimus nobis turrim.] Et ad idem tendunt verba sequentia. [Sycomoros succiderunt,&c.] idest,pro sycomoris destructis subrogabimus magnas cedros,& fortes. Per hanc metaphorā docet propheta Israelitas parui fecisse adiutorium, quod habebant ex domo Dauid, eo quod illis contemptibiles videbantur,& debiles, vt lateres, vel sycomori, per lapides autem politos,& cedros auxilium intelligit Damascenorum.Sed miseri nesciebant quoniam Domini auxilium pro cedro est, & quadris lapidibus, hominum vero fortitudo pro lateribus, & sycomoris reputatur. Lege moralem quandam huius loci expositionem apud Sanctum Gregorium super quartum Psalmum Pœnitentialem.

8 [Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultū vertet.]Prima pœna superbiæ, & arrogantiæ populi est, quod excitentur à Deo contra illum hostes truculenti illi ipsi qui occiderunt Regem Rasin Damasci, cum quo confæderati erant, & in cuius fortitudine & quadrigarum potentia tanquam in cedris, & leuigatis lapidibus Deo relicto spem suam,& fiduciam omnem cōstituebant. Obserua quod non dicit,eleuabuntur, vel roborabuntur, hostes Rasin, sed [eleuabit Dominus hostes Rasin.] Quasi dicat: Illi adscribas quem reliquisti, & cuius verbū contempsisti, quod hostes illi contra te veniant,non casui vel fortunæ, Nam Dominus ipse te puniet, & hostibus crudelibus veluti instrumento & organo vtetur, vt superbiam tuam deprimat,atque confundat: iuxta illud quop dicitur infra:

Isa. 10. [Assur virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea.] Et post pauca: [Numquid gloriabitur securis cõtra eum à quo trahitur? Syriam ab Oriente,& Philisthijm ab Occidẽte,] supple faciet venire. Ac si dicat: Vndique prement te inimici tui,vndique te persequentur, à fronte & à tergo,ab Occidente,& ab Oriente, vt cum fugere velis fortes aduersarios, in alios incidas fortiores. [Et deuorabunt Israel ore toto, si idest,cum auiditate maxima, toto affectu,atque conatu, sicut qui præ fame totum os implet cibo,& cum auiditate illud vorat. Hac enim similitudine consueuit in Scriptura sacra ira & indignatio potentium, atque aduersariorum designari, sicut Abach. 3. [Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Et Isaiæ 28. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim:& erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cum aspexerit videns,statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.] Vide cap.28. nu.

84 [In omnibus his nõ est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.] Significant hæc verba magnam populi duritiam,& summam Dei misericordiam. Castigat enim pater cælestis, vt corrigat filios & emendet. Quod si ad priora flagella emendati non fuerint:eleuat iterum manum & extẽdit,vt alia multiplicet donec resipiscant,& reuertantur ad Deum,vt flagellati discãt in ærumna, quod in prosperitate agnoscere noluerũt. [Vadam] (inquit synagoga oblita Domini Dei sui) [Vadam post amatores meos *Osea* 2.
qui dãt panes mihi & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum,& pomum meum.] O ingratitudinem, ò temeritatem, ò inexcogitabilem dementiam. Ire vult & à Deo recedere? Quid inueniet nisi dolorem & afflictionem spiritus, spinas pungẽtes,& vepres quibus vulneratus reuertatur ad Dominũ. Vnde & statim subditur. [Propter hoc,] idest quia recessisti à me,[ecce ego sæpiam viam tuam spinis, & sæpiam eam maceria, & semitas suas nõ inueniet, & sequetur amatores suos,& non apprehendet eos,& quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat tũc,magis quàm nũc.] Vides qualiter recedens à Deo spinas inuenit, quibus compuncta reuertitur? Propheta regius quando prospere agebatur cum illo, abijt, & recessit à Deo. Vriam interemit, & fornicationis peccato pollutus est. At spinas quam plurimas vulnerantes in via sua, qua ibat, inuenit, quibus afflictus ad Deum, statim reuersus est. [Conuersus sum, *Ps.*31.
ait,in ærumna mea dum configitur spina.] Sic & multi filiorum Israel, cum temporalibus abundarent, cũ vacarent delitijs,cum prosperitate magna vterentur,dereliquerũt Dominum. Scriptum est enim.[Incras *Deut.*
satus est dilectus, & recalcitrauit, 32.
incrassatus, impinguatus, dilatatus. Et reliquit Deum factorem suũ, & recessit à Deo salutari suo.] Dereliquit Creatorem, vt creaturã Deum faceret, vt vitulum aureum erigeret, & adoraret: recessit à vita, vt inueniret mortem, sed audi quo-

quomodo ad Deum suum reuertatur. Ait enim. [Dum occideret eos,
Ps. 77. quærebant eum, & reuertebãtur, & diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.] Et iterum: [Do-
Isa. 26. mine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.] Sed adeo obduratus, & insensibilis factus est popul' Ephraim vt ad percutientem se non sit reuersus, sed magis potius ab illo elõgatus. Et cum consuetũ sit inter omnes, & quasi naturale, ad percutientem baculo faciem vertere, populus rebellis ad percutiẽtem se terga vertit. iuxta illud Hieremiæ 2.
Hier. 2. [Verterunt ad me terga, & non faciem,] Terga verterunt, vt fugerẽt, non faciem vt ad me redirent. Nec mirum si nõ reuertantur ad Deum percussi, qui ad semetipsos non reuertuntur. Sicut enim qui egreditur à facie Dei, & fugit, prius à semetipso egreditur, ita vt ad Deum reuertatur, prius ad se redire neces-
Isa. 46. se est. [Redite præuaricatores ad cor.] (ait Propheta) ac si apertius dicat. Prius ad vos metipsos redite, & tunc ad Deum vestrum reuertemini. Hinc est, illud quod de filio
Luc. 15. prodigo, Lucas ait: [In se autem reuersus dixit. Quanti mercẽnarij in domo patris mei abundãt panibus: ego autem hic fame pereo? Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei, Pater peccaui in cælum, & coram te, iam nõ sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercẽnarijs tuis, Et surgens venit ad Patrem suum.] Quæ verba
Chrysol. ho. de Filio Prodigo. expendens Petrus Chrysologus, sic ait: [In se reuersus est, in se antecedit, vt rediret ad Patrem, qui à se ante recesserat cũ recessit à Patre. A se migrat, & ab homine totus transit in bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus, Famæ, inquit, pereo, fames reuocat, quem saturitas expulerat: fames illi Patrem dedit sapere, cui copia tulerat sentire genitorem. Et si tãtum præstitit, vel inuita fames, probate quid voluntarium possit conferre ieiunium.

85 [Et disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam incuruantem, & deprauantem die vna. Longæuus, & honorabilis ipse est caput: & propheta docens mendaciũ ipse est cauda.] Vbi ipsa Scriptura sacra explicat manifeste quid per caput, quid per caudam intelligat, non oportet aliorum explicationes adhibere. Obseruandum est tamen falsos prophetas, & mendaces aptissima similitudine per caudam designari. Tum propter caninam adulationem, quam ostendebant, quando propter fauores humanos, & munuscula parua Principib', & magistratibus loquebantur placentia iuxta illud. [Et cum caperent ani- Ezech.
mas populi mei, viuificabant ani- 13.
mas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillũ hordei, & fragmenti panis: vt interficerent animas quę non moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mẽdacijs.] Quid facit canis? Propter buccellam panis sequitur Dominũ, vbicumque fuerit, vestigia illius diligit, & agnoscit: oculi eius in oculos Domini sunt intẽti. Cauda blanditur ei, placere illi desiderat, non latrat contra illum, non mordet, sed persequentes Dominũ offendit. Tales sũt Prophetæ docentes mendacium, ait propheta qui non mentitur. Capiunt in primis

animas popoli Dei; eas sibi subijcientes, & quasi captiuas tenentes; ne aliquid dicant vel faciant, credant, vel sentiant, nisi quod eis fuerit suggestum. Et cum seduxerint illas, propter bucellã panis, blandiuntur eis securitatem promittentes, vitam earum peruersam beatificantes, v illis placeant, vt quod impugnandum erat, defendãt, ac denique in omnibus, & per omnia mundi affectiones sequuntur. Qui moribus est corruptus magis hos pruriẽtes auribus diligit, & contra vitia eius latrantes ab horret. Audi quid de huiusmodi pseudo prophetis dicat Paulus. [Hoc autem scito, quia in nouissimus diebus instabũt tempora periculosa: & erunt homines se ipsos amãtes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione; sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine beniguitate, proditores propteruі, tumidi, cæci, & voluptatũ amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutẽ autem eius abnegantes. Et hos deuita. Et his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quę ducuntur varijs desiderijs, semper discentes, & nunquã ad scientiã veritatis perueniẽtes.] Secundo dicuntur caudæ falsi Prophetæ propter maximam eorũ vilitatẽ, eo quod plerũque illi ex vilissima hominum fece nati sint. Tertio quia sicut cauda operit illud, ꝙ in animali immundum est, & in honestum: ita illi peccata plebis & Principiũ suis adulationibus operiebant beatificantes illos qui æterna erant confusione digni. Vnde, & subditur.

2. Tim. 3.

86 [Et erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati.] Quibus verbis pœnam beatificantium, & eorũ qui beatificabantur annunciat, quã etiam describunt verba sequentia. [Propter hoc super adolescentulis eius non letabitur Dominus, & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur.] Affectus humani in Scriptura sacra Deo attribuuntur propter captum nostrum, non quia vere in Deo sint. Non lætatur proprie, neque irascitur, sed lætari dicitur in populo suo, aut quia ad modum lætantis se habet, cum populus Deũ sequitur, cum vt beneficia potiora ab eo accipiat, se præparat, & dispo nit Hoc enim est gaudium Dei, hæc lætitia & exultatio, dona sua hominibus tribuere, pupillorum, & vidarum misereri. E contra vero, quando hominem rebellem punire parat, & ipsum delere de medio terræ, dolet, tristatur. [Et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem formaui à facie terræ.] Gaudet ergo super electos, & strenuos, super fortes, & validos, quales adolescẽtes solent esse. Sed quia omnes fere erant peruersi, ideo ait, super adolescentulis eius non lætabitur Dominus. Vide ò homo quanto gaudio Deum defraudes, cum ad desideria carnis sequenda te confers. Si enim quoties bene agimus gaudẽt Angeli, si quoties à bono deuiamus Angelos Dei suo gaudio defraudamus, gaudium est enim illis super vno peccatore pænitentiam agente; quanta putas lætitia gaudebit Dominus Angelorum, qui Angelos lætantes de tua pœnitentia facit.

87 [Quia omnis Hypocrita est, & nequam, & vniuersum os loquutum est stultitiam.] Per hypocritã siue

siue Hypocritas, eos intelligit, qui sub specie pietatis, & religionis populum auertebant, ne Christum sequerentur & doctrinam illius reciperent, & tamen pleni erant malitia, & dolo, inuidia, & auaritia. † De quibus beatus Gregorius in secundam ad Timoth. cap3. explicans verba illa in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, dicit prophetia est Apostoli, in qua præuidit quanta mala futura essent Hypocritarum hæreticorum & Iudæorum, qui captiuas, ait Apostolus, ducunt mulierculas (de Hypocritis, expressius loquitur, vt intrantes domos mulieres subdolis, & versutis verbis capiãt, vt per eas viros decipiãt more patris sui Diaboli, qui per Euam Adam circumuenit; quos constat aliud colere, & aliud profiteri, aliud in suis, & aliud foris vindicare, nam sanctimoniam defendunt, & lege sua fauẽte turpiter viuunt, misericordiam. laudant cum inter se iniusti deprehendantur, & mundum spernendũ asserũt, & semper accurati procedunt. Ieiunijs insistere se incunctanter prædicãt, cum omnes saginati videãtur, tantum quod arte quadam pallidi cernuntur, vt fallant. hij inueniunt mulieres præ vanitate nouum aliquid desiderantes audire, & per ea, quæ placita sunt, suadent illis feda & illicita. cupidæ enim sunt discendi, cum iudicium non habeant probandi. Hoc est semper discere & veritatis scientiam non habere *.] Quos propterea ChristusDominus sepulchris dealbatis in Euangelio comparauit. [Væ vobis (inquit) Scribæ, & Pharisei hypocritæ : quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa intus vero plena sunt ossibus

Ambros. in 2. ad Timoth. cap. 3.

Mat. 23

mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi & iniquitate.] Hos execratur Dominus, contra istos inuehitur, hos deprimit & confundit, contra illos commouetur, eos respicit ira Dei; vt potentiam suam in illis ostendat, atque commendet. [Ecce dies Domini venit magnus, & horribilis(ait Sophonias propheta) dies iræ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies nebulę, & turbinis, dies tubę & clangoris.] Ecce tremendam descripsit diem, horribilem, & amaram. Sed audi super quẽ dies illa superueniat. [Super omnes (inquit) Ciuitates munitas, & super omnes angulos excelsos.] Vbi iuxta interpretationem Gregorij per ciuitates munitas, & per angulos excelsos hypocritas intelligit, dolo & malitia plenos, eo quod admodum ciuitatis munitæ fallaci sẽper sunt defensione circundati, ne iacula veritatis admittant : & sic anguli, in quo duo parietes coniunguntur, veritatis simplicitatem fugiunt, & per superbiam quodammodo duplicitatis peruersitate replicantur, vt iustos decipiant. † De quibus sanctus Augustinus in lib. 3. confessionum cap. 6. dicit. in homines superbe delirantes carnales nimis, & loquaces in quorũ ore laquei diaboli, & viscum cõfectum commixtione syllabarũ nominis tui, & Domini Iesu Christi, & paracliti consolatoris nostri Spiritus sancti. Hæc enim omnia non recedebant de ore eorum, sed sono tenuis strepitu linguæ. Cæterum cor inane veri, & dicebant veritas & veritas, & multi eam dicebãt mihi, & nusquam erat in eis, sed falsa loquebantur non de te

Aug. li. 3. conf. c. 6.

Hiero. in Isa.c.9 & in regula Monach. cap.21.

te tantum qui verè veritas es, sed etiam de istis elementis huius mundi. Et sanctus Hieronymus lib.4.in Isaiam cap. 9. explicans verba illa disperdet Dominus ab Israel caput & caudam;cauda est qui docet mendacia.i. pseudo profeta. Et subdit, quia omnis hypocrita est aliud simulans,& aliud agens, promittens castitatem,& viuens luxuriosè prçferēs paupertatem,& replens Marsupium, & in regula Monachorum cap.21.dicit de illis:hypocritæ tristes, barba prolixa, crine asperso, fracta vndique ac rudi & deformi veste, colloquio blando verbis fictitijs se sanctos ostendunt, & dealbati parietes inter mulierculas seminant sectas erroris denique loquentes cuiuscunque vitam simul cum fama denigrant, & instrumenta diaboli hæc sunt omnia.infortunatissimum mulierum genus, hamo capiuntur vt pisces, ad macellum ducuntur, vt bestiæ, proteruæ nimiū fęminæ semper fictitia cupiūt, semper subornata verba deposcūt, exquirunt mendacia,fabulas nouas numquam fastidiunt augurijs,& incantationibus dæmonum delectantur. si qui talia proferūt,hij prædilecti filij, hij spirituales patres, & fratres,hij profecto,vt verius liceat dicere cōcubinarij, & corruptores mentis,& ventris. Nutriuntur exquisitis ferculis & delicatis escis vina præciosa non desunt ex furtiuis sepe virorum laboribus,& inter crapulas,& ebrietates ructātes fauces,spiritus dulcedinem prędicant: de talibus loqui nefas est, sed cupio Dei seruitricibus detegere omnes artes diaboli.]Et in epistola ad Ctesiphōtem, aduersus Pelagianos dicit. Simon Magus hæresim condidit Helenæ meretricis adiutus

Epist. ad Ctesiphōte contra Pelag.

auxilio quam Deam Mineruam appellabat. Nicolaus Anthiochenus omnium immunditiarum repertor choros duxit fęmineos, & de vxore sua quāuis pulcherrima satiatus dixit mulieres debere esse cōmunes. Marcion. Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet. Appelles Philomenem habuit comitem suarum doctrinarum, Montanus multas Ecclesias per Priscā, & Maximillam nobiles & opulētas fęminas primum auro corrupit deinde hæresi polluit. Arrius,vt orbem deciperet sororem principis ante decepit, scilicet cōstantiam sororem constantij.Donatus in Aphrica Lucillę opibus adiutus est Ispania.Agape Epidium mulier virum cęcum cęca duxit in foueam.] Quomodo autem hæretici & hypocritæ mulierculas decipiāt Sanctus Irenæus lib. 1. contra Valentinum declarat,his verbis.Habebat Marcus dæmonem Paredrum nomine per quem ipse prophetare videretur. Et quotquot dignas putat fieri participes suæ gratiæ prophetare faciebat.Maxime enim circa mulieres vacat, & hoc circa eas quæ sunt honestæ,& circumpurpurate, & ditissimæ; quas sæpe adducere tentans dicit blandiēs eis.Participare te volo ex mea gratia,quoniam Pater omnem angelum tuum, semper videt ante faciem suam.Locus autem tuæ magnitudinis in nobis est. Oportet nos in vnum conuenire. Sume primum à me & per me gratiam,adaptare,vt sponsa sustinens sponsum suum, vt sis quod ego,& ego quod tu. Constituæ in Thalamo tuo semen luminis, sume à me spōsum & cape eum, & capere in eo, ecce gratia descendit in te aperi os tuum & prophare,cum aut mulier

Irenæus lib.1.contra Valentinum.

mulier responderit numquam prophetaui, & nescio prophetare inuocationes quasdam faciens denique ad stuporem eius subditur; dicit ei aperi os suum, & loquere quæcunque, & prophetabis. Illa autem seducta & elata ab hijs quæ prædicta sunt concalefaciens animam à suspitione quod incipiat prophetare; audet & loquitur delitiosa, & quæcumque euenerint omnia vacue, & audaciter calefacta spiritu dicit, & exinde prophetidẽ semetipsam putat, & gratias agit Marco qui participauit ei suam gratiam, & remunerare eum gestit non solum secundum substantiæ suæ dationem. Vnde diuitiarum copiam magnam collegit, sed etiam secundum corporis copulationem, & secundum omnia vniri ei cupit, vt cum eo descendat in vnum. Et sic quamplurimas mulierculas seduxit. Et sanctus Cyprianus in sermone de Ieiunio, & tentationibus, ait. Tanta est hypocritarũ dementia, vt fœtoribus pro odoribus abutantur, & prætiosa vilia, & aspera suauia arbitrentur, & fauorum sapor omniũ dulcedinũ superet condimenta omnisq. delira sensualitas contrarijs delectetur.*]

S. Cyprianus serm. de Ieiun.

88 [Succensa est.n. quasi ignis impietas, veprem, & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi.] Eodem ordine, quo impietas ad modum ignis populum occupauit, eodem & ira Dei contra omnes exarsit. Expende optimam similitudinem, qua in hac parte vtitur Propheta, dum impietatem populi igni comparauit. Sicut enim ignis leues materias, & aridas velut siccam stipulam aut stuppam primum absumit, & illis succensis ad crassiora, & humidiora comburenda progreditur, spinas inuadens, & sentes, ac deinde alia virentia, & crassiora ligna occupat, adeo vt totam syluam incendat, & densitate fumi terrã obscuret: ita impietas à paruis exordijs incipiens pessimos habet exitus, & à leuioribus culpis in magnã prorumpit malitiam. Quod (vt elegantissime notauit Sanctus Chrysostomus) in Saule, in Caim, & in Iuda proditore intueri licebit. [Studebat (inquit) in Pythonissæ derisionem Saul Regem detrudere, iterũ, quia non adhibuisset illi mentem, ad Pythonissas paulatim ipsũ inducit. Nam quoniam Samueli nõ obtemperauit, & holocausta offerre præparauit illo absente accusatus, ait, necessitas hostium facta est maior. Cumque flere oportuisset, quasi nihil mali fecisset, lætabatur. Iussit deinde nõnulla de maledictis Deus, ea quoque transgressus fuit: hinc aduersus Dauid illum insaniuit ac sic paulatim, atque paulatim labens non stetit, quo vsque ad ipsum perditionis barathrum seipsum immisit. Similiter etiam de Caim factã esse videmus. Non enim confestim cædem fratris illi suggessit Diabolus, ne magnitudine rei commotus tam scælestum facinus abominaretur: sed prius persuasit deteriora offerre, nullum esse id dicẽs peccatum: deinde inuidiæ veneno succendit, nihil etiam hinc mali sequuturum persuadendo: ita sensim in eum illapsus ad cædem fratris, & ad negationem sceleris impulit, nec prius cessauit, quam malorum omnium verticem imposuit.] Et post pauca: [Sic in Iuda maximum proditionis malum concreuit. Nisi enim putasset paruum esse pecuniã inopum surripere, in tantam proteruitatem non deueniisset. Iudæi

Chry. ho. 87. i Mat. to. 2.

1. Reg. 23.

Gen. 3.

quo-

quoque nisi putassent inanis gloriæ delictum minimum esse, vsque ad cædem Christi lapsi nō fuissent. Hac via omnia scelera fieri videbis. Nemo.n. repētè ad extremam improbitatem insilijt.] Denique idem Chrysostom. in cōmentarijs super Epistolam ad Galatas cap. 1. post medium pusilla delicta non esse negligenda, his verbis docet. [At non audisti, quod is qui in veteri quoq; testamento Sabbato ligna collegerat vnicum mandatum, nec id maximum transgressus extremo affectus est supplicio? Quodq. Oza quoniam archam alioqui subuertēdā fulcit, è vestigio mortuus est, eo quod ministerium ipsi non congruens vsurpauit? Ergo ne Sabbatum violatum, & solus arcæ ruituræ contactus ad tantam indignationem prouocauit, vt qui hæc ausi fuerāt ne minimum quidem veniæ sint cōsecuti: hic vero qui oranda, & in ineffabilia dogmata corrumpit, excusationem habiturus est, & veniam consecuturus? Punitur ergo qui folia peccatorum venialiū colligit, ne in illis malitia succensa, in magnam impietatē prorumpat.]

Num. 15.

1.Reg. 2

89 Possunt per vepres & spinas, diuites intelligi, qui ad peccandum propensi facile impietate comburuntur. Vepres item sunt principes, qui propter licentiam, dum à nemine arguūtur, procliuiores sunt ad peccatū. Horum exemplo mox sylua tota succenditur, hoc est, multitudo populi. Sicut enim multæ arbores syluam faciunt, ita multi homines plebem constituunt. Tam perniciosa res est malum exemplū, vt ratione illius impietas, sicut cācer serpat, & sicut ignis grassetur in omnes. Hoc igne mali exempli prius ardebat Sodoma, quam flammis cælestibus vteretur. Eodē igitur ordine, quo peccauerūt, à Deo puniti sunt: nam à minori vsque ad maiorē in eos ignis iræ Dei exarsit. Vnde & subditur: [In ira Domini exercituū conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis.] † Vel per escam ignis intellige peccata, quibus tanquam lignis aridis ignis æternæ nutritur gehennæ iuxta illud, quod dicitur infra: nutrimenta eius ignis, & ligna multa. S.Basilius in præsenti his verbis, inquit. [Non omnimodam internecionem, & exterminium comminatur, sed innuit expurgationem, iuxta Apostoli sententiam: Quia si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus fiet, sic tamen vt per ignem. *]


90 [Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexterā, & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur. Vnusquisque carnē brachij sui vorabit, Manasses Ephraim & Ephraim Manassen,, & ipsi cōtra Iudam.] Tanta, inquit, erit eorum calamitas, vt non solum ab extraneis, sed etiam à consanguineis intus, & fratribus persecutionem patiantur. Insatiabilem his verbis eorum auaritiam, & impietatem designat. Omnes, inquit, rapiunt tanquam lupus prædam ad dexteram, & sinistram, idest, ex omni parte vi fratres suos opprimendo, & adhuc esurient, & non satiabuntur. [Vnusquisque carnē brachij sui vorabit.] Carnē brachij sui deuorat, qui proximi, vel amici res inuadit. [Sumus enim,] vt Paulus ait: [vnum corpus in Domino, singuli autem alter alterius membra.] Simul etiam his verbis eorum ingratitudo notatur. Carnē quippe brachij sui deuorat, qui benefactoris sui iura occupat. *Rom.* 12

Bra-

Brachium virtute & robore suo toti corpori seruit, & ori cibum porrigit, à quo tamen per ingratitudinem mordetur, deuoratur, & consumitur. Manasses, & Ephraim filij Ioseph duas tribus inter decem constituunt. Et tamen etiam ij mutuis bellis perduntur. Et cum inter se dissideant, cōcordes tamen contra domum Iuda, idest, contra Christum, & Ecclesiam seruire non cessant. Id quod in Herode & Pilato cernere licet. Inimici enim erant ad inuicem, sed ab illa die amici facti sunt, cum videlicet, Christum oecidere parabant. (*Luc.* 23) Hi sunt qui (vt Bernardus ait) cōcordes ad discordiam conciliant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentaneæ malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. (Bern. ser. 24 in Cantic.) Hos respicit illud quod de Behemoth dicit Scriptura. [Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se præmentibus. Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adherebit, & tenentes se nequaquam separabuntur.] (*Iob* 41)


91 [In omnibus his nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extēta.] Ter repetit hęc verba propheta in hoc capite, vt notet populi obstinationē, & duritiā, qui toties percussus non vult resipiscere, sed vsque in hodiernū diem manet obduratus. Adhuc enim velamen manet positum super cor eorum, sed in fine mundi conuertentur ad Christum, & tūc (vt ait Paulus) [auferetur velamen,] (2. *Cor.* 3) & manus Dei extēta ad puniendum sęuire desistet, & ira Dei in misericordiam cōuertetur.

CAPVT NONVM.



2 Æ qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes,
& vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent
viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. 3 Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram, ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. 4 Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. 5 Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. 6 Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. 7 Dicet enim: Numquid non principes mei simul reges sunt? numquid non vt Charchamis, sic Calano: & vt Arphad, sic Emath? numquid non vt Damascus, sic Samaria? Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Hierusalem, & de Samaria. Numquid non sicut feci Samariæ & idolis eius, sic faciam Hierusalem, & simulachris eius? 8 Et erit: cum impleuerit Dominus [illegible], monte Sion, & in Hierusalem, visitabo super fructum magn[illegible]

regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius: Dixit enim: In fortitudine manus meæ fecit, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum depredatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. 9 Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. 10. 11. 12. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est. 13 Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem; & subtus gloriam eius succeusa ardebit quasi combustio ignis. 14 Et erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flãma: & succendetur, & deuorabitur 14 spina eius, & vepres in die vna. 16 Et gloria saltus eius, & carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur, & erit terrore profugus. 17 Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos. 18 Et erit in die illa: non adijciet residuum Israel, & hi, qui fugerint de Domo Iacob, inniti super eo, qui percutit eos: sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate. Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquã, Iacob ad Deum fortẽ, Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo, 19 consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. 20. 21 Consummationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. 22 Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Ægypti. 23. Adhuc enim paululum modicumq. & consummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum. 14 Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in Petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Ægypti. 25 Et erit in die illa: Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. 26 Veniet in Aioth, transibit in Magron: apud Machmas commendabit vasa sua. Transierunt cursim Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth. Migrauit Medenna: habitatores Gabim confortamini. Adhuc dies est, vt in Nobe stetur: agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Hierusalem. 27 Ecce dominator Dominus exercituum confringet 28 lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Et subuertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.




SVM-

SVMMA CAPITIS.



N superioribus comminatus fuerat propheta pœnam inferendam filijs Israel pro peccatis contra Deum & proximum commissis: nunc autem prophetare incipit contra alienigenas, & exteras nationes, quarum excidium denunciat, eo quòd in superbia & indignatione populum Dei persecuti sunt, & de ruina eius lætati. Incipit autem hæc prophetia ab illo versiculo: [Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est,] à quo secundum nonnullos auctores incipit hoc caput decimum; & prosequitur illam capite tertiodecimo, & sequentibus, vt ibi dicetur latius. Igitur caput præsens in quatuor diuiditur partes.

In prima commemorat iterum pœnam contra Scribas, & Pharisæos superius comminatam, de quo agit in principio capitis, propter quod multi arbitrantur, hæc pertinere ad caput nonum, vt constat ex antiquioribus biblijs: caput autem decimum incipere ab illo versiculo: [Væ Assur.] In secunda parte destribitur culpa Regis Assyriorum, propter quam pœnam à Deo inflictam incurrit, & fuit duplex. Altera inhumanitas & crudelitas, qua filios Israel afflixit, & hanc constituit in illo versiculo: [Ipse autem non sic arbitrabitur.] Altera est superbia, qua non Deo: sed fortitudini brachij sui partam cõtra Iudæos victoriam adscripsit, & hanc tangit ab illo versiculo: [Dixit enim: In magnitudine manus meæ feci, &c.] In tertia parte condignam horum delictorum pœnam denunciat, ab illo versiculo: [Propter hoc mittet Saluator Dominus.] In quarta conuertitur vt solet, ad consolationem electorum, quibus libertatem à captiuitate Babylonica, & iugo peccati repromittit per Aduentum Christi, & passionem illius complendam, & de hoc agit ab illo versiculo; [In veritate reliquiæ conuertentur.



COMMENTARIVM.

2 VÆ qui condunt leges iniquas, & scribẽtes iniustitiam scripserunt: vt opprimerẽt in iudicio pauperes, & vim facerẽt causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Loquitur hæc sententia cõtra Scribas & Pharisæos, contra Iudices & Principes, legem propter auaritiam, corrumpentes, & peruertentes iudicium. Quidam enim dicebant parentes etiam in extrema necessitate relinquendos fore, vt munera & oblationes Deo fierent, vt constat ex Euangelio. Alij inimicos secundum legem odio esse habendos docebant, vt patet ex illo, Matth. 5. [Audistis, quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. † Vnde sanctus

ctus Augustinus lib. 3. contra Cresconium Grammaticum cap.51.de Legislatoribus,& Regibus, ait: Reges cum in errore sunt pro ipso errore leges secernũt contra veritatem, & cum in veritate sunt similiter cõtra errorem pro ipsa veritate descernunt; ita & legibus malis probantur boni, & legibus bonis emendãtur mali. Rex Nabuchodonosor peruersus legem suam dedit, vt simulachrum adoraretur, idem correctus veram legẽ dedit ne Deus verus blasphemaretur, in hoc enim reges sicut eis diuinitus pręcipitur Deo seruiunt in quantũ reges sunt, si in suo regno bona iubeant mala prohibeant, non solũ quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ ad diuinã religionem.] At vero Scribe,& Pharisæi, & Principes Legislatoresq. illius populi, nec bona iubebant quæ pertinebãt ad humanam societatẽ. Si quidem leges condebant, vt opprimerent pauperes in iudicio,& vim facerẽt causæ humilium, vt pupillos diriperent, nec etiam quæ pertinebant ad religionem *. De quibus multa diximus supra capite primo, nu.64.

3 [Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium?] Dies visitationis in sacro eloquio, diem punitionis designat, sicut infra cap.24. [Et post multos dies visitabuntur, idest, punientur, quia pœna inferni terminum non habebit, nec finem. Dies ergo visitationis, dies calamitatis & iudicij, illis fuit aduentus Assyriorum. Addit autem [de longe venientis,] tum quia exercitus Assyriorũ congregatus de longe venit: tum etiã vt maximam Dei clemẽtiam commendaret qui à longe peccatorem districti Iudicij comminatione admonet, vt caueat,& ab indignatione illius se abscondat, iuxta, quod infra dicitur: [Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius,& grauis ad portandum:] tum denique, vt admoneat nos obstupescere non debere in tranquillitate præsenti, nec esse nimium securos, etiam si nobis arrideant omnia. Dominus enim varias rationes vlciscendi, & à nostra intelligentia remotissimas habet. Non ergo de ipsius iudicio ex præsẽti rerum aspectu iudicemus. Vbi expẽde quomodo peccata sua respõdeant impijs. Qui enim fratribus, & cõseruis misericordiam facere renuerunt, qui in pupillos, & viduas iniustitiam commisserunt, quomodo mitẽ sperare iudicem poterunt? Cætera patent vsque ibi. *Isa. 33.*

4 [Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est.] Initium alterius Prophetiæ est, quę tamen superiori connectitur. Dictum est enim supra decem tribus in captiuitatẽ ab Assyrijs adducendas esse: Nunc autem captiuãtium interitum prędicit. Ex quo poteris facile colligere maximam prouidentiã, quam erga suos Deus habet. Nunc terret illos,& castigat, vt emẽdet,& nunc eos consolatur, promittens liberationem à crudeli hoste, quem confracturum se dicit, quasi baculum. Hinc etiam collige qualiter Deus malorum vtitur ministerio,& quasi instrumento,& virga, vt suorum delicta puniat. Sed sicut pius Pater virga, filium quem genuit corrigit, & castigat, quam tamen postea cõfractam in ignem mittit: ita Deus virga,& baculo Regis Assyriorum, & exercitus illius ad inferendam cõdignam pœnam populo suo vsus est, *Simile.*

est, sed postea baculum istum confregit, & comminuit. Quærendum autem nobis est, quæ nam sit ratio propter quam ministri diuinæ iustitiæ puniantur. Si enim Assur sententiam à Deo contra rebellem populum prolatã exequutus est, præmium potius (vt videtur) quam supplicium ex hoc debuit reportare. Sed huic quæstioni Theodoretus, & alij Patres Sancti respondent, iuste Sennacherib, & exercitum illius talem pœnam promeruisse, quia non vt Dei iustitiæ deseruirẽt filios Israel persequebantur, victoriam Deo humiliter adscribentes: sed vt carnifices crudeles eorum sanguinem sitiebant, & vt superbi & elati, nõ Deo, sed fortitudini brachij sui, ac si superiorem non haberent, partam victoriam adscribebant, vt ex contextu huius capitis liquet manifeste. Ait ergo: [Væ,] Interiectio, [Vę,] vt diximus latius capite primo, nu. 15. & 63. signum est animi dolentis, quo diuina misericordia commendatur, ostendens quam inuitus Deus percutiat. Ac si dicat. Doleo quod populum meũ, quem tam delicate enutriui, aspera virga & baculo duro sim percussurus, iuxta quod supra c. 1. ait Heu cõsolabor super hostib⁹ meis & vindicabor de inimicis meis. Vnde interiectio, [Væ,] ad populum Israel, quem baculo Regis Assyriorum castigauerat, referenda est, quamuis possit etiam ad Assyrios referri, sicut refert Leo de Castro, & alij multi: & importat onus Regis Assyriorum, siue grande malum quod super illum veniet, vt patebit infra. [Virga furoris,] idest, qua non percutio, nisi dum irascor. Virgam appellat, qua filios teneriores castigat: sed baculum, quo obstinatos magis

Theod. super cap. 4 Hier.

tundat, & obduratos maiori plaga percutiat. Non ergo obmurmuremus non cõqueramur, dũ mala patimur à nostris hostibus, & aduersarijs: sed scientes illos virgam Dei, & baculum esse, humiliter & patienter disciplinã vtilem suscipiamus. Vnde Dauid cum Semei procederet egrediens, & malediceret, mitteretq. lapides contra eum, & contra vniuersos seruos eius, & diceret, [Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti Regnũ pro eo, & dedit Dominus Regnum in manu Absalon filij tui, & ecce præmunt te mala tua, quoniã vir sanguinum es:] Clamante filio Saruiæ, indignãte, & dicente: [Quare maledicit canis hic moriturus Domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Respondit Rex: Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimittite eum, vt maledicat. Dominus enim præcepit ei; vt malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit.] Hinc & fidelis anima à cælesti spõso collaudatur, quod inter spinas viuens, dum ab ipsis pungeretur, patienter vulnera sustineret, & pungẽtes spinas proprio illustraret cãdore. [Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias.] Vbi Bernardus. [Spina (inquit) culpa est, spina pœna est, spina falsus frater, spina vicin⁹ est malus, sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. O cãdens liliũ, ô tener, & delicate flos; increduli & subuersores sunt tecũ, vide quomodo caute ambules inter spinas. Plenus est mundus spinis. In terra sũt, in aere sunt, in carne tua sunt. Versari in his, & minime lædi diuinæ potentiæ est, nõ virtutis humanæ.]

2. Reg. 16.

Cant. 8.

Bern. ser. 48. i Cãt.

Y Et

Et post pauca: [Non mediocris titulus profectò virtutis inter prauos viuere bonum, & inter malignãtes innocentiæ retinere candorẽ & morum lenitatem: magis autem si his qui oderunt pacem, & pacificũ, & amicum ipsis te exhibeas inimicis. Id plane tibi similitudinem datam de lilio iure quodam proprietatis specialiter vendicabit, quod ipsas vtique pugnãtes se spinas candore proprio illustrare, & venustare non cessat.] Lege circa hoc elegantem doctrinam apud Sanctũ Augustinũ to.8.in illa verba Psal. 98.[Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

5 [Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populũ furoris mei mandabo illi.] Nõ mirum quod ad fallacem populum, & impium, superbum, & iniquum, carnifex fallax,& impius, superbus, & iniquus mittatur, qui eorũ spolia diripiat. Innocentem, Christum & iustũ negauit populus infidelis; & Barrabam latronem,& homicidam petijt vt dimitteretur: in latrones ergo, & homicidas incidat. Veri Pastoris vocem non audiuit, viuat ergo sub Pastore stulto, & inimico.

6 [Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit, sed ad cõterendũ erit cor eius, & ad internecionẽ gentiũ non paucarum.] His verbis & sequentibus notatur crudelitas,& superbia Regis Assyriorũ, & abusus potestatis illius.Superius enim dictum est,mittendum esse Regem Assytiorum,vt auferret spolia, vt diriperet prædã à populo Israel, & conculcaret illum, & humiliaret.Et missus mandatum excessit, & sibi credita abusus est potestate, & ea quæ virtutis essent diuinæ, suæ attribuit potestati. Deus iubet,vt populum frangat, ipse autem conterere cogitat. Ad conterendum (inquit) erit cor eius. Deus mandat, vt conculcet populum, ille vero interficere parat. Et ad internecionem (ait)gentium non paucarum. August.

7 [Dicet enim. Numquid non Principes mei simul Reges sũt?]Vide arrogantiam hominis, & superbiam. Regem enim Regũ se vocat, ac si diceret. Minimus Principum meorum expugnare posset Israel,& contra illum bellum indicere,& Israel audet repugnare? Cætera patent vsque ibi.

8 [Et erit cum compleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion,& in Hierusalem,visitabo super fructũ magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, &c.] Nullum est peccatum, quod impunitũ relinquat diuina iustitia. Vsus est Dominus tanquam baculo Rege Assyriorum, & potentia exercitus illius,vt populum suum corriperet, & castigaret. Nunc autem contra baculum ipsum indignatur, & superbiam illius humiliare cõtendit, & tyrannidem eius deprimere. † Cauenda est,inquit S.Ambrosius superbia quæ etiam in posteris supplantat:de altissimis cadere præcipitium est,in planis lapsus vocatur; Vnde Dauid dicit.[Nõ veniat mihi pes superbiæ; ideo pes errat supbi, quia caput non tenet, non mirum, ergo si errat vestigium vbi oculus nõ habetur: sic Assyriorũ Rex,quia Dei mandatum excesserat, & sibi credita abusus fuerat potestate per superbiã quoque elatus se regẽ regũ vocauerat. humiliatur à Deo,& puni-

Ambros. in Ps. 35.

punitur *. Habet Dominus tempus suum prædiffinitum, quo puniat hostes populi sui. Nam cum electos suos bene exercitatos habuerit in laboribus, aduersarios punit, non secus atque pius Pater, qui vbi filium virga percusserit, illam statim in ignem proijcit. Incipit enim iudicium à domo Dei, vt ad extraneos inimicos perueniat. Igitur cum impleuerit Dominus in monte Sion cuncta opera sua, cum filios Israel per Assyrios percusserit, [visitabo, (inquit) super fructum magnifici cordis,] idest, puniam superbiã Regis Assur, quam fructus magnifici cordis, & altitudo oculorũ designat. In corde enim sedes est superbiæ: oculi vero affectum cordis demonstrant, eorumque sublimitas, & elatio, animi fastum, & arrogantiam indicant. [Visitabo] (inquit) Punitio enim, & deiectio Regis Assyriorum consolatio facta est filiorum Israel. In quo verbo insinuatur prouidentia & misericordia Dei erga humanũ genus, quod redemit, quod ab iniuria Principis tenebrarum vindicauit, sicut Zacharias ait: [Per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto.] Et iterum: [Benedictus Dominus Deus Israel, quia vsitauit, & fecit repemptionẽ plebis suæ.] Possunt mysticè verba hæc ad Principem tenebrarum referri, cuius typum, arrogantia Sennacherib præferebat. Etenim postquam Dominus opus suum compleuit in Hierusalem, postquã pro hominibus passus est & mortuus, postquam opus redemptionis expleuit, Principem huius mundi, hoc est, Diabolum, eiecit foras, & superbiam illius, & iactantiam humiliauit, sicut scriptum est: [Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Nunc,] inquit, quando opus consumauit, quod dedit illi pater, quando excessum illum de quo in monte cum Moyse, & Elya loquebatur, compleuit in Hierusalem.

Simile. Luc. 1. Ioan. 12 Luc. 9.

9 [Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pẽnam, & aperiret os, & ganniret.] Hiperbole apparet, quod exercitus, & potentia populorum nido, siue ouis derelictis à Propheta in pręsenti cõferatur. Nec mirũ alicui hoc debet reputari si attendat, & consideret Regis Assyriorũ prosperitatẽ. De diabolo quippe sub Beemoth nomine dicit Iob: [Reputabit quasi paleas ferrum, & quasi lignũ putridum, æs. Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundę. Quasi stipulã æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam.] Non minus arroganter gloriabatur in potẽtia sua princeps Assyriorum. Quid facilius quam pullos in nido existentes capere, aut oua derelicta (prohibente nullo) secum auferre? Et vt insinuaret nullum contradicentem, aut renitentem esse, subdit: [Non erat qui moueret pennam, &c.] Solent aues circumuolitare nidos & super pullos stridere, & gãnire, vt teneãt, auferentes & prohibeant: & tamen nullus ausus est contra potentiam regis mussitare, aut se defendere. Obumbrant hæc verba statum peccatoris pessimum, in cuius animam ingreditur Diabolus, multis comitatus agminibus peccatorum, tanquam in domum propriam, ita

Iob 41. Morale.

vt nullus ſit,qui obmurmuret. Non muſſitat ratio, nec voluntas cōtradicit, non ſe opponunt potentiæ hominis, ſed cum gaudio potius inimicos excipiunt, ſe illis vltro tradentes, ſicut olim fecerunt filij Iſrael,de quibus ſcriptum eſt: [Tantus metus prouincijs illis incubuit, vt vniuerſarum vrbium habitatores, principes & honorati ſimul cũ populis exirent in obuiam venienti, excipientes eum cũ coronis, & lampadibus, ducentes choreas in tympanis & tibijs. De quo videantur ſupradicta cap. 9. num. 10.

Iud. 3.

10 [Numquid gloriabitur ſecuris contra eum,qui ſecat in ea? Aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe,aut exaltetur baculus, qui vtique lignũ eſt.] Verba ſunt prophetæ Regis Aſſyriorum ſuperbiam, & iactantiam redarguentis, & in illo omnes, qni de ſua virtute gloriantur. Ac ſi dicat: Quomodo audet creatura de ſua potentia ſuperbire,aut boni aliquid ſibi tribuere, cum omnes ſint organa, & quaſi inſtrumenta, per quæ, & in quibus Deus operatur, ocioſa planè, & mortua, niſi moueantur ab eo? ſecuris nihil facit ſine ſecante,in quo ergo gloriabitur? Corpus mortuum eſt ſerra, & ſimiliter lignum, nec motum habet,niſi quem participat ab artifice, ſiue ab eo,à quo trahitur & eleuatur, quid ergo ſibi tribuere poterit? Et tamen Rex Aſſyriorum, & eius principes partas victorias ſibi arrogãt, ita vt dicant: [Quoniam manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia. † Hanc explicationem proſequitur eleganter. Sanctus Thomas. Conſideranda (inquit) eſt ſimilitudo,quia valde congrua eſt. Sic enim ſe habet virtus dominãtis ad Deum,ſicut virtus baculi ad percutientem,& ſicut virtus ſerræ ad artificem. Conſtat autem quod virtus ſerræ,vel ſecuris in artificio nulla eſt,niſi per artificẽ mouẽtem, & dirigentẽ: ita & de virtute dominantis cõtingit,quod nulla eſt ſine Deo mouẽte & gubernante. Ergo ſtultũ & præſumptuoſũ eſt gloriari de ſua virtute. Iſta autẽ ratio ſatis aperta eſſe videtur, & haberi poteſt ex verbis Philoſophi ſupra inductis. Quia virtus cuiuſlibet mobilis à virtute dependet primi mouẽtis,& eius inſtrumentum erit: & hinc eſt quod Deo talis gloria diſplicibilis; quia tales derogant diuinę potẽtię. Propter quod ſcribitur in Iudith, quod de ſua virtute gloriantes Deus humiliat. Et ideo dicit Propheta Iſa. Propter hoc mittet dominator dominus exercituũ in pinguibus eius tenuitatem,& ſubtus gloriam eius ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis.] In quo ſignificatur pœna ſenſibilis,quæ talibus infertur tyrãnis, & annihilatio principatus,vt ĩ prędictis eſt manifeſtũ.*] Ideo ergo virtutem Regis aſſyriorũ virgæ comparauit & baculo,non autẽ arbori. Arbor enim motum habet & vitã, flores,& frondes, fructusq. producit;baculus autem inanime quoddã eſt, & immobile: & niſi moueatur ab alio nihil ex ſe poterit operari. Sic ſe habẽt omnes cauſæ ſecundæ, ſiue naturales ſint,ſiue liberæ,reſpectu primæ, & vniuerſaliſſimæ videlicet Dei, à quo niſi efficaciter ad ſuas operationes moueãtur,mouere ſe nõ poſsũt,aut boni aliquid efficere. Hoc philoſophia naturalis docet, hoc diuina Theologia fatetur, hoc communis conſenſus ſanctorũ Patrum ſemper tenuit.

Deut. 32.
S.Thom. opoſc. 20 de regim. Princ li. 3. c. 8.

11 Audi

Aristot. 8 Physicor. tex: 33.

11 Audi quid Aristot. sentiat. [Vtraque, inquit, mouere dicimus, & primum, & vltimum mouētium, sed magis primum, illud enim mouet vltimum, sed non hoc primum, & sine primo quidem vltimum nō mouebit, illud autem sine hoc, vt baculus nō mouebitur, nisi moueatur ab homine.] Vide qualiter philosophus sola naturali ductus ratione agnouerit, quod in præsenti lumine prophetico docet Isaias, quoniam respectu Dei omnis causa secūda, & homo ipse se habet, vt baculus. Sed obseruandum est valde id, quod Driedo expendens similitudinem securis, & baculi, qua vtitur Isaias ad explicandam dependentiam, quam habet liberū arbitrium à Deo in sua operatione, aduertit. Ait enim:] Dominus in Isaia Propheta sese cōparauit artifici secanti ligna, aut trahenti serram, voluntatem ipsius Nabuchodonosor cōparauit serræ, aut baculo. Nūquid gloriabitur, inquit, securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra cōtra eum, à quo trahitur? Habent quidem ista similitudinem, sed non omnimodā æqualitatem, similitudinē quidem in eo quod liberū arbitrium à Deo recipiat non vires solum, seu possibilitatem operandi, sed & motum, & actionē, qua fiunt opera bona. In hoc tamen est dissimilitudo, quod instrumentum non ex libero suo rationis iudicio, sed necessitate, & vi quadā impellitur ab artifice, nullum habens iudiciū, neque de eo ad quod fertur, neque super medio per quod fertur. Libera vero hominis anima à Deo accipit suauitatē quandam, seu inclinationem, qua ex proprio iudicio mouetur, ex libera, & spontanea voluntate ad actū, & motum.] Itaque nisi moueantur à Deo, nihili operantur secundæ causæ, siue naturales, siue liberæ, motæ tamen operantur vnaquæque iuxta naturam suam, naturalis naturaliter, & libera liberè. Vnde Sanctus Thomas 1. par. q. 83. artic. 1. ad. 3. ait: [Quod liberum arbitrium se ipsum mouet ad agendū. Non tamen hoc est de necessitate libertatis, quod sit prima causa sui id, quod liberū est, sicut nec adhoc quod aliquid, sit causa alterius, requiritur, quod sit prima causa eius. Deus igitur est prima causa mouēs & naturales causas, & voluntarias. Et sicut naturalibus causis mouendo eas, nō aufert quin actus earum sint naturales, ita mouendo causas voluntarias, non aufert quin actiones earum sint voluntariæ, sed potius hoc in eis facit, operatur enim in vnoquoque secundum eius proprietatem.] Et solutione ad secundum eiusdem articuli, explicans illud ad Rom. 9. Non est volentis, scilicet, velle, neque currentis, scilicet, currere, sed Dei miserentis, ait, [quod verbum illud Apostoli non sic est intelligendum, quasi homo non velit, & non currat libero arbitrio, sed quia liberum arbitriū ad hoc non est sufficiens, nisi moueatur, & iuuetur à Deo.] Et 1. p. quæst. 105. art. 4. in corpore, & 3. contra gentes cap. 70. docet expresse quod Deus applicat, & mouet causas secundas ad operandum, sicut artifex mouet instrumētum, & quæst. 106 art. 2. in corpore addit, quod solus Deus efficaciter potest mouere voluntatem. Angelus autē aut alius homo solum eam mouet per modum suadentis, & idem repetit q. 111. art. 2. in corpore. Sanctus etiam Augustinus aperte docet, Deum interius, efficacissime

Dried. de captiu. & redempt. gē. hum. tract 6 2. p. 2 c. fol. 151. impss. Louaniē.

Rom. 9.

hominis voluntatẽ mouere, & vertere quo voluerit. Id quod ex multis locis, Scripturæ demonſtrat. Potiſſimus locus habetur Eſther cap. 14. & 15. vbi cum Regina non accerſita in conſpectu Regis Aſſueri comparuiſſet, intuitus eſt eam Rex, in impetu indignationis ſuæ, ſed metuens Eſther orat ad Dominum, vt traſferat indignationem Regis in lenitatem, & ait: [Da ſermonem concinnum in os meum, & verba mea clarifica in conſpectu leonis, & conuerte cor eius in odium impugnantis nos] quod & oratione ſua à Domino obtinuit. Subdit enim Scriptura. [Conuertitq. Deus ſpiritum Regis in mãſuetudinem.] Quem locum explicãs Auguſtinus, ſic ait. [Vt quid iſta in oratione dicit Deo, ſi non operatur Deus in cordibus hominum voluntatem? Sed forte hęc mulier inſipiẽter orauit. Videamus ergo vtrum inaniter pręmiſſus fuerit orãtis affectus, & conſecutus non fuerit exaudientis effectus. Ecce ingreditur ad Regem, ne multa dicamus, & quia non ordine ſuo ingrediebatur, magna neceſſitate compulſa, intuitus eſt eam, ſicut ſcriptũ eſt, velut taurus in impetu indignationis ſuæ, & timuit Regina, & conuerſus eſt color eius per diſſolutionem, & inclinauit ſe ſuper caput delicatæ ſuæ, & quæ præcedebat eam, & conuertit Deus, & tranſtulit indignationẽ eius in lenitatẽ. Iam ſequentia commemorare, quid opus eſt, vbi Deũ compleuiſſe quod illa rogauerat, diuina Scriptura teſtatur, operando in corde regis, quid aliud, quam voluntatem, qua iuſſit, & factum eſt, quod ab eo Regina popoſcerat? Quod Deus iam, vt fieret exaudierat, qui cor Regis antequam mulieris ſermonem poſcentis audiſſet: occultiſſima, & efficaciſſima poteſtate cõuertit, & tranſtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc eſt, de voluntate lædendi, ad voluntatem fauendi, ſecundum illud Apoſtoli. Deus eſt enim, qui operatur in vobis, & velle.] Et quaſi reſpondens imaginationibus eorũ, qui arbitrantur per hanc Dei motionem efficacem, liberũ hominis arbitriũ impugnari, ſubdit ſtatim. [Numquid homines Dei, qui hæc ſcripſerunt, immo ipſe ſpiritus Dei, quo auctore per eos iſta cõſcripta sũt, oppugnauit liberũ hominis arbitriũ? Abſit. Sed omnipotentis in omnibus, & iudicium iuſtiſſimũ, & auxilium Dei miſericordiſſimum commendauit. Sufficit enim ſcire homini, quod nõ eſt iniquitas apud Deum.] Et libro primo de gratia Chriſti contra Pelagium, & Cæleſt. cap. 24. præallegatum locum expendens, ſic ait: [Vellẽ ergo diceret iſte nobis,] ſcilicet Pelagius, [vtrum Rex ille ad Deum iam cucurrerat, & ab eo ſe regi cupiuerat, ſuamq. voluntatem, ex eius voluntate ſuſpenderat, & ei iugiter inhærẽdo vnus cum illo Spiritus factus erat, non niſi de arbitrij libertate? Vtrum ſe totum Deo tradiderat, omnemq. ſuam mortificauerat voluntatem, & cor ſuum in manu Dei poſuerat? Puto nõ deſipere, ſed inſanire hominem, quiſquis de illo Rege qualis tunc erat, hoc ſenſerit: & tamen conuertit Deus & tranſtulit indignationem eius in lenitatem. Quis autem non videat multo maius eſſe indignationem à cõtrario in lenitatem conuertere, atque transferre, quam cor neutra affectione præoccupatum, ſed inter vtrunque medium, in aliquid declinare? Legãt ergo & intelli-

Aug li. 1. cõt. duas epiſt. pel. c. 20. t. 7.

Philip. 2.

telligant;intueātur,& fateātur, non lege atq, doctrina insonāte forinsecus, sed interna atq; occulta, mirabili,atq;ineffabili potestate operari Deū in cordibus hominum, nō solū veras reuelationes, sed etiā bonas volūtates.] Quod si liberū hominis arbitrium nihil boni operatur etiā ex his quę facultate naturæ præstare potest, nisi à Deo moueatur, quomodo poterit quæ facultatē naturæ transcendunt perficere, nisi donatum desuper illi fuerit: & efficaci subsidio præueniatur à Deo?

12 Nec silentio prætereundum censui locum illum Ezech. 36. quo vtitur Sanctus August. ad probandam diuinæ gratiæ efficaciam. Sic enim ait Dominus per prophetam.

Ezech. 36. [Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneū, & spiritum meū ponam in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.] Vbi verbum, [Faciam, vt faciatis efficaciā denotat auxilij diuini mouētis hominis voluntatem, vt operetur bonum, & præcepta Domini adimpleat, [Certū est, (inquit Augustinus, Nos velle cum volumus, sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est, quod paulo ante posui, quod pręparatur voluntas à Domino: de quo dictū est. A Domino gressus hominis dirigentur: & viam eius volet: De quo dictū est, Deus est qui operatur in vobis & velle, & operari: Certū est nos facere cum facimus, sed ille facit, vt faciamus, præbendo vires efficacissimas volūtati, qui dixit: Faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis.] Accedit ad hoc illud, quod Ioan 6. dixit Christus. [Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum,] quem locum explicans S. Augustinus lib. 1. contra duas Epistolas Pelag. c. 19. sic ait: [Quam multi inimici Christi quotidie subito Dei occulta gratia trahuntur ad Christum. Quod verbum, si non ex Euangelio posuissem, quāta de me propter hæc iste dixisset, cum etiam nūc obluctetur nō mihi, sed illi, qui clamat: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eū? Non enim ait duxerit, vt illic aliquo modo intelligamus præcedere voluntatem. Quis trahitur si iam volebat? Et tamen, nemo venit, nisi velit: Trahitur ergo miris modis ab illo, qui nouit intus in ipsis hominū cordibus operari, non vt homines, quod fieri non potest, nolentes credāt, sed vt volentes, ex nolētibus fiant. [Et in c. 20 subdit statim hęc verba, [Hoc verū esse non coniectura suspicamur humana, sed euidētissima diuinarū Scripturarum auctoritate dignoscimus.] Habemus igitur, & tanquam certissimum fateri tenemur, Deum sua omnipotenti virtute humanam mouere voluntatem, & vertere quo voluerit: nec tamen propter hoc in aliquo leditur eius libertas, vel minuitur, sed potius perficitur, iuxta illud quod Chrysostomus ait: [Quo vtique auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Tanta enim est erga omnes bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit daturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus. Nec ociosa in nobis esse patitur, quæ exercenda non

Aug. li. de gratia, & lib. arbit. c. 16. t. 7.

Ps. 36.

Phil. 2.

Ioan. 6.

August.

Chry. ho. de Adam, & Eua in fine to. 2.

negligenda donauit, vt & nos cooperatores gratiæ Dei ſinus, & in his quæ in nobis ex noſtra viderimus remiſſione languere, ad illum ſollicite recurramus, qui ſanat omnes languores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram.] Quomodo autem hæc duo inter ſe inuicem cohereant, efficacia videlicet motionis diuinæ, & humani libertas arbitrij, alterius eſt diſputationis. † Et Sanctus Bernardus ſermone 13. in Cantica tractans quomodo gloria omnium bonorum operum, & victoriarũ Deo tribuenda ſit, dicit. Ioſeph cum domum, & omnia bona Domini ſui credita ſciret dominam non ignorauit exceptam, & ob hoc nõ acquieuit: mulierem nouerat gloriam eſſe viri, & iniquum ſibi iudicauit vice cõtraria inglorium facere eum, qui ſe fecerat glorioſum. Quid ergo homo zelat gloriam ſuam, & Deum audet velle fraudare de ſua quaſi non zelantem; audi quid dicat. Gloriam meam alteri non dabo; quid ergo dabis Domine? pacẽ, inquit, do vobis. Sufficit mihi, gratãter ſuſcipio, quod relinquis, & relinquo, quod retines: adimo gloriam prorſus, ne forte ſi vſurpauero non conceſſum, perdam merito, & oblatum cautus ſum, nec ingratus beneficio datæ pacis, nec ſacrilegus inuaſor gloriæ tuæ. Tibi domine tua gloria tibi maneat illibata, mecum bene agitur, ſi pacem habuero. Golia proſtrato lętatus eſt populus pace recepta, ſed Dauid ſingulariter extitit glorioſus. Ioſuè, Iephte, Sampſõ, Gedeõ, Iudith; glorioſè in diebus ſuis triumpharunt de hoſtib⁹. Sed pace cum gaudio fruentibus cęteris, nemo eis communicauit in gloria; quid ergo mihi cum gloria ſi nec in prælio fui? impudentiſſime mihi arrogo vel gloriam abſque victoria, vel victoriam ſine pugna. Quis credat parieti ſi ſe dicat parturire radium, quem ſuſcipit ꝑ feneſtram? aut ſi glorientur nubes, quod imbres genuerint, quis non irrideat? Deus enim in Sanctis manens ipſe facit opera, nec laus calami laudabilis eſt pictura, ſiue ſcriptura, nec gloria linguæ, aut laborum ſermo bonus: tẽpus eſt, vt Propheta loquatur: nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, &c. ſic contra Dominum omnis, qui gloriatur ſi non in Domino glorietur. *]

Bern ſer. 13. in cãt.

Gen. 39

Iſa. 48.

13 [Propter hoc mittet Dominator Dominus exercituum pinguibus eius tenuitatem.] Clarius prædicit qua pœna viſitaturus ſit Dominus Aſſyrios. [Propter hoc,] ideſt propter arrogãtiam, & credulitatẽ commemoratam ſupra, [Dominus exercituum,] quem cognoſcere noluerunt, neq; partam victoriam in illius potentiam, ſed in propriã referre, [mittet in pinguibus,] ideſt, in Principes Sennacherib [tenuitatem,] eorum fortitudinem minuendo, & ſumitur metaphora à corpore naturali, quod dum manet pingue, integræ ſunt eius vires cũ autem ex morbo, vel inedia peruenit ad tenuitatem, viribus, quibus pollebat, caret. [Et ſubtus gloriã,] ideſt, ſubtus caſtra, quæ dicũtur gloria Regis, [ardebit quaſi combuſtio ignis,] ideſt, peſtis, quæ ita facile conſumet eorum corpora, ſicut ſolet ignis paleas comburere. De hac peſte habes infra capit. 37 [Eggreſſus eſt autem Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et ſurrexerunt maue, & ecce

ce omnes cadauera mortuorum.] Septuaginta interpretes sic transferunt. [Sed mittet Dominus Sabaoth in tuum honorem ignominiam, & in tuam gloriam ignem ardentem incendet.] Quæ verba redeunt in eundem sensum.

14 [Et erit nomen Israel in ignem, & sanctus eius in flammam, & succedetur, & deuorabit spinas eius, & vepres in die vna.] Idem Deus dicitur lumen Israel, & sanctus Israel: Sanctus Israel eo quod Israel sanctum faciebat, & sanctificauerat sibi populum Israel, & ab eo sãctificabatur honore. Lux vero, quæ illustrabat, & prosperitate noua consolabatur populum suum. Sensus ergo est. Deus, qui populo suo lux est, & gaudium, sanctificator, & iustus; erit inimicis flamma comburens, & ignis deuorans. Sicut sol quosdam torquet æstu magno quibusdam amico lumine gratus est.† Septuaginta interpretes, vbi nos legimus, Et sanctus eius in flamma, transtulerunt, & sanctificauit eum in igne per quod, teste Hiero. quidã intelligi volunt pœnas, atque tormenta ad hoc adhiberi peccatoribus, vt diuino igne purgentur.*

Hier. lib 4. in c. 10. Esaiæ t. 4.

15 [Et deuorabitur spina eius, & vepres, idest Principes, & magnates exercitus, qui populum Israel, velut sentes, & spinæ vulnerantes pungebant. Propensiores quippe ad peccandum, & inferendum alijs iniuriã, incendio velut vepres sunt magis apti, & facilius igne succẽduntur, [die vna,] idest breui tempore. Vbi obserua, quod in igne, duo reperiuntur, lux ad illuminandum, & calor ad comburendum, sed iustis est ignis Deus in lumen, non iucombustionem: quia electos suos non torquebit in sempiternũ: sed illuminabit, iuxta illud, quod dicitur infra. [Nõ erit tibi amplius sol ad lucendũ per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternã, & Deus tuus in gloriam tuam. Nõ occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.] Impijs vero, & reprobis e conuerso, ignis erit in combustionem, & ardorem sempiternum, vt eos torqueat, non in lucem, vt eos lætificet, & illuminet. Hinc est illud quod in laudem Dei canit Propheta Regius. [Vox Domini intercidentis flammam ignis.] Intercidere, diuidere est vnum ab alio separando. Vox ergo Domini flammam ignis inferni, sua virtute intercidit, cum lucem a calore separat, vt ardor ad torquendum impios, sed non lux ad illuminandum remaneat. Sed explicat istum locum Sanctus Basilius † in oratione de futuro iudicio, quæ extat ĩ operibus Ephrem: ait enim. Tunc ignis ille, qui in supplicium diabolo præparatus est, & Angelis eius, dissecabitur voce Domini: vt cum duplex insit igni facultas adustiua, vna illuminatiua altera: acris quidem vis ignis, & punitoria reposita est ijs, qui vstione sunt digni: illustratoria vero ijs, qui claritate peremnis gaudij perfruituri sunt, succedet: vt ita obscurus quidem sit ignis supplicij, vrendi autem vi careat lux illa refocilationis atque quietis. Nec est, quod de eo ambigas: si quidem in retributionibus eorum, quæ in vita à nobis erunt gesta, natura ignis diuidetur, & lux quidem ad fruitionem, & oblectamentum iustis: vrendi vero vis, & dolor ijs, quibus tormen-

Isa. 60.

Ps. 28.

ta irrogabuntur, constituetur.

16 [Et gloria saltus eius, & carmeli eius ab anima vsque ad carnẽ consumetur.] Hanc similitudinem, nihil Assyrijs integrum, aut saluum fore denunciat, sed exitio extremo subuertendos esse, anima & corpore. Consolatio non modica est iustis, quod carne interempta, spiritus saluus fiat. Vbi autem spiritus quoque detrimentum patitur, nullum prorsus solatium remanet. Tale igitur impijs erit excidium, vt anima, & carne in perpetuum ardeant. [Ab anima, inquit, vsque ad carnẽ,] quia prius ardet anima, postea corpus, nam ab anima ad carnem incendium deriuatur.

17 [Et reliquię ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur.] Per arbores vel ligna saltus, exercitum intelligit Regis Assyriorum, quem Dominus per Angelum deuastauit. Modo inquit, tantam lignorũ stragem fore faciendam, vt ex illis pauca remaneant. Adeo enim pauci ex Assyrijs sunt relicti, vt puer illos numerare possit, qui adhuc numerando vsque ad duodecim fere progredi non valet. Et ita tradũt nonnulli quod Sẽnacherib aufugit cum solis decem.

18 [Et erit in die illa, non adijciet residuum Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob inniti super eo, qui percutit eos, sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate.] Prosequitur, & explicat modum, quo Deus futurus est lux, & consolatio populo Israel, sicut fuit ignis exurens multitudinem Assyriorum. Illa enim die, qua percutietur exercitus Sennacherib, Iudæi qui relicti fuerint, nõ imitabuntur amplius exemplum Acaz, vt querant auxilium ab Assyrijs, & innitantur in hominibus impijs, qui in se confidentes percutiunt, persequuntur, & capiunt: sed confugient ad Deum, spem omnem in illo constituentes, cum propheta qui ait: [Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domiuo Deo spem meam.] Fallax enim est mundus, & mendax omnis caro. Destituit miseros in tẽpore tribulationis: Deus autem adiutor est in opportunitatibus. In illo ergo innituntur electi, idq. [in veritate:] non ficte, verè quærentes illum. Designatq. hic locus reliquias Israel spem suã debere constiuere in puero illo, qui ex Virgine natus est nobis. Vnde & subditur: [Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Deũ fortem,] idest ad Christum, qui supra appellatus est [Deus, fortis,] vt explicat Eusebius Cæsariẽsis. Quare autem Iudæi ad Christum conuersi, dicantur reliquiæ, siue residuum, dictum est sup. cap. 4. nu. 8. vbi explicata sunt diffuse verba sequentia: [Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquiæ cõuertentur ex eo. † Inferius etiam cap. 24. nu. 12. de paucitate electorum. plura dicentur.

Ps. 72.

Euse. li. 2. demõstr. Euãg. 40.

19 [Consumatio abbreuiata inundabit iustitiam.] Verbum abreuiatum fecit Dominus super terram, in quo abundantes diuitias misericordiæ suæ hominibus ostendit, quando [Verbum caro factum est, & habitauit in nobis;] quãdo [puer natus est nobis, & filius datus est nobis.] Tunc.n. inundauit misericordia Dei, quãdo super omnẽ carnem se diffudit. Sed in passione Christi, in morte illius, cum pœnas debitas pro peccatis nostris exsoluit, cum opus redemptionis consumauit, inundare fecit Deus iustitiam suã.

Ioan. 1.

Isa. 9.

[Ecce

[Ecce ascendimus Hierosolymam, & consumabuntur omnia, quæ scri pta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquã flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.] Consumabuntur, inquit, omnia. Ecce quid sit consumatio abbreuiata. Quid enim consumatum reliquit, quãdo pro hominibus passus est? Ideo namque emittens spiritum, dixit: [Consumatum est.] quoniam omnia vna oblatione con
Ioan.16 sumauit. Consummauit cælum, quoniam per passionem suam ruinas Angelorum reparauit. Consumauit terram, & perfecit; quoniam
Ioan.12 principem huius mundi eiecit foras. Consumauit, & adimpleuit legem, quoniam omnia, quæ de illo scripta erant, compleuit. Consumauit omnes in vniuersum virtutes, quoniam tũc ad summum perfectionis gradum peruenerunt. Quando enim charitas ita exaltata est, & consumata, sicut in passione Christi cum animam suuam posuit pro ouibus suis? Scriptum est enim: [Maiorem charitatem nemo
Ioan.15 habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.] At Christus Dominus, etiam pro inimicis animam posuit. Vnde & Paulus.
Rom.5. [Commendat, inquit, charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundũ tempus Christus pro nobis mortuus est.] Quando obedientia sic consumata, & perfecta inuenta est? Collaudatur obedientia Abrahæ, eo, quod ad Domini præceptum
Gen.21 proprio filio suo non pepercit, sed illum in monte Deo immolare non dubitauerit. Obediuit ille vsq; ad mortem, non propriam, sed filij. Christus autem factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis non alterius, sed suam propriam. Quando humilitas sic exaltata est, & consumata, velut cum *Phil. 2.*
innocens agnus cum iniquis reputatus est? Quando mansuetudo ad summum peruenit, sicut cum Dei filius tamquam ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus coram *Isa.53.*
tondente se obmutuit, & non aperuit os suum? Splenduit quidem in Moyse mansuetudo, de quo dicit Scriptura, quod [erat vir mitissimus super omnes homines, qui mo *Num.12*
rabantur in terra.] Claruit etiam in Propheta regio virtus hæc, qui ad Deum loquens ait: [Memento *Ps.131.*
Domine Dauid, & omnis mansuetu dinis eius.] Sed in Christo super omnes exaltata est, & perfecta. Ait enim: [Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.] Quid de po tentia dicam, quid de fortitudine, *Mat.11*
& cæteris virtutibus? Potuerunt ne aliquãdo clariores fieri, aut præ stantiores? Iustitia etiam tunc consumata est, quando sufficientem, & superabundantem satisfactionẽ, pro iniuria sibi ab hominibus illata, Deus accepit. [Si vnus pro omnibus mortuus est (ait Paulus) ergo omnes mortui sunt.] Si omnes mor *2.Cor.5*
tui sunt, ergo omnes sustinuerunt pœnam illam diuina iustitia constitutam, [in quacumque die comederis ex eo, morte morieris.] Ergo iustitiæ Dei satisfactum est. Ergo *Gen. 3.*
consumata est iustitia, abbreuiata in vno redẽptore, & exaltata. Hæc igitur est consummatio abbreuiata qua innundare fecit Dei iustitiam. Tunc aquæ fluminis inundant, quãdo ægrediuntur de vulua, & pro- *Simile.*
priam ripam exeuntes, ad loca inconsueta pertingunt, cum terram in-

implent, & omnia fere suo impetu, subuertunt. Locus proprius, & cō-suetus per quem mors pertransit, & pœna, est peccator, & peccatum, iuxta illud: [Et per peccatum mors
Rom. 5. & sic in omnes homines mors pertransit.] Pœna enim debetur culpæ, & peccatori supplicium. Quando ergo pro delictis suis patiebantur impij, quando aquæ diluuij extinxerunt omnē carnem, quæ cor-
Gen. 7. ruperat viam suam, quando pluit Dominus ignem de cęlo, qui deuorauit Sodomam, & alias ciuitates:
Gen. 19 iustitia Dei non inundabat, nec limites proprios præteribat. Sed via sua incedebat, & pœna dignos, ira sua torquebat. At quando proprio filio suo non pepercit, quando pro nobis omnibus tradidit illum, tunc inundauit iustitia, & tribulationes aquæ de propria vulua exeuntes, supremum omnium montium, Christum videlicet in vertice montium constitutum operuerunt. Vnde in cruce exaltatus ad patrem clamat: [Saluum me fac Deus, quoniam in-
Ps. 68. trauerunt aquæ vsquæ ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & nō est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.] Non est, inquit, substantia. Substantia (vt sentiunt dialectici) est primum subiectū, in quo insunt accidentia. Proprium subiectū pœnæ, est culpa cui respondet, sed in Christo tot coaceruantur pæne, tot tribulationes illum operiunt, & tamen proprium subiectum pœnæ in illo non est. Vnde, & ipse ait. [Quæ non rapui, tunc exoluebam]
Ps. 68. idest pro peccatis, quæ non cōmisi, morte turpissima condemnatus sum. Hinc & sanctus Iob in persona Christi loquens ait: Violenta sagit-
Iob 34. ta mea absque vllo peccato.] Cum impius moritur, cum sagitis furoris Dei configitur, sagitta violenta non est, sed naturalis, eo quod debitum sibi tendit ad locum. Proprium enim saggittæ signum, ad quod dirigitur, peccatum est. Veruntamen cum moritur iustus, cum pro peccatis alienis, quæ non commisit, occiditur, sagitta ad illum pertingens violenta est. Violenta sagitta mea. Quæris quare violenta? Audi quare? Quoniam absque vllo peccato. Vide circa hoc, quæ habes supra c. 3. num. 14. Consonāt cum hac explicatione verba prophetæ, quæ sequuntur.

20 [Consumationem enim, & abbreuiationem Dominus exercituum faciet in omni terra.] Quæ verba alludunt ad ea, quæ canit propheta regius. [Operatus est salutē Ps. 73.
in medio terrę,] hoc est in ciuitate Hierusalem, in medio terræ constituta, seipsum semel pro peccatis nostris offerendo, [qua oblatione (vt Paulus ait) consumauit in æternum sanctificatos. † Vbi obserua, quod Heb. 10
verbum consumare, à quo consumatio deducitur tres habet significationes, quæ amplificationi huius loci maximè congruunt. Primò .n. significat absoluere, & perficere, in qua acceptione vsus est Apostolus hoc vocabulo cum Christum Dominum authorem, & consuma- Heb. 5.
torem fidei nostræ vocauit, quia videlicet ipse principium, & finis est nostræ fidei, atque eius perfectio, & cōsumatio. Secundo absumere, seu consumere, & conterere sicut sacrificia, & holocausta consumebantur igne, ita vt nihil prorsus integrum remaneret. Tertio significat aliquid in summam redigere, & recapitulare. His igitur tribus modis passione sua consumationem, & abbreuiationem

uiationem fecit Dominus in medio vniuersæ terræ, & consumauit in æternum sanctificatos. Nam omnia, quæ de illo scripta erant absoluit, & consumauit: vnde & ad patrem loquens, & morti iam propinquus, aut opus cõsumaui, quod dedisti mihi, & antequam inclinato capite traderet spiritum dixit consumatum est, propter quod Apostolus authorẽ fidei nostræ, & consumatorem appellauit Christum Dominum, quia videlicet ipse principium, & finis est nostræ fidei, atque eius perfectio, & consumatio. Consumpsit etiam per passionem suam omnia peccata nostra, & vectes ferreos mortis contriuit, ac deniq; se ipsum sub speciebus panis, & vini in cibum fidelibus tribuendo, omnia beneficia, quæ nobis contulit in summam redegit, & recapitulauit dicẽte psalmista, [memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit
Heb. 2. timentibus se] nec solum nostræ fidei, sed & omnium fidelium, ac vniuersalis ecclesiæ extitit consumatio [cui cõpetit illud, decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat authorem salutis eorum per passionem consumari]. Consumauit enim, & ad perfectum deduxit filios quos in gloriam adduxerat, idest certissimè adducere decreuerat, & prædestinauerat. Consumauit, & ad gloriã, & perfectionẽ in passione cõsumatus adduxit corpus, quod prouida dispensatione, vt pro omnibus gustaret mortem passibile assumpsit, quod & verba præcedentia indicant, præmiserat enim. [Eum autem, qui modico, quam Angeli minoratus est videmus Iesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.]

21 Possunt secundo hæc, & præcedentia verba ad legem Euangelicam referri, ita, vt sensus sit. Cõsumationem, & abbreuiationem faciet Dominus, idest Euangelium abbreuiatum, & compendiatum instituet, in quo multitudo præceptorũ legis antiquæ, & variarum differentia victimarum, vno expleatur sacrificio; & in vno dilectionis præcepto contineantur omnia mandata: Iuxta quod & Paulus ait: [Qui diligit proximum legem impleuit. Nam non adulterabis, nõ occides, *Rom.* 13
non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur, diliges proximũ tuum sicut teipsum.] In vno (inquit) verbo instauratur, idest, resumitur, & veluti in compendium redigitur. Hoc est verbum abbreuiatum, & consumatum, quia lex euangelica, cõsumatos, & perfectos suos facit sectatores. De antiqua enim scriptum est. [Nihil ad perfectum adduxit lex.] Hanc autem consuma *Heb.* 7.
tonem, & abbreuiationẽ fecit Dominus in medio terræ, quia videlicet in ciuitate Hierusalem lex euangelica instituta est, & promulgata. atq; inde prædicatio Euãgelij prodijt in vniuersum mundum, iuxta illud, quod supra cap. 2. dictum est. [Quia de Syon exibit lex, & verbũ Domini de Hierusalem.] Hanc explicationem sequitur Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, & Sanctus Augustinus tract. 16. super caput quintum Ioannis, & libro primo ad Simplic. quæstione 2. & consonat cum translatione septuaginta interpretum, quæ sic habet. [Verbum

bum consumans, & abbreuiãs in iustitia, quia verbum abbreuiatum Dominator Dominus exercituum faciet in orbe terræ vniuerso.† Tertio possunt hæc cum præcedentibus verbis sic coniungi. Præmiserat prius si fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris reliquiæ conuertuntur ex eo, vbi paucitatem electorum quos reliquias dixit enunciauit, & reddens huius rationem subdit. Consumationem enim, & abbreuiationem, &c idest, abbreuiabit populum suum, & ad paucas electorum reliquias reducet. Et cõsumptis, & contritis impijs, qui à sinistris eius erunt, quorum & infinitus est numerus, breuem quandam agnorum summam à dextris eius collocandam seruabit: propter quod vallem Iosaphat locum concisionis appellauit Ioel cum dixit [Populi in valle concisionis, quia iuxta est dies Domini] in valle cõcisionis quia videlicet reprobi cõcidentur, diuidentur, & separabuntur à iustis, sicut rami inutiles, & velut paleæ in ignem mittendæ, & mensuram breuem tritici purgati congregabit in horreum suum. *]

22 [Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum. Noli timere populus meus habitator Syõ ab Assur. In virga enim percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Ægypti.] Hic loquitur Propheta cum habitatoribus Syon, & Hierusalem. & paruis reliquijs, per quas intellige gregem Domini pusillum. Consolabitur autem eũ quatuor rationibus. Primo, quia flagellum, quo populum suum Dominus castigauit, tollerabile est, & leue. Ait enim, [in virga percutiet te,] idest, non occidet te, quamuis vapules. Hoc idem significant verba sequentia. [Et baculum suum leuauit super te,] idest, Regem Sennacherib, qui tributum imposuit filijs Israel, & onere seruitutis eos afflixit. [In via Ægypti,] idest, sicut olim in Ægypto afflicti sunt: De quo Genes. 15. [Scito quod peregrinum futurum sit semen tuũ in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis.] At fidelis est Deus, qui non patietur suos tentari, supra id quod possunt. Subditur enim.

23 [Adhuc enim paululum modicunque, & cõsumabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum.] Affert secundam causam consolationis electorum, quæ sumitur a breuitate temporis, quo durat tribulãtio, Est enim paululũ & modicum. [Ad punctum *Isa. 54.*
(inquit) in modico dereliquete, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Punctum indiuisibile est omnino, sicut, & instans, & dum incipit, statim desinit. Talis est electorum afflictio, cum enim incipit, finitur statim, nec longo durat tempore. Quantumuis enim tribulationis tempus diuturnum videatur, comparatione tamen æterniatis punctum est, iuxta illud, quod ait Propheta. [Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies externa, quæ *Ps. 89.*
præterijt.] Dies quæ præterijt minus est, quam punctum, vel instans præsens, illius namque nihil remanet: punctum autẽ, vel instans præsens est. Hinc & Paulus, [Momentaneum, & leue tribulationis,]reputat quidquid pro consequẽda ætcr- *2. Cor. 4*
na salute sustinetur. Ait namque.

[Id.n.quod in præsenti est momẽtaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.] Vbi (vt adnotauit sanctus Thomas) momẽtaneo tribulationis correspondet æternum gloriæ, similiter & pro leui, datur pondus retributionis futuræ, quæ omne superat humanum desiderium. Et dicit põdus propter duo. Pondus enim inclinat, & trahit ad motum suum, quæ subsunt sibi. Ita gloria æterna erit tanta, quod totum hominem faciet glorosum. In anima, & in corpore nihil erit in homine, quod nõ sequatur impetum gloriæ. Vel dicitur pondus, propter preciositatem: nam preciosa tantum consueuerũt ponderari. Hinc discant electi pro futura gloria passiones huius temporis libenter sustinere alacriter, & fortiter: & pudeat reprobos æternum gloriæ pondus pro breui delectatione commutare. [Gaudiũ enim hipocritæ (vt ait Iob) ad instar puncti.

Iob 20.

24 [Et suscitabit super eum Dominus exercituum, flagellum iuxta plagam Madiam in petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Ægypti.] Tertia consolatio iustorum est, grauius affligendos esse a Deo inimicos, quã ipsi afflixerint eos. Hostis cæcidit virga, ipsæ flagello, & virga duriori ex ligno sethim percutiẽdus est. Et vide quali flagello. [Iuxta plagam Madiam ĩ petra Oreb.] Quod ideo dixit, quia sicut destructio Madianitarum, quæ refertur Iudicum 7. miraculose facta est absque vlla effusione sanguinis Iudæorum: ita & percussio Sennacherib per Angelum facta miraculosa fuit: ne victoriã sibi, sed Deo tribuerent filij Israel. † Sanctus Hieronimus super hunc locum dicit, quod. 70. pro petra Oreb: transtulerunt locum tribulationis, & est sensus: difficile, inquit, tibi videtur, ò habitator Sion vt cunctis ab Assyrio gentibus subiugatis, tu solus de eius manibus libereris ausculta, quæ dico, noli timere quod Assur vincente capiaris, licet enim Anno 14. Ezechiæ ascensurus sit contra te Sennacherib Rex Assyrius super omnes ciuitates Iudæ munitas, & capiat eas & mittat Rabsacẽ, vt obsideat, Hierusalẽ tamen scire debes, quod non te gladio, sed virga percussurus sit, quia ipso victorioso reuertente de Ægypto, & vt obsideat te, statim mea indignatione ferietur, & flagellum illud super eũ suscitabo quod quondã aduersus Madianitas sub Gedeone suscitaui, quãdo Oreb, & Zebeę Principes Madianitarũ occisi sũt super petrã durissimã .i. silicẽ, ita vt ex petra, & ex rege qui in ea occisus est, locus petrę Oreb nomen acceperit. Leuabit, ergo viam suam super mare Rubrum pergens aduersus Ætyopes, & leuabit reuertẽs ad te per viam Ægypti, sed statim, vt de Ægypto venerit, aufertur onus de humeris tuis; ideo subdit *. (Vide quæ circa hunc locum Iudicum 7. diximus supra cap. 7. num. 6. & cap. 9. num. 13.)

Hieron. super hũc locum.

25 [Et erit in die illa, auferetur onus de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugũ à facie olei. † Hoc est, seruire desistes, quod iugum, idest potentia Assyrij à facie olei, idest Dei misericordiæ computrescet. Secũdo sic intelligitur in virga percutiet te, &c. Quod ideo percusserit plurimos de tribus Iuda, & in circuitu regni Hierusalẽ, cæperit ciuitates,

quia

quia non in Deo, sed in Ægyptijs habuerint fiduciam. Vnde & Rabsaces exprobrat eis obijciens. Ecce confiditis super baculum arundineum confractum super Ægyptum, cui si innixus fuerit homo intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo. Historia Madianitarum Iudic. 7. scripta est, &, Psal.82. Pone principes eorũ, sicut Oreb,& Zebeæ,& Salmana *. Ecce quartam consolationẽ & summam, in qua promittitur populo Dei pro seruitute libertas, pro onere, & iugo duro, leuis sarcina,& suauis. Solẽt crassa & fortissima bouum colla iugi duritiæ,& asperitate consumi: hic autem euenit contra. Iugum enim à ceruice conteritur. Nam (vt
1.Cor.1. Paulus ait.) Per infirma huius mundi, & cõtemptibilia decreuit Deus fortia perdere.[A facie olei,]ait, nõ à facie ferri, vel æris, aut similium, quia non armis, sed mansuetudine vincit Christus,& sic eius electi mũdum debent superare, de quo vide supradicta cap.2.num.13.14.& 15. & cap.9. num.13. Vel per faciem olei Christum intellige vnctũ à Patre, [oleo lætitiæ præparticipibus
Ps. 44. suis.] Per illum namque à misera seruitute peccati in veram libertatem filiorum dei educti sumus, de quo Ioannis 8. [Si vos filius liberauerit, vere liberit eritis.

26 [Veniet in Aioth, transiuit in Magron,&c.] Describit Propheta his verbis, & sequentibus aduentum Regis Sennacherib, & exercitus eius properantis, vt destrueret Hierusalem: atque timorem, & tremorem finitimarum Ciuitatum, ac superbiam, & arrogantiam exercitus, vt magis ac potentia Domini, & misericordia in eius ruina elucescat, de qua subditur.

27 [Ecce dominator Dominus confringet lagunculã in terrore, & excelsi statura succidẽtur, & sublimes humiliabuntur, & subuertẽtur cõdẽsa saltus eius ferro,& libanus, cum excelsis cadet.] Quibus verbis interitus exercitus Sẽnacherib describitur. Et vt auditores reddat attentos, & nouum modum præliandi contra inimicos, præmittit illam particulam, [Ecce.] Ac si dicat. Expẽdite modum,& tẽpus quo fortissimum Regem humiliauit, & filijs Israel opem tulit: quando videlicet isti de viribus suis desperabant,& hostes se credebãt securos, tũc rami fortes,& ligna saltus sunt ferro succisa, & laguncula interrore confracta. Appellat autem Regẽ Sennacherib lagunculã, vt designet omnem potentiam humanam, imbecillem esse, sicut laguncula, quæ facile confringitur, & in puluerem vertitur, vt pote de terra formata. Principes vero exercitus eius siluæ confert,& libano, quia sicut silua illa cedris, & altis arboribus clara erat,& ita exercitus Regis magnis principibus fuit gloriosus.

28 Sanctus Hieronymus in hoc cap. præsentem locum explicat de Christo. Et per fractionem lagunculæ, passionem illius intelligit. Quoniam idcirco caro eius morti tradita est, vt Iudæorum sublimitas destruatur,& excelsi quondam in terram corruant, ac Libanus cũ suis cedris succidatur, de quo in Zacharia legimus. [Aperi libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas, vlula abies, quia cecidit Zac.11.
cedrus, quoniam magnifici vastati sunt.] Qualiter autem confractio lagenæ Christi mortẽ designet explicatum est cap.9. num.13.

CA-

CAPVT VNDECIMVM.

1 T egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice
eius aſcendet. 3. 4. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus
Domini. 5 ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus
conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis,
6 & replebit eum ſpiritus timoris Domini: 7 Non
ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecun
dũ auditũ auriũ arguet: 8 ſed iudicabit in iuſtitia pau
peres, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: 9 & percutiet terram
virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. 10 Et erit
iuſtitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renum eius. 11 Ha-
bitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo,
& ouis ſimul morabuntur, 12 & puer paruulus minabit eos. 13 Vitulus,
& vrſus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorum; & leo quaſi bos co-
medet paleas. 14 Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis;
& in cauerna reguli, qui ablactus fuerit, manum ſuam mittet. Non noce-
bũt, & nõ occident in vniuerſo mõte ſancto meo: 15 quia repleta eſt terra
ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes. 16 In die illa radix Ieſſe,
qui ſtat in ſignum populum, ipſum gentes deprecabuntur, 17 & erit ſe-
pulchrum eius glorioſum: 18 Et erit in die illa: Adijciet Dominus ſe-
cundò manum ſuam ad poſſidendum reſiduum populi ſui, quod relique-
tur ab Aſſyrijs, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Aethiopia, & ab Ae-
lam, & à Sennaar, & ab Aemath, & ab inſulis maris. 19 Et leuabit ſi-
gnum in nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda col-
liget a quatuor plagis terræ. 20 Et auferetur zelus Ephraim, & hoſtes
Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit
contra Ephraim. 21 Et volabunt in humeros Philiſthijm per mare, ſimul
prædabuntur filios Orientis: 22 Idumæa, & Mohab præceptum manus
eorum, & filij Ammon obedientes erunt. 23 Et deſolabit Dominus lin-
guam maris Aegypti, & leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudi-
ne ſpiritus ſui: & percutiet eum in ſeptem riuis, ita vt tranſeant per eum
calceati. 24 Et erit via reſiduo popolo meo, qui relinquetur ab Aſſyrijs:
ſicut fuit Iſraeli in die illa, qua aſcendit de terra Aegypti.

SVMMA CAPITIS.

1 *Mnes expoſitores tam hebræi, quam catholici vnanimiter conueniunt, præſens capitulum eſſe ad literam de Christo Domino in lege promiſſo intelligendum.* In *quo propheta, quatuor per ordinem annunciat.*


Primo natiuitatem Christi ex Virgine Maria, & dona in Spiritus ſancti, quæ in maxima plenitudine requieſcet in illo, tanquam in fonte [de cuius plenitudine nos omnes accepimus,] & hoc agit in principio capitis. Ioan. 1.

Secundo, pacem maximam, qua fideles tempore aduentus illius perfruentur denunciat, ab illo verſiculo: [Habitabit lupus cum agno.]

Tertio, glorioſam futuram eſſe crucem, & ſepulturam illius vaticina

tur, ibi: In die illa erit radix Iesse, &c.

Quarto, veros Israelitas per Christum de diuersis terris, & locis congregandos esse, denunciat, non quidem in terram promissionis eos corporaliter adducendo, vt multi ex hebraeis fallo arbitrantur, sed ad veram fidem, & Ecclesiam catholicam introducendo: vt fiat vnum ouile, & vnus pastor; & de hoc agit ab illo versiculo: [Et erit in die illa. Adijciet Dominus secundo manum, &c.] vsque ad finem capitis. Ioan. 10



COMMENTARIUM.

2 ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet.] Illa copulatiua, [Et] non est ociosa, nec superuacanea. Vt enim verbis vtar Sancti Bernardi, [Si nec folium de arbore sine causa, nec vnus ex passeribus, sine Patre cælesti cadit super terram, putem ego de ore Prophetæ superfluum defluere verbū, præsertim in sacra prophetia, vel historia verbi? Non puto,] Igitur particula, [Et,] coniungit quæ sequuntur cum præcedentibus. Exponit enim per veritatem typum, & figurā. Exhortatus fuerat superius propheta populum Dei, ne potentiam duorum Regum pertimesceret, sed ad auxiliū Domini confidenter cōfugeret: qui potens erat ab eminenti periculo eos liberare. Et vt certi essent, & securi de misericordia Dei, promisit illis etiam non petentib. magnū illud signū: [Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, &c.] de quo supra dixerat quod vocandus erat Emanuel, velox spoliator, &c. quoniam per illum captiuus populus à seruitute peccati eripiēdus erat. Modo subdit. [Et egredietur virga de radice Iesse.] Ac si apertius dicat. Non solum Dominus in se confidentes olim adiuuabit, sed etiam ipse de stirpe Dauid in plenitudine temporis nascetur, & longe clariorem de spiritali tyranno obtinebit triumphum, quam nunc contrā exercitum superbum Regis Assyriorum, vel aliorum Regum, populum Iuda persequentiū, cōsequutus fuerit. Ait ergo, [Egredietur virga de radice Iesse,] idest, Christus de stirpe Iesse corporaliter nascetur.] Vbi, vt notauit Bernardus, Error eorū excluditur, qui dixerunt nouā creatam in Virgine fuisse carnē Christi, & nō de Virgine sumptam. Pulchre, inquit, propheticus spiritus longe ante occurrit huic sentētiæ, imò blasphemiæ impiorum: [Egredietur, inquiens, Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.] Dixisse poterat: [Et flos de virga, sed maluit de radice, vt vnde virgam, inde florem deduxisse originē demōstraret. Inde igitur sumpta caro, vnde Virgo; nec noua in Virgine, quæ prodijt ex radice.] Virga ergo, vt Hier. ait. Mater est Domini simplex, pura, sincera, nullo extrinsecus germine cohærēte, & ad eā similitudinē Dei visione fœcunda. Virgę flos Christus est dicens: Ego flos cāpi, & lilium cōuallium. Qui & ī alio loco lapis p̄dicatur abscissus de mōte sine manibus: significāte Propheta, Virginē nasciturum esse de Virgine. Manus quippe accipiuntur pro opere nuptiarū.] in tex. hebr. habetur, & nazareus de radice eius ascendet. Nazareus

Bern. hom. i. sup. missus est in princ.

Isa. 7.

Hier. ep. 22. ad Eustoch. um de custodia Virg. cap. 8.

Cant. 2.

Dan. 2.

zareus.n.dictus est Christus à ciuitate Nazaret. Iuxta illud Matth.2. & veniens habitauit in Nazaret, vt adimpleretur, quod dictũ est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur. Vbi vt notauit Hiero.ad hoc testimoniũ Isaiæ specialiter aludere voluit Euãgelista. Et ex illo desumpsit verba, quæ adducit, ita dicit lib.7. sup Isai.c.11.& sup.c.2.Matth. idẽ sentit glos.ordi. & Lyran.Matth. 2. & ibi Caiet.Isid.Clar.Iansen.& Abulen.q.90.sup. c. 2. Matt. Dicuntur, Christus Nazareus propter misticã noĩs significationem, etenim Nazer, à quo Nazareus deducũtur significat sanctũ separatũ, & consecratũ Dño.Scriptura aũt ijs nominib.nõ semel Christũ significat. Lucæ 1.quod .n.ex te nascetur, sanctũ vocabitur filius Dei.Daniel.9.&vngatur sanctus sanctorũ, & ad Hebr. 7.talis.n.decebat, vt nobis es, &Põtifex sanctus, innocens, impolutus,
Ps.131. segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus.*Sed quare nõ ait, egredietur virga de Dauid cum illi facta fuerit a Deo illa promissio:[De fructuventris tui ponã super sedem tuã?]Rñdetur, quod propter humilitatem, quã in se, Christus Dñs cõsecrauit, & per illã mundum reparare voluit. Ideo in præsenti, Iesse Pater Dauid noĩatur, & nõ Dauid, quoniã stirps Iesse, antequã Dauid regnaret, cõtempta erat, & humilis iuxta illud.[Non est nobis pars in
2.Re.20 domo Dauid, neq.hæreditas in filio Isai. Et flos de radice, eius ascendet .i.Christus. Nã (vt notauit S.Aug.)
Aug.ser. 99.de tẽpo.to.10 idemChristusvirga est, & flos.]Ait .n.Neq. hoc ipsum videtur ociosũ, quod exire dicitur virga, & flos ascendere. Quamuis.n.vnus sit Christus, singulis tamen diuersus efficitur, prout indigetis, qui operatur. Qui ergo segnior est, & negligũtior pro disciplina, Christus ei efficitur virga, & in virga nõ ascendere dicitur, sed exire: Exeundum nãq.est ei, qui inutilis, & ignauus est, de eo statu, in quo nõ recte cõsistit, & transeundum ad alium statum tãquam virgæ cõpulsione .i.seueritate doctrinæ rigidioris admonitu. Qui vero iustus est, quia iustus sicut palma floret, in hoc ascendere dicitur Christus. Sic ergo qui verberib. indiget, exit ad eum virga, qui autem proficit ad iustitiam, ascendit ei in florem: ascendit autem quousq. afferat fructus spiritus, qui sunt charitas, pax, patientia, & reliquæ virtutes inChristo Iesu.] Lege quæ circa hoc habes sup. c.7.n.30. Origenes etiã hom.3.in Isaiam per virgã & florem, Christum intelligit. [Virga, inquit, est ei, qui indiget correctione, flos ei, qui iam eruditus est, & nõ indiget dura increpatione.] Vnde & Christus ipse de se loquens ait,[Ego flos cãpi, & lilium cõuallium.]Vbi obserua cum S.Ambrosio lib.de spiritu sancto c.5.quod sicut flos odorem suum seruat succisus, & contritus accumulat, & diffundit magis: ita & Xp̃s Iesus clauorum, & spinarũ aculeis vulneratus, & lãceæ punctione succisus, æternę vitæ odorem dedit, ita vt ĩ illo impleatur, quod de Iacob Patriarca scriptũ est.[Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs.]Alij quidẽ flagrant, sed sicut lectulus floridus, aut loculus floribus respersus, vbi flos nõ est natus, sed illatus:Xp̃s aũt sicut aget plen' florib.odorem profert. Vnde, & ipse ait:[Ego flos cãpi, & lilium conuallium,] De sponsa vero, in cuius thalamo Deus requescit, dicit sponsus.[Lectul' noster florid'. Aduer-

Origen. | Cant.1. | Ambr. | Gen.27

Bern.ser. 47.in cã. p'ulo post pri.

te(inqt Bernardus)trifariã quendã floris statum,ĩ cãpo,in horto,in thalamo, vt post hoc etiam illud facilius cõpertum fiat cur se potissimũ campi florem elegerit appellare. Et in campo quidem, & in horto oritur flos,in thalamo autem minime: redolet,& lucet in eo, nõ tamen erectus,& stans vt in horto, vel campo,sed plane iacens tanquam qui illatus sit,nõ inatus. Propterea,& necesse est sane reparare frequẽter. & semper recentiores apponere flores quòd diu odorem suũ minime retineãt,nec decorem. Quod si,(vt in alio sermone pręfatus sum)lectulus respersus floribus conscientia est bonis referta operib. vides certe vt similitudo seruetur,nequaquã sufficere semel,vel secundo operari quod bonum est. nisi incessãter addas noua prioribus, quatenus seminans in benedictionibus,de benedictionibus,& metas. Alioquin iacet, & marcet flos boni operis, atq; in breui omnis ex eo,& nitor extermi natur,& vigor:si non alijs,atq alijs superiectis pietatis actibus cõtinue reparetur. Hoc in thalamo. In horto autẽ non ita, sed neq. in cãpo similiter. Ex semel productis floribus assidue subministrant, vnde diu in ipsis decus ingenitum perseueret. Differunt tamẽ ipsi inter se, quod hortus quidem vt floreat,hominum manu, & arte excollitur, campus vero ex semetipso naturaliter producit flores,& absq. omni humanæ diligentiæ adiutorio. Putasne iã tibi videris aduertere,quisnam ille sit cãpus,nec fulcatus vomere, nec defossus sarculo, nec fimo impinguatus, nec manu hominis semin..tus:venustatus tamen nihilominus nobili illo flore,sup quẽ constat requieuisse spiritum Dñi?

3 [Et requiescet super eum spiritus Dñi.]Prophetia est de Christo, In quo fuit oĩs plenitudo spiritus, & omnium abundantia gratiarum, vt de plenitudine illius nos omnes acciperemus,sicut dictum est supra c. 2. nu. 3. [Et requiescet,]inquit. Venit quidem (vt notauit Origenes)Spiritus Dñi sup Patriarchas, irruit super Sampsonem descendit super Hieremiam,quem antequam de vtero exiret,sanctificauit,ad Isaiam quoq. cuius labia calculo ignito mundauit,peruenit:sed sup nullum eorum requieuit, in nullo immobiliter permãsit. Scriptum est.n. [Non permanebit spiritus meus in hoĩe in ęternum,quia caro est.]Nõ dicit,non erit,sed non permanebit, quoniam abũdantia spiritus, & plenitudo soli Christo reseruatur, vt super illum descendat spiritus, permaneat,sedeat, & requiescat in æternum. Hoc signum accepit à Deo Ioannes Baptista vt Christum sanctificantem alios dignosceret. Ait .n.[Super quem videris Spiritum sanctum descendentem, & manentẽ,ipse est.q baptizat in spũ sancto.

Orig.ho. 3.in Isai.

Gen. 6.

Vide c.3. num. 26.

Ioan. 1.

4 [Et requiescet super eum spiritus Dñi.] Grata connexio floris in marcescibilis de radice Iesse ascendentis, & spiritus Dñi requiescẽtis super eum. Nam(vt Sanctus notauit Chrisost.) propterea Spũs sanctus apum generi comparatur, quoniã sicut apes non super lutum requiescunt, neq. in vas impurum se immittunt,sed potius oĩa inquinamenta abhorrent,& fugiunt,flores diligũt,& exquirũt,super illos requiescunt,& maximo studio bene olentib.ornamẽtis calatiscos præparãt, quib.sunt in sessuræ,ne per in iucundum odorem offensæ deficiant:ita, & Spiritus sanctus mentes eorum, qui

Chris.homil. 15. sup. epis. ad Ephe. in princ. tom.4.

qui terrenis affectibus, & lutuosis desiderijs inquinantur, declinat, & corda pura odore virtutum fragrãtia diligit, & super sanctos, & iustos quos ipse præparat, & vasa munda efficit, libenter requiescit. De illis
Sap. 1. enim scriptũ est. [Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.] De istis autem.
Isa. 66. [Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & cõtritum spiritu, & trementem sermones meos?] Et iterum de sapiẽtia increata scriptũ est. [Et sic in Syon firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter re-
Eccl. 24 quieui, & in Hierusalem potestas mea, & radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.] Ecce ipse idem qui fictum fugit disciplinæ, qui lutũ declinat iniquitatis: in ciuitate sanctificata requiescit, detinetur, & permanet.

5 [Spiritus sapientiæ, & intellectus.] Enumerat omnia septem Spiritus sancti dona, quorum sufficien-
Tho. 12. q 68. ar. 4 tiam S. Thomas colligit his verbis. [Dona, inquit, sunt quidã habitus perficiẽtes hominem ad hoc, quod prompte sequatur instinctum Spiritus sancti: sicut virtutes morales perficiunt vires appetitiuas ad obediendum rationi. Sicut autem vires appetitiuæ natæ sunt moueri per imperium rationis: ita omnes vires humanæ natæ sunt moueri per instinctum Dei, sicut a quadam superiori potentia. Et ideo in omnibus viribus hominis, quæ possunt esse principia humanorum actuũ, sicut virtutes, ita etiam sunt dona, s. in ratione, & in vi appetitiua. Ratio autẽ est speculatiua, & practica, & in vtraq; consideratur apprehensio veritatis, quę pertinet ad inuẽtionem, & ad iudicium de veritate. Ad appræhensionẽ igitur veritatis perficitur speculatiua ratio per intellectum, practica vero per consilium. Ad recte autem iudicandum, speculatiua quidem per sapientiam, practica vero per scientiam perficitur. Appetitiua autẽ virtus in his quidem, quæ sunt ad alterum, perficitur per pietatem: in his autem, quę sunt ad se ipsum, perficitur per fortitudinem contra timorẽ periculorum, contra concupiscentiã verò ĩordinatam delectabilem per timorem, secundum illud Prouer. 15. In timore Dñi declinat omnis à malo & in Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs .n. tuis timui. Et sic patet quod hæc dona extendunt se ad oĩa ad quæ se extendunt virtutes, tã intellectuales, quã morales.] De omnibus istis septem donis Spiritus sancti agit in speciali S. Thom. in 2. 2. Etenim de dono scientiæ, & intellectus tractat q. 8. & 9. De dono timoris q. 19. De dono sapientiæ, q. 45. De dono cõsilij, q. 52. De dono pietatis, q. 121. De dono fortitudinis, q. 139. In quibus locis multa ex sacris literis, & patribus antiquis scitu dignissima profert in medium, ex quibus præsens locus Isaiæ ampliari poterit, & magis explicari.

6 [Et replebit eum Spiritus timoris Domini] † In tex. hæbr habetur, & replebit eũ Spiritus olfactionis, quo significatur, quod licet satanas transfiguret se in angelum lucis ad decipiẽdos iustos, ipsi tamen instinctu Spiritus sancti immanẽ, & truculẽtam bestiam subolfaciunt, nec illis latent cogitationes satanę, sed oĩa eius machinamẽta depręhẽdũt.

Sic eum ſubolfecit Chriſtus Dñs; nam cum tentator dixiſſet, hæc oĩa tibi dabo ſi cadens adoraueris me, reſpondit Dominus, vade ſathana. Exiſtimabat miſer, quod eſſet igno tus, ſed in ſua aſtutia depræhenſus eſt, ſpiritu ergo Dei probandi ſunt, & dignoſcendi ſpiritus. Vtrum ex Deo ſint.*] Dubitari poteſt, vtrum conuenienti ordine fuerint ab Iſaia omnia dona Spiritus ſancti in præſenti enumerati. Sanctus Auguſtinus reſpondet. [Videtur mihi ſeptiformis operatio Spiritus ſancti, de qua Iſaias loquitur, his gradib. ſententijſque congruere, de quibus fit mentio Matth. 5. Sed intereſt ordinis: nam ibi enumeratio ab excellentioribus cæpit, hic vero ab inferioribus. Ibi namq; incipit à ſapientia Dei, & deſinit ad timorem Dei. Sed initium ſapientiæ timor Domini. Quapropter ſi gradatim tanquã aſcendentes numeremus, primum ibi eſt timor Dei, ſecundum pietas, tertium ſcientia, quartum fortitudo, quintum conſilium, ſextũ intellectus, ſeptimum ſapiẽtia.] A timore igitur peruenitur ad faſtigiũ ſapientiæ, de quo plura diximus ſupra cap. 8. n. 22. Vnde vltimo loco ab Iſaia inter dona conſtituitur timor, non quod abſolute omnibus præſtet, ſed quoniam ordine generationis præcedit reliqua. Vnde Sanctus Tho. ait. [Timor maxime requiritur, quaſi primordium quodquam perfectionis donorum: quia initium ſapiẽtiæ timor Domini, nõ propter hoc, ꝙ ſit cæteris dignius. Prius enim eſt ſecundum ordinem generationis, vt aliquis recedat à malo, quod fit per timorem, vt dicitur Prouerb. 16. quam quod operetur bonum, quod fit per alia dona.] Et Sanctus Auguſtinus eundem locum Iſaię explicãs ait. [Iſaias propheta cum ſeptem illa notiſſima dona ſpiritalia cõmendaret, incipiens à ſapiẽtia, peruenit ad timorẽ Dei, tanquam de ſublimi deſcendens ad nos, vt nos Dominus doceret aſcẽdere. Inde ergo cœpit, quo volumus peruenire, & illuc peruenit vnde debemus incipere. Requieſcet in eo, inquit, Spiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſciẽtię, & pietatis, ſpiritus timoris Domini. Sicut ergo ille non deficiendo, ſed docẽdo à ſapientia vſque ad timorem deſcendit, ſic non ſuperbiendo, ſed proficiendo à timore vſque ad ſapientiam oportet aſcendere: Initium.n. ſapiẽtiæ timor Domini.] Obſerua, quod ſeptem aſſignantur Spiritus ſancti dona, propter ſeptiformem ipſius operationem. Vnde & in Apocalip. ſcriptum eſt. [Ioannes ſeptem Eccleſijs, quæ ſunt in Aſia, gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt.] Septẽ dicit ſpiritus, non quia ſeptenario numero Spiritus ſanctus multiplicetur in ſeipſo, ſed propter vnius, atque eiuſdem ſpiritus Dei operationem ſeptenariam, vt optimè explicat S. Aug. Vnde & Paulus ait. [Vnicuiq; aũt datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ. Alij quidẽ per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ. Alij aũt ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. Alteri fides in eodẽ ſpiritu. Alij gratia ſanitatũ in vno ſpiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio ſermonum. Hæc autem oĩa operatur vnus, atq; idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.] Ecce idem

Auguſ. li. 1. de ſer. Domi. in monte c. 9. paulo poſt principꝫ. to. 4.

Eccl. 1.

Th. 1. 2. q. 68. art. 7. ad 1.

Aug. ſer. 1. de annunc. Dominic. q eſt 17. de ſanct. to. 10.

Pſ. 110.

Apoc. 1.

Auguſ. in pręf. ſup. pſal. 150. to. 8.

1. Cor. 12

idē spiritus diuidit inter plures diuersa dona, sed nō diuiditur in donis. Obseruandum est etiam, quod cum alia dona dicātur ab Isaia sup Christum Dñm requieuisse, de spiritu timoris loquēs ait. Et repleuit eum spiritus timoris Dñi, vt timorē illū filialem cōmēdaret, de quo scriptū est. [Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi.] Pagninus transfert. [Odorari faciet eum in timore Dñi.] Nā sicut tunc flores maiorem ex se fragrantiā emittūt, & suauiores exalant vapores, cum manibus attrectantur, cum comprimuntur, vel flante aura huc illucq; agitantur: ita & alia spiritus sancti dona, omnesque virtutes eò maiorē apud Deum odorem emittunt, quo maiori tremore perfunduntur spiritus, de quo multa diximus c. 8. n. 22. & in hoc cap. num. 6.

Ps. 18.

Simile.

7 [Non secundum visionē oculorum iudicabit neq; secundum auditum aurium arguet.] Insinuat vnū certumq; indiciū diuinitalis Christi. Proprium est.n. Dei occulta cordium intueri, nec secundum intuitum hominis iudicare. Iuxta quod Dominus ad Samuelem: [Ne respicias, inquit, vultum eius, neq; altitudinem staturę eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hoīs ego iudico, homo .n. videat ea, quæ parent, Dñs autem intuetur cor.] Quod & Christo competere non dubitabit, qui conscripta de illo in Euāgelio perpenderit. Dicit.n. S. Math. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se, hic blasphemat. Et cū vidisset Iesus cogitationes eorum dixit: Vt quid cogitatis mala ī cordib. vestris?] Et iterum Ioā. ait. [Ipse autem Iesus nō credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset oēs & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse.n. sciebat, quid esset in homine.] Nunquid si secundum visionē oculorum iudicaret, & secundum auditum auriū argueret, increpasset, eos qui foris quidem erant quasi sepulchra dealbata, quæ à foris parēt hominibus speciosa intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia? [Væ, inquit, vobis Scribę, & Pharisei hipocritæ, quia mundatis, quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autē pleni estis rapina, & immūditia.] Collaudatur sapientia Salomonis, eo quod rectum iudicium iudicauerit. [Date, inquiens, huic infantem viuum, & nō occidatur. Hæc est.n. mater eius.] Litigabant.n. inter se duæ mulieres, altera dicebat, filiꝰ tuus mortus est, meus autem viuit. E cōtrario autem dicebat altera: Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Rex autem: [Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri.] Sed cum commota fuissent viscera matris, cuius filius erat viuus, inquit, [Obsecro Domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum.] Tunc Salomon reddidit illum matri suę: iudicās quidem nō secundum auditū aurium, sed iustum iudicium proferens secundum veritatem. Sed ille ea coniecturis cognouit humanis, cuius mulieris esset vere filius viuus; verus autem Salomon Christus Dñs non ex aliqua cōiectura, quæ secundum se est fallibilis, sed altissima quadam cognitione occulta discernit. Omnes Theologi cum Sancto Tho. vnanimi consensu fatētur, Christum Dominum, præter scientiam diuinam, qua Deum ipsum, & oīa quæ sunt in illo comprehendit,

1. Reg. 16.

Matt. 9

Ioan. 2.

Matth. 23.

3. Reg. 4

S. Tho. 3. p. q. .o. 11

vniuersa quoq; de facto creata, & creabilia, habere inquantum est homo scientiam perfectissimam, tum in verbo, tum etiã inditam, vel infusam, per quam tamquã iudex viuorum, & mortuorũ omnia cognoscit, omnia discernit, etiam occultas cordium cogitationes, non solum hominum, sed etiam Angelorum. Septuaginta interpretes transferunt. [Non secundum gloriam iudicabit.] Et redit in eundem sensum. Designant. n. hęc verba, nullam esse personarum acceptionẽ apud Christum. Id quod ipsa veritate coacti, quamuis callida simulatione loquentes confessi sunt Herodiani dicentes. [Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.] Vnde, & Sapientiæ 6. scriptũ est. [Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec reuerebitur magnitudinem cuiusquam, quoniã pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.] Possunt etiam non immerito ad diẽ Iudicij hæc referri, in quo iudicabit Dominus pauperes in iudicio, & populos in æquitate.

Matth. 22.

Sap. 6.

8 [Sed iudicabit in iustitia pauperes.] Pauperes inquam spiritu, & humiles, de quibus ait. [Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.] In hebræo pro [pauperes] habetur, [dalim,] idest consumptos, vel eleuatos: quo designatur, pauperes, quantumcunq; videantur consumpti, eleuatos esse apud Deum, excelsos, & gloriosos sicut scriptum est. [Et cum te consumptum putaueris orieris, vt lucifer.] Sequitur in textu, [Et arguet in æquitate pro mansuetis terræ,] illos Beatos prędicando. Ait. n. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.] Et fortassis propterea mansuetos terræ dixit, quoniã mites terram possident. Per terram illam intellige, de qua scriptum est. [Dixi tu es spes mea, portio mea in terra viuẽtium.] Arguet, inquit, scilicet reprobos, & impios ab eorum calumnijs mansuetos defendẽdo. Videtur ista manifesta prophetia eius, quod Matt. 15. refertur. Reprehendebant. n. Scribæ, & Pharisęi discipulos Christi, eo quod non lotis manibus manducarent. [Accesserunt, inquit, ad eum ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisæi dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Nõ enim lauant manus suas cum panẽ manducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare, & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras? Nam Deus dixit: Honora patrem, & matrem: & qui maledixerit patri, vel matri: morte moriatur: Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri, vel matri, mun'quodcunque est ex me, tibi proderit, & nõ honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritũ fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Hypocritæ bene prophetauit de vobis Isai. dicens: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longe est a me.] Vide quã dura increpatione pro mãsuetis discipulis respõdens Idæos Hypocritas increpauerit. Hinc & quibusdam malignis aduersus mulierẽ, quæ fracto alabastro vnguenti preciosi, effudit illud super caput Iesu, & indigne ferẽtib. intra semetipsos, & dicẽtib. [Vt qd perditio ista vngueuti facta est? Potuit. n. vnguentum istud venundari plusquam trecentis denarijs, & dari pauperibus.] respõdit.] Sinite eã,

Mat. 5.

Iob 11.

Mat. 5.

Ps. 141.

Mat. 15

Isa. 29.

Quid

Quid illi molesti estis? bonum opus operata est in me.] Ac si diceret. Et si vobis videatur opus mulieris huius non esse omnium absolutissimũ, & perfectum, meliusque fore consultum, si ad subleuandos pauperes effusum vnguentum impenderetur: non tamen propterea à vobis debuit reprehendi, si id non fecerit; nam opus bonum operata est, qui autem bonũ operatur laude dignus est, non vituperio, etsi melius aliquid, & perfectum magis potuerit operari. Vnde Chrysost. [O ineffabilem misericordiam Domini, qui à meretrice muliere pedes suos osculari patitur, & oleo precioso perungi, & capillis capitis eius abstergi: nec tamen patitur, verum etiam increpat criminantes. Non enim debebat pro tanto mulier studio reprehendi. Tu autẽ illud considera, quomodo iam sublimes animo, & ad eleemosynam proniores erant discipuli. Sed quamobrem non illico dixit, quia opus bonum fecit, sed antepoluit; Quid molesti estis; estis huic mulieri? vt erudiret eos, non statim ab incunabulis ab imbecillioribus sublimiora esse petenda. Quapropter non rem ipsam solummodo nudam, sed personam mulieris coniũctam exposuit, quam certe, si legem sanciret, non apposuisset. Ideo ergo personam cũ re simul accepit, vt discas tu gratia mulieris hęc dicta esse, ne germinãtem fidem eius decuterent, sed irrigarent magis ac ad maiora protraherent. Vnde nos docet, quando bonum quidquam fieri videmus, etiã si exactissime non fiat, suscipiẽdum tamen nobis esse, & fauore nostro ad vlteriora prouehendum. Non est enim exquisitissima ratio statim in principio rerum quærenda.] Sic Dominus defendit iustos, sic arguit in æquitate pro mansuetis terræ. Vt enim verbis vtar Sancti Hieronymi, [pro humilibus atque mansuetis alios arguebat, qui eos opprimere conabantur.]

Chry.ho. 81. in ca. 26. Matt. palo post princ. t. 2.

Hierõ. in c. 11. Isa.

9 [Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorũ interficiet impium. Scire debes,] inquit Dried. [quod mortificare, occidere, interficere, in Scripturis sacris super hac re loquentibus, sic accipiuntur, quemadmodum illud, quod Prophetæ prædixerunt Christum esse facturum, dicentes, Spiritu oris sui interficiet impium. Interficiet inquam, non vitam corporalem, sed impiam auferendo: Sic & ille interficiebat, qui dixit. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Christus occidit peccatores, vt nõ sibi, aut diabolo, sed Deo viuant. Ego, inquit occidam, & ego viuificabo. Sic autem occidere, & mortificare est, in impijs destruere quod Deus in eis odit, quod & in eis non fecit.] Vnde, & Petro dictum est, [Occide & manduca,] idest, peruersam vitam eorum destrue, vt in stomachũ traijciantur Ecclesiæ, vt Christo, & corpori eius mystico incorporentur, & vitam habeãt sempiternam. Expende efficaciam verbi diuini, & vim prædicationis Euãgelicæ, [Viuus enim est (vt ait Paulus) sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus.] Est gladius separans hominẽ aduersus Patrem suum, & filiã aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & omnem affectum terrenum interimens. Expende secundo quã dura sit, & terribilis Domini increpatio, qua verbis

Dried. li. 1. de gra. & lib. arbitr. c. 3. fol. 64.

Ps. 100.

Deut. 32.

Act. 10. Vide sup. ca. 1. n. 7.

Efficacia verbi Dei

Heb. 4.

bis oris sui increpat feras arũdinis, & impiorum peruersam vitam redarguit interius. Solẽt Reges vnico indignationis verbo, aut vultum iracundum alicui ostendendo, vel eius infidelitatem increpãdo, illum interficere. Ita & omnipotẽs Deus spiritu oris sui peccatores interimit, & vnica increpatione punit eorum delicta, & ad se conuertit, vt mortui sæculo, Deo viuant. [Dolaui, inquit, in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei,] idest Peccatores per Prophetas corripui & pluribus ictibus, sicut lapides, aut ligna ab artifice, perpoliri solent, præparaui; & verbis oris mei eorũ vitam peruersam abstuli. Hinc collige quam amara, quam tremenda, & terribilis futura sit illa Domini correptio, qua in vltimi iudicij die loquens cõtra reprobos, dicet, [Ite maledicti in ignem ęternum.] Tunc enim vere percutiet terram virga oris sui, & quos misericordia eius dum viuerent non correxit, virga iustitiæ damnabit in æternum, de quo vide supradicta cap. 2. nu. 21. cap. 5. num. 29. & cap. 7. num. 30. [† Virga (inquit) oris sui & spiritu labiorũ suorum.] Quamuis opera ad extra cõmunia sint toti Trinitati propter vnam virtutem productiuã cõmunem tribus personis, ea tamen, quę iustificationẽ impij cõcernunt specialiter tribuuntur Spiritui sancto, quoniã ex magna Dei misericordia, & bonitate procedũt. Virga ergo oris sui percutiendam terram, & spiritu labiorum suorum interficiendum esse impium denunciat. Nam virtute Spiritus sancti hæc erant perficiẽda. Os Patris est Filius, quoniam per illum illum loquutus est nobis. Scriptum est enim multifarie multisque modis, olim Deus loquẽs Patribus in Prophetis nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Spiritus sanctus est Virga oris, Virga, quoniam arguit mundum, & propter incredulitatẽ corripuit secundum illud quod veritas, ait. Cum autem venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccatò quidem, quia nõ crediderunt in me. De iustitia vero quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem quia princeps huius mũdi iam iudicatus est. Oris, quoniam ab ore hoc est à filio, & non à solo Patre procedit. Vnde & spiritus labiorum eius dicitur, idest spiritus Christi, in quo duæ naturę diuina, videlicet, & humana, tãquam duo labia coniunguntur, per quæ abscondita à sæculis in Deo sacramẽta reuelata sunt nobis. Hinc hæresis Nestorianorum conuincitur, qui vt refert S. Tho. dixerunt Spiritum sanctum non à filio, sed à solo patre procedere. Quorum errorem sequutus fuit Theodoricus Nestorianus, & plures post ipsum ex Doctoribus Græcis. Nam Phocius Patriarcha Constantinopolitanus, vt refert Hugo Eterianus Synodo in Gręcia publicè celebrata diffiniuit ac edito libro defendit Spiritum sanctum à solo patre nõ à filio procedere. Postmodum vero Michael Patriarcha Constantinopolitanus, vt Leo IX. & Anselmus referũt Imperatoris Græci patrocinio fretus Pontificem Romanum cum suis excommunicatum esse proclamare cœpit, eo, quod in Symbolo addidissent illud. Filioq. procedit, sibiq. Primatũ Ecclesiæ arrogauit. Huic errori adhæserũt Theophilactus ad cap. 3. Ioãnis, vbi Latinos redarguit dicentes, quod Spiritus etiam à filio

Marginal notes: *Osea* 6. — *Mat.* 25 — *Heb.* 1. — *Ioan.* 16 — Tho. p. p. q 36 art. 2. ad 3. — Hugo Eterianus lib 2. de process. Spiritus sãcti c. 15 — Leo x ep. ad Constantium Monacũ. — Ans de processio ne Spiritus sancti.

lio procedat. Cæterum esse ex filio spiritum nulla, inquit scriptura testatur, vt ne duo principia introducamus Patrem, & Filium,]& quod amplius est Io. Damasc. lib. 1. fid. Ortod. c. 11. idem docet, cum ait Spiritum sanctum ex parte esse statuimus, & Patris spiritum appellamus; at vero eum non ex filio dicimus, sed filij spiritum nominamus. Vnde & Patres Græci, qui Concilio Florentino interfuerunt huic errori à principio adhæserunt, & ratio illorum erat. Nam in sacris litteris habetur quidem expressum, quod Spiritus sanctus procedat à Patre: Vt patet Ioan. 15. Cum autē venerit Paracletus quem ego mittam vobis à Patre spiritum veritatis, qui à Patre procedit, &c.] non autē habetur quod procedat à filio, sed solū quod sit spiritus filij secundum illud Galat. 4. Misit Deus spiritum filij sui. Et ad Rom. 8. Siquis spiritum Christi non habet hic non est eius.]Non ergo est asserēdū Spiritum sanctum procedere à filio. Nihilominus secundū fidem catholicā asserendum est Spiritum sanctū non solū à Patre, sed etiam à filio æternaliter procedere. Quod ex sacris litteris primum constat; nam Ioan. 16. Filius loquens de Spiritu sancto ait, [quæcunque audiet loquetur, quoniam de meo accipiet, & annunciabit vobis,] quo testimonio Athanasius Alexandr. epist. prima ad Serapionem de Spiritu sancto; & Greg. Nazianzenus oratione 49. super tract. de fide Greg. Niss. ho. 3. super Pater noster Epiphan. in Ancorato. Cyrill. Alexand. lib. 10. in Io. c. 35. & Hylarius lib. 8. de Trinit. probant Spiritum sanctum à filio procedere. Vtitur autem verbo de futuro, dicendo (accipiet) ad significādum instans Æternitatis, quo processio Spiritus sancti mensuratur eminentiori modo cōtinere omnes differētias temporis præteriti, præsentis, & futuri, sicut etiam in Psal. 2. per eandem rationem generatio verbi explicatur verbo præsentis temporis, & præteriti, cum pater dicit ad filiū, filius meus es tu, ego hodie genui te: alius locus habetur Ioannis 15. vbi Christus Dominus, ait Spiritus veritatis, qui patre procedit, quem locum exlicans Synodus Alexādrina in epist. ad Nestorium, inquit Spiritus sauctus spiritus veritatis nominatur: Christus autē veritas est, & proinde quoque ab illo atque à Deo patre procedit. Quam epistolā approbauit Conc. Ephes. & Synodus quarta actione, prima & quinta; & eandem explicnt opem tradidit Cyrill. lib. 12. in Ioan. c. 56. Spiritus sanctus inquiens dicitur spiritus veritatis, idest filij, quia ab illo procedit. Præterea Ioan. 20. Redemptor noster daturus Apostolis Spiritum sanctum insufflauit, & dixit: Accipite Spiritum sanctū, &c. quem locum exponens S. August. lib. 3. contra Maximinum Arrian. Episcopum c. 14. inquit, Spiritum sanctū Christus Dominus insufflando dedit, vt à se quoque procedere ostenderet insufflando quod spirando dabat occultè. Et idem docet lib. 4. de Trinit. c. 20. eandem explicationem tradit Cyrill. lib. 9. in Ioannem cap. 44. cui cōsonat illud Psal 32. Verbo Domini Cœli firmati sūt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, vbi Spiritus sanctus dicitur spiritus oris, idest filij, quia non solum à Patre, sed etiam à filio procedit, sicut spiritus procedit ab ore; filius enim dicitur os Patris in

sacris

sacris litteris, quoniam per filium nobis loquutus est secundum illud Hebr. 1. [Multifariam multisq. modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio; quod etiā obseruauimus cap. 1. nu. 61. in illa verba, quia os Domini loquutum est.] Preterea eadem veritas confirmatur ex diffinitione Conciliorum præsertim ex Conc. Nicæno in cuius Symbolo additū est illud filioq. procedit; & in Conc. Tolet. 1. in cōfessione fidei dicitur nō genitus paraclytus, sed ab vtroque procedēs, & in Tolet. 3. cap. 1. quicunque Spiritum sanctum non credit à Patre & filio procedere eumq. non dixerit coæternum esse Patri & Filio, & coessentialē anathema sit. Idem diffinitur in Conc. Tolet. 4. cap. 1. Spiritum sanctū, nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre, & Filio profitemur. Idem habetur in Cōc. Tolet. 6. c. 1. & Tolet. 8. c. 1. Credimus & in Spiritum sanctum viuificatorē ex Patre & Filio procedentem cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum. Tolet. 11. in Confess. fidei Conc. Vuormatiens. in Confess. fidei Confitemur, & credimus Spiritum sāctum à Patre filioq. procedentem amborum esse spiritum. Cōc. Lateranen. c. 1. Pater à nullo, filius à Patre solo, at Spiritus Sanctus ab vtroque pariter absque initio semper, & fine. Synodus Florent. sess. vlt. in litteris vnionis Spiritus sanctus ex patre simul & filio, & ex vtroque æternaliter tanquam vno principio, & vna spiratione procedit. Accedit authoritas Summ. Pontificum Leo Manus epist. 93. ad Turibrium c. 1. alius est, qui genuit alius, qui genitus est alius, qui ab vtroque procedit. Hormida ep. 76. ad Iustinum Imperat. proprium, inquit est Spiritui sācto, vt de Patre & Filio procedat. Greg. Magnus in Confess. fidei credo Spiritum sanctum de Patre & Filio procedentē. Idem Confitetur Leo IX. ep. ad Venetiarum, & Histriæ Episcopos. Innocet. III. serm. in die Ascēsionis, ait Spiritus sanctus à Patre procedit, & filio, & cum eis est verus, & viuus Deus. Constat eadem veritas ex communi consensu Sanctorum & Doctorū; nam inter patres Græcos hanc Doctrinam tanquā catholicam docent Athanasius in Symbolo fidei; Dydimus lib. 2. de Spiritu sancto. Chrysost. homil. 1. in Symbol. Apostol. Cyrill. Alexandr. lib. 13. Thesauri c. 1. & 2. Gennadius scolarius lib. de process. Spiritus sancti sect. 2. & alij Græci supra allegati. Inter Latinos autem videndus est Hylarius lib. 2. & 8. de Trinit. Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto c. 10. S. August. lib 15. de Trinit. c. 26. Prosp lib. 1. de vita beata c. 18. Fulgent. lib. de fide ad Petrum c. 11. & Greg. Magnus ho. 26. in Euang. vbi eandē veritatē docēt, & vt inimici nostri sint iudices, eādem veritatē agnouit, & confessus est inter Iudæos veteres, Rabi Simeon in lib. Zoar, vbi explicans illa verba: Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vn⁹ est, inquit. Hic est, ò Israel antiquus, Iehoua, Deus qui est principium omnium rerum, antiquus antiquorum, hortus radicum, & omniū rerum perfectio, & dicitur pater Deus noster profunditas fluminū, & fons scientiarū quæ procedunt ab illo patre, & filius vocatur [Iehoua] Deus. Hic est Spiritus sanctus qui à duobus procedit, & vocatur mēsura vocis, vnus est, vt vnum cōcludat, & col-

ligat.] Ad argumentum autem in contrarium adductum, respõdetur verbis æquiualentibus haberi in sacris litteris Spiritum sanctum procedere etiam à filio, vt p.par.q.36. ar.2.ad primũ docet S.Tho.& constat ex locis scripturę sup. allgatis.

Et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Quidã Doctores inter quos est S.Cyrill.& Procopius Gazeus per impium principem huius mundi,hoc est Diabolum intelligũt,de quo ipse Dominus ait,nũc iudicium est mundi; nunc Princeps huius mundi eijcietur foras,& iterum: In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Alij vt S. Hieron. Theodoretus, & Aymon. intelligunt Antichristũ.qui per antonomasiam impius dicitur,vtpote impiorum omnium caput, impios omnes malitia, superbia, arrogantia, & omnium vitiorum cumulo antecedens, quæ explicatio valde consonat cum verbis illis Apostoli; nam de Antichristo loquẽs,ait:Tũc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Sathanæ in omni virtute, & signis & prodigijs mẽdacibus,vt notauit Hieron.præsentem locum Isaiæ Apostolum interpretasse,vel ad illũ allusisse certissimum est.Vbi autem,& quomodo interficiendus sit Antichristus spiritu oris Domini. Daniel Propheta;his verbis explicat. Et figet tabernaculum suum Apadno inter Mariam super Montem inclytum, & veniet vsque ad summitatẽ eius, & nemo auxiliabitur,] quem locũ diuersimodè interpretantur doctores.S.Hieron.Ecclesiasticorum Patrum,vt ipse testatur,sequutus sententiam docet; Iuxa hanc Danielis prophetiam in monte Olìueti Antichristum periturũ; Vnde Dominus ascendit ad cælos.Ex eo namq. Mons inclytus dicitur, quia ex illo Saluator ascendit ad Patrem. Consentiũt Damasc. lib.4. de fide Orthodoxa cap. 27. S.Anselm. S.Tho. & pleriq; expositores. Stap.2. expl. ad Thess. cap. 2. Antichristus ergo figet tabernaculũ suũ Apadno, hoc est. In palatio suo, sic dicto, propter ditissima ornamenta, & apparatus superbos.Supellectilium omnium;nam Apad.idem est quod Soli vi, vel palatium, & nonidem est, quod suum, vt notauit Pintus super Dan.aliqui Doctores tamẽ pręsertim S. Hieronymus, Theodoretus & Lyranus,dicunt Apadno esse nomen propriũ, cuiusdã loci prope Hierosolymam, non longe Nichopoli, quæ prius dicebatur Emaus. In hoc loco inter duo Mariam, videlicet inter mare mortuũ ad Oriẽtem,& Mare Mediterraneũ ad Occidentem, vt Hieronymus ait: Regnum suum firmare contẽdet,vt in se adimpleri mentiatur, ꝙ de Christo Domino dictum est, & dominabitur à mare, vsque ad mare, super montem inclytum & sanctum,idest super montem Oliueti, quem Christus Dominus in cælũ conscendens vestigis impressis inclytum effecit, & sanctum,ibi potentiam suam, superbiam, & tyrannidem ostentare conabitur.Hunc montem,& locum sanctum respexisse visus est Dominus, Matt.24. dicens. Cum videritis abominationem desolationis,vt dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sacro,qui legit,intelligat, & veniet vsque ad summitatẽ eius, scilicet montis. Tradunt pleriq; graues authores Antichristũ in

in verticem aſcenſurũ montis Oliueti, vt ſimulet ſe in cælum conſcendere velle, & dæmonum miniſterio per aera cunctis admirãtibus euellendum, ſed ipſo per aera aſcendente voce Chriſti Domini de cęlo miſſa periturum, vt adimpleatur, quod in pręſenti vaticinatur Iſaias. Et ſpiritu labiorũ ſuorum interficiet impium. Et illud Daniel 8. & ſine manu conteretur, hoc eſt, non armis corporalibus, non manu aut miniſterio hominum, ſed ſolom ſpiritu oris Domini, & nemo auxiliabitur eis, quia & diuino, & humano erit præſidio deſtitutus. *]

10 [Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.] Duplicem balteum deſcribit Propheta, iuſtitiam, & veritatem, iuxta illud: [Propter veritatem mãſuetudinem, & iuſtitiam, &c. quaſi dicat, Chriſtum veraci iuſtitia præcinctum eſſe. Ideo enim additur, & veritas, vt intelligamus qualis ſit illa iuſtitia, qua Chriſtus accinctus eſt. Conſonat hæc explicatio cum textu Hebraico, in quo, vbi nos legimus, [fides,] habetur, [hemuna, ideſt veritas, vel fides. Et cum audis Chriſtum iuſtitia, vt cingulo, & veritate, vt cinctorio renũ eius, præcinctum eſſe, promptitudinem eius, & ſtrenuitatem intellige ad opus iuſtitiæ exequendum, & vindicandum pauperes ab iniuria. Succingimus enim lumbos, vt ad omnia opera exequẽda expediti ſimus. Vnde & Dominus, cum admoneret diſcipulos eſſe paratos vt cũ venerit, & pulſauerit cæleſtis ſponſus, confeſtim aperiant ei, inquit. [Sint lũbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.]

Pſ.44. *Luc.12.*

11 [Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus, & Leo, & ouis ſimul morabuntur.] Prophetia eſt de regno Chriſti, & vaticinium de illius Eccleſia varijs ex gentibus cõgregata. Nam (vt notauit Chryſoſtomus) pro varietate vitiorum, diuerſis belluarũ nominibus conſueuit ſcriptura homines appellare. Canes propter impudentiam, & impetum, vt Pſal. 21. [Circundederunt me canes multi, & Phil. 3. Videte canes.] Equos inſanientes, propter libidinem, Hieremiæ 5. [Equi amatores in feminas, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.] Vulpes, ob rapacitatem, & ſimulationem. [Dicite vulpi illi.] Aſinos, & iumenta, ob ſtupiditatem, Pſalm. 48. [Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.] Serpentes, & viperas propter latens malitiæ venenum, & impietatem. Matth. 3. [Progenies viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira?] Lupos, ob ſanguinolentiam. Sophoniæ 3. [Iudices eius Lupi veſpere] Nominibus autem manſuetorum animaliũ electi deſignãtur: dicuntur namq. agni, propter manſuetudinem. Luc. 10. [Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.] Columbæ ob ſimplicitatem, Cantic. 2. [Columba mea in foraminibus petræ, Et Matth. 10. [Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.] Tanta igitur erit in Eccleſia pax, tanta concordia, vt lupus depoſita ſanguinolentia & rapacitate conuerſetur amicabiliter cum agno: & agnus cum lupo cohabitet iucunde. Lupus erat Paulus cum perſequebatur Eccleſiam cum ſanctorum ſãguinem ſitiebat. Lupus vere, & lupus rapax: mane

Chry. ho. 12. in Geneſ. *Hier. 5.* *Luc. 13* *Mat. 10*

come-

Gen.49 comedens prædam. Vocatus est à Christo, & in terram prostratus, raptus vsque ad tertium cælũ, & Apostolus factus: & ecce habitat cum agnis conuersus ad fidem, & agni illi associantur. Quis enim cum hoc
Act.9. lupo non gaudeat conuersari. [Surge, & vade in vicũ qui vocatur rectus, (ait Dominus ad Ananiam) & quære in Domum Iudæ Saulum nomine Tarsensem. Respondit autem Ananias. Domine audiui à multis de viro hoc, quãta mala fecerit Sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem à Principibus Sacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum.] Ac si dicat. Carnifex est iste & lupus cruentus; & tu me mittis ad illũ? Noli timere ò Anania, ne paueas, ne formides, accede ad Saulũ: [Ecce enim orat, Non est iam lupus, sed ouis ad pastorem clamans, & dicens. [Domine quid me vis facere.] Iam ergo de cetero lupus iste habitare poterit cum agno. Hinc est illud, quod
Act.9. dicitur Actor. 9. [Cum autem venisset Paulus in Hierusalem, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum non credentes quod esset discipulus,] sed lupus. Cognitis autem his, quæ illi acciderunt in via, & quomodo vidisset Dominum, omni procul trepidatione propulsa, associati sunt ei. Vnde & subditur: [Et erat cum illis intrãs, & exiens in Hierusalẽ fiducialiter agens in nomine Domini.] In Hebræo pro [habitauit,] habetur [vegar,] idest peregrinabitur, vel commorabitur: vt scias quoniam ipsa electorum cohabitatio super terram peregrinatio est, & exilium, vt dictum est cap. 1. nu. 57.

12 [Et puer paruulus minabit eos.] Quia tanta erit pax, tanta cõcordia inter oues Christi: vt puer paruulus sufficiat eas regere, & gubernare. Et alludit (vt adnotuit Iustinus) ad puerum illum de quo supra dictum est: [Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis.] De quo etiam scriptũ est: [Suscepit Israel puerũ suum.] Obumbrãt etiam hæc verba, per humiles ministros, & per contemptibilia mundi, quę elegit Deus, vt fortia quæque confundat, Ecclesiam Christi gubernandã fore, videlicet per Apostolicos viros, ex quorum ore perfecit Deus laudem suam, & quales voluit esse Christus, cum aduocãs paruuulum, statuit eum in medio eorum, & dixit [Nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli; nõ intrabitis in Regnum cælorũ.] Nec te moueat puerorum gubernationẽ vituperari multoties in sacris litteris, iuxta illud quod supra dictum est: [Dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.] Sunt enim pueri in malitia, non autem sensu, de quibus Paulus ait: [Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli stote, sensib⁹ autẽ perfecti estote. Et sunt pueri cẽtum annorũ, qui cum ad grandeuam ætatem iam peruenerint, & ad senectam: prima tamen virtutis rudimenta non sunt adepti, de quibus dicitur infra. [Nõ est tibi amplius infans dierum, & senex, qui non impleat dies suos. Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator cẽtum annorum maledictus erit.] Tales ergo eligit Dominus Ecclesię suæ Pastores, & Doctores: qui non sensibus, sed malitia pueri sunt.

13 [Vitulus & vrsus pascentur simul, requiescent catuli eorum, & leo quasi Bos comedet paleas] Vnitatem in moribus, & concordiã sequitur

Iustin. in dialo. aduers. Triphon.
Isa. 7.
Luc. 2.
Morale.
Ps. 8.
Mat. 18
Isa. 3. Vide ibi n. 7. & 8.
1. Cor. 14
Isa. 65.
Vnitas do ctrinæ Catholicæ.

quitur vnitas in cibo. Solent lupi carnibus vesci, pardi similiter, & leones: boues autem fœno, & paleis oues, & agni herbis virentib⁹. Tales erant gentes moribus, & cibis diuersæ. At postquam ad fidem Christi conuersi sunt, [omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt,] & omnibus est] vnus Deus, vna fides, vnum baptisma,] vna doctrina innocua, quæ omnes saluos facit. Innocuam dico, traditam à Christo, prædicatam ab Apostolis, expositam à sanctis Patribus: contra quam nihil licet innouare, nihil in Ecclesiam introducere, aut prædicare. Vnde, & Paulus ait: [Licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euãgelizauimus vobis, anathema sit: sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit, præter id, quod accepistis, anathema sit]. Semel & iterum id admonet Paulus, vt omnes à nouitatibus caueant, & traditam à Christo, prædicatam ab Apostolis, expositam à sanctis Patribus doctrinam venerentur. Audi quid Tertullianus dicat. [Nobis nihil ex nostro arbitrio inducere licet, sed neque eligere, quod aliqs ex suo arbitrio induxerit. Apostolos Domini habemus authores, qui neque ipsi quidpiam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: sed acceptam à Christo disciplinã fideliter nationibus adsignarunt. Itaque etsi Angelus de cælis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis.] Iuxta quod & Paulus ait. [Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.] Et iterum Timotheum admonens, inquit, [O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.] Quem locum explicans Vincentius Lyrenensis ait: [Non dixit deuita antiquitates, non dixit vetustates, imò planè, quid è contrario sequeretur ostendit. Nam si vitanda est nouitas, tenenda est antiquitas, & si prophana est nouitas, sacrata est vetustas: Et oppositiones, inquit falsi nominis scientiæ. Vere falsum nomen apud doctrinas hæreticorũ, vt ignorantia scientiæ, & caligo serenitatis, & tenebræ luminis appellatione fucentur. Quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Quid promittentes exciderunt nisi nouam, ignoratamque doctrinam? Audies etenim quosdã ipsorum dicere; Venite ò insipientes, & miseri, qui vulgo catholici vocitamini, & discite fidem veram, quam præter nos nullus intelligit; quæ multis ante sæculis latuit, nuper vero reuelata, & ostensa est. Sed discite furtim, atque secretim: delectabit enim vos. Et item cum didiceritis, latenter docete, ne mundus audiat, nec Ecclesia sciat, paucis namque concessum est tanti mysterij capere secretum. Alia multa docet ibi Lyranensis. Et aduerte, quod non tantum Apostolus prophanas doctrinæ nouationes admonet esse vitandas, sed etiam, [vocum nouitates,] quia non satis est communem, & antequam sectari doctrinam, sed opportet communibus, & antiquis sanctorum Patrum, & scolasticorum vocibus vti, ac terminis ad eam explicandam, & docendam. Id quod elegantissime docet Sanctus Hieronymus in Epistola ad Pammachium, & Oceanum de

Margin notes: *1.Cor.*10 — *Galat.* 1 — Tert. lib. de præsc. hæret. c. 1 — *Gal.* 1. — *1.Cor.*11 — *1. Tim.* — Vinc. Ly. aduer. hæreson nouaciones cap. 26.

de erroribus Origenis, vbi quosdã
Hieron. hæreticos acriter reprehendit, eo
quod resurrectionem futuram eisdem verbis, quibus ecclesia vtitur, profiteri recusabant. Dicebant .n. credimus corporum resurrectionem. At sanctus Hieronymus instans pro defensione veritatis catholicæ carnis resurrectionem sub his terminis, illos, profiterētur, vt præmebat, & sic tandē omnibus esset cibus vnus doctrinæ cælestis, vnus sensus, sicut est vnus spiritus. Vnde & Paulus ait. [Obsecro autē
1.Cor.1 vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & eadem sententia.] Non inquit, vt idipsum sententiatis tantũ, aut cognoscatis, & credatis; sed vt id ipsum dicatis omnes, vt sicut in eodem sensu, & in eadem sententia catholica omnes conueniunt, ita etiam eisdem propositionibus, & terminis vtantur. Nam vt Sanctus Hieronymus ait: [Ex verbis inordinate ꝓlatis incurritur hæresis.

14 [Et delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.] Tanta inquit, erit securitas in ecclesia, vt ne pueri à nocentibus animalibus lędantur. Hinc licet videre, quomodo tollatur maledictio homini per Adam primum inflicta, cum dixit Dominus serpenti. [Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Sed ecce iam exaltato in cruce Domino serpentes, & pueri simul commorantur, nec nocent illi, neque isti pauent.] Vnde, & subditur. [Non nocebunt, & non occidēt in vniuerso monte sancto meo,] hoc est, in ecclesia, quam monti eleuato contulit supra, cum ait. [Erit in nouissimis dieb' præparatus mons domus Dñi vertice mõtiũ.] Cap.2.vide n.2.3.4.& 5.
Obserua quod duo constituit aspidum genera: alterum mitius, alterũ vero maiori veneno plenum, scilicet regulum: & ita quoque duo puerorum genera subnectit: alterũ lactentium, ablactatorum alterum, vt discas, Deum pro viribus suorũ demetiri certamina, vt dum magis crescunt in Christo, maiora portēt discrimina, iuxta illud, quod scriptum est. [Non vos patietur tentari super id, quod potestis.] Vnde & 1.Cor.10
beatus Sixtus ad Laurentiũ loquēs ait, [Nos quasi senes leuioris pugnæ cursum recipimus: te autem quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus.] Aspidem illudit puer, & vincit, basiliscum ablactatus; & tu si auulsus fueris ab vberibus, si à delitijs huius sęculi separatus, securus incedes, & non timebis. Scriptum est enim: [Super Ps. 90.
aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem.]

15 [Quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.] Reddit rationem vnitatis, & pacis futuræ inter lupos, & agnos, & pueros, & basiliscos, & vniuersaliter inter omnes gentes: quia videlicet omnes legem euangelicam suscipient, hoc est, omnium nationum aliqui, quia non vni populo, sed vniuerso mundo, lex euangelica data est. Non igitur iam deinceps replebitur terra Sup. cap. 2.nu. 18.
argento, & auro, sicut prius, sed scientia Domini, [quia omnes erunt docibiles Dei.

16 [In die illa radix Iesse, q̧ stat in

Ad signum

signum populorũ, ipsum gentes depræcabuntur. Quæ supra in principio huius capitis obscurius dixerat nunc explicat clare. [In die, inquit illa,] qua prædicabitur Euangeliũ, & regnabit Christus ex radice Iesse progenitus, qui à principio contemptibilis, humilis, abiectus, sine specie, & decore sicut radix apparuit; is postea erit in signum populorum, ad quem omnes gentes cõfluent se illi aggregãtes, & depræcantes eum, & orationes ad illum simul cum Patre, & Spiritu sancto
Isa.45. dirigentes; sicut scriptum est. [Viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti ma
Hier. Isa. 45. nicis pergẽt, & te adorabunt, teque depræcabuntur.] Quem locum de
Amb. lib. de fid. c. 2 Christo explicant S. Hieronymus, & S. Ambrosius, nam & Christũ sicut Deum orant fideles, & per Christum impetrant, quod exposcunt. Hoc fine oẽs suas orationes claudit Ecclesia cum ait. [Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c. Hic est titulus, quo Pater æternus respiciens in faciem Christi sui donat quidquid peccatoribus tribuit. Quomodo enim per semetipsum ad Deum veniam petens accederet, qui contra illũ audacter ceruicem erexit? Hic est la-
Gen.28 pis, quem surgens mane Iacob. [Erexit in titulum fundens oleum.] In titulum, inquit, vt per illum peccatores misericordiã consequantur. Iuxta ꝙ Petrus Apost. ait. [Hunc
Act.5. Principem, & Saluatorẽ Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israel, & remissinem peccatorum.] Quid est, [exaltauit ad dandam pœnitentiãm,] nisi, erexit in titulum,] vt per illum pœnitentia gentibus daretur? vnde & Paulus
Ephes.2 ait. [Per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem.] †Et patientissimus Iob [Et cum inuocantem exaudierit me non credo, quod audierit vocem meam,] Et vere sic erat exaudiebatur quidem Iob. Sed in illo vocem Pater æternus audiebat illius, de quo Apostolus ait; An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus. Non enim proprijs meritis, sed Christi oratio eius accepta erat Deo. Per ipsum ergo, hoc est Christum, offeramus ostiam laudis semper Deo, idest fructum labiorum confitentiũ nomini eius.*]

17 [Et erit sepulchrũ eius gloriosum.] Septuaginta interpretes sic transferunt, [Et erit requies eius honor,] idest gloriosa, & gonorifica erit eius mors. Quia enim se humi- Crux, & mors Xpi honor.
liauit Christus Dominus factus obediens vsque ad mortem, mortem *Phil. 2.*
autẽ crucis, exaltauit Pater, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Nihil antea erat cruce ignominiosum magis, aut maledictione plenum, sed morte sua crucẽ Christus benedixit, & euexit, mortemque, & ignominiam sublimauit vt pro honore habeatur, & gloria, pro requie, & quiete perfecta, de quo plura diximus cap. 5. n. 5. Expende quam varios, & diuersos euentus habeant impij, & iusti. Illi dum viuunt splendent maxime, honore præditi, & gloria: isti tanquam purgamenta huius mũdi facti, ignominia circundantur, & despecti omnibus apparent. Viuens mendicus iacet ad ianuam epulonis, [vlceribus plenus cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, sed & canes *Luc.16.*
veniebant, & lingebant vlcera eius, diues autem induebatur purpura, & bysso, & epulabatur

tur,]non semel aut iterum,sed quotidie splendidè.] Sed omnia commutantur in morte. [Factum est enim, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ. Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.] Vnde, & sapiēs ait:[Pauper,& diues obuiauerunt sibi, vtriusq; operator est Dominus.]Obuiauerūt,inquit,quoniā pauper a miseria temporali,& erūna,ad æternam saturitatem, & gloriam properat. Diues autem tramite contrario à splendore temporali, & gloria, ad æternam pertingit ignominiam. Obuiare enim se, est in terminos contrarios adire,sic adeò vt terminus, à quo vnius sit terminus ad quem alterius,& e cōuerso. Hinc & de morte reprobi
Ps.33. ait Propheta. [Mors peccatorum
Pro.14. pessima:] De requie autem iusti ait Sapiens. [Sperat autem iustus in morte sua,] & nunc propheta. [Et erit reqes eius honor,] idest,mors, in qua requiescit iustus, erit honorabilis, desiderabilis, & gloriosa. Hæc omnia elegantissime obseruat Sanctus Chrisostomus præsentem locum Isaię exponēs, ait enim.[Et erit requies eius honor:licet diuerso modo in rebus humanis contingere solet. Nam cum hi, qui hic in magna gloria, rebusque florentib⁹ agunt, moriuntur, pereunt cum eis simul alia omnia. Id quod non solum in diuite, sed in principe,atque adeo,& id in regibus ipsis quis videt. Nam leges eorum irritantur, statuæ obscurantur, memoria extinguitur, nomen eorum in obliuionem venit,à cognatis despiciuntur. Et licet pridem mouerint arma,concitauerint seditionem populorum, & vrbium renocauerint proscriptos, occiderint Dominos:

Chris. in demonst. aduersus gent. circa mediū tom. 5.

simul tamen conciderunt hæc omnia, quamuis gloriosa prius fuerint. At secus in cruce euenit. Ante crucem in luctu res erant. Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui profugerunt. Iesus solus inter inimicos compræhensus est: multi, q crediderant retrorsum abierunt. Cæterum vbi occisus est, & mortuus (vt discas quod non sit purus homo) non solum res eius non intercidunt, sed multo clariores, illustrioresque, & sublimiores sunt redditæ.[Et paucis interiectis, inquit,[Non ipsi tantum,sed & discipulis suis hoc contigit. Nam qui ducebantur, qui contempti erant, & vincti,qui innumera patiebātur, dum viuebant; vbi defuncti sunt regibus ipsis erant magis venerabiles etiam Romæ,quæ vrbium est regalissima,relictis omnibus ad sepulchra piscatoris,& pellionis currūt, & Reges,& Præsides, & Milites ;] Et multa alia circa hęc dicit elegantissimis verbis. In textu hæbraico vbi nos legimus, [Sepulchrum eius]habetur,] Menuatho,] idest, tranquillitas eius,quia sepulchrum tranguillitas fuit Christo, eo quod ibi requieuit ab omni opere, quod patrarat.

18[Et erit in die illa adijciet Dn̄s secūdo manū suam ad possidendum residuum populi sui,quod relinquetur ab Assyrijs,& ab Aegypto,&c.] Hoc in loco nō est somnianda promissio terrena,vt Iudæi credūt. Tū quia(vt notauit Lyranus)Iudęi primo fuerunt adducti in Iudæam de Lyra. su. Aegypto,& secūdo de Babylone: si c. 11. Isa. autem essent reducendi iterū à dispersione ista,in qua sunt, diceretur adijciet tertio. Tum etiam quoniā nihil magni haberet promissio, si Dominus tantum polliceretur, Iu-

dæos per vniuersum mundum dispersos in Iudæam iterum reducendos fore;cum videamus Deum in hac vita multis sanctis patriam illam nullatenus concessisse, vt intelligerent,quoniam peregrini,& hospites erant super terram : nec habebant hic manentem ciuitatem, nec proprium domicilium . Vnde Abraham peregrinatus est, nec certum locum habuit ad manendum . Intelligenda igitur est huiusmodi promissio de illa spirituali congregatione, Ioan. 11. Cayphas nesciens quid diceret prophetauit. [Expedit vobis vt vnus moriatur
Ioan. 11 homo pro populo,& non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso nō dixit , sed cum esset Pontifex anni illius,prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente,sed vt filios Dei,qui erant dispersi,cōgregaret in vnū.] In Dei laudem canit propheta:]Edificans Hierusalem Dominus, di-
Ps. 146 spersiones Israelis congregabit,] hoc est Israelitas per mundum dispersos, sine lege,sine sacerdotio, absque sacrificio, sine Deo existentes,in fine sæculi quando à facie illorum auferetur velamen, congregabit in vnum , vt Christum recipiant,& credentes in illum,Ecclesiam per ostium intrent Catholicā, & fiat vnum ouile, & vnus pastor. Propter peccata sua, ob idolatriā, & auaritiam eiecti fudrant à facie Domini maledicti, & execrabiles, non secus atque Caim , de quo dictum est. [Vagus, & profugus erit
Gen. 4. super terram.]Et iterū. [Egressus Caim à facie Domini, habitauit in terra profugus ad Orientalem plagam Edem.]Audi prophetam,maledictionem istam Iudæis impræ-
Ps. 58. cantem.[Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. Disperge,inquit,& proijce de terra sua , disperge per mundum,& depone de solio.Sed nō obliuiscetur misereri Deus,neq; continebit ī ira sua misericordias suas, sed dispersos filios congregabit in vnum.Ideò ait.[Adijciet secundo.] Primo .n. manum suam adiecit ad possidendum populum suum,quando illum sicut oues eduxit de misera Aegypti seruitute in manu Moysi,& Aaron, quando in brachio extento sicco pede per mare rubrum fecit transire, vt in terram lacte,& melle manatē ītroduceret,deuictis Aegyptijs, & infidelium nationib' superatis.Post hæc,& si non corpore,animo tamen,atq; studio,in Aegyptum populus Dei reuersus est: & tenebris infidelitatis obuolutus, in dominium transiuit alienū.[Possederunt nos,inquit, Domini absq; *Isa.* 26.
te:tantū in te recordemur nominis tui.]Et ecce iam secundo admonet Dominus manum suā, vt possideat residuum populi sui,& possideat sibi reliquias Israel, quas ꝓpter paucitatē residuum dixit,vt ex notatis cap. 4. num. 8. manifeste constat.]Manum ergo secūdo admouit Dominus ad possidendum residuū populi sui hoc est electos ex his omnibus regionibus,cum per Apostolos suos ad fidem vocauit. Forsitā magis ad literam poterit hæc prophetia sic explicari, vt admouisse primo manum suam ad possidendum residuū populi sui Dominum intelligamus, cum per Apostolos in his regionibus prædicatum est euangelium,secundo autem iam modo eā admouere videatur cum diuersarum religionum prędicatores mittit, vt ex his locis gentes Idolatras , & Barbaras in vnum ouile

le Christi adducant, & electos ad patriam introducant cęlestem. *] Hæc erit perfecta possessio, subiectio singularis, quam nulla deinceps dissoluet iniquitas, tunc videlicet quando Christo Domino erũt omnia subiecta. Circumciduntur
Iosu.5. secundo in deserto filij Israel. [Fac tibi cultros lapideos (ait Dominus ad Iosue) & circuncide secundo fi-
Exo.31 & 34. lios Israel:] Confringantur legis tabulæ lapideæ, & iterum secundo instaurantur. Primum templum destruitur; & rursus secundo reparatur, vt in his omnibus spiritualem reparationem populi Israelitici a-
Agei 2. gnoscas, & congregationem in vnum ouile à Christo factam intelligas, Audi quid dicat propheta.
Hier.31 [Rursumquè ædificabo te: & ædificaberis virgo Israel.] Et post pauca: [Ecce adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ, inter quos erunt, cæcus, & claudus, & prægnans, & pariens simul, cætus magnus reuertẽtiũ huc. In fletu venient, & in misericordia reducã eos.] Et ne quis promissionem istam, aliquid humanum, terrenũvè cõtinere arbitraretur, illã idem Propheta explicat, cũ ait. [Ecce dies venient dicit Dominus: & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum. Non secundum pactum, quod pepigi cũ Patribus vestris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus: sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israel. Post dies illos dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corda eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.] Ac si apertius dicat, non in patriam terrenam sicut prius, sed in cęlestẽ, & permanentem ciuitatem eos adducam, non sub lege carnali in tabulis lapideis exarata, sed spirituali in tabulis cordis spiritu Dei viui conscripta congregabo illos. Impleuit ex parte Dominus hoc quod promisit, cum in die pentecostes misit de cælo Spiritum sanctũ suũ, cum Apostolorum pectora igne charitatis succẽdit, & ex omni natione, nõ paucos sanctificauit. Scriptum est enim: [Erant autem in Act.20.
Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cęlo est.] Hinc & Petrus dispersos fratres, sed iam per Christum spiritualiter in vnum congregatos salutat dicens: [Petrus Apostolus Iesu 1.Pet.1
Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ secundum præscientiã Dei Patris in sanctificationem spiritus in obedientiam, & dispersionem sanguinis Iesu Christi, gratia vobis, & pax multiplicetur. Ad possidendum,] inquit, idest, vt in populum sanctum, & in filios adoptet, quos pro derelictis mundus habuit, quos sibi complacuit in partem sortis sanctorum eligere, & saluare, siue inter Assyrios habitẽt, siue inter Aegyptios, siue inter Aethiopes, &c. Denique vbicunque fuerint. Consonat hæc explicatio cum textu hæbraico, in quo vbi nos legimus, [ad possidendum,] habetur [lignoth,] idest ad possidendum, vel emẽdum, vt scias quoniam proprio sanguine nos redimẽdo, atque emendo possedit, & acquisiuit. Scriptum est enim. [Non 1.Pet.1.
corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, paternæ traditionis; sed

preciofo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati.] Et rerum. [Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vobis Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopus regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. † Specialiter autem exprimit nomina Prouinciarum, vel Regionum, ex quibus ad fidem catholicam gentes erant adducendæ, videlicet Aſſiriam, Aegyptum, & Phethros, & Aethiopiam & Aelam, & Sennaar. Ex quibus Aſſyria, Aegyptus, & Aethiopia, omnibus ſunt notiſſimæ, de alijs tutem nominibus non conſtat inter Doctores quid ſignificent. Phethtros Parthiam eſſe opinatur Vatablus. Alij inter quos eſt Forerius, & Pintus Arabiam Petream eſſe arbitrantur, quæ à Metropoli Petra in regione Nabatheorum, cuius meminit Plinius lib. 6. cap. 27. & 28. ſic dicta exiſtimatur, ſed magis placet ſententia Hieronymi, qui ait, Phatures regio eſt Ægypti iuxta Ezechielem, & Hierem. Aelan, vt idem Hieron. ſentit, locus eſt, à quo Helamitæ Principes Perſidis; vnde præſens Iſaiæ locus conuerſionem Perſarum ad fidem Chriſti denunciare videtur, quamuis alij nonnulli inter quos eſt Iſidorus, Clarius, & Forerius per Aelam, Medos, & Sogdianos, & Bactrianos ſignificari putēt. Sennaar ſecundum Epiphanium, Campus eſt, ſitus nūc in regione Perſia, quæ olim erat Aſſyria. Forerius autæm forſan eſſe, inquit totum illum terræ tractum à Meſopotamia verſus Orientem, vt comprehendat etiam voce conſentiente ipſam Sinarum Regionem; ita Hæbraica voce vocatum Sinar à verbo Saar inſerta litera Nun, hoc eſt horruit, quod natura, & moribus horridi ſint populi, qui terras illas incolūt.] De Emath fit mentio Hierem. 49. & Zachar. 9. & 5. Hieron. in Epiſt ad Dardanum ait, Emath Vrbem Cœleſiriæ appellari, quæ nunc græco ſermone Epiphania dicitur. Quidam tamen inter quos eſt Forerius, & Clarius nomine Emath in hoc vaticinio Iſaiæ ſignificari volunt Anthiochiam, Siciliam, Taurum, Armeniam, & alias adiacentes regiones. Ex quibus omnibus vocandas eſſe ad fidem gentes ſecundo, ſeu poſtremò hoc eſt circa finem ſęculi enunciat Iſaias. *]

Act. 20.

Hiero de locis Hæbraicis. Ezec. 29. & 30. Hierem. 44. Hiero de traditionibus hæbraicis ī geneſ. Epiphan. lib. aduerſus hæreſ. ī pri.

19 [Et leuabit ſignum in nationes, Et congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget.] Eleuatio ſigni eſt prædicatio Crucifixi, ad quem ſicut ad ſerpentē, in heremo exaltatum confugientes ſaucij ſanantur: Et etiam Chriſtus Crucifixus ſignum eleuatum, & vexillum, ad quem gentes confugient, & Iudęi tanquam milites ſub duce, veſtigia illius ſequentes, & exemplum eius imitantes. Vocandi quidem primi erant Iſraelitæ, & Iudæi, ſed his accipere verbum Dei recuſantibus, decebat vt Apoſtoli conuerterentur ad gentes. Sunt autem omnes profugi quotquot notitia carent Euangelij, & recedentes à Deo idola colunt. Sed obſerua ſingularem curam, & prouidentiam, quam circa electos, & prædeſtinatos Deus habet, ne pereant in æternum. Conuocat enim illos, adducit, & colligit à quatuor plagis terræ, Oriente, & Occidente, Septentrione, & Meridie. Vnde & ſcriptum eſt. [Reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miſerebitur tui, & rurſum congregabit

Nu. 21.

de

de cunctis populis, in quos te ante dispersit. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, & assumet, atque introducet in terram, quam possederunt patres tui, & obtinebis eam.

20 [Et auferetur zelus Ephraim,& hostes Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit cõtra Ephraim.] Ab initio Regni Israel dissidium perpetuum fuit in Regno Iuda, & decem tribuum,quod per Ephraim designatur: sed sub Christo, & eius lege Euangelica huiusmodi bella finem habitura esse,denunciat Propheta, quoniam summa pax,& cõcordia erit inter Christianos, ita vt vnus contra alterum non pugnet, de quo plura dicta sunt cap. 2. num. 13.

21 [Et volabunt in humeros Philistim per mare,&c.]Hoc etiam carnaliter intelligunt Iudæi, sensus autem catholicus, & germanus huius loci est, prædicationem Euangelij extendendam esse per vniuersum orbem, iuxta illud,quod canit Propheta. [In omnem terram exiuit sonus sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorũ,] Ps.18. scilicet Apostolorum, quorum ministerio, & prædicatione gentes ad Christum erant adducendæ. Hi sunt igitur, qui volabunt, idest,celeri cursu in omnem terram ibunt. Audi quid dicat Propheta.[Ascendit super Cherubim, & volauit:volauit super pennas ventorum.] Ps.17. An non tibi videtur Pauli Apostoli animam esse Cherubim scientiæ plenitudine decoratam, super quam Dei verbum ascendens vniuersum orbem volando perlustrauit? Hinc & celerem cursum prædicatorum Euangelij admirans Phopheta, inquit, [Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fænestras suas?] Isa. 60. Nubes sunt Apostoli, nubes prædicatores Euangelij, & volantes nubes, Quoniam (vt notauit Gregorius) [per mundi partes circunquaque transmissi,& verbis nouerunt pluere, & miraculis coruscare.] Greg. 17. mor. 14. in illud Iob 27. qui ligat aquas in nubibus. Prædabuntur, inquit, filios Orientis, non quidem bona eorum temporalia rapiendo, sed intellectum eorum in obsequium fidei captiuando, vt qui antea deprædati fuerant à Diabolo, iterum ministerio Apostolorum depredentur Christo, qui superius etiam dictus est velox spoliator. Et fortassis propterea dixit Propheta, [simul prædabuntur,] quoniam non soli Apostoli, sed Christus ipse simul cum illis, spiritualem istam prædam acquisiuit. Vide supra dicto cap.6.num.53.

22 [Idumęa, & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammõ obedientes erunt.] Septuaginta interpretes sic transferunt.[Et super Moab primum manus mittent, filij autẽ Ammon primi obedient.] Et est manifesta prohetia eorum, quæ in Apostolicis actibus legimus, vbi per impositionem manuũ conferebant Apostoli gentibus Spiritum sanctum, Idumæis, & Samaritanis. Act.8. Vnde manus mittere super Moab, est manus super Moabitas imponere, vt accipiant Spiritum sanctum, & obedientes sint euangelio. Consonant hæc Isaiæ verba cum illis, quæ per os Dauid locutus est Dominus. [In idumæã extendam calceamentum meum: Ps.59. mihi aliegenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam quis deducet me vsq; in Idumeã?]

Aa 4 idest,

ideſt, vt regnem etiam terrenis hominibus, vt me venerentur, qui de me non ſunt, qui de me nolunt proficere, vt explicat Sanctus Auguſtinus ſuper eundem locum. [Venerat ad nos (vt ait Bernardus) Calceata maieſtas diuinitas incarnata.] Miſſus fuerat à Patre Dei filius, ſed ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, quibus primum oportuit loqui verbum Dei; ſed repellentibus illud Iudæis conuerſi ſunt Apoſtoli ad gentes. Illi audierunt prius, iſti poſterius: At illi rebelles fuerunt, obedientes iſti. Ideo ait. [Filij autem Ammon primi o-
Mat. 20 bedient,] vt adimpleatur, quod ſcriptum eſt. [Erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi, multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.] In huius rei ſignum cum Ioannes, & Petrus venientes ſimul cucurriſſent ad monumentum, Ioannes quidem præcucurrit citius, ſed introiuit poſterius, Petrus autem tardius cur-
Ioan. 20 rit, ſed intrat prius. Scriptum eſt enim. [Exijt Petrus, & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum, & cum ſe inclinaſſet, vidit poſita lintheamina, non tamen retroiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, &c. Tunc ergo introiuit, & ille diſcipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit.] Quem locum explicans
Greg. go. 22. ſup. Euang. Sanctus Greg. ait. [Quid fratres: q̃d curſus iſte ſignificat? Nunquid hæc tam ſubtilis Euãgeliſtæ deſcriptio à myſterijs vacare credenda eſt? Minime. Quid ergo per Ioannem, niſi ſynagoga, quid per Petrum, niſi præſens Eccleſia deſignatur? Vidit .n. Iohannes lintheamina poſita, non tamen introiuit: quia videlicet ſynagoga, & Scripturæ ſacræ ſacramẽta cognouit, & tamen ad fidem paſſionis Domini credendo intrare diſtulit. Quem diu longe lateq; prophetauit, præſentem vidit, & recipere renuit: Hominem eſſe deſpexit: Deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo eſt, niſi quia & citius cucurrit, & tamẽ ante monumentum vacua ſtetit. Venit autẽ Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum: quia ſequuta poſterior Eccleſia gentium, mediatorem Dei, & hominum hominem Ieſum Chriſtũ, & cognouit carne mortuum, & viuentem credidit Deum.]

23 [Et deſolabit Dñs linguam maris Ægypti, & leuabit manũ ſuã ſuper flumẽ in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet eum à ſeptẽ riuis, ita vt tranſeant per eum calceati. Oĩa impedimenta, quæ vel in fluminib. aut mari obſtare poſſunt, ne in omnem terram prædicatio euangelij extenderetur, ammouenda eſſe à Dño, prædicit propheta: & ſingulariter linguam maris, hoc eſt Nylũ, aut Euphratẽ (vt intelligunt hæbræi) in ſeptem riuos diuidendum fore, vt facile per eũ trãſeant prædicatores euangelij. Id quod ante aduentũ Chriſti fuit ad literã adimpletũ. Nã (vt refert Procopi' Gazęus) Procop. Cæſar Auguſtus bello aggreſſurus Ægyptios ſeptẽ Nyli alueos, quib. illi muniti erãt, ſic extẽuauit, vt facile ꝑ illos, ac ſicco pede poſsẽt milites trãſire. Et eadẽ eſt explicatio S. Hier. ſup. iſtũ locũ, quã etiam cõmuniter ſequuntur ſancti patres.

24 [Et erit via reſiduo populo meo, q̃ relinquetur ab Aſſyrijs, ſicut fuit Iſrael in die illa, qua aſcẽdit de terra Ægypsi, .i. propterea flumen illud Ægypti extenuabitur, vt per illud pateat via facilis reſiduo popu-

populi ſui, hoc eſt Apoſtolis, & prędicatoribus Euangelij, quos ſupra reliquias dixit, vt notauimus c.4. num.8. ſicut per mare Rubrum via patuit filijs Iſrael, quando egreſſi ſunt de terra Ægypti. Et illud aduerbium, [ſicut,] nō dicit omnimodam ſimilitudinem, ſed proportionis. Vnde non ſunt Hebræi audiendi, qui ita hanc prophetiam intelligunt, vt ſentiant per Meſſiam, quem ipſi adhuc expectant, filios Iſrael per vniuerſum orbem diſperſos in Iudæam iterum adducendos fore, & congregandos, ſicut olim per Moyſen educti fuerunt de Ægypto, vt in terram promiſſionis introducerentur, arbitranturque linguam illam mari Ægypti, per Meſſiam diuidendam eſſe, ſicut olim per Moyſen diuiſum eſt mare Rubrum, & flante vento exſiccandam, vt ſicco pede filij Iſrael tranſeant in Iudæam iterū reuertentes. Sed adhuc poſitum eſt velamen ſuper cor eorum, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. In Hebræo, vbi noſtra vulgata legit, [via] habetur, [mecila,] ideſt via eleuata, quæ ex lapidibus conſtruitur in locis lutuoſis, & itineribus, qui pertrāſiri non poſſunt, Hiſpanè dicitur, [calzada.] Talis eſt via quę ducit ad vitā anguſta: quidē, ſed ſecura, abſque offendiculo, per quam Dei gratia paruulus etiā incedere poteſt, & abſque periculo ad patriam peruenire.

CAPVT XII.

1 ET dices in die illa: Confitebor tibi Domine, 4 quoniam
iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus
es me. 5 Ecce Deus ſaluator meus, 6 fiducialiter agam,
& non timebo: quia furtitudo mea, & laus mea Dominus,
& factus eſt mihi in ſalutem. 7 Haurietis aquas in
gaudio 8 de fontibus Saluatoris: & dicetis in die illa:
Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: 10 notas
facite in populis adinuentiones eius: 11 mementote quoniam excelſum
eſt nomen eius. 12 Cantate Domino quoniam magnifice fecit: annunciate
hoc in vniuerſa terra. 13 Exulta, & lauda habitatio Sion: quia
magnus 14 in medio tui ſanctus Iſrael.

SVMMA CAPITIS.



Vodecimum caput, in quo prima pars huius prophetiæ terminatur, canticum quoddam gratiarum actionis continet, pro innumeris beneficijs filijs Iſrael à Deo miſericorditer exhibitis: inter quæ tria ſpecialiter commemorat.

Primum eſt, quia tanquam pius pater caſtigauit benigne Iſraelitas, vt corrigeret eos, & emendaret: & illos poſtmodum conſolatus eſt, ab imminentibus periculis liberando, & filium ſuum vnigenitum, vt nos redimeret & ſaluaret, promittendo.

Hoc

Hoc beneficium recenset in primis verbis huius capitis.

Secundum est institutio sacramentorum præcipue baptismi, & pœnitentiæ, de quibus vaticinatur in illo versiculo: [Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.]

Tertium est verbi incarnatio, de quo mysterio plura fuerat prælocutus cap. 7. & modo idem beneficium, cum gratiarum actione commemorat in illo versiculo: [Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.



COMMENTARIVM.

2 ET dices in in die illa.] Consuetudo familiaris est apud Isaiam, vt prophetias de Christo, Ecclesiæ gratias agentis laudibus & hymnis celebret. Nemo enim est animi vsque adeo peruersi, qui vt in se bonitatem, & misericordiã Dei fueri expertus, non continuò in gratiarum actionem prorumpat. Neque boni & electi sunt contenti per seipsos laudare Deum, sed & totum orbem cupiunt ad Dei laudem inflammare. Vtrunq; in hoc capite inueniet. Primo namq. fideles Deum collaudant, dicentes: [Confitebor tibi. Deinde alios excitant ad eius laudes decantandas, cum inquiunt: [Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. Et dices] scilicet præ magno gaudio. & pleno cordis iubilo. Qui enim natum Christum, & regnantem agnoscunt, non possunt non exultare animis, quoniam inter primos fructus gaudium numeratur ab Apostolo: [Fructus autem Galat.5 spiritus sunt gaudium. &c.

3 [Dices.] In singulari numero vocem posuit, vt nos doceat vno ore & spiritu Deũ vnanimiter laudare secundum illud, quod Paulus Rom.15 ait: [Deus autem pacientiæ, & solatij det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt vnanimes, vno ore, glorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi.] Hymnus enim & canticum illud ad vniuersalem pertinet Ecclesiam ex diuersis gentibus congregatam, quæ vna cum sit, vnitatem spiritus seruare debet & vno ore Deum laudare. Neque obstat quod sponsa collaudatur per prophetam, quoniam circundata est varietate. Ait enim: [Astitit Regina à destris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.] Et iterum: [Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.] Quoniã vnitas in charitate vna, & vnitate spiritus consistit: varietas ad diuersitatem vocum pluralitatem collaudantium Deum refertur. In cuius signum tunica, quam Israel ob singularem dilectionem filio suo Ioseph contulit, polymita erat. Illa quoque quã in pignus hæreditatis æternæ reliquit Christus, incõsutilis est, & desuper cõtexta per totũ, vt in varietate diuersitatẽ concentuum, & cæremoniarũ, quibus Ecclesia decoratur agnoscas, & in vnitate vestimenti inconsutilis, identitatem charitatis, & spiritus viuificantis

Ps. 44. Gen. 37 Ioan.19

cantis

cantis sponsam Christi consideres. Vnde Bernardus. [Nõ sum tam hebes, vt non cognoscam tunicam Ioseph, non illius qui liberauit Ægyptum, sed qui saluauit mundum. Nouissima quippe est, quia polymita, idest, pulcherrima varietate distincta, sed & sanguine apparet intincta, non quidem hædi, quæ peccatum significat, sed agni, qui designat innocentiam, hoc est, suo ipsius non alieno. Ipse est profectò agnus mansuetissimus qui coram, ne quidem tondente, sed occidente se obmutuit, qui peccatum non fecit, sed abstulit peccata mundi,] Et post pauca: [Relinquat,] Christus videlicet, [sponsæ Ecclesiæ pignus hęreditatis ipsam tunicam suam, tunicam scilicet polymitã eandemque inconsotilem, & desuper contextam per totum. Sed polymitam ob multorum ordinum, qui in ea sunt multimodam distinctionem: inconsutilem vero propter indissolubilis charitatis indiuiduam vnitatem. Quis me (inquit) separabit à charitate Christi? audi quomodo polymitam. Diuisiones gratiarum sunt, ait; idem autem spiritus, & diuisiones operationum sunt, idem vero Dominus. Deinde diuersis enumeratis charismatibus, tãquam varijs tunicæ coloribus, quibus cõstet eam esse polymitam, vt ostẽdat etiam inconsutilem, & desuper cõtextam per totũ adiungit. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult. Charitas quippe diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis.] Vide quæ de laudibus diuinis dicta sunt c. 6. nu. 13. [In die (inquit) illa,] qua prædicatum Euangeliũ receperis, & Christum Dominum agnoueris. Confitebor tibi, idest, laudabo te, ac recensebo beneficia tua, quoniã salutem hanc non nostris meritis, sed misericordiæ tuæ adscribendam duximus.

Bern. in Apolog. ad Guil. Ab paulo post prin.

1. Cor. 12

4 [Quoniam iratus es mihi.] Propter duo beneficia gratias Deo agit Ecclesia. Primum est, eo quod ab illo castigata est, & multis tribulationibus afflicta. Secundum, quoniam reconciliata est illi, eumque protectorem habet, & Saluatorem. Ex quo facile colligere poteris, nõ paruum Dei esse beneficium, nec contemnẽdum, quod nos castigat, quod nos probat, & plagis immissis affligit: si quidem pro illo gratias summas Propheta Deo agit dicens: [Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi. In hac vita] (inquit Augustinus) [multa possunt nobis prospera videri, quæ aduersa sunt, & aduersa, quæ prospera. Nam & tribulatio, quãdo accidit seruo Dei ad probatinem, vel emendationem, videtur nonnunquam minus intelligentibus inutilis: sed si referatur ad illud, quod dictum est: Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis: intelligitur, quia plerunque de tribulatione nos adiuuat Deus, & frustra salus optatur, quæ aliquando aduersa est: cum delectatione, & amore huius vitæ implicat animam. Inde est & illud. Tribulationem, & dolorem inueni. Cum enim dicit: inueni, significauit vtilem; Non enim rectè gratulamur nos inuenisse, nisi quod quærebamus.] Chrysostomus etiã ait: [Omnia toleremus cum gratiarũ actione, siue paupertas sit, siue ægritudo, siue quicquid aliud nobis euenit: ipse solus cognoscit, quid nobis prosit. Quid enim oremus, inquit, sicut oportet nescimus. Qui

Aug. c. 54 cõmẽtar. super ep. ad Rõ. t. 4

Ps. 59.

Ps. 114.

Chry. ho. 33. ad Hebræ. post med. t. 4.

ergo

ergo neque orare nouimus quod oportet, nisi ex spiritu Dei accepe- rimus: satagamus pro omnibus gratias referre, & fortiter omnia tollerare. In paupertate sumus? gratias agamus. In ægritudine? gratias agamus: calumnias sustinemus? gratias agamus. aliquid malũ patimur? gratias agamus. Hoc enim nos facit proximos esse Deo, tum etiam Deum habemus debitorem; quãdo vero bona percipimus, nos debitores existimus. Et sæpius nobis ad iudicium ista contingunt, illa vero ad peccati purgationẽ proueniunt. Illa miserationem, & misericordiã nobis acquirunt, hæc autem etiam in superbiam nos erigunt: Hęc etiã ad negligentiam nos adducunt, & faciũt vnumquemque magna de se metipso imaginari, hæc molliores efficiunt. Propterea etiam propheta dicebat. Bonum mihi Domine, *Ps. 118.* quoniam humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.] Bonum reputat sibi homo impius, & superbus, quod abundat temporalibus, quod honoratur ab omnibus, & extollitur: iustus autem, quod humiliatur, *Rom. 8.* quod corripitur & affligitur. [Quoniam diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum.] Vide supradicta cap. 1. nu. 23. & 24.

5 [Ecce Deus Saluator meus.] Illud aduerbium, [Ecce;] attentionem captat, & magnum quoddam beneficium indicat, atque abscõditum sacramentum, & miraculum non vulgare, quod videlicet Deus ipse Saluator sit factus, & redemptor, & nõ vt cumque saluator, sed Saluator meus, hoc est scelerati hominis, & impij, qui cum indignus esset cælum aspicere, Deum cæli caro factũ, in redemptorem accepit, fascijs inuolutũ, & positum in præsepio. [Ecce Deus Saluator meus: Fuerunt mihi lachryme meæ panes die ac nocte (ait Propheta) dum di- *Ps. 41.* citur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus. Inuisibilis erat, lucem habitans inaccessibilem, & corporalibus oculis ignotus. At postquã, vt nos saluaret aduenit, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus ita vt digito etiã signari possit, [Ecce Deus, ecce agnus Dei, ec- *Ioan. 1.* ce qui tollit peccata mundi. Ecce *Isa. 25.* Deus noster iste,] ne quis iam deinceps, fideli populo insultans dicat; Vbi est Deus tuus?

6 [Fiducialiter agam, & non timebo.] Obserua quod postquam Deum Saluatorẽ agnoscit, in operibus bonis se exercere proponit, quibus salutem consequatur æternam, vt impios lutheranos cõdemnet, qui dignitati passionis Christi derogari arbitrantur, si oer bona odera certam suam vocationem facere fideles contendant. Tollebant igitur de medio necessitatem operum, dicẽtes: Crede tantum, & saluus eris; confide, & nihil amplius à te Deus requirit. Sed propheta clamat. Age fiducialiter, hoc est, [Quodcũque potest facere manus *Eccl. 9.* tua, instanter operare. Age pæni- *Apo. 2.* tentiam & prima opera fac: nec sis sicut illi, quos Petrus Apostolus notat cum ait: [Quasi liberi, & non *1. Pet. 2.* quasi velamen habentes malitiæ, libertatẽ, sed sicut serui Dei.] Hi. n. qui pro velamine malitiæ suæ habent libertatem, qua Christus Dominus nos liberauit de maledicto legis, & de captiuitate peccati magnam irrogãt iniuriam Redemptori, in occasionem carnis, & licentiã peccandi liberius, vertentes libertatem. Cum omnia hæc perfeceris, tunc securus eris, & non timebis:

alias

alias pauidum semper te esse oportet,& districtũ iudicium expectare.

7 [Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris,] Magnam consolationem fidelibus, aquarum nomine pollicetur. Aqua Saluatoris est vnda baptismatis, qua in spē vitæ æternæ regenerantur animæ, aqua doctrina Euangelica, aqua septem Ecclesiæ sacraměta, quæ de latere Christi dormientis in cruce fluxerũt, aqua diuina gratia, & septē dona Spiritus sancti, quibus animæ æstuantes, & afflictæ conscientiæ refrigerantur. Refrigerat quippe gratia Spiritus sancti cor hominis à cupiditatibus sęculi, & amore inflammat cælesti. Neque abs re fontibus gratiam Dei,& misericordiam comparauit, non torrentibus vel siccabundis riuulis; quoniam fontes perenniter manant, torrentes autem citò siccātur. Audi quid veritas dicat: [Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nō sitiet in æternũ: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.] Fons, inquit, fiet semper manans, siccitatē nesciens, quoniā semper à Christo fluit salus, nec hominum impiorum peccatis arescit vnquam. Vnde & vberibus misericordiam Dei comparat Spōsa, nō vino. Ait enim: [Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino.] Quē locum explicans S. Bernard. ait: [Carnis voluptatem qua paulo ante tanquam vino æbriæ tenebamur vincunt hæ, quas tua nobis vbera stillant delitiæ spirituales. Et pulchrè vino comparat carnalem affectum. Vt enim vua semel expressa non habet iam quod denuò fundat, sed perpetua ariditate damnatur, sic caro in pressura mortis ab omni prorsus sua delectatione siccatur, nec vltra reuirescit ad libidines. Vnde propheta. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. Et Apostolus: Qui seminat in carne, de carne,& metet corruptionem. Et rursum: Esca ventri,& venter escis. Deus autem, & hunc & has destruet. Vide autem ne non carni tantum, sed & mundo forte competat ista proportio. Siquidem & ipse trānsit: & concupiscentia eius. Et cum omnia, quæ in mundo sunt, finem habeāt, finis eorum non erit finis. Verum vbera non sic. Hæc enim cum exausta fuerint, rursũ de fonte materni pectoris sumunt, quod propinent sugentibus. Meritò proinde meliora carnis, sæculivè amore asseruntur vbera sponsæ, quæ nullo vnquā lactentium numero arefiunt, sed semper abundant de visceribus charitatis, vt iterum fluāt. Flumina siquidem fluunt de ventre eius, fitque in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.] Hinc etiam Sanctus Augustinus. [Per dilectionem, ait, copulauit sibi Deus creaturam rationalem, vt ei semper inhærendo, ipsum, quo beatificanda erat bonũ, ex ipso qudammodo per affectum sugeret, & de ipso per desiderium biberet, & in ipso semper gaudium possideret. Suge ò apicula, suge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem, immergere, & replere, quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo, & inhære, sume, fruere, si sempiternus gustus fuerit sempiterna quoque beatitudo erit.] Vinum autem gustatur, dum bibitur, sed dulcedo illius nullatenus perseuerat: [Ne intuea-

Ioan. 4.

Cant. 1.

Ber. ser. 9 in Cant.

Isa. 40.

Galat. 6

Aug lib. de subst. dilect. 3.

Pro. 23 tuearis vinum quādo flauescit, cum splenduerit in vitro color eius; ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet:] Quia nimirum necesse erit, vt de fœcibus bibant, qui semel ingredientem blande potum gustauerint, iuxta quod

Ps. 74. & scriptum est. [Hunc humiliat & hūc exaltat, quia calix in manu Domini vini meri, plenus mixto. Et inclinabit ex hoc in hoc; veruntamen fœx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.

8 [De fontibus Saluatoris.] Est & aliud consideratione dignum, quod in his fontibus liceat contemplari. Non enim ait, de puteis Saluatoris, [sed de fontibus.] Fons enim vltro tibi scaturientem offert aquam, & à summis montibus descendens, per aqueductus, & secretas vias pergit, domū tuam ingreditur, & non quærentem reficit, atque per hortos discurrens, absque vllo hominum labore omnia satiat, omnia humectat. omnia rigat, omnia fœcundat. Scriptum est enim. [Non pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat, qui ope-

Gen. 2. raretur terram, sed fons ascēdebat è terra irrigans vniuersam superficiem terræ.] Et iterum: [Et fluuius ęgrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.] Puteus autē ad se venientes expectat, quærētibus, & multo labore atque industria haurientibus, aquam tri-

Ioan.46 buit. Iuxta quod & mulier Samaritana dixit ad Christum. [Domine neque in quo haurias, habes, & Puteus altus est, vnde ergo habet aquam viuam?] Et iterum: [Domine da mihi hāc aquam, vt non sitiā, neque veniam huc aurire.] Fons ergo gratiarū tibi est Christus, & puteus similiter. Vere fons, [& fons *Cant. 4.* hortorum,] vt ait sponsa, [puteus aquarum viuentium, quæ fluunt im *Eccli. 1* petu de libano. Vnde, & sapiens, inquit, [Fons sapientiæ verbū Dei in excelsis.] Fōs est, cum te præuenit, cū stat ad ostiū & pulsat, cum dicit. [Aperi mihi soror mea, amica mea, *Cant. 5.* columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium,] cū ianuas tuas ingreditur, & à non quærentibus inuenitur, sicut scriptum est. [Inuentus sum à non quę- *Isa. 65.* rētibus me, palam apparui his, qui *Rom. 10* me non interrogabant.] Puteus est, & puteus altus, cum tu multo labore & dolore quæris illum, vt inuenias, cum in lectulo tuo quærens per noctes quem diligit anima tua & non inueniens, dicis cum posa. [Surgam, & circuibo ciuitatē per *Cant. 2.* vicos, & plateas, quæram, quem diligit anima mea. Quæsiui illum & non inueni:] Cum accenderis lu- *Luc. 5.* cernam assimilatus mulieri, quæ dragmam perdidit, & euerteris domum, & quæsieris diligenter dragmam, quam perdideras, donec inuenias eam: Cum imitatus fueris matrem virginem, filium quærentem, & dicentem: [Fili quid fecisti *Luc. 2.* nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ (inquit sapiens) Si quæsieris eam quasi pe- *Pro. 2.* cuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc itelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.] Tunc hauries aquas de fontibus, & de puteis Saluatoris, sed de fontibus cum gaudio, cum in iubilo, & letitia: de puteis autem cum lacrymis, cum labore, & sudore, si tamen

in-

in quo haurias habes, cor videlicet vacuum à cupiditatibus carnis, & desiderijs sæculi alienum. Vide ergo vt aquas de fontibus vitæ, quæ vltro sese tibi offerunt lætanter bibas, ne forte aliquãdo de puteo multo dolore hauriendam desideres, & non reperias. Habes modo in Ecclesia patentem fontẽ, de quo scriptum est. [In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.] Caue ne propter duritiam cordis tui, & impænitens cor, claudatur fons, & quæras locum pænitentiæ, & non inuenias. † Hinc Dominus ait, quoniam omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autẽ qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo: Ac si diceret, omni habenti ardens desiderium, & magno studio atque cura virtutem inquirenti, tunc ei ex Deo cuncta præstabuntur, vt Chrysostom. explicat super Matth. iuxta quod sapiens ait. Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, tũc intelliges timorem Domini, & scientia Dei inuenies. Si autem nullo studio atque voluntate ad recte operandũ promptus sis, talentum tibi creditum à te auferetur. Quẽ ergo nullum diuinæ sapientiæ habet desierium, petat à Domino, dicat cum Propheta. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tẽpore. Ipse enim Dominus misericorditer tribuit desiderium sapientiæ, qui se quærentibus, & petentibus eam donat. Possũt denique per fontes Saluatoris Apostoli intelligi & Euangelistæ atque alij scriptores canonici ex quorum scripturis dulcem quendam viuificumq. laticem haurimus cum gaudio. Vnde Cyrillus Alexandrinus hos, inquit, Scripturarũ latices Deus per Isaiæ Prophetæ vocem quondã locutus eiusmodi verba nobis promittit: Haurietis, inquit, cum gaudio aquas de fontibus Saluatoris. Saluatoris autem fontes appellamus Sanctos Apostolos & Euangelistas. Hi enim salutari cælitusq. hausta doctrina mundum hunc irrigant, Spirituq. sancto imbuti totum hunc orbem lætificant. In quorum proinde profunda sensa mẽtis oculos conijcientes abditam veritatis lucem inuenimus, inuẽtamq. in alios transfundimus.] Hos igitur duodecim spirituales fontes, idest Apostolos duodecim illæ aquarũ fontes designãt, de quibus scriptũ est. [Venerũt autem in Helim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarũ, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt,] quæ verba expendens Greg. Nyssenus fontes, inquit, duodecim sunt ipsi Apostoli, duodecim.n. ad prædicandum Euangelium Dominus elegit, per quos Euangelij sonitum emanare voluit; nam quod Apostolis concessã diuinitus gloriam psalmista multo cecinit, vbi dicit in cãtionibus Benedicite Dominũ Deũ ex fontibus Israel. Septuaginta vero palmæ post duodecim discipulos ordinati Apostoli sunt, qui tot numero fuerunt, quot palmas fuisse narrat historia. *]

Zach. 13 · *Mat.* 12 · Chry ho. 46. super Mat. col. 1. to. 2. · Cyril. Alex. Commentatio de recta in Deũ fide ad Reginas. · *Exo.* 15 · Gregor. Nyss. in enarrat. vitæ Moscose medium. · *Ps.* 68.

9 [Et dicetis in die illa. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius.] Prius posuit in singulari: [Et dices.] Et nunc in plurali subiungit: dicetis. Vt innuat, quod qui semel aquam diuinæ sapientiæ potauerit secundum alios quamplurimos ad fontem vitæ pertrahit, vt non iam vnus, sed in vnum multi Deũ possideant, & prædicent. Quod & Chri-

& Christus Dominus in Euangelio designauit. cum in nouissimo die magno festiuitatis stabat, & clamabant, dicens. [Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vētre eius, fluent aquæ viuæ: Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.] Prius bibit sitiens, dum venit ad Christū, postmodum de ventre eius fluunt aquæ viuæ. Quid enim aliud est de ventre credētium aquas fluere, nisi quod qui semel aquas hauserint Euāgelicas, & biberint impleti spiritu sancto, non solum sitim suam extinguant, sed & alios aquis salutaribus potent, & charitatis ardore, nō solum de sua salute sint solliciti, sed & multos secum saluare cupiant? Neque ab hoc opere arceantur, quantumuis multa contra illos immineāt pericula. Quis enim vnquam potuit Apostolorū linguam cohibere, ne annunciarent Christū? Facilius erat fluuium rapidum detinere, quam prædicationem Euangelicam impedire. Vnde & scriptū est. [Dominus Deus loquutus est, quis non prophetabit?] Et iterum: Factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. Ex dixi. Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis. & defeci, ferre non sustinens.] In die illa, inquit, Hoc est in die qua prædicabitur Euangelium per viuersum mundum: vt intelligas fontes salutares, quos Dominus in præsenti, vt hauriant aquas in gaudio, fidelibus repromittit, ad præsentem vitam, (vt notauit Bernardus) esse referendos, in qua fons misericordiæ ad diluendas culpas. fons sapiētiæ ad pellendas ignorantias, fons gratiæ ad irrigandas animas, & fons charitatis ardentis ad inflāmanda pectora nobis factus est Christus. Fons quintus immortalis erit nobis in patria, cuius aquas desiderabat Propheta, cum diceret. [Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Et iterum. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Fortassis propter hos fontes (ait Bernardus) Quatuor in locis vulneratꝰ est Christus adhuc viuens in cruce, propter quintum, cum iam tradidisset spiritum, transforatus est in latere. Viuebat adhuc, quādo foderunt ei manus, & pedes, vt nobis adhuc viuentibus quatuor fontes ex seipso proferret. Quintū pertulit vulnus, cum iam expirasset, vt in se nihilominus quintum fontem post obitum aperiret. Quatuor fontes de corpore suo in vita protulit, vt tanquam paradisus cælestis terreni figuram impleret, à quo egrediebātur quatuor flumina ad irrigandam superficiem terræ. Sed quintum nobis exhibebit in patria vbi à latere Dei aquæ egredientur largissimæ, vbi electis omnibus dicet, [Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi.] Vbi sicut scriptum est: [Faciet Dominus exercituum omnibus populis conuiuiū pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuiū pinguium medullatorū, vindemię defecatę,] vel vt transferunt septuaginta [Bibēt lætitiam, bibent vinum, vngentur vnguento in monte isto.

Ioan. 7. — Amos. 3 — Hie. 20 — Bern. ser. 1. natalis Domini. — Ps. 41. — Ps. 35. — Bern. vbi supra. — Gen. 2. — Cant. 5. — Isa. 25.

10 [Notas facite in populis adinuentiones eius.] Adinuentiones

Dei

Dei vocat magnificum illud opus, à diuina sapientia excogitatum, & adinuentum, quo per incarnationem Verbi, per passionem eius, & crucem, à seruitute Diaboli decreuit nos eripere, ac denique per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hoc opus Dei, & adinuentionem illius cunctis populis, & Regnis nos condecet prædicare, sicut Tobias ait: [Benedicite
Tob. 12. Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit nobiscum misericordiã suam. Etenim sacramentum Regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorificum est.] Adinuentiones iustorum supra collaudauit Propheta; cum dixit.
Isa. 3. num. 11. [Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.] Nunc autem ostendit, vnde tales adinuẽtiones ad promerendam gloriam sint condignæ, videlicet ex adinuentionibus Dei, ex efficacia crucis, & passionis illius, ne sibi tribuat iustus, quod iustus est, sed illi, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Hebraice, vbi nos legim' [adinuẽtiones eius] habetur, [alilothaph,] idest, opera eius, à verbo alal quod significat operari, sed nostra vulgata aptissimè transtulit adinuentiones eius, vt designet ipsa Christi opera adinuentionibus diuinis esse plena. Vnde in persona illius loquẽs propheta, inquit.
Ps. 76. [Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.

Dei beneficia memoriæ retinenda.

11 [Mementote quoniam excelsum est nomen eius.] hoc est, numquam à vestra memoria excidat, quod pro vobis natus est Christus, quòd cruci affix', & mortuus, quòd surrexit, quòd ascendit in cælum, quòd sedet ad dexteram Dei Patris. Cõtinua quippe tanti beneficij memoria ad omnia illius mãdata alacriter exequenda vos reddet paratos, atq; in eius dilectionẽ magis, ac magis in dies inflammabit. Septuaginta transferunt. [Hymnis celebrate Dominum, clamate nomen eius, annunciate in gentibus gloriosa eius: mementote quoniam exaltatum est nomen eius.] Et significant hæc verba memoria perpetua, hymnis, & canticis, & solemnitatibus annuis celebrãda fore in Ecclesia huiusmodi Dei beneficia, quæ Christus Dominus nobis exhibuit, & potissimè, exaltationem miraculorum, & crucis eius, atque nomen venerãdum illius, de quo Paulus ait: Quoniam [Deus exaltauit Phil. 2.
illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.]

12 [Cantate Domino, quoniam magnificè fecit.] Verè magnificum Dei opus est, quod exaltatus in cruce omnia trahat ad seipsum, quod per duodecim Apostolos, per piscatores, & homines infimos, mũdum illustrauerit vniuersum. [Annũciate hoc in vniuersa terra.] Euangelium per totum orbem diuulgandum esse, his verbis designat, vt terra, quæ prius auro, & argento repleta erat, atque ignorantiæ tenebris inuoluta, scientia Domini impleatur, & omnes sint docibiles Dei, ne Iudæi causentur, & credant, sibi solis dictum esse: [Non fecit taliter Ps. 47.
omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

13 [Exulta, & lauda habitatio

Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.] In Hebræo pro [exulta,] habetur [zaali,] ideſt hinni, & deſignat gaudij magnitudinē, quod in voces laudis prorumpit, de quo vide capite 6. num. 13. & 14. Illa autem cauſalis, [quia,] rationem reddit, propter quam habitantes Sion, hoc eſt electi in hac vita debeant exultare. Hoc enim eſt vnicum illorum gaudium, Deum protectorem ſecum habere, ſanctificantem illos, & in vitam perducentem æternam. Alioquin miſera & infelix eſt vita noſtra, tametſi delitijs omnibus, & diuitijs abundet. Hinc & diſcipuli cum præſentem videbant Dominum lætabantur. Ait enim Scriptura: [Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino,] & prægaudio magno ſimul in vnum congregati, omnes dicebant: [Vidimus Dominum.] Cum autem audirent illud, quod de abſceſſu ſuo prædixit: [Vado ad eum, qui miſit me.] Et illud: [Modicū & videbitis me, quia vado ad Patrem,] triſtitia cor illorum impleuit. Inquit enim: [Quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrū. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam.] Et poſt pauca: [Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterū autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrū nemo tollet à vobis.] Nihil enim amplius deſiderabāt diſcipuli, quam magiſtrum ſuum ſecū habere, & præſentes eſſe illi.] Hinc & Moyſes cum populum Iſraeliticum de captiuitate Ægypti eduxiſſet, & per vaſtam ſolitudinem in terram promiſſionis introducendum deduceret, & audiuiſſet Dominum dicentem: [Et mittam præcurſorem tui Angelum: vt eijciam Chananæum, Amorræum, & Ethæum, & Pherezæum, & Euæum, & Hiebuſæum: & & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim aſcendam tecū, quia populus duræ ceruicis eſt: ne forte diſperdam te in via.] Contriſtatus eſt valde de verbo illo, non aſcēdam tecum, & ſimiliter omnis populus cū eo. ſubditur enim: [Audiensq. populus ſermonē hunc peſſimum luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo.] Moyſes quoque deprecans Dominum ait: [Præcipis vt educam populum iſtum, & non indicas mihi, quem miſſurus es mecum, præſertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam corā me: Si ergo inueni gratiam in cōſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: reſpice populum tuum gentē hanc.] Et iterum: [Si non tu ipſe præceſſeris, ne educas nos de loco iſto. In quo enim ſcire poterimus ego, & populus tuus inueniſſe nos gratiā in conſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſcū, vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant ſuper terram.] Ac ſi diceret: Pro nihilo habemus terram deſiderabilem, ſi non tu ipſe adſis nobiſcum. Quid enim nobis, ſi abſens fueris, proderunt omnia? Tu enim es vnicum ſolatium noſtrum, ſpes, & gaudium, In te vno omnia poſſidemus. Nec ſatis nobis erit, ſi omnes Angelos duces habeamus, & comites, ſi tu vel ad punctum à nobis receſſeris.

Ioan. 20 · *Ioan. 16* · *Ioan. 16* · *Exo. 33*

14 [Quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.] Obſerua, quod ad opus redemptionis noſtræ Dei filius adueniens medium ſemper elegit in omnibus. Si enim ad tempus in quo ad nos peruenit attendas, in medio annorum opus ſuum compleuit, *Morale.*

pleuit, propheta dicente: [Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.] Si noctē ipsam, in qua Sol iustitiæ natus est nobis considerés: [Dum quietum silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotēs sermo tuus Domine exiliens ex cęlo à regalibus sedibus venit.] Si natus de Virgine reclinatur in præsepio; in medio duorum animalium collocatur. [Domine audiui auditū tuum, & timui (ait Propheta) consideraui opera tua, & obstupui: In medio duorum animalium cognosceris.] Si offertur patri in templo, in medio illius suscipitur à Symeone: [Suscepimus Deus misericordiā tuā in medio templi tui.] Si annum agens duodecimū disputat in Hierusalem cum doctoribus, in medio illorum sedet, audiens illos, & interrogans. Si in terris visus est & cum hominibus conuersatus, in medio illorum stat: [Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis,] Vnde & propheta Euangelicus in medio throni, & quatuor animalium agnum stantē vidit tanquam occisum. Si suspenditur in patibulo, medius inter duos latrones constituitur Ioann. 19, [Crucifixerunt autem cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.] Si resurgit à mortuis & pacem discipulis tribuit: [Venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis.] Deniq; Propheta Isaias, inquit: [Quoniam magnus in medio tui sanctus Israel.] Quid est hoc? Ille quem cæli, & terra capere non possunt, qui magnitudine maiestatis suæ omnia implet, qui orbem ipsum palmo concludit, factus homo in medio inuenitur fidelium. Medium participat vtroque extremo, vt dicunt philosophi: in illo maxime distantia, & contraria vniuntur & fiunt vnum quodammodo. Christus ergo medium tenet, (vt diximus) locum, quoniam in illo duo extrema, natura videlicet diuina, atque humana indissolubili fœdere vniuntur, & inimicitiæ, quæ inter Deum erant, & hominem dissoluuntur [Vnus Deus (ait Paulus) vnus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.] Et iterum: [Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ, soluens inimicitias in carne sua.] Medium æqualiter distat ab extremis, nec longe à tota circumferentia, & à qualibet eius parte locum tenet. Sic & Christus: [non longe est ab vno quoque nostrum.] Omnibus præsto adest, vt auxilietur infirmis, vt ignorantes illuminet, & ad vitam perducat æternam: nec est personarum acceptio apud Deum. [Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum (ait Propheta) omnibus inuocātibus eum in veritate.] Et si magis tibi placet, ideo in medio nostrū esse perhibetur magnus, & sanctus Israel, quoniam latam, & spaciosam in sāctificatis suis habitationem inuenit, ita vt in corde illorum perambulare possit, in medio esse, & in vnam & alteram partem se vertere. Vnde & Bernardus ait: Si bene facias his quoque, qui te oderūt, ores & pro persequentibus & calumniantibus te, necnon & cum his qui oderunt pacē esse pacificus studeas: tunc prorsus latitudo cæli, latitudo tuæ animæ, & altitudo non dispar, sed nec dissimilis pulchritudo: impleturq. tunc demū in ea quod dicitur: Extendens cęlum sicut pellem. In quo iam

Margin notes: Abac. 3. — Sap. 18. — Abac. 3. Iuxta 70. interpr. — Ps. 47. — Luc. 2. — Ioan. 1. — Apoc. 5. — Ioan. 20 — 1. Tim. 2 — Ephes. 2 — Act. 17. — Ps. 144. — Bern. ser. 27. in Cātic. — Ps. 103.

iam mirę latitudinis,altitudinis,ac pulchritudinis cælo summus, & im mensus atq; gloriosus nō modo dignanter habitat,sed & spaciose deambulat.] Vide supra dicta c.9.nu. 16. [Sanctus Israel] (vt notauimus supra c. 1. n.20. in illa verba:[Blasphemauerūt sanctū Israel)]dicitur Dominus Deus noster,eo quòd tūc ab Israelitis colebatur, & quoniam veros Israelitas sanctificat.Ipsi gloria & honor in sæcula sempiterna.

Finis Libri Primi.

LIBER SECVNDVS COMMENTARIORVM IN ISAIAM PROPHETAM.

Auctore

REV. P. MAGISTRO. F. DIDACO ALVAREZ Metinensi, prouinciæ Hispaniæ, Ord. Prædic. Romæ in Collegio S.Thomæ super Mineruam sacræ Theologiæ professore, & Regente.



DE EXCIDIO GENTIVM, ET FINITIMArum nationum persequentium crudeliter filios Israel.



ONSVETVDO familiaris est apud Prophetas,postquam aduersus Iudæos vaticinati sunt eorum vastitatem prædicendo:sermonē statim ad nationes gentium adiacētes,quibus Dominus,tanquam instrumētis vsus est ad puniendū suorum delicta, sermonē conuertere, & eorum quoque excidiū prænunciare, tum ad consolationē Iudęorum & solatium,ne ex toto eorum oblitum esse Deum arbitrarētur:tum etiam ad correctionem ipsarum gentium,& salutem,ne de partis victorijs superbirent: sed illas potius Domino Deo exercituum & fortitudini brachij eius referendas esse cognoscerēt:ac denique ne quis diuinam prouidentiam contemnat,ac fato,& fortunæ euentus prosperos, vel

vel aduersos tribuat. sed firmiter teneat, consilio, & prouidentia Dei omnia disponi, atque ipsa experiētia edocti fateantur illud, quod in laudem Dei canit Scriptura : [Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat.] Et iterum : [Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere.] Vnde Hieremias postquam multa contra Iudæos prædixerat mala futura, & calamitates ingruentes, tandem contra Palæstinos loquitur in c.47. Deinde contra Moabitas prophetat, & Ammonitas, vt patet ex c.48. & 49. Id quod similiter facit propheta Ezechiel c.25. & 26. Ita in præsenti Isaias postquam mala Israelitici populi denunciauit in duodecim capitulis præcedentibus, incipit iam à cap.13. vsque ad 23. contra omnes persecutores Iudæorū prophetare, & eorum excidium prædicere. Id quod in hoc secundo libro (Deo adiuuante) explicare contendimus. Continet autē hæc prophetia decem onera, quæ iam supra in præfatione huius operis nu.17. & 22. retulimus : & de illis in summa sequentium capitulorum redibit sermo. Iam ergo ad explicandam litteram Isaiæ progrediamur.

CAPVT XIII.



2 NVS Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. 3 Su-
per montem caliginosum leuate signum, exaltate vo-
cem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. 4
Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos
in ira mea, exultantes in gloria mea. 5 Vox multitudi-
nis in montibus, quasi populorum frequentium : vox
sonitus regum, gentiū congregatarum: Dominus exer
cituum præcepit militiæ, venientibus de terra procul, à summitate cæli:
Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terrā. 6 Vlulate, quia
prope est dies Domini : quasi vastitas à Domino veniet. 7 Propter hoc,
omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & contere-
tur. 8 Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens, dolebunt : vnus-
quisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. 9.
Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furo-
risq. ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterēdos
de ea. 10 Quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen
suū: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.
11 Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, &
quiescete faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humilia-
bo. 12 Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. 13 Super hoc cæ-
lum turbabo: & mouebitur terra de loco suo propter indignationem Do-
mini exercituum, & propter diem furoris eius. Et erit quasi damula fu-
giens, & quasi ouis: & non erit qui congreget : vnusquisque ad populum
suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. Omnis, qui inuen-
tus fuerit, occidetur: & omnis, qui superuenerit cadet in gladio. Infantes

eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, vxores eorum violabuntur. 14 Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint: sed sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum. 15 Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta superbia Chaldæorum: sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem, & generationem: nec ponet ibi tẽtoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. 16 Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi: & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.

SVMMA CAPITIS.

1 

AM adnotauimus in præfatione huius operis n.17. et 22. cõminationes propheticas Isaiæ ĩ tres diuidi partes.

Prima loquitur contra populum Iudaicũ, de qua in libro præcedenti per duodecim capita egimus diffuse.

Secunda inuehitur contra finitimas & exteras nationes, de qua in hoc secundo libro per vndecim capita sequent; a tractare intendimus cum propheta.

Tertia vero pars contra vniuersam mundi machinam, de qua agit à cap. 24. vsque ad 27. Igitur in hoc cap. 13. excidium Babylonis & regni illius denunciat, per Medos, & Persas factam. Et primo proponit præceptum Domini, Medos & Persas, vt perdant Babylonem, aduocantis, ibi: [Super montem caliginosum leuate signum.]

Secundo multitudinẽ eorum, & potentiã, qui ad nutum Domini ascenderunt contra Babylonem, describit, ibi: [Vox multitudinis in mõtibus.]

Tertio, terrorem & tremorem Babyloniorum, de quo ibi: [Propter hoc omnes manus dissoluentur.]

Quarto crudelitatem & iram Medorum & Persarum, ibi: [Ecce ego suscitabo, &c.]

Vltimo, terræ solitudinem & Babylonicæ ciuitatis ruinam, quam denunciat ab illo versiculo: [Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa,] vsque ad finem capitis.



COMMENTARIVM.

2 

Nus Babylonis.] Onus idem est quod dura prophetia, atque importabile vaticinium ærumnis, & laboribus plenum. Nam (vt notauit Sanctus Hieronymus) ex modo loquendi Prophetarũ colligere debemus, quãdo tristia, & aduersa nunciãt hominibus, vel prospera; ad quod dignoscẽdum duas in loco illo tradit regulas. Prima est. [Vbicũq; graue est, quod Dominus comminatur & plenum ponderis ac laboris, & impor-

portabile pōdus dicitur.]Secunda, Vbicumque autem prospera Dominus pollicetur,siue post comminationem meliora promittit, visio dicitur,vel certe verbum Domiui.] habet hoc fundamentũ in ipso contextu Hieremiæ. Ait enim. [Si igitur interrogauerit te populus iste, vel Propheta, aut sacerdos dicens. Quod est onus Domini? Dices ad eos. Vos estis onus,proijciam quippe vos,dicit Dominus.]Et post pauca:[Et onus Domini vltra non memorabitur,quia onus erit vnicuiq; sermo suus. Sequitur, Quod vidit Isaias filius Amos.]Verba ista iam sunt explicata capit. 1. num. 3. 4. 5. Obserua quod quamuis ad litteram de Babylone ciuitate superba, & opulenta, intelligēda sit præsens prophetia: ipsius tamen Babylonis interitus,mundi excidium quoque docet, atque obumbrat. Vnde Augustinus duas ciuitates describit, alteram cælestem, quæ dicitur ciuitas sancta Hierusalem:alteram terrenam, quæ est ciuitas Babylonis. Illam edificat amor Dei vsque ad contemptum sui,istam amor sui vsque ad contemptum Dei.In ciuitate Babylonis inuenitur discordia & cōfusio: in ciuitate Hierusalem, quæ est ciuitas Dei,regnat pax,charitas, vnitas, & gaudium in Spiritu sācto. Appellatur Babylon,confusio,(vt notauit Augustinus)Quia ibi confudit Dominus labium omnis terræ, & inde disperdidit illos Dominus Deus super faciem omnis terræ.]Quis autem fuerit illius ciuitatis primus conditor, & fundator, non conuenit inter doctores: Quidam enim (vt refert Augustinus 18.de ciuitate Dei ca. 2.) arbitrantur Semiramidem vxorem Nini fuisse primam illius fundatricem, hanc tamen sentētiam reprobat Sanctus Augustinus, quamuis asserat illam huiusmodi ciuitatem reparasse. Et in lib. 16. cap. 3. affirmat Babylonem fuisse initium Regni Nemroth de stirpe Cham, qui prædictam ciuitatem ædificauit, in qua sicut in metropoli habitaret, & in commentarijs super Psalm. 64. loquens de vtraque ciuitate, ait: [Hierusalem accepit exordium per Abel: Babylon per Caim, ædificia quippe Vrbium postea facta sunt. Illa Hierusalem in terra Hiæbusæorum: nam primo Hiebus dicębatur, inde gens Hiebusæorum deleta est, quando populus Dei liberatus est de Ægypto, & introductus est in terram promissionis. Babylon autem condita est in intimis Persidis regionibus, quæ diuturno tempore caput extulit super cæteras gentes.Duæ ergo istæ vrbes certis temporibus cōditæ sunt,vt manifestaretur figura duarum ciuitatum olim cæptarum, & vsque in finem in isto sæculo mansurarum,sed in fine seperandarum.] Plura dicentur infra de Babylone.Nam cap. 21. vocatur desertum maris, & Hieremiæ cap. 50. & 51. dicitur mons pestifer.Igitur Babylon, regnum mundi designat, in quo vere magna est confusio, iniquitas, & superbia: & sicut Iudæis olim gratum fuit, & iucundum ciuitatem Babylonis delendam fore,vt ipsi ab eius captiuitate liberati, in suam patriam cum exultatione redirent: ita in consumatione sæculi, quando tota huius mundi machina subuertetur quando nō relinquetur lapis super lapidē qui non destruatur:quādo [erūt signa in sole, & luna, & stellis,& in terra præsura gentium arescētibus hominibus præ timore,& expectatione

Hier. 23

Aug. 16. de Ciuit. c.4. to.5.

Quis sit fundator Babylon.

Luc. 21

tione quæ superueniẽt vniuerso orbi;] electi cum gaudio leuabunt capita sua, sicut scriptum est. [His autem fieri incipientibus leuate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra.] Sed iam ad litteram reuertamur.

3 [Super montem caliginosum leuate signum.] Verba sunt Dei vocantis exercitum Medorum, & Persarum ad expugnandam Babylonẽ, quæ mons dicitur caliginosus propter maximam ædificiorum, & murorum celsitudinem, quæ talis erat vt vsque ad nubes pertingere videretur. Dixerunt enim: [Venite faciamuus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat vsque ad cælum.] *Gen. 11* Congruitque nomen Babyloni, quæ edificatur ab impijs aduersus ciuitatem sanctam Hierusalem, eo quod confusione maxima, & caligine atque ignorãtiæ tenebris inuoluatur. Cõsonat etiã hæc explicatio cum textu Hebraico, in quo pro caliginoso, habetur [nispe,] idest excelsũ coagulatum, denigratum, & munitum. [Leuate signum,] hoc est vexillum, quo milites congregantur, & præparãtur ad bellum, & illud in signũ victoriæ super muros, & excelsas turres Babylonis constituite. Hoc ad litteram adimpletum est, cum Cyrus Rex Persarum armis ciuitatem illam occupauit, atque destruxit. Sed spiritualiter factum est per Apostolos, & quotidie fit per prædicatores, qui sublimiũ colla iugo subijciunt Euangelij, & signum crucis Dominicæ, & vexillum, in quo Christus triumphauit, non solum in menijs ciuitatum constituunt, sed etiam in signũ victoriæ super ipsosum regum coronas exaltãt, atque feliciter ciuitates munitas, & idolatriæ deditas, Christo acquirunt, sine gladio sine virga, sine pera, sine calceamẽtis, solo Dei verbo, & virtute pugnantes. Vnde & scriptum est, [Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit, Humiliabit eam vsq; ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem; Conculcabit eam pes, pes pauperis,] scilcet Christi, [gressus egenorum, 1. Apostolorum. *Isa. 26.* An non tibi videtur Petrum & Paulum ciuitatem sublimem humiliasse, cum Romam, quæ caput est mundi, & omnibus nationibus admirabilis, iugo legis Euangelicæ subiecerũt? Nec mirũ quod duo Apostoli ægeni gressibus suis ciuitatem conculcauerint, quam Christus Dominus pauper, & humilis à potestate principis tenebrarum ereptam, proprio sanguine sibi acquisiuit. Vide supradicta cap. 7. num. 37.

4 [Ego mandaui sanctificatis meis & vocaui fortes meos in ira mea exultantes in gloria mea.] In Scriptura sacra sãctificati dicũtur, & sãcti qui ministerio Domini sunt addicti. Vnde & templum, vestes & vasa, eo quod ad Dei cultum deputantur sancta dicimus. Sanctificatis ergo suis mãdat Deus, vt veniãt ad deuastandam Babylonem: cum Medos, & Persas ad voluntatẽ Domini exequendam præparatos vocat: Sanctificare enim præparare significat multoties, sicut Hiere. 9. [Sanctificate super eam prælium,] *Hier. 9.* idest, præparate prælium: Vnde sanctificati, idem est, quod ad præliandum parati. In Hebræo pro [sanctificatis meis] habetur, [linuidasai,] idest, destinatis meis, vel designatis. Possunt etiã dici, sanctificati Medi & Persæ, nõ quidem formaliter, quoniam illi peccatores erant

super-

superbi, & infideles: sed causaliter quasi per Metonymiam, sicut mors appellatur pallida, quia facit pallidum. Sic virgam, & flagellum sanctum dicimus, quoniam peccatorem corrigit, & quodammodo, vt sit sanctus compellit. Non dissimiliter principes Medorum, & Persarum, quorum ministerio superbia Babylonis humiliata est, sanctificatos vocat in præsenti, eo quod multi excidium illius ciuitatis videntes, sanctificantur, & conuertũtur ad Deum, alienis malis edocti, & salui fiunt. Septuaginta interpretes, pro [ego mandaui, & vocaui,] transferunt. [Ego ordino, & ego adduco eos,] vt omnes intelligant, exercitum illum Medorum, & Persarum fortissimum esse, inexpugnabilem, atque terribilem, cuius Dominus Sabaoth ordinator extitit. In ordine quippe militum, & bellantium potissima exercitus fortitudo consistit, sicut scriptum est. [Terribilis vt castrorum acies ordinata.] Illa aũt verba, [exultãtes in gloria mea,] promptitudinæm designat Persarum, & Medorũ aduenientium celeriter, & cum gsudio vt exequerentur mandatum Domini. De quo vide supradicta capit. 7. num. 33.

Cant. 3.

5 [Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium. Vox sonitus Regum, gentium congregatarum.] Verba sunt prophetæ indicantis præceptum Domini adimpletum. Vidisse enim se in visione prophetica innuit, & audisse aduentãtis populi fræmitum, & exercitus potentissimi Medorum, & Persarum tumultum, ne quis de certitudine huius prophetiæ dubitare posset. [Dominus exercituum præcepit militiæ belli,] scilicet, exercitui Persarum, & Medorum, [venientibus de terra procul à summitate cæli. idest, à terris, quæ tam longe abesse videbuntur, atque cælum ipsum. Vel ideo dicit, [à summitate cæli,] quoniam à Deo de cælo missus est ille exercitus ad ciuitatem Babylonis deuastandam. Hic autem per vasa iræ instrumenta intelligit, quibus iratus ciuitatem perdidit Babyloniorum. Aliquando vero, vasa iræ reprobi intelligũtur, qui etiam dicuntur vasa mortis ad diem vltionis parata, vt patet, ad Ro. 9. Sequitur. [Vt disperdat vniuersam terram.] Quantum ad historiam attinet, intellige omnem terram Babyloniorum, sicut Lucæ 2. [Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis,] scilicet illi subiectus. Attamen per allegoriam, de toto mundo absolute potest præsens prophetia intelligi. Veniet enim Domin⁹ cum Angelis, & virtutibus suis de cælo, audieturque Archangeli tuba mortuos suscitãtis (& vt Petrus ait,) [terra, & quæ in ea sunt, exurentur.] Multa sunt in hac prophetia, quæ terrent valde. Primum est mandatum Dei precipientis Medis, & Persis, vt Babyloniam inuadant. Ait enim: [Ego mandaui sanctificatis meis, & Dominus præcepit militię belli.] Semper enim prosperatur bellum Domini voluntate factum. Deinde robur, & audacia, & multitudo militum, Tertio fremitus eorũ, & insatiabilis ira. Quarto, à tam longiunquis terris aduentus, qui sine auiditate maxima desolandi Babylonios, esse non potuit.

2. Pet. 3

6 [Vlulate, quia prope est dies Domini.] Vlulare iubet ijs, qui alijs vlulatus fuerunt causa, & ipsi in deli-

delitijs semper vixerunt. Obserua, quod præsens prophetia vtrunque respicit, & destructionem Babylonicam, & diem Iudicij vniuersalis, cuius vastitas illa typum gessit. Vnde & subditur. [Quasi vastitas à Domino veniet,] quibus verbis destructio Babylonica non dicitur absolute vastitas, sed quasi vastitas, vt intelligat veram vastitatem, illam esse, qua in vniuersali iudicio tota huius mundi machina dissoluetur. [Quando Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum,& stellę cadēt de cęlo.]Quādo,]cæli impetu transient, elementa vero calore soluentur.] Vnde & flagella, quibus in hac vita impij castigantur, non flagella simpliciter, sed quasi flagella dicuntur,quoniam similitudinem eorum gerunt, quæ in vniuersali iudicio patientur reprobi, de quo vide supradicta c. *9*. num. *6*.Secundo potest illud aduerbium,[quasi,]cum nomine illo, [à Domino]coniungi, ita vt sensus sit. Venit tunc vastitas,[quasi à Domino,]hoc est talis vastitas, tam terribilis,& tremenda, qualis à Domino,qui omnipotens est, & iustissimus expectari potest,[Prope,]inquit,est dies Domini. Obserua, quod dies iudicij nonnunquam in sacro eloquio ꝓpe esse dicitur;non nunquam de longe venire, aut longe esse. De illa quippe loquens Sophonias ait. [Metuite à facie Domini,quia prope est dies Domini.] Et iterum. [Prope est dies Do-
Isa. 30. mini magna prope est,& velox nimis] Isaias autem, inquit, [Ecce nomen Domini venit de longinquo,
Ps. 89. ardens furor eius,& grauis ad portandum.] Prope est,[quoniā mille anni ante oculos eius, tanquam
Isa. 30. dies hesterna,quæ præterijt.]Prope quoniam imparatos omnino inueniet peccatores, & tanquam fur in nocte comprehendet illos, & vt Isaias ait. [Subito dum non speratur adueniet.] Prope quoniam quantumuis elongari videatur,semper tamen ipsi reprobi prope esse censebunt, eo quod in malum eorū adueniet. Vnde Hieronymus ait: [Prope dicitur dies ille propter pœnæ magnitudinem, quia patienti nunquam longe videtur suppliciū, quod inferendum est.] De longe autem venit dies Domini, quoniā spatium pœnitendi peccatoribus conceditur, vt late diximus cap. 1.num.*63*.

7 [Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet,& conteretur.] Manus dissolui, est destitui viribus, & robore.]Vnde scriptum est.[Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.] Tabescere cor,est spondere animum eorum, vt neque audeant, neq: possint se hostibus opponere. Significat ergo Propheta hac phrasi loquendi, virtutem omnem, & fiduciam, qua iram Medorum possint effugere, esse à Babylonijs auferendam. Hieremias hoc ipsum alijs verbis explicuit. [Cessauerunt, inquit, fortes Babylonis à prælio,habitauerunt in præsidijs. Deuoratum est cor eorum, & facti sunt quasi mulieres.] Vbi cordi mulierum, quæ natura pauidæ sunt,& debiles, corda Babyloniorum contulit.Additque,[deuoratum est cor eorum,] idest, eorum fortitudo ita erit attenuata,ac si nullū prorsus cor haberēt,aut spiritum. Hinc collige quantus erit terror, ac pauor in extremo iudicio,quam procul spes euadendi,aut fiducia inueniendi locū pœnitentię. Tunc enim

vt

vt Hieronymus ait: [Omnes manus dissoluentur, quibus dicitur in alio loco. Confortamini manus dissolutę. Dissoluentur autem manus quia nullum opus dignum Dei iustitia reperietur, & non iustificabitur in conspectu eius omnis viuẽs.
Ps. 115. Vnde propheta dixit in psalmo. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Omne quoque cor, siue anima hominis tabescet, & pauebit conscientia pec-
Ioan. 9. cati sui.] Hinc & Dominus ait. [Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox, qñ nemo potest operari.] Cui consonat illud sapientis consiliũ. [Quod-
Eccl. 9. cunque facere potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.

8 [Torsiones, & dolores tenebũt quasi parturiẽs dolebunt: vnusquisque ad proximum sum stupebit, facies combustæ vultus eorũ.] Comparat dolorem ciuitatis Babylonis doloribus mulieris parturientis; quibus stipendium gaudij præteritæ conceptionis exoluunt, aut vero id dicit ad insinuandum, peccatum, quod in occulto cũ delectatione maxima commiserunt impij, in die Iudicij ipsis doloribus præmentibus omnibus palam manifestandum fore. Vnde Osæas ad hoc designandum eadem vtitur similitudine. [Colligata est, inquit,
Osea 13 iniquitates Ephraim, absconditum peccatũ eius: dolores parturientis veniẽt ei.] Ac si dicat: Peccatum Ephraim absconditum erat, quasi sub sacculo colligatum, & reseruatum in marsupio: sed dolores parturientis manifestabunt illud. Hinc Sanctus Hieronymus hunc locum Oseę dilucidans ait: Cum dies vltionis aduenerit, & extrema captiuitas, dolores quasi parturientis venient ei, siue apprehendent illũ. Mulier parturiens, multo antequã pariat ex eo tẽpore, quo concepit, scit se esse pariturã, & expectat quotidie extrema tormenta, cruciatusque venturos; ita, & Ephraim Columba insipiens non habens cor in contritione filiorum populi sui, cum dies parturitionis aduenerit, aut stare, aut sufferre non poterit: hæc Hieronym. Peccata ergo, quæ putantur secreta, cum dies parturitionis aduenerit, dolore eiulationibusque pandentur. [Vnusquisque ad proximum suum stupebit, idest, omni consilio destituti tanto stupore se mutuo aspicient Babylonij, admirantes, & nescientes vnde talis pressura acciderit illis, & videbunt se omnes pariter confusos. Hoc ipsum designant verba sequentia. [Facies combustæ, vultus eorum.] Vel vt habet translatio noua. [Facies flammarum, facies eorum,] quo significatur cõfusio magna eorum futura: quia ruboris nota, quæ apparet in facie, flammæ naturam imitatur. Vnde & septuaginta interpretes sic transferunt istum locum. [Et faciem eorum sicut flammam mutabunt.] Hinc perpende qualis erit, & quanta in vniuersali iudicio reproborũ confusio, qui dum peruersè agerẽt in hoc sæculo erubescere nescierũt. Tunc enim reuelabunt cæli iniquitates eorum. Tunc manifesta erunt coram omnibus occulta cordium, & peccata ignominiosa, quæ præ confusione vtiliter Dei ministris detegere impius renuit, in conspectu omnium perspicuè apparebunt, idque absque aliqua prorsus vtili-

tate

tate eorum,quiaus à supremo omnium iudice dicetur. [Ite maledi-
Mat.25 cti in ignem æternnm,] neque erit iam absolutionis locus, pœnitentiæ vè, aut remissionis. Tunc præ confusione impij. [Turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in su-
Sap.5. bitatione insperatæ salutis,gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes.] Et conclusionem illã frustra ex his quæ experti sunt inferent. [Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis,& sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? Aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis?] Vbi obserua, quod hoc vnum inter alia cor damnatorum torquebit maximè, recordatio videlicet consolationis præteritæ,quę tanquam vmbra breuis transijt,aut sagitta.Ideo desperati dicent. Quid nobis profuit superbia? Quid delitiæ contulerunt? Hinc & Abraham ad diuitem, qui induebatur purpura, & bysso, & æpulabatur quotidie splendide,dum esset in tormentis,loquens ait:[Fili recordare, quia recepisti bona
Luc.16. ĩ vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu
Iob 16. vero cruciaris.]Hinc & S. Iob ait: [Ego ille quondam opulentus repente contritus sum, tenuit ceruicem meam,& confregit me, & posuit me sibi,quasi in signum,]insinuans extremum esse omnium malorum fuisse felicem.]Luxit vinde-
Isa.24. mia (inquit propheta) infirmata est vitis, ingemuerunt omnes, qui lætabuntur corde.] Quoniam vt ait Hieronymus: [in consumatio- *Hier. sup. c. 24. Isai.* ne mundi præteritarum deliciarũ recordatio erit materia cruciatuũ.

9 [Ecce dies Domini veniet,crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisquè.] Verba ista de vniuersali iudicio sentiunt esse intelligenda Sanctus Chrysostomus ho. 48.sup.cap.12.Matthæi,& Origenes sup.cap.2. ad Rom. Cum .n. *Chris.t 2. Orig.t.2.* (vt supradiximus) euersio Babylonica signum fuerit excidij vniuersalis totius orbis, ab vno in aliud propheta se transfert, & prout Spiritus sanctus mentem illius, & linguã rapiebat. Dicitur autem vniuersalis iudicij tempus, nunc dies & dies Domini, nunc autem nox. Ait enim. [In illa nocte erunt duo *Luc.17.* in lecto vno, vnus assumetur, & alius relinquetur.] Et iterum.]Media nocte clamor factus est, ecce *Mat.25* sponsus venit: exite obuiam ei.] Ioel autem propheta,inquit. [Dies Domini magna, & horribilis.] Et Matthæi 24. [De die autem illa, *Mat.24* vel hora nemo scit, neque Angeli cæli; nisi solus Pater.] Erit enim tempus illud dies electis, sed re- *Ioel. 2.* probis nox. Vnde Chrysostomus ait [Hyemem vero diem illum dico,non quidem omnibus hyemem: *Chry.ho. 2 in epis. ad Colos. tom.4.* nam & Christus illum noctem simul vocat, & diem. Noctem propter peccatores, diem propter iustos.] Dies ergo erit iustis quoniã, [claritas Dei illuminabit illos.] Nox autem peccatoribus, quoniã tenebræ tunc eos comprehendent, tales ac tam horribiles, vt Ægypti caliginem quasi in infinitum excedant. Dies erit iustis, quoniã euigilabunt tunc & illos sponsus cum venerit, præparatos inueniet. Nox impijs, quia dormient, & iudicium illis, cum fuerint imparati subi-

subito superueniet.[Qui enim dor miunt,nocte dormiunt. Et qui sunt ebrij nocte,ebrij sunt.]Vnde & Do minus ait: [Sicut autem in diebus
1.Thes.5 Noe, ita erit & aduentus filij homi
Mat.12 nis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerũt, donec venit diluuium, & tulit omnes,ita erit & aduentus filij hominis.]Hinc & Petrus ait:[Adueniet
1.Pet.3. autem dies Domini, vt fur.] Fur namque nocte insidias parat, & cũ omnes dormiunt, repente aduenit, vt bona auferat aliena. Hinc etiã, & Dominus ait. [Hoc autem scitote, quoniã si sciret Pater familias, qua hora fur veniret,vigilaret vtique,& non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati,qa qua hora non putatis, filius hominis veniet] Lege supradicta cap. 1.unm.69. sequitur. [Ad ponendã terram in solitudinem.] Hoc factum est cum Persæ ciuitatem Ba-
Luc.12. bylonis destruxerunt, & sumptuosa illius edificia subuerterunt: ita vt ciuitas plena populo, quasi in solitudinem conuersa videretur. In die autem iudicij omnes ciuitates, omnia regna mundi vertentur in solitudinem, quia nullus erit inhabitator, nec relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Sequitur.[Et peccatores eius cõterendos de ea.] Quid sit peccatores conterere,explicatum est supra cap.1.nu.69.in illa verba, [Et conteret scelestos, & peccatores simul.] Sanctus Chrysostomus, vbi nos habemus, [Ecce dies Domini veniet crudelis.]legit, [Ecce dies
Chrif.ho. 49. sup.c. 12. Matt. Domini incurabilis furore.]Septuaginta vero transferunt. [Ecce dies Domini insanabilis.] Dicitur insanabilis dies illa,eo quod plaga populi, vulnus eius,& liuor curari nõ poterit, nec reproborum peccata per pœnitentiam sanari. Scriptum est enim. [Insanabilis fractura tua, Hie.30
pessima plaga tua.] Crudelis dies Domini,inquit.[Crudelem diem vocat,] (vt notauit Hieronymus) Non quia crudelis futurus sit Do- Hieron.
minus, qui in die illo iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua: sed quia crudelis Ps.95.
videbitur peccatoribus.Nam & latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.]

10 [Quoniam stellæ cæli,& splẽdor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est sol in ortu suo,& luna non splendebit in lumine suo suo.] † Not. cum Iansenio, quod cũ de peccato aliquo, acrem vult Deus vindictam sumere,id scriptura explicat obscuratione solis, & lunæ. Vnde cũ de vltione Pharaonis loquitur ꝑEzechielẽ ait.[Operiam,cum extinctus fueris,cęlos,& nigrescere faciam stellas eius, solẽ nubæ tegam, & luna non dabit lumen suum, Omnia luminaira cæli mœrere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus.] Et punitionem grauissimam Iudęorum eloquuturus Amos,inquit.[Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis.] Non aliter Isaias in præsenti,hac eadem vtitur phrasi, & modo loquendi, vt tremendum iudicium Babylonijs paratum ostendat, aut etiam omnibus reprobis in die iudicij. Et quidẽ * si verba ista ad destructionem Babylonis referantur, in eo sensu accipienda sunt,vt designent maximã multitudinem Medorum, & Persarum,

rum, & equorum aduenientium contra Babylonem. Consueuit nãq; puluis inter pedes multitudinis aduenientis ascendere, ita vt sol in primo ortu, & luna obscurari videatur: sicut quando maxima locustarum multitudo per aera volat. Si autem de vniuersali iudicio intelligantur, sicut interpretantur illa S. Chrysostomus, & Origenes, vaticinium continent, & signa explicant tremendum iudicis aduentum præcedentia, de quibus etiam loquutus est Christus Dominus ad discipulos suos, cum ait. [Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cęlo, & virtutes cælorum commouebuntur.] Vt enim ait Origenes.] Sicut in magnis ignibus succendi incipientibus tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli, sic in consutione mundi ab igne qui succendẽs est obscurabuntur etiam luminaria magna.] Sed specialiter propter impios dicit, solem in ortu suo obtenebrandum esse, quoniam vt ipse propheta prædixit super cap. 8. [non erit eis matutina lux, de quo vide n. 33. eiusdem capitis.

Chrys. ep. 5. ad The. lapi. sup. tom 5. Orig. sup. c. 24 Ma. Mat. 24. Ori. tract. 30 super Math.

11 [Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatẽ eorum, & requiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.] Hæc etiam sicut & præcedentia de destructione Babylonis, & de vastitate vniuersalis iudicij possunt intelligi. Nam (vt adnotauit Hieronymus) nomen hæbraicũ, pro quo nos habemus, [Orbis,] significat habitatam, & quoniam ciuitas Babylonis maxima multitudine hominum plena erat, orbis propterea nomine designatur. Ad vniuersale autẽ totius orbis excidium verba referendo, expendendum est maxime illud. [Et requiescere faciam superbiam infidelium.] Supra enim cap. 1. hortatus fuerat propheta peccatores, vt quiescerent agere peruerse, [Quiescite, inquiens, agere peruerse.] Sed quoniam ipsi benignè, & misericorditer à Deo admoniti quiescere noluerunt, sed peccata peccatis addentes obdurati sunt, & eorum superbia vsque ad cælos ascendit, ideo in die iudicij velint nolint, eam Deus requiescere faciet: Ait enim. [Quia vocaui & renuistis, extẽdi manũ meam, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit.]

Isa. 1. Pro. 9.

12 [Preciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.] Ac si dicat. Tanta erit imminente destructione Babylonis virorum interfectio, tã frequentes hominum interitus, vt rarissimi postea inueniantur, & pauci, & consequenter preciosi. Omne quippe rarum præciosum consueuit communi vocabulo appellari, sumpta metaphora à rebus venalibus, quæ eo in maiori precio habentur, quo fuerit maior earum inopia. Et hic modus loquendi consuetus est in sacris literis, vbi dicitur: [erat sermo Dei preciosus,] .i. rarus Consimili frasi, & modo loquendi explicauit supra c. 5. Iudęorum excidium, cum dixit. [Apprehendent septem mulieres virum vnum, insinuans talem, ac tanta virorum inopiam, tunc in Iudæa esse futuram, vt septem mulieres pro

1. Reg. 3

viro

viro vno reperiatur,& plures, de quo vide cap. 4. num. 3. & cap. 3. num. 10. Sed auerte, quæso parumper oculos à Babylonijs excisis, & ad contemplandam paucitatem eorum, qui saluandi sunt te conuerte. Tunc enim de electis verificabitur, quoniam, [Preciosior erit vir auro, & homo mũdo obrizo.] Preciosior, inquam, quoniam præ paucitate numerabuntur electi ex vniuersali totius orbis excidio relicti: quia iustus, vt inquit Petrus, vix saluabitur, reprobi autem, & morti æternæ addicti præ multitudine numerari non poterunt, vt dictum est sup. cap. 4. nu. 8. Preciosior erit vir auro, quoniam qui legitime certauerit, & viriliter, preciosam tunc super aurum, & obrizum coronam accipiet. Ac denique quoniam in magno honore habebuntur, & precio illi, qui tanquam purgamenta huius mundi reputabuntur, & omnium peripsema vsque ad huc. In quorum laudem canit propheta. [Mihi autem nimis honorificati
Ps. 39. sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.] Si enim preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius, nonne eorum vita æterna, quam iuste mo-
1. Pet. 1 riẽdo sunt adepti, multo preciosior erit? Si probatio fidei rectorum multo preciosior auro, ꝙ per ignẽ probatur, inuenietur (vt Petrus ait) in laudem, & gloriam, & honorem in reuelationem Iesu Christi, quam inæstimabilis erit visio, qua non per speculũ in enigmate, sed facie ad faciẽ Deũ videbunt. [Nos insen-
Sap. 5. sati] (dicent impij) honorem electorum ad suam confusionem videntes. [Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorom sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.] Hinc collige, quam digna laude vita sit, mors electorum, & gloria, siquidem, & ipsi reprobi, velint, nolint, eam admirabuntur, & prædicabunt.

13 [Propter hoc cælum turbabo.] Septuaginta transferunt. [Nã cælum irascetur. Armabit. n. Deus creaturas in vltionẽ inimicorum.] Sequitur: [Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, & non erit qui congreget, vnusquisque ad populũ suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient, & omnis, qui inuentus fuerit, occidetur, & oĩs, qui superuenierit, cadet in gladio, infantes illorum allidentur in oculis eorum, diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur.] Iterũ reddit propheta ad crudelitatem hostium contra Babylonem aduenientium describendam, & pręducit quod omnes, qui in Babylone calamitate imminente inuenti fuerint, siue alienigenæ, siue milites, siue negociatores, territi ab hostibus in terram suam redibunt, vt saluet vnusquisque animam suam, & in tuto se constituat: fugientque præ timore, nullo seruato ordine, vel disciplina militari, sed sicut damula fugata, & quasi ouis errãs, aut grex pastoris cura destitutus. Huic prophetiæ consonat, id quod Hieremias ait: [Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum ęgredimini, & estote quasi hædi ante gregem, quoniam, Ecce ego suscitabo, & adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis, & præparabuntur aduersus eam, & inde capietur. [Et post pauca:] Vnusquisque ad populum suum cõuertetur, Hie. 50

& sin-

& singuli ad terram suam fugient.] Et iterum. [Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam.] Lege totum cap. 50. & 51. Hieremiæ, in illis enim magis explicãtur, quæ in præsenti cõtra Babylonem vaticinatur Isaias. In die autem iudicij in terram suã venient iusti obuiam euntes Christo in nubibus rapti. Porro, qui nũc fugere de Babylone neglexerint, nec cupiditatibus sæculi renunciauerint vltro, capientur cum Babylonijs, & simul cum illis interibũt. Insuper & Babyloniorum pueris Medi non parcent, sed allident eos, vt neque magnus, nec paruus in Babylone permaneat. Id quod electi quotidie in seipsis perficiunt, vt regnum huius mundi in corde suo intereat omnino, adimplentes illud, quod in psalmo scriptum est: [Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.]

14 [Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argẽtum non quærant, nec aurum velint.] Exponit quid nam sint illi sanctificati, siue conducti, de quibus supra dixerat: [Ecce mãdaui sanctificatis meis:] & qualitatẽ eorum describit. Aitq; illos esse Medos, qui hactenus pacẽ habuerunt, & dormientibus similes facti sunt. Hos, inquit, ego excitabo, & vocabo, vt mihi inseruiant, ita vt contempto auro, & argento, nihil aliud agant, quam vt perdant, & destruant, quos destruere volo, idque cum magna misericordia. Et forsitã propter hoc supra dixit: [preciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo:] quoniam homines Medi perquirebant, vt occiderent, non aurum, neque argentum. Vnde & subditur: [Sed sagittis paruulis interficient, & lactentibus vteri non miserebuntur, &c.] vt par uulis, & tenellis occisis, nulla spes vltra posteritatis remaneat, sed fun ditus pereat Babylonis superbia. Ps. 136. Et hoc est quod explicant verba sequentia.

15 [Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomã, & Gomorrhã.] Obserua modum Scripturæ in similitudinibus, satis enim est, vt veritatem habeant, quod in vno, vel altero similitudo seruetur. Non enim fuit Babylon cælesti incendio exusta, sicut Sodoma, & Gomorrha. In hoc ergo similis facta est subuersio ni Sodomæ, & Gomorrhæ ruina Chaldeorum, quia sicut Sodoma ira Dei totaliter perijt, ita & Babylon penitus euersa est. Vnde & subditur: [Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur, vsque ad generationem.] Quoniam talis erit, ac tanta eius destructio, vt terra illa etiam ad pastum ouium, & armentorum inutilis maneat. Vnde etiam omnis negociatio peribit de loco illo, nec permanebunt ibi venientes de Arabia.

16 [Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi strutiones, & pilosi saltabunt ibi, &c.] Omnia hæc vastam indicant solitudinem: Huiusmodi enim animalia, non nisi in locis siluestribus, incultis, & inuijs inhabitare solent. Vide vicissitudinem illius ciuitatis. Vbi olim reges inhabitabant, & principes, sedem habebunt dracones, vbi cantores, & cantatrices hominibus erant solatio, cantabunt vlulæ, & sirenes. Vbi erant delitiæ, & voluptates, succedent horribiles bestiæ, & omnium rerum temporalium inopia.

inopia. Et confer tormenta, quę patiuntur mundani apud inferos, cũ luxu, & delitijs, quibus in hac vita fruuntur, & non minorem in illis viciſſitudinem reperies. Erunt .n. ibi pro miniſtris ſedulis, dæmones horribiles, pro aula regia, nitida, & ſplendenti, domus inferni tenebroſa: pro ſuaui odore, fætor: pro ſtatuis argenteis, & aureis, ſatyri deformes: pro muſica ſuaui, clamor damnatorum, ac fletus, & ſtridor dentium: ac denique pro aura dulci, ignis ſempiternus.

CAPVT XIIII.



ROPE eſt vt veniat tempus eius, & dies eius non elonga-
2 buntur. 3 Miſerebitur.n. Dominus Iacob, & eliget adhuc
de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam: 4
adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob.
Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum ſuum:
& poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terram Domini in
ſeruos, & ancillas: & erunt capientes eos, qui ſe ceperant, & ſubijcient e-
xactores ſuos. 5 Et erit in die illa: cum requiem dederit tibi Deus à la-
bore tuo, & à concuſſione tua, & à ſeruitute dura, qua ante ſeruiſti: 6 ſu-
mes parabolam iſtam contra Regem Babylonis, & dices: Quomodo ceſſa
uit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum,
virgam dominantium, cædentem populos in indignatione, plaga inſana-
bili, ſubijcientem in furore gentes, perſequentem crudeliter. 7 Conquie-
uit, & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt, & exaltauit: abietes quoque lætatę
ſunt ſuper te, & cedri Libani: ex quo dormiſti, non aſcendit, qui ſuccidat
nos: 8 Infernus ſubter conturbatus eſt in occurſum aduentus tui, ſuſcita-
uit tibi gigantes. Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſolijs ſuis, om-
nes principes nationum. Vniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu vul-
neratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es. Detracta eſt ad Inferos
ſuperbia tua, concidit cadauer tuum: 9 ſubter te ſternetur tinea, & ope-
rimentum tuum erunt vermes. 10 Quomodo cecidiſti de cælo lucifer, qui
mane oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas
in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meũ
ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper al-
titudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. 11 Veruntamen ad infernum de-
traheris in profundum laci. 12 qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque
proſpicient: Nunquid iſte eſt vir, qui conturbauit terram, qui cõcuſſit re-
gna, qui poſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius nõ
aperuit carcerem? 13 Omnes reges gentium vniuerſi dormierunt in
gloria, vir in domo ſua. Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, qua-
ſi ſtirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his, qui interfecti ſunt gla-
dio, & deſcenderunt ad fundamenta laci, quaſi cadauer putridum. Non
habebis conſortium, neque cum eis in ſepultura: tu enim terram tuam
diſperdidiſti, tu populum tuum occidiſti: non vocabitur in æternum
ſemen peſſimorum? 14 Præparate filios eius occiſioni in iniquitate pa-

trum suorum: non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus.
15 Et ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum, dicens.
16 Iurauit Dominus exercituum, dicens. Si non vt putaui, ita erit, & quomodo mente tractaui, sic eueniet: Vt conteram Assyrium in terrâ meam, & in montibus meis conculcem eum:
17 & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc consilium, quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vniuersas gentes. Dominus enim exercituum decreuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extenta: & quis auertat eam?
18 In anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud:
19 ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens vocrem.
12 Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent, & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiã.
21 Vlula porta, clama ciuitas: Prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiat agmen eius. Et quid respondebitur nuncijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius.

SVMMA CAPITIS.

1 *IN capite præcedenti vaticinatus fuerat Isaias excidium Babylonis, nunc iam contra regem illius, videlicet contra Nabuchodonosor, sermonem conuertit, de cuius misera seruitute filios Israel misericorditer liberauit. Et primo denunciat gaudium, & exultationem, quæ ex ruina huius tyrãni subsequuta est filijs Israel, & de hoc agit in principio capitis. Secũdo vaticinatur excidium regis Babylonis, derisorio carmine mala eius describendo, ab illo versu. [Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Dominus, &c.] Et ibi: [Quomodo cecidisti de cælo lucifer.] Tertio admirationem eorum, & stuporem, qui ruinam illius viderint subiungit, ab illo versiculo. [Qui te viderint ad te inclinabuntur.] Quarto filiorum Babylonis occisionem prædicit ibi. [Præparate filios eius occisioni.] Quinto solitudinem terræ, de qua in capite præcedenti mentionem fecerat, iterum commemorat, ab illo versu. [Et ponam eam in possessionem hericij.] Denique in calce huius capitis ad prophetandũ contra Philistæos, quos expugnauit Rex Ezechias, se trãsfert, ab illo versu. [Ne læteris Philistæa omnis tu,] vsq. ad finẽ cap.*

COMMENTARIVM.

PROPE est, vt veniat tempus eius, & dies eius nõ elongabuntur.] verba ista ad priorem capitis præcedentis pertinẽt prophetiam. Tan-

Tantãque electis consolationem af
ferunt, quantam reprobis tristitiã,
terrorem, & tremorem. Momenta-
nea quippe est vita præsens, & tran
seunt dies nostri sicut vmbra, atque
tempus omne breue est, potissime
si ad æternitatem conferatur; Ne
igitur peccatores, in delitijs suis
securi sint, & Deum eorum delicta
obliuioni dedidisse causentur, diem
iudicij, & reddendi cuilibet secun
dum opera eius, prope esse idque
nõ semel, sed pluries repetit. [Pro-
pe (inquit) est dies Domini. Prope
Isa. 13. est dies tenebrarum. Iuxta est dies
Ioel 2. perditionis, & adesse festinant tem
Deu. 32 pora,] Dicitur autem iudicij, & re-
tributionis tempus, [dies Domini]
quoniam tunc non erit in faculta-
te nostra, eo vt libuerit vti nec erit
iam deinceps tempus nostrum, sed
illius de quo scriptum est. [Cum
accepero tempus, ego iustitias iu-
Ps. 31 dicabo.] Inde autem lætantur, & fi-
duciam maximam cõcipiunt iusti,
vnde cõtremiscunt impij, expectãt
enim sicut mercenarij finem operis
sui. Vnde & Saluator ait ad illos.
Luc. 21. [His autem fieri incipientibus re-
spicite, & leuate capita vestra,
quia appropinquat redemptio ve-
stra.]

3 [Miserebitur enim Dominus
Iacob; & eliget adhuc de Israel, &
requiescere eos faciet super hu-
mum suam.] Denunciat propheta,
destructis Babylonijs, filios Israel,
qui captiui ab illis tenebantur, li-
berandos esse, vt vnusquisque li-
bere in suam possit patriam redire.
Hinc colige, quod sicut quandiu
tyrannis Babyloniorum durauit,
non sunt à captiuitate liberati fi-
lij Israel: ita quandiu consumatio
sæculi non aduenerit, non reuela-
bitur redemptio filiorum Dei.
[Nam expectatio creaturæ reue- Rom. 8
lationem filiorum Dei expectat.
Vanitati enim creatura subiecta
est non volens, sed propter eũ, qui
subiecit eam in spe, quia & ipsa
creatura liberabitur à seruitute
corruptionis, in libertatem gloriæ
filiorum Dei.] Terra quã pedibus
terimus nostra nõ est, quoniam ad
tempus est nobis concessa, illa
autem, quã expectamus, nostra est
nobis repromissa, & propter ope
ra meritoria debita ad quam inten
tis oculis debemus respicere, & to-
to cordis desiderio anhelare, iuxta
illud, quod dicitur infra. [Re-
spice Sion ciuitatem solemnitatis
nostræ, oculi tui videbunt Hieru- Isa. 33.
salem habitationem opulentam,
tabernaculum quod nequaquam
transferri poterit, nec auferentur
claui eius in sempiternum, & om-
nes funiculi eius non rumpentur.]
Disce interim, quod sicut desola-
tio Babylonis salus est Iacob: ita
& abolitio veteris hominis salus 2. Cor. 4
est noui. Vnde, & Paulus ait. [Li-
cet is, qui foris est noster homo
corrumpatur, tamen is, qui intus
est, renouatur de die in diem.

4 [Adiungetur aduena ad eos,
& adhærebit domui Iacob.] Pro-
phetia est de gentibus, qui con-
uersi ad fidem veris Israelitis adiun
guntur, de quibus Paulus ait. [Iam Ioan. 10
non estis hospites, & aduenæ, sed
estis ciues sanctorum, & domesti-
ci Dei.] Christus etiam Dominus
ad eos respiciens inquit. [Et a-
lias oues habeo, quæ non sunt ex
hoc ouili, & illas oportet me
adducere, & vocem meam audiẽt,
& fiet vnum ouile, & vnus pastor.]
Multi enim ex gentibus seruierunt
& ministrauerunt euangelio, quia
& ipsi acceperunt Spiritum sanctũ,

de quibus dicitur infra. [Et stabūt alieni, & pascent pecora vestra, &
Isa.61. filij peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt.]Sequitur.[Et erunt capientes eos qui se ceperāt & subijcient exactores suos.]ad fidem,videlicet euangelicam mundi principes, & persequutores fideliū conuertendo,& eorum intellectum in obsequium fidei captiuando. Vel per exactores diabolum, intellige, qui tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. Exactor est etiam caro nostra, quæ militat aduersus spiritum,& importune iura sibi debita, imò & superflua exigit detinens,& suffocans spiritum. Qui enim tentant,opus exactoris agūt, stipendium peccati, hoc est mortē animæ perquirentes. Iuxta historiam autem, à Cyro, & Dario Iudæi de captiuitate Babylonica ad patriam suam reuertentes adiuti fuerunt muneribus, vt templum Domini repararetur, & instaurarentur muri. Sicut scriptum est. [Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur.]
Ps.101.

5 [Et erit in die illa,cum requiē dederit tibi Dominus à labore tuo, & à confusione tua, & à seruitute dura qua ante seruisti.] Superius c. 13.contra Babylonem prophetauerat, nunc iam contra regem Babylonis sermonem conuertit,excidiū illius miris modis irridens, sicut clare patet in littera. Nos autem cum a seruitute peccati,Dei misericordia fuerimus liberati, eisdem verbis diabolo,qui princeps est super omnes filios diffidentiæ, insultabimus,irridentes eum, & potentiam illius despicientes, dicentes
1.Cor.15 cum Paulo. [Absorta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus?] Sed hoc plenius fiet in die Iudicij, cum Dominus omnē principatum euacuauerit,& potestatem,& tradiderit regnum Deo,& patri. Licet .n. Iudæi liberati à Babylonijs requiē quandam, & pacis figuram habere viderentur; vera tamen requies, & pax erit in cęlo, vbi [Relinquitur sabbatismus populo Dei, vt requiescant, & ipsi a laboribus suis, sicut Heb.4. & à suis Deus.] Ibi erit vera libertas,vera securitas,verum gaudiū. Vide quæ de seruitute dura peccati,& requie quam habent iusti, diximus sup.cap.1.n.49.& cap.9.nu. 12.Hinc poteris agnoscere, quam nihil iuris habeat in animis nostris diabolus, & mundus cum mancipati Christo fuerimus,& subiecti: nā in pectoribus eorum, qui fraudes sęculi claris oculis intuentur, cadit,& perit exactor inimicus.

6 [Sumes parabolam istam contra Regē Babylonis,& dices:Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum.]Septuaginta interpretes, pro parabola,vertunt,[lamētationem hanc,] idest lugubre carmen, quo deploratur rex mortuus,afferturque in tripudium partæ victorię huiusmodi luctus derisorius. Viuēs Rex Babylonis erit exactor,omnes prouinciæ in circuitu,& omnia fere regna illi in signū seruitutis exoluebāt tributa,sed mortuus stipendia ipse peccati exoluit.Dū sedebat in throno, oēs eum timebant, oēs blandiebantur illi:sed cum in sepulchrum deiectus est,irridetur, conculcatur,pro nihilo habetur, quæritur gloria,& locus ipsius, & neq; vestigiū quidē eius.Omnia euanuerunt tanquā fumus.Quomodo?Solo stupore potuit excidiū Regis explicari.Quę tāta vicissitudinis causa?

sa? Audi quod sequitur. [Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cędentem populos in indignatione plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter.] Flagellat virga pater filium, & baculo seruum corripit Dominus, sed postea virgam conterit, baculum cōfringit, & mittit in ignem. Tale quid Regi accidit Babylonis. Vsus est enim Dominus eius ministerio, vt delinquentes castigaret filios Israel, iuxta quod dictum est supra. [Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, &c.] Sed tandem conte-
Isa. 10. rit Dominus baculum, & virgam confringit, idest Regem Babylonis, qui baculus dicitur impiorum, quoniam ad castigandos impios missus est, & similiter virga dominantium, quia potestate quadam tyrannica, & furore immoderato percussit, non amore iustitiæ, sed explendæ cupiditatis propriæ desiderio, populos subiecit. Ecce cuius cor ad conterendum alios paratū erat, repente conteritur, & qui gentes in furore suo cædebat iniuste,
Eccl. 5. iuste cæditur, vt scias, [quoniā excelso excelsior est alius, & potentes potenter tormenta patientur.
Sap. 6. 7 [Conquieuit, & siluit omnis terra, gauisa est, & exultauit. Abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri libani, ex quo dormisti, non ascendit, qui succidat nos.] Docet hac parabola, quod in morte Nabucdonosor, & filiorum eius lætati sunt, & plebei, & magnates. Per terram enim populum, intelligit per Abietes, & Cedros magnates, & Reges. Illi namque principes, qui subiecti erant ditioni Nabucdonosor, opprimebantur ab eo graui seruitute, duro, & importabili iugo. Quod si illi, prostrato Rege Babylonis conquiescunt, & silent, gaudent secure, & exultant: cogita quantus erit electorum triumphus cum (deuicto diabolo, & membris eius) conquiescent. Lætabuntur infirmi, gaudebunt fortiores, nam vtrosque persequitur inimicus, & conatur, vt si fieri posset in errorem mittantur etiam electi.

8 [Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitabit tibi Gigantes.] Derisorius superbiæ Regis Babylonis, atque etiam regalis honoris est sermo iste, vt qui in hoc mondo solēt Regi honores exhiberi, etiam in Inferno ridicule parentur. In aduentu Regum contremiscunt populi obuiam illi prodeunt, magnifico etiā apparatu eos excipiunt, ornantur domus, lecti molles pręperantur, ac demum pro dignitate regia, thronus in eminenti loco statuitur. Sed attende qualiter in Inferno aduenienti Regi superbo hæc exhibeantur officia. Erunt enim ibi pro purpuratis, & bene olentibus ministris mortui fetidi, pro exceptione honorifica, & salutatione iucunda opprobria sempiterna, pro mollibus stratis, tineæ, ac vermes, pro sella sublimi, vilissimus locus, & abiectus. Vnde & subditur: [Detracta est ad Inferos superbia tua.] Ecce qui in cælum conscendere, & super astra Dei exaltare solium animo decreuerat, in infimum dimittitur locū vt scias quoniam qui se exaltat, humiliabitur, & q abietes altas, & cedros libani succidere consueuit, & ipse tanquam arbor inutilis exciditur, & in ignem mittitur, vt ardeat.] Colligit ex hoc loco. Haymo infernū subter terram esse, ait. n. Hinc discimus infernū subter terrā esse,

cuius habitatores hoc in loco nomine inferni designantur, vel Angelus, qui præpositus est pœnis inferni. Idem docet Iustinus Martyr q. 75. & Athanasius id ipsum probat ex verbis psalmistæ posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis, & in vmbra mortis, quod ex ipsa nominis ethimologia probat Euthimius. Vnde Rabanus Maurus infernum, inquit, non irrationabiliter arbitramur esse sub terris, cum in veteri testamento de Dathan, & Abyron legitur: aperuit se terra, & deglutiuit eos, & viui descenderũt ad inferos.

Athan. in quæstionibus. Euthi. ad psal. 17. Raban. Maurus ad cap. 3. Hierem.

9 [Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erũt vermes.] Tineam appellat ignem inextinguibilem, nam sicut tinea in vestimento precioso, quod corrodit nutritur; ita etiam ignis ille peccata, à quibus procedit, exurit. Vermes autem cruciatum designant, & remorsum conscientiæ, quo reprobi cruciabuntur perpetuo, cogitationib. suis, vt inquit Paulus, illos accusantibus. Sicut enim conscientia bona nihil est iucundius, ita cauteriata nihil horribilibus. Isti sunt thesauri diuitum, qui pauperes opprimũt in hoc sæculo, hæc merces Regnum, & principium, hoc superbiæ illorum stipendium. Nihil hinc secum deferunt miseri, nisi infelicem conscientiam, quæ sit tortor eorũ cruentus. Nã vermis eorum nõ morietur, & ignis eorũ nõ extiguetur.

Rom. 1.

Isa. 66. Mar. 9

10 [Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gẽtes qui dicebas in corde tuo, in cælum conscendam, &c.] Præsens locus, & fere omnia, quæ sequuntur vsq: ad finem capitis explicantur ad literã de excidio, & morte Nabuchodonosor, præcipuè à Sancto Hiero. lib. 9. in c. 28. Ezechielis, & ab alijs patribus nõ paucis. Cõparat aũt propheta mortem Nabuchodonosor, ruinę luciferi, siue stellæ matutinæ, aut ẽt excissioni arboris proceræ, & quasi admirãs ait. [Quomodo cecidisti.] Ac si apertius dicat. Nihil tale tibi euenturũ esse credebas, nec crederet vllus, cum in terris similis esses lucifero, & splendenti stellæ, quam de cælo nemo detrahere potest, & qui tanta potestate præditus fuisti, vt quamcunque volebas gentẽ excideres: quomodo nunc excissus es & pœnam talionis passus? Est enim consuetudo non infrequens in scriptura, principium ruinam stellarũ casũ appellare, sicut Matt. 24. [Et stellæ cadẽt de cælo, & virtutes cęlorum commouebuntur.] Et Apoc. 6. [Et stellæ de cælo ceciderunt super terram.] Cõsimili figura loquitur Ezechiel contra principem Tyri, excidium illius annuncians: Ait .n. [Et factus est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis leua planctum super regem Tyri, & dices ei. Hæc dicit Dñs Deus, Tu signaculũ similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore, in delitijs paradisi Dei fuisti, omnis lapis preciosus operimẽtum tuum, &c.] Et paucis interiectis. [Eleuatũ est, inquit, cor tuum in decore tuo: perdidisti sapiẽtiam tuam in decore tuo, in terrã proieci te ante faciem regnum dedi te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negociationis tuæ polluisti sãctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium vidẽtium te. Oẽs qui viderint te in gentibus obstupescent super te: nihil

Eze. 28

factus

factus es,& non eris in perpetuũ.] Sequitur. [Qui dicebas in corde tuo,in cælum conſcendã,&c.]Iuxta hiſtoriam arrogantia regis Babylonis exꝓbratur. Stellę Dei erãt Hieruſalem,& filij Iſrael,quibus ꝑeſſe rex impius cupiebat, & ſedem habere in montem teſtamenti, vel in[monte ſublimi,] vt transferunt ſeptuaginta,& regnante in Sion ad altera Aquilonis conſtituta, iuxta illud:[Mons Sion latera Aquilonis,
Pſ. 47. ciuitas regis magni.] Sequitur. [Aſcendam ſuper altitudinem nubium,ſimilis ero altiſſimo.] Non contentus Rex iniquus, expugnare vrbem ſanctam, & homines cultui diuino deditos ſibi ſubijcere, diuinos ambit honores, & Deo æquari contendit in celſitudine, in maieſtate,& gloria. Hinc collige quam inſatiabilis ſit hominum ſuperbia, & dominandi cupiditas,quæ non ſolũ terram, ſed etiam cælum ipſum ſibi ſubijcere appetit, peccatoribus, ac iuſtis ſuperbè imperando:atque in tantam demẽtiam, peruenit cor elatum,vt non ſolũ ſtultitia, ſed & blasphemia plena verba proferat, (vt notauit Chryſoſtomus homilia 20.ſuper epiſtolam ad Romanos. Audi quid dixerit Pharao : [Deum non noui, & Iſrael non dimittam.]
Exo. 5. Inſipiens etiam (vt ait Pſalmiſta)
Pſ. 9. dixit,in corde ſuo, Non eſt Deus.] Alius dicit:[Similis ero altiſſimo.] Quid his cogitationibus ſtultius. Hos fructus ſuperbia profert, tales ramos iactantia generat, & radix omnium malorum cupiditas . Quoniã verò Scriptura ſacra multoties typo miſcet veritatem,ad luciferum,qui de cælo cecidit, & ad principem tenebrarum referunt et locum iſtum alij multi ſancti Pa-
Aug. l.3. tres,inter quos eſt beatus Auguſtinus lib.3.de doctrina Chriſtiana,c. 3.in fin. † Quam explicationem ſequitur Hugo Victorinus tractatu 1. eruditiones theolog.cap. 1. & Arnouius Iunior lib. 2. de Deo trino, &vno *Peccatum namque propter quod de cælo cecidit, & cum eſſet Angelus,diabolus fact⁹ eſt; ſuperbia fuit,& arrogantia,qua in corde ſuo ſimilis eſſe voluit altiſſimo.

†Sed tunc inſurgit difficultas, quã loco allegato, mouet Hugo Victorinus. Nam omnes Angeli fuerunt in cœlo Empireo creati, quomodo ergo dicit lucifer.Aſcendam in cœlum? Ad quam tamen ſtatum reſpondet, quod ibi vocat cęlum ſublimitatẽ diuinitatis, ita vt ſenſus ſit Aſcendam in cælum,ideſt ad æqualitatem Deitatis.* Non quidem per naturam.n.appetere nõ potuit, vt oſtendit S.Tho.1.par.q.63.art.3 quia cum nullus ad naturam ſuperiorẽ poſſit pertingere,niſi propriã amittat, ſi Angelus appeteret eſſe Deum per eſſentiam,conſequenter deſideraret non eſſe, quod quide appetitui naturali repugnat: In hoc ergo appetijt eſſe ſimilis Deo (ait S.Tho.) [quia appetijt,vt finẽ vltimum beatitudinis, id ad quod virtute ſuæ naturæ poterat peruenire:auertẽs ſuũ appetitũ a beatitudine ſupnaturali, quę eſt ex gratia Dei. Vel ſi appetijt vt vltimum finẽ illã Dei ſimilitudinẽ, quæ datur ex gratia,voluit hoc habere per virtutẽ ſuæ naturæ,nõ ex diuino auxilio ſecundum Dei diſpoſitionẽ, Et hoc cõſonat cum dictis Anſel.qui dicit, quod appetijt illud, ad quod perue- Anſel. li.
niſſet,ſi ſtetiſſet.]Hæc fuit illius ſu- de caſu
perbia,hæc ruina,ſed audi ad quan- diaboli c.
tam dementiã iactãtia illius perue- 4.
nerit.[Hæc oĩa, inquit tibi dabo, ſi Mat.4
cadens adoraueris me.]O verſipel-

 lis,

lis, ò maligne, nec dum similis, sed & superior vis esse altissimo, & super sedem illius thronum tuum constiruere, ab illo venerari, & co-

Dan. 6. & 10. li? [Vade Sathana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.] Indiscreta est superbia, & modum tenere

Ps. 73. nescit, quoniam scriptum est: [Superbia eorum, qui te oderunt, ascẽdit semper.]

11 [Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci.] Pulchra anthithesis. Qui in cælum contendebat ascendere is ad foueę infima detrahitur, & qui sedere cu piebat ad latera Aquilonis, vt conspicuus omnibus fieret, is deiectus est ad latera laci, hoc est, in cõtem ptissimum angulum, nihil enim sic adeò hominem deprimit, sicut arrogantia, & superbia. † Hinc Do-

Soph. 1. Hier. sup. eundem locum. minus per Sophoniã superbiã illorũ contundit, qui inflati erant argẽto, & auro, & eorum ruinã denũ ciat. [Cõticuit, inquiens, omnis po pulus Chanaam: disperierunt omnes inuoluti argento.] Considera, cum beato Hieronymo, quod non dixit, Peribunt, qui erecti sunt argento, sed iam nunc antequam eis veniat supplicij dies, in eo ipso, qđ superbirẽt, & semper de thesauris suis cogitarẽt, & seruirent eis, perierint, atque corruerint. [Quod qui intellexerit puto, eum non satis cupere diuitias, in quibus non peribunt, sed perierunt, qui inuo-

Ps. 72. luti sunt.* Hinc propheta: [Deiecisti eos, inquit, dum alleuarentur.] Vbi sanctus Gregor. expendit, [qđ

Greg 32. mor. c. 7. non ait. Deiecisti eos, postquam eleuati sunt, sed dum alleuarentur. Quia hoc ipsum fit superbis interius deijci, quod eis falsa contigit gloria exterius eleuari.] Ipsum enim eleuari, deijci est. Athleta namque à terra subleuat inimicũ, vt eleuatum in profundum ruere faciat. Et iterum ait: [Deus meus pone illos, vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.] Quid est, vt rotam? Audi Augustinum. [Cõ-

Aug. to. 8 sup. eundem ps. uenienter, inquit, accipitur. vt non sint in eo, quod cogitant stabiles. Veruntamen etiam sic recte posse intelligi existimo, pone illos vt rotam, quod rota ex his, quæ retro sunt extollitur, & ex his, quæ ante sunt deijcitur, sic fiunt omnes inimici populi Dei. Non enim hæc optatio, sed prophetatio est,] Eleuatur superbus, & sedem suam in loco supremo constituit, non tamen ibi stabilis permanet, sed in profun dum laci descendit statim. Hinc S. Chrysostomus arrogantem, & superbum stuppæ flammescenti dicit

Chry. ser. contra desperatio nem, & su per. to. 5. esse comparandum; quoniam sicut stuppa post incendium mox inflatur, & surgit, post modum leuiori quodam manuum tactu dissoluitur in tenuissimos cineres, & cadit in terram: ita animi quoque tumentes, & inflati spiritus tumore in alta conscendunt, magno splendore nitentes, sed statim euanescunt extincti, & quasi ampullæ in aquis for matæ facilè dissoluuntur. Fugiamus ergo superbiam, humilitatem sectemur. Humilis enim non habet, vnde cadat, quoniam semper in infimo se constituit, nec dicit, in cęlum conscendam, sed recumbit in nouissimo loco. Vde idem Chrysostomus in alio loco ait: [Ecce

Chry. ser. de eo qđ Dauid dixit, quis sum ego? tom. 1. quanta est humilitas, quam dulcis quam radicata, quæ nulla tempestate mouetur, quia non habet vnde cadat humilis homo omnibus subditus est.] Hinc & Dauid: [Do-

Ps. 130 mine non est exaltatum cor meum neque

neque elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.] Sciebat enim, non esse tutũ in præcipitijs ambulare, nec super altra exaltare soliũ, ideo exaltatus est à Deo, & vnctus in regem. Vide supra dicta cap. 2. num.9. & cap.6. nu. 8. Et lege circa hæc Gregorium 8. mor.cap.10. in illa verba Iob septimo:[Sicut trãsit nubes, sic qui descendit ad inferos, non ascendet.] Et S. August. tom. 8. in illa verba Psalm. 18. [Et emundabor à delicto maximo,] in secunda expositione circa finem.

12 [Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient. Numquid iste est vir, qui turbauit terram, qui concussit regna? &c.] Qui cadauer in profundum laci proiectum videre cupiunt, necesse est se incuruent, & diligenter attendat, & considerent ruinam illius: sic, inquit, inclinabuntur ad te omnes, & deridentes dicent: Numquid hic est conturbator terræ, qui omnia bella mouit, omnia regna deuastauit? Quæ hic Nabuchodonosor tribuũtur possunt Antichristo & diabolo adaptari. Ille enim homicida est ab initio & malitia eius mors intrauit in mundum, atque funibus peccatorum genus humanum vinctum tenuit. Quod tamen morte sua Christus soluit, & manus Apostolica, iuxta illud, quod canit propheta: [Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.] Ps. 115.

13 [Omnes Reges gentiũ vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua, tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum non habebis consortium, neque cum eis in sepultura.] Sensus est. Alij Reges honorificè, & pacificè requiescũt post mortem in domo sua, hoc est, in sepulchro, vbi sicut ait Iob: [constituta est domus omni viuenti.] Iob 13. Tibi verò hoc nõ eueniet, sed è sepulchro eijcieris, non secus, ac si quis virgam sterilem, aut truncum reprobum eradicet, & proijciat de loco suo. Traditur enim de Nabuchodonosor, quod cum septennio inter feras egisset, & filius eius Euilmerodach regnum interim administrasset, vt primum resipuit, & redijt: filium in carcerem coniecerit, sed cum post mortem ad regnum filius vocaretur, timens ne adhuc viueret pater, à regno tandiu abstinuit, donec è seulchro tractum cadauer patris ostensũ est illi. Hæc si vera sunt ad intelligẽtiam huius loci conducunt maxime. [Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populũ tuum occidisti, &c.] Reddit rationem quare de sepulchro cadauer illius sit proijciendum, quia videlicet terram innocentũ sanguine perfudit, & alia, quæ hic referuntur perfecit.

24 [Præparate filios eius occisioni in iniquitate Patrum eorum: non consurgent, neque hereditabũt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum.] Loquitur contra filios Regis Babylonis, vt iniquitatem patris in filios visitet. & omnẽ consolationem ab illo auferat. Multi æquo animo propria tolerant infortunia, si filios superstites videãt, in quibus permaneat eorũ memoria: filius enim est aliquid patris. At neque hoc refrigerium cõceditur Regi superbo, sed funditus pereunt Babylon, & regnum eius, Rex & filij. Vnde, & Iob 17. [Hæc, inquit, est pars hominis impij apud Deum,

Deum,& hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt: & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu.] Sic & Dominus in præsenti dicit Persis: [Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum,] idest, vt parentum iniquitas etiam in filijs puniatur. Hoc explicant magis verba sequentia: [Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum, & perdam Babylonis nomē, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus.] Quibus verbis eradicandam esse, & funditus euertendam Babylonem denunciat, ita vt nihil supersit ex ea. Id ipsum vaticinatur Hieremias cap.51. [Et scripsit, inquit, Hieremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem, & dixit Hieremias ad Saraiam: Cum veneris in Babylonē,& videris,& legeris omnia verba hæc, dices. Domine tu locutus es contra locum istum, vt disperderes eum, ne sit qui in eo habitet ab homine, vsq; ad pecus, & vt sit perpetua solitudo. Cumque compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illum in medium Euphraten, & dices. Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis, quā ego adduco super eā,& dissoluetur.] Tale quid eueniet ciuitati misticæ Babylonis, & filijs eius, qui aduersus ciuitatem sāctam Hierusalē superbe consurgunt. Consimili enim iuditio interibunt. Vnde & Ioannes Euangelista. [Exultate, inquit, super eam cælum & sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniam iudicabit Deus iudicium verum de illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidē, quasi mollarem magnum, & misit in mare, dicens. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur.] Vide qualiter Spiritus sanctus verba sua agnoscat,& vna eademq. similitudine per diuersos prophetas, vtriusque Babylonis excidium denūciet. Pro eo quod beatus Hieronymus vertit, [Reliquias & germē,& progeniem:] septuaginta viri transferunt, [reliquias & semen:] Hebræi vero, [Filium & neptem,] alij autem vertunt, [Reliquias, & filium, & nepotem,] & omnia reddunt eundem sensum. Adiecit autem verba illa, [Dicit Dominus,] vt scias certissime euentura esse, quæ Dominus per Prophetam contra Babylonem prædixit. Non est enim Deus sicut homo, vt mētiatur, de quo vide supra capit. 1. numer. 8. & 61.

Apoc.18

15 [Et ponam eam in possessionem Ericij,& in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum.] Describit terræ solitudinem, quam etiam Hierem. denunciat, cum ait: [Et commouebitur terra, & conturbabitur, quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat terrā desertam,& inhabitabilem:] Et post pauca: [Et erit Babylon in tumulos habitatio draconum, stupor & sibilus, eo quod non sit habitator.] Et Ioannes Euangelista similiter ait: [Cecidit cecidit Babylō magna,& facta est habitatio dæmoniorum,& custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis.] Expende iudicium ciuitatis superbæ. De illius namque magnificentia & gloria, hæc scribit Hieronymus. [Babylonem fuisse potentissimam, & in

Hie.51

Apoc.18

Hiero. super c.14. Isa.

& in campeſtribus per quadrum ſitam ab angulo vſque ad angulũ muri ſexdecim millia tenuiſſe paſſuũ, ideſt, ſimul per circuitum quadraginta octoginta ſtadia refert Herodotus, & multi alij, qui Greæcas hiſtorias conſcripſerunt. Arx autem, ideſt, capitolium illius vrbis, & turris, quæ edificata eſt poſt diluuium, in latitudine quatuor millia dicitur tenere paſſuum. Deſcribit ibi templa marmorea, aureas ſtatuas, plateas lapidibus, auroque fulgentes, & multa alia, quæ pene videntur incredibilia.] Vnde Hieremias de muro, portis, & ſuperbis ædificijs illius ciuitatis loquẽs, ait:
Hier. 51 [Murus Babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur, & portæ eius excelſæ igni comburentur, & labores populorum ad nihilum & gentium in ignem erunt, & diſperibunt.] Et ecce vna hora vaſtata eſt ciuitas magna, & in ſolitudinem verſa.

16 [Iurauit Dominus exercituum dicens; ſi non vt putaui ita erit, & quomodo mẽte tractaui, ſic eueniet, vt conteram Aſſyrium in terra mea, & in mõtibus meis conculcem eum.] Præſens prophetia loquitur contra Sennacherib Regẽ Aſſyriorum, & commemorat iterum, & repetit, quæ ſupra cap. 10. contra illum prædixerat, vt Iudæos ſpe maiori confirmet. Poterant enim dicere, quid proderit noſtros filios in poſterum Dei miſericordia à Babylonijs liberari cũ nunc, temporis alius fortiſſimus hoſtis nos vrgeat, & in magno periculo habeat conſtitutos? Vt igitur ſciant eundem Dominum ipſos à præſentibus periculis liberaturum, qui etiã in futuro à Babylonijs eripiet, affirmat cum iuramento, conſcriptam prophetiam cap. 10. contra regem Aſſyriorum, irritandam non eſſe. Vide incredulitatem noſtram, & diffidentiam maximam hominum expende, quæ à Deo iuramentum extorquet: ſed tanta eſt illius erga nos indulgentia, vt noſtræ libentiſſimè infirmitati condeſcendat. [Sicut putaui, inquit, ita erit.] Cogitatio enim Dei, qua aliquid facere decreuit, non minus efficax eſt & potens, quam virtus, immo eſt ipſa virtus Dei. Non ergo poterit irrritari.

17 [Et auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorũ tolletur. Hoc conſilium, quod cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper vniuerſas gentes.] Terra Domini, terra eſt Iſrael, & montes eius, ſunt montes Hieruſalem, in quibus perijt exercitus Sennacherib, de quo ſupra dixerat. [Et in mõtibus meis conculcem eum,] & pereunte illo, reddita eſt Hieroſolymis libertas, ceſſauitq. tributum per Regem Aſſyriorum impoſitum. Manus extenta ira eſt Dei ad percutiendum parata, quam nullus, niſi innocens Chriſtus ſanguinem ſuum fundendo, & factus pro nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, placare potuit. Vnde & ſubditur. [Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta, & quis auertet eam?] Quod autem Niniuitas nõ deleuerit, cum tamen ꝓpheta dixerit: [Adhuc quadragin ta dies, & Niniue ſubuertetur:] Iona 3. nõ fuit mutatio conſilij diuini, nam antea abſoluta voluntate decreuerat, eorum miſereri, illis parcere, & peccata dimittere propter pænitentiã: & propterea miſit prophetam, vt prædicaret in Niniue. Prophetia

phetia ergo illius comminatoria fuit, & decretum Dei subuertendi ciuitatem conditionatum, si videlicet illi obdurati in delictis suis permansissent, nec conuersi fuissent ad Dominum Deum suum.

18 [In anno, quo mortuus est Rex Achaz factum est onus istud.] Hinc iam incipit noua prophetia, & narrat propheta, quæ vidit, & quæ acciderunt regnante Ezechia. Mortuo Achaz, succedit Ezechias, iniusto iustus, Idolatræ religiosus, impio sanctus, & quamuis regnante Ezechia, populus graues fuerit afflictiones perpessus, omnes tamẽ in gloriam Dei cedebant, vt sit rex ille figura Christi, sicut & Hierusalem Ecclesiæ, quæ semper igne tribulationis purgatur, & à Deo protegitur, Christoq. regnante glorificabitur. Primum igitur annunciat afflictiones superuenturas ciuitatibus, & gentibus in circuitu, male affectis populo Dei: ac demum ad vaticinandum etiã contra Iudæam reuertitur. Vocat visiones illas, onera, quoniam erãt duræ prophetie, vt dictum est cap. 13. num. 3.

19 [Ne læteris Philistæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui.] De ordine, quem seruat Propheta in comminationibus contra nationes exteras, sed populo Iuda circũuicinas diximus in præfatione huius libri nu. 17. In præsenti autem loquitur propheta contra Palæstinos, qui ad Occidentem sunt versus meridiem sub Hierusalem. Palęstini namque perpetuo odio dissidebãt cum Iudæa, semper enim populo Dei erant infesti, multas illius ciuitates occupantes, vt constat ex lib. 2. Paralipomen. cap. 26. Ait ergo: [Ne læteris Philistea, &c.] ac si apertius dicat. Modo Palestina gaudes, quia mortuus est Ozias qui te percussit, quia cõtrita est virga flagellãs, & potestas Oziæ cõminuta: sed gaudium tuum erit breue, & lugubrem sortietur exitum. Stulta ergo est lætitia tua: succedet enim alius, qui te grauius affligat quam Ozias, ille flagellis te cędebat, iste scorpionibus, ille coluber, iste Basiliscus erit, & regulus. Vnde & subditur: [De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.] Sumitur in præsenti serpens, & regulus in bonam partem. Et regulus Ezechiam designat propter vim, & efficaciam, quam habuit ad nocendum hostibus, & terrorem illis incutiẽdum. Terribilis namque futurus erat Ezechias infestãtibus populum Dei, tanquam basiliscus vel draco, cuius aspectus lętifer est. Aspectu enim interficit basilicus, vt notauit Bernardus. Draco autẽ volans ardore suo fruges adurit, vt quidam referunt graues auctores. Hæc quidem de Ezechia secũdum Historiam dicuntur, per typum autem intelliguntur de Christo. Nec te offendat vocabulũ Basilisci, Christus enim in sacris litteris per serpentem æneum designatur, exaltatũ per Moysem in deserto. Et Osæe 5. Leænam se vocat, & Leonis catulum. [Quoniam ego, inquit, quasi Leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. Qui enim electis agnus est placidus, idem reprobis leo est terribilis, & basiliscus solo aspectu peccatores dissipans. De inepto gaudio taxãtur Palæstini Iudic. 16. capite: nam lætantes in Gaza per conuiuia, præceperũt, vt vocaretur Sampson, & ante eos luderet: sed is finis est mũdanę lętitiæ, vt extrema eius luctus occupet.

Bern. super Psal. Qui habi. serm. 14.

20 Et

Ezechias subditis erit miti.

20 [Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescēt, id est quamuis Ezechias tam formidabilis futurus sit hostibus, subditis tamen mitis erit, & benignus: facietque suos blanda, ac tranquilla frui quiete, sed Palæstinos fame cruciabit, non solum plebeios, sed & magnates, quos radicem vocat, sicut plebem reliquias. Vnde, & subditur: [Et interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiā.] Vbi obserua, quod cum mutat personam dicēs: [Et interire faciam,] insinuat, Ezechiam, qui faciet omnia, virtute diuina esse operaturum. Vide quam proprius hæc Christo conueniant, qui verè pauper spiritu, & humilis corde electos suos facit in securitate conscientiæ accubare pacatissima. Vnde & infra. [Sedebit, inquit, populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.] Econtra vero famem verbi Dei in Ecclesiæ hostes mittit, iuxta illud quod scriptum est: [Et mittam famem in terram: non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.] Et est elegans comparatio, qua in præsenti vtitur propheta. Primo enim interficiuntur fame radices, dum alimenta spiritualia subtrahuntur ab illis, & tunc arescunt per se rami, & totaliter pereūt: ita à principibus, & sacerdotibus aufert primum Dei verbum, & fame spirituali eos affligit, ac demum periit vulgus indoctum, & iram Dei illico incurrit. iuxta illud quod scriptum est: [Nobiles eius perierunt fame, & multitudo eius siti exaruit.] Vide supra dicta cap. 1. nu. 26. & 27.

Isa. 32. *Amos. 8* *Isa. 5.*

21 [Vlula porta, clama ciuitas, prostrata est Philistæa omnis, ab Aquilone enim fumus veniet, & nō est qui effugiat agmen eius.] Cuncta Palæstina lætatur in morte Oziæ, cuncta vlulat regnante Ezechia. Per portā intelligit iudices, qui in porta iudicabant, per ciuitatem vulgus, per fumum, grauem aduersitatem venientem ab [Aquilone,] idest, à Hierusalem, quæ respectu Palæstinæ ex parte est Aquilonis. Sequitur: [Et quid respondebunt nuntij gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in ipsa sperabunt pauperes populi eius.] Significat his verbis victoriam, & felicitatem Ezechiæ Regis in vniuersum mundum celebrem fore. Cum enim nuncij, & negociatores gentium, qui diuersa loca peragrant, ad suos redierint, & de rebus nouis interrogati fuerint, quid putas, responsuri sunt se cognouisse? Nihil aliud certe, quam quod Hierusalem à Domino Deo fundata sit, & protegatur, neminemque timeant habitatores eius. Hæc promissio verius Ecclesiæ competit Catholicæ, quæ ciues habet pauperes, & pauperes spiritu, quorum est regnum Dei, quam Sion. Illa enim celebris est in toto orbe, aduersus quam nec portę inferi poterūt prę-ualere. Vna Hierusalem saluat ciues suos, sicut arca Noe, atque filios eius seruauit. & vna Ecclesia Catholica nunc per baptismum saluat fideles. Tot tyranni, tot hæretici, tot impij, tot dęmonis fraudes impugnant Petri nauiculam, sed semper illæsa manet, fortis, & secura, & manebit in sæculum. Vnde Hieronymus. [Cum Philisthæa corruerit, & fumus vniuersa penetrauerit, ita vt eum nullus possit effugere, quid dicetur Angelis, qui singulis præsunt gen-

tibus admirantibus, & scire cupientibus, cur sola Sion in specula, & in sublimibus collacata amaritudinem fumi huius euaserit? Quid igitur dicetur eis? nempe hoc, quod sequitur, quod Dominus fundauerit eam, & ipse sit fundamentum eius, quia fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.] Stabit ergo firma. & immobilis vsque in sæculum.

CAPVT XV.



NVS Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, conticuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.
3 Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super Medaba, Moab vlulauit: 4 in cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur. 5 In triuijs eius accincti sunt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulatus descendit in fletum. 6 Clamabit Hesebon, & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius, vlulabit sibi. 7 Cor meũ ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam consternantem: 8 per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Onoraim clamorem contritionis leuabunt. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba defecit germen, viror omnis interijt. Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos. Quoniam circuiuit clamor terminum Moab: vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad Puteum Elim clamor eius. 9 Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta; his qui fugerint de Moab leonem, & reliquijs terræ.

SVMMA CAPITIS.

1 

NVEHITVR in hoc capite Isaias contra Moabitas, quorum vastationem denunciat propter tria peccata, quæ in expositione textus, numero secũdo commemorabuntur. Totus autem huius capitis discursus, in describenda tristitia, & afflictione Moabitarum, & ciuitatum eius, ac terræ desolationem consumitur, sed in speciali vanam eorum confidentiam quam in dijs suis habebant, excludit: ostendens nullam esse in eis virtutem, quæ in se confidentes eripere possint, & de hoc agit ab illo versiculo: [Ascendit domus, & Dibon, &c.] Et paulo inferius in illo versiculo: [In triuijs eius accincti sunt sacco:] Vt doceat nos in solo Deo viuo & vero omnem spem, & fiduciam constituere.

COMMENTARIVM.

2 ONVS Moab, quia nocte vastata est Har Moab côticuit, quia nocte vastatus est murus, conticuit.] Sæpe memorat Isaias vrbium florentissimarum, quibus ob diuersa peccata Dominus iratus est; vt non superbiamus nos, quibus similia peccantibus, consimile iudicium eueniet. Fuerunt Moabitæ & Damasceni, & quotquot in præsenti prophetia recensentur, gentes validissimæ. De Moabitis dicitur Hierem. 48. [Habuisti fiduciã in munitionibus tuis, & in thesauris tuis.] Et post pauca: [Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua.] Vnde & vitulæ trienni côparatur, quæ optima, & lasciua censetur. Siti sunt autem Moabitæ ad Orientem: Nam Loth de Sodomis exiens duos filios genuit, Moab, & Ammon, vt constat ex Genes. c. 19. vbi dicitur: [Conceperũt ergo duæ filiæ Loth, de patre suo. Peperitq; maior filiũ, & vocauit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarum vsque in hodiernum diem. Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, idest filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum vsque hodie. Armoab, idest magna Moab, metropolis erat Moabitarum. [Nocte vastatur,] hoc est quãdo minus cogitabat irruituros contra se hostes, quãdo securi erãt: tunc repentinus super eos venit interitus. Ideo & Dominus vigilare iubet, ne super nos dies iudicij adueniat tãquam fur in nocte, de quo vide supra cap. 11 num. 63. Propter tria vero, illę sunt ciuitates euersę, propter arrogantiam, de qua infra: [Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius,] propter perfidiã, & propter inhospitalitatem, vt patebit capite sequenti. Bis autem fuerunt destructæ ciuitates illæ, primo, à Sennacherib, & de hac destructione agitur in præsenti. Secundo à Nabuchodonosor, de qua vaticinatus est ex professo Hieremias c. 48. Nec mirũ, quod ciuitates illæ, cum fundatœ supra petram non essent, destruantur. Hæc quo ad litteram. In altiori autem sensu, & magis recondito per Moabitas eosdem hostes intellige, quos per Assyrios, Babylonios, & Palæstinos. Quantumuis enim sint inter se discordes, in vnũ tamen facinus contra Christum vnanimiter coniurant, & contra Ecclesiam illius Catholicã. [Astiterunt (inquit Propheta) reges terræ, & principes côuenerunt in vnũ; aduersus Dominum & aduersum Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Hi nimirũ (vt ait Bernardus) ineunt familiaritatem ad maledicendum, côcordes ad discordiam. Conciliãt inter se inimicissimas amicitias, & pari consentaneæ malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam Herodes, & Pilatus, de quibus narrat Euangelium, quia facti sunt amici in illa die, hoc est in die Dominicæ passionis, nam antea inimici erãt ad inuicem.] Ecce qui

Ad mores. | Ps. 2. | Bern. ser. 24. super Cant. | Luc. 23.

qui inter se sunt diuisi, vt Christum persequantur, concordant: Sic Assyrij Babylonij, Palæstini, & Moabitæ vnanimi furore & malignitate contra Christi Ecclesiam consurgunt: tametsi varijs modis adoriantur, alij à tergo & alij à facie, alij à dextris, alij à sinistris. Palæstini à tergo insidiantur, Assyrij palam inuadunt, Moabitæ amicos se simulant, sed fidem non seruant. At tot inimicorũ agminibus Ecclesia circũdata, à Deo protegitur, qui eius hostes deuincit, & suos inuictos seruat. Vnde & subditur.

3 [Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in plãctum super Nabo, & super Medaba Moab vlulabit.] Erant Moabitis excelsa loca, & nemorosa in quibus colebant idola. Talia enim loca ad sacrificia dæmonibus offerenda, eligebãt idolatræ.
Isa. 57. Scriptum est enim: [Super montem exxcelsum, & sublimem posuisti cubile tuum: & illuc ascendisti, vt immolares hostias.] Et iterum: [In
Hie. 2. omni enim colle sublimi: & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.] Et rursus: [Et scietis,
Ezec. 6. quia ego Dominus, cũ fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus vniuersam quærcum frondosam, locum vbi accenderũt thura redolentia vniuersis idolis suis.] Hostibus igitur ingruentibus, conscendebant illuc, vt Deos suos sibi propitios redderent, & gemitibus, planctu, eiulatibus, & lacrymis ad misericordiam prouocarẽt, ac si in illis sensus esset, aut aliquid numinis. Hac ratione ascenderũt ad excelsa Moabitæ plangentes, vlulantes, radentes caput, & barbam, quæ homini est honorifica, deponentes: Sed omnia ista ò infelices & stulti, miseriæ & calamitatis imminentis indicia sunt, non autem interioris pœnitentiæ signa. Nam impatientia doloris præsentis, & non emendandæ vitæ in futurum, aut resipiscendi studio talia exhibetis. Multo melius fuisset vobis consultum: si hæc omnia pro salute animæ exhiberetis. Medicinæ sunt lacrymè, medicinæ sunt, non corporis, sed animæ, nõ bona temporalia deperdita, sed spiritualia reparant amissa. [Igitur mortem lugere omittens (ait Chrysostomus) luge peccata, *Chry. h. 5 ad popul.*
vt ipsa dissoluas. Propter hoc enim *cir. med.*
tristitia facta est, non vt in morte, nec in vlla alia re tali doleamus, sed vt ipsa ad delenda vtamur peccata. Quod hoc verum sit exemplo facio manifestum. Remedia medicinalia propter illos tantum morbos facta sunt, quos tollere possunt, non propter illos, quos nihil adiuuare possunt. Puta adhuc enim manifestiorem volo rationẽ facere, medicamentum oculos lippientes tantum iuuare valens, nullum vero alium morbum, propter oculorum ægritudinem tantum factum esse dicere quis posset; non propter stomachum neque propter manus, neque propter vllum aliud membrum. Transferamus igitur rationẽ ad tristitiã, & inueniemus quod accidentium nobis nihil adiuuat: peccatum vero solum corrigit, certum quod propter huius sublationem tantum concessa est. Præcurramus igitur ingruentiũ nobis grauium quodque, & tristitiam superadducamus, & videamus quid ex hac fiat vtilitatis. Mulctatus est quispia pecunijs, tristatus est, mulctam

ctam non emendauit. Filium amisit, doluit: mortuum non resuscitauit, nec defuncto profuit. Flagellatus est quis, alapis cęsus, contumelijs affectus: doluit, non reuocauit contumeliam. Valetudinẽ quis incidit, & ægritudinem grauissimã doluit, ægritudinẽ non substulit, sed & difficiliorem reddidit. Vides horum nulli prodesse tristitiam? Peccauit quis, tristatus est, peccatũ deleuit dissoluit delictũ. Vnde hoc ma-
2. *Reg.* 11. nifestum? Ex Domini sententia. De quodã enim præuaricatore loquẽs dicebat, propter peccatũ paulisper ipsũ contristaui & vidi quod tristatus est, & incessit mœstus & ipsius
2. *Cor.* 7 vias correxit. Propterea, & Paulus dicit, quæ.n. secundum Deũ tristia est, pœnitẽtiam in salutem stabilem operatur.] Et post pauca: [Sicut vermis ex ligno nascitur & illud rodit, & comedit; suam ab ipso originem habens: sic & tristia, & mors de peccato natæ sunt, & peccatum absumunt.] Idẽ docet to. 4. ho. 15. super Epist. ad Corint. in principio. Hinc
Ps. 37. & Propheta. [Rugiebã, inquit, à gemitu cordis mei:] agnoscens vanũ esse omnino & inutile, à gemitu corporis rugire, pro temporalibus, videlicet lacrymas effundendo. [Ho-
Aug. super Ps. 37 mines,] inquit Augustinus, [si quãdo audiunt gemitus hominis, plerumque gemitum carnis audiunt, gementem à gemitu cordis non audiũt. Abstulit nescio quis res huius, rugiebat, sed non à gemitu cordis, alius quia abstulit filium, alius quia vxorem, alius quia grandinata est vinea, quia cuppa acuit, quia diripuit iumentum ipsius, nescio quid alius, quia damnum aliquod passus est, alius quia timet hominem inimicum, omnes isti à gemitu carnis
1. *Cor.* 15 rugiunt. At vero seruus Dei, quia ex recordatione Sabbati rugit, vbi est Regnum Dei, quod caro & sanguis non possidebunt: rugiebam, inquit, à gemitu cordis mei, & ante te est omne desiderium meum.]
S. Chrysostomus lacrymas, quæ nõ pro terrenis, sed cælestibus funduntur, arborum radici docet esse conferendas. [Sicut enim arborum radices ipse quidem sunt amaræ, iucundissimos autem nobis fructus ferunt: sic profecto & secundũ Deum tristitia multam nobis affert voluptatem. Norunt quicũque sæpe cum dolore orauerunt & lacrymas effuderunt, quantam sint lucrati lætitiam: quomodo conscientiam expurgarunt, quomodo exurrexerunt cum bona spe.] Lacrymæ autem quæ pro terrenis bonis funduntur, inutiles sunt & vanæ, quia non à gemitu cordis procedunt. Hinc est illud, quod de lacrymis Esau dicit scriptura. [Non inuenit pænitentiæ locum, quamuis cum lacrymis inquisisset eam.] Nihil illi profuerunt lacrymæ, nihil pænitentia quoniã non à gemitu cordis sui rugiebat ille, sed à gemitu corporis; nec dolebat se Dei gratiam amisisse, quod magis plorare debuerat, sed quoniam imprudenter fratri primogenituram vendiderat. Ideo locum pænitentiæ non inuenit quoniã (vt diximus) lachrymæ damna nõ reparant temporalia. Pudeat nos lacrymis delicta nõ abstergere, & spiritualia damna minime plorare: cum reprobi amissam prosperitatem temporalẽ sic defleant.

Chry. ho. 18. ad pop. ũ post med.

Vide supra dicta c. 1. n. 44. 45. 52. & 53.

Heb. 12

4 [In cũctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur.] Olim signa luctus erat comam abradere, & barbam: hodie lugentes barbam fouent, nec illam attondent, nec capillos capitis. Vtra-

que consuetudo rationabili nititur, fundamento. Qui enim in angustia magna, & calamitate constituti præ tristitia capillos capitis radebant, & barbam: designabant hoc facto, se nullam habere virtutem, nec fortitudinem, qua malum imminens possent depellere, atque in magno esse dedecore constitutos, vt explicatum est capite septimo, numero 34. Barba enim honorifica est homini, & magnum quoddam virilitatis, & fortitudinis inditium, vt notauit Augustinus in illa verba Psalm. Quod descendit in barbam, barbam Aaron. Vnde & robustos homines, atque fortitudine & magnitudine animi pollentes, barbatos dicimus, reliquos effeminatos nuncupamus, iuxta illud quod dictum est supra. [Dabo pueros principes eorum & effeminati dominabuntur eis,] idest homines barba carentes, sine prudentia, sine consilio, absque fortitudine, infames, quæ sua sunt quærentes, non quæ Iesu Christi. Qui vero in consimili præsura, barbam nutriunt & cæsariem pœnitentiam interiorem indicant, & se vitam in melius commutare velle, vt sint Nazareis similes, super quorum capita nouacula non ascendebat, sicut ait Sampson. [Ferrũ non ascendit super caput meum quia nazareus, idest, consecratus Domino sum de vtero matris meæ.] Vnde & in laudem atque commendationem pœnitẽtiæ Beati Iacobi Minoris dicitur, quod nunquam, attonsus est, nec vsus balneo, Anna cum ad Dominum preces lacrymabiles funderet, vt filium sibi concedere dignaretur, inquit, [Domine exercituum si respiciẽs videri afflictionem famulę tuæ, & recordatus mei

Aug. super Psal. 132. to. 8.

Isa. 3.

Iud. 16

Hierony. lib. de Eccles. script.

1. Reg. 1

fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum virilem: dabo eũ Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula nõ ascendet super caput eius.] Quid autem sit nouaculã non ascendere super caput, explicat optime Sanctus Gregorius lib. 1. super cap. 1. Reg.

5 [In triuijs eius accincti sunt sacco, super tecta eius & in plateis eius omnis vlulatus descendet in fletum.] Attende modũ plangendi incõmoda quæ patiebatur populus ille. Alij solent lugere in angulis, & delitescere tempore planctus, at Moabitæ publice inquit, & in plateis eiulabunt, [in triuijs,] idest, in vijs extra ciuitatem, [Et super tecta,] idest in manifesto, & publico: Hoc enim designat in Scriptura sacra aliquid facere super tecta, idest, publice; iuxta illud: [Et quod in aure audistis, prædicate super tecta. Descendet, inquit, in fletũ,] prius dixerat: Ascendit domus in planctum, modo subdit, [& descẽdit in fletum, vt scias quam inutiles fuerint corũ lacrymæ; Ascenderunt ad excelsa, vt lacrymantes, & eiulantes auxilium ab Idolis suis peterent, & opportunũ remedium implorarent, & descenderunt in fletum, hoc est flentes, & absque vlla consolatione reuersi sunt. Iuste autem quisquis nõ ad Deum verum se conuertit fallacisve pœnitentiæ signa ostendit, nihil impetrat, vacuus reuertitur & tristis; Nam qui vere ad Dei misericordiã confugiunt, ascendunt tristes, lacrymis & doloribus pleni, & cũ gaudio descendunt. [Ascẽdit publicanus in templum, vt oraret, & a longe stãs nolebat, nec oculos ad cęlũ leuare, sed percutiebat pectus suũ dicẽs, Deus propitius esto mihi peccatori.] Ecce peccator ad Deũ ascẽdit,

Mat. 10

Luc. 18.

dit,cõfusus,tristis, lacrymis plenus peccatorẽ se agnoscit,misericordiã petit. Nũquid reuersus est vacuus, descẽdit in fletu?Non vtique,sed in gaudio subditur enim: [Amen dico vobis,descẽdit hic iustificatus in domum suã.]Descẽdit iustificatus,ergo voti cõpos, ergo magna cũ exultatione rediit. Scriptũ est.n. [Euntes ibant & flebãt, mittẽtes semina
Ps. 125. sua: venientes autẽ venient cũ exultatione,portantes manipulos suos:
Tob. 3. Et iterũ:Hoc autẽ pro certo habet omnis qui te colit, ꝙ vita eius si in ꝓbatione fuerit coronabitur, si autẽ in tribulatione fuerit liberabitur & si in corruptione fuerit,ad misericordiam tuam peruenire licebit. Non.n. delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis,& post lacrymationẽ, & fletum,exultationem, infundis.

6 [Clamabit Esebon, & Eleale vsque Iassa audita est vox eorũ: super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit sibi.] Indicat planctũ Moabitarũ vniuersalem esse, & ad totã Moabitidem regionẽ peruenisse,nã Iassa in termino Moabitarũ est constituta,nec paruũ (dicit) plãctum esse futurum, sed adeo clamoribus plenũ,vt in vltimis finibus audiatur. Et ne mulieres atque infirmos plorasse tantum existimes, qui de facili prorumpunt in lacrymas,addit,expeditos, hoc est robustissimos vlulasse.Septuaginta interpretes,vbi nos legimus; [Anima eius vlulabit sibi,]trãsferũt,[anima eius cognoscet,videlicet,quantũ sit malum quod patitur, ac si apertius dicat. Talis erit ac tanta Moabitarũ calamitas, vt eius magnitudinẽ illi solùm qui experti eam fuerint, valeant explicare.Sic & Hieremias quam patiebatur cum populo calamitatem explicare nobis intendẽs, ait: [Ego vir videns paupertatem Tren. 1.
meã in virga indignationis eius.] Egoqui patior,qui Dei indignationem iuste cõtra rebellem populum conceptã experior, ego diiudicare scio & expendere, non alius, quoniam extrema est & incredibilis.


7 [Cor meum ad Moab clamabit vectes eius vsque Segor vitulã conternantem.] Sanctus Hieronymus,inquit Isaiam loqui corde dolenti ad Moabitas in præsẽti,deflendo vicem eorum. Alii dicunt hanc essẽ vocem Moabitarum dolẽtium præ tristitia,& pressura cordis,atq; amaritudine animi,ac si dicãt:Heu, corde doleo.Consonat hæc expositio translationi Septuaginta interpretum,quę sic habet.[Cor Moabitidis clamat in se vsque Segor: vitula enim triẽnis est:] Dicitur autem Moabitidis regio vitula triennis, idest,optima,pinguis,& valde lasciua, propter abundantiam fruguum qualis solet esse vitula trium annorum,quæ præ crassitudine humi iacet,ideo & vitulam conternantem eam appellauit nostra vulgata.

8 [Per ascensum enim Luith, flẽns ascẽdet:& in via Oronaim clamorem cõtritionis leuabunt. Aquę enim Nemrin desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit,secundum magnitudinem operis & visitatio eorum,ad torrentem salicum ducẽt eos.]Deplorat quod omnes Populi & habitatores terræ Moabitarũ abierint, & tam desolata à viris remanserit, quasi non sint ibi aquæ,vel quippiã viride, & est sermo hiperbolicus, quo significat totã terrã deuastandam esse,ita vt nec vnus quidẽ fere remaneat.Sãctus Hieron.per aquas Hier. li. 6
Nemrin, doctrinam intelligit hæ- sup. Isai. tom. 4.

reticorum eradicandam omnino, ita vt omnis herba, & germen & quidquid in sermone eorum viride videbatur, arescat: [Ducentur, inquit, ad torrentem salicum,] vt nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim seminis harum arborũ dicunt esse naturam, [vt qui illud in poculo hauserit liberis careat.] Vnde &
Sap.4. scriptum est: [Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas.] Quid enim per adulterinas plantationes, nisi hæreticorum doctrinæ designãtur, qui non generandę prolis in Christo; sed appetitu propriæ excellẽtiæ Deum prædicant, superseminando zizania? Hi nimirum radices altas non dabunt, quoniam tandem in se ipsis arescent.

9 [Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine. Ponã enim super Dibon additamẽta]. Tanta, inquit, occisorum erit copia, vt prę multitudine aquæ fluminis, eorũ sanguine repleantur, & fluãt sanguinis riuuli in tanta abundãtia, vt sint aquis fluminis Dibon additamentum siue additio. Potest etiam additamentum designare vlteriorem plagam superadditam præcedentibus, ac si dicat. Præter eædem & direptionem prædictam, addam & aliam plagam immissionem, videlicet færocissimarum bestiarum, leonum & serpentum, vt deuorent eos, qui euaserint, & relicti fuerint ne reliquiæ quidem illius ciuitatis supersint. Sunt qui leonis nomine Nabuchodonosor intelligant, qui post aliquot annos à Rege Assyriorum iterum Moab deuastauit, vt constat ex cap. 48. Hieremiæ.

CAPVT XVI.



1 EMITTE agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. 3 Et erit: Sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. 4 Ini consilium, coge concilium: pone quasi noctem vmbram tuam in meridie: abscon-de fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris: 5 finitus est enim puluis, consumatus est miser: defecit qui conculcabat terram. 6. 7 Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. 8 Audiuimus superbiã Moab, superbus est valde: superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plusquam fortitudo eius. 9 Idcirco vlulabit: his, qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama domini Gentiũ exciderunt: flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt: errauerunt in deserto, propagines eius relictæ sunt. transierunt mare. 10 Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Hesebon, & Eleale: quoniam super vindemiam tuam, & super messem tuam vox calcantium irruit. Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, neque iubilabit. vinum in torculari non calcabit qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstuli. Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit.

sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. 11 Et erit: cum appa-
ruerit, quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta
sua, vt obsecret, & non valebit. 12 Hoc verbum, quod locutus est Do-
minus ad Moab ex tunc: & nunc locutus est Dominus, dicens: 13 In tri-
bus annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab super omni popu
lo multo, & relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus.

SVMMA CAPITIS.



ROSEQVITVR Propheta, id quod in capite præcedenti contra Moab cæperat denunciare. Et præmissa prophetia de Christo Domino, quam ad aliqualem Moabitarum consolationem in principio capitis commemorat: Vaticinatur quorũdam fugam & aliorum captiuitatem, ab illo versiculo: [*Et erit sicut auis fugiens.*] *Deinde causam assignat, propter quam in manus Dei vltrices incidere meruerũt, videlicet propter crudelitatem, qua filios Israel profugos hostibus prodiderunt: Hanc tangit in illo versiculo:*[*Ini consilium, &c.*] *Et proper superbiam & arrogantiam de qua Moabitas arguit, ibi:*[*Audiuimus superbiã Moab.*] *Mox vanam eorum cõfidentiã quam in Idolis suis habebant, excludit, cum ait:* [*Et erit cum apparuerit, quod laborauerit Moab, &c.*] *Tandem certissime euenturam esse pœnam comminatam denunciat in fine capitis, cum inquit.* [*Huc verbum, quod locutus est Dominus.*]

COMMENTARIVM.

a 

Mitte agnum Domine dominatorem terræ: de petra deserti ad montẽ filiæ Sion.] Vt supra adnotauimus, sæpè tristibus læta miscet Isaias; & cum excidium, aut aliquod aliud graue malum prædicit, statim ad annunciandum bona, aut aliquod legis gratiæ mysteriũ se transfert. Cum igitur in capite præcedenti desolationem Moabitidis regionis vaticinatus fuisset, & vniuersalem planctum, & eiulatum illius populi, modo ad eorum consolationem, Christi natiuitatem, qui secundum carnem ex Ruth Moabitide descendit, prophetice denunciat. Ex quo facile dignoscere poteris Dei misericordiam, & clementiam, qui hominum facinora citra condignũ semper punit: nec generationem aliquam ob sua peccata, ita destruit, quin aliquos iustos ex illa reseruet sibi. Vniuersum orbem deleuit aquis diluuij: eo [quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio hominũ, intenta esset ad malum omni tempore:] & ex illis seruauit Noe cũ filijs suis sanctum & iustum in generationibus suis; vt ex eis genus postea repararetur humanum. [Crescite, inquit, & multiplicamini, & replete terrã; & terror vester, ac tremor sit super cũcta animalia terræ, & super

Gen. 6.

Gen. 9.

Gen. 14 omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ mouentur super terrã. Pluit Dominus super Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem à Domino de cælo, & subuertit ciuitates Sodomorũ & Gomorrhæorũ, & seruauit Loth, ne perderetur cum impijs. Vnde, & Paulus: [An nescitis in Elya, quid dicit Scriptura, quemadmodũ interpellat Deũ aduersum Israel? Domine prophetas tuos occiderunt altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animã meam. Sed quid dicit illi diuinũ responsum? Reliqui mihi septẽ millia virorũ, qui non curuauerunt genua ante Baal.] Ecce Elyas nullum consortem, qui secum Deum coleret, se habere putabat, & tamen Dominus sibi septem millia seruauerat, quos ignorabat propheta. Sic ergo ex Moabitis incredulis, quos Dominus iuste subertit, seruauit Ruth, vt secundũ carnem Christus ex illa descenderet. Ait ergo, [Emitte,] idest emittes [agnum,] idest, Christum, de quo Ioannes ait: [Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; Dominatorem terræ.] Quoniã ipse Dominator erit, & Dominus vniuersę terrę, iuxta illud q̃ resurgens à mortuis dixit: [Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra,] Emittes inquam de petra deserti, hoc est de Ruth Moabitide, quam petram deserti dicit, eo quod relicta est ex Moab deuastata, vel de petra deserti, idest de Virgine Maria, ex qua veluti ex monte abscissus est lapis sine manibus, idest Christus Dominus non ex virili semine, sed mystico spiramine [Ad montem filiæ Sion,] idest ad regnũ Israel, cuius salutem promissus est Christus.

Rom. 11

3. Reg. 19.

Ioan. 1.

Matth. 28.

Dan. 2.

3 [Et erit sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes: sic erunt filiæ Moab in trãscensu Arnon.] Iam incipit propheta peccata Moabitarum exprobrare, propter quæ iusto Dei iudicio puniti sunt. Et inter alia duo commemorat. Alterum est immisericordia, & impietas erga populum Dei, quem in aduersis protegere noluerũt, nec abscondere: sed inimicis crudelibus exposuerunt deuastandum. Alterum est superbia, & arrogantia, qua contra Deum erecti sunt. Propter impietatem, & immisericordiam crudeles experti sunt hostes, propter arrogantiam, & superbiã, deiecti sunt humiliati, & confusi. Hostium autẽ crudelitas in hoc, inquit, apparebit, quod nullam requiem Moabitis tribuent, sed de loco ad locũ transferent; ita vt sint auibus similes, quarum si destruantur nidi, vagari incipiunt, & in loca fugiunt incerta. Plagam istam incurrerunt Moabitę, eo quod hospitalitatẽ debitam populo Dei non exhibuerunt, cũ debuissent imitari virtutẽ patris sui Loth, qui hospitalitate sua meruit Angelos excipere. Moabitæ autem profugos Iudæos, non solum non receperunt, sed & hostibus prodiderunt. Moab ex Loth fratre Abraham originem duxit, vt constat ex Genesis capit 19. In tanta ergo necessitudine saltem postulabat humanitas, vt Moabitę amicitiæ signa exhiberent Iudæis. Verũ nulla cognatio Moabitas cõmouit, quominus Dei populum insequerentur: quod inhumani, & truculenti animi indicium est. Vnde & Iob cõqueritur maxime, quod insterquilinio positus misericordiam in fratribus, & coniunctis non inuenerit. Ait enim: [Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarij quoq; mei recesserũt à me. Iob 6.

Qui

Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini dereliquit. Fratres mei præterierunt me sicut torrens, qui raptim trãsit in conuallibus.] Necessarij recedunt, amici fugiũt, & fratres prætereũt, nec est qui sauciato misericordiã exhibeat. Præterierunt, inquit me sicut torrens qui raptim vadit.] Quæ verba explicãs beatus Gregorius, sic ait: [Reproborũ mens, quia sola præsentia diligit, plerũque nunc tãto aliena exiltit à verbere, quãto post extranea remanet ab hæreditate, & superba iustos despicit, quos paterna misericorditer seueritas afflixit. Sæpe vero reprobi eamdem fidem, qua viuimus retinent, eiusdem fidei sacramẽta percipiunt, eiusdem religionis vnitate continentur: sed tamen compassionis viscera nesciũt, charitatis vim, qua in Deũ flagramus & proximum, non agnoscunt. Recte ergo & fratres & prætereuntes vocãtur, quia ex vno matris gremio nobiscum per fidem prodeunt, sed in vno charitatis studio erga Deum, & proximũ nõ figuntur. Vnde etiam apte torrenti, qui raptim transit in conuallibus comparãtur. Torrens namq. ex montanis in ima defluit, & collectus hyemalibus pluuijs, æstiuis solibus arescit. Qui.n. terrena diligũt, & spem supernæ patriæ deserunt, quasi ex mõtibus valles petunt, quos tamen hyems præsentis vitæ multiplicat, sed æstas vẽturi iudicij exiccat, quia cũ sol supernæ districtionis incanduerit, reproborũ lætitiam in ariditatem vertit. Bene autem dicitur: Raptim transit in conuallibus. Torrentem quippe ad coualles raptim trãsire, est prauorum mentes ad ima desideria sine vllo obstaculo, ac difficultate descẽdere.] Hinc est quod hospitalitas, & misericordia maxime cõmendatur in sacris litteris, potissime erga cognatos, & fratres. [Charitas fraternitatis (inquit Paulus) maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc.n. placuerunt quidam Angelis hospitio recẽptis.] Et in laudẽ Raab Meretricis dicit idem Apostolus: [Fide Raab meretrix nõ perijt cum incredulis, excipiẽs exploratores cum pace.] Hinc & Petrus ait: [Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hospitales inuicem, sine murmuratione.] Hinc & Christus Dominus se in suis suscipi docuit: [Qui susceperit, inquit, vnum paruulum talem in nomine meo me suscipit. Et iterũ: Esuriui enim: & dedistis mihi manducare. Sitiui & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & colegistis me. Nudus eram, & operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcerem eram, & venistis ad me.]

Greg. 9 mor. 10. — Heb. 13 — Heb. 11 — 1. Pet. 4 — Mat. 18 — Mat. 25

4 [Ini concilium, coge conciliũ, pone quasi noctem vmbrã tuam in meridie, abscõde fugiẽtes & vagos ne prodas.] Derisoriæ videtur loqui proph. in præsenti cõtra Moabitas: ac si dicat. Quam bene rebus tuis ò Moab fuisset cõsultum, si consiliũ bonum secuta fuisses, & seruasses profugos Israelitas; & in grauissimo æstu persecutionis, vmbraculũ, & refrigerium aliquod exhibuisses illis. Vbi obserua quod meridies in scriptura multoties pro æstu sumitur, & magnitudine tribulationis, & angustiæ: Sicut in Psal. 120. [Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.] Et Canticorũ 2. [Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et iterum; Nolite me considerare quod

Cant. 1.

buntur eis.] Quoniam nihil Regis pręter sceptrum coronam,& nomē habere, abominatio est apud Deū. Hinc, & de iniquis iudicibus dicit scriptura. [Egressa est iniquitas de Babylone à senibus iudicibus, qui videbantur regere populum.] Qui videbantur regere,inquit, non qui regebant. Nam vt dicit Hieronymus, [qui bene præsunt populo, regunt populum:qui autem nomen habent iudicium,& iniuste præsunt populo,regere vidētur populum.] Tertia quod iudicet in veritate,iuxta regulas iustitiæ absque personarum acceptione reddens vnicuique quod iustum est. In cuius signum de Aioth quem Dominus in iudicē elegit dicit scriptura, quod vtraq; manu pro dextera vtebatur. [Et clamauerunt,inquit ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem vocabulo Aioth filiū Gera filij Iemini, q vtraq; manu pro dextera vtebatur.]Talis .n. esse debet,qui ad saluādum Israel suscitatur: nihil in eo reperiatur sinistrū,nihil distortum. [Ecce qualis est iste(inqt Orige.) qui suscitatur ad saluādū Israel,nihil habet in se sinistrū, sed vtramq; manum dextram habet. Hoc est .n. ambidexter. Dignus vero populi princeps,& Ecclesiæ Iudex,qui nihil agat sinistrum, cuius quod agit dextera nesciat sinistra sua,in vtraque parte dexter est, in fide dexter est, in actibus dexter est. Econtrario mali principes (si dici potest) ambisinistri dicuntur. Totum enim quod agunt, sinistrum est, totum peruersum, totum igni æterno, cū his, qui a sinistris sunt, deputatū.] Vide cap.1.nu.62.& cap.3.num.7. & 8. Quarta est, quod non solum audiat ad se venientes, sed diligenter inquirat iudicium, & sciscitetur iustitiam, vt discernere sciat inter bonum, & malum, inter iustum, & iniustum, & non se præcipitet in iudicijs ferēdis, de quo plura diximus cap.1.num.51.Hoc aduertunt verba illa, [& quærens iudicium.] Quinta est, quod absque modo,& dilatione, quæ valde nociua solet esse reip. iustitiam exequatur, reddens velociter vnicuique quod iustum est. Et si ad terminandas causas populi, cum multiplicantur opus fuerit mane surgere ante lucem, & demptis corporis necessitatibus tota fere die causis subditorum, & litibus derimendis intendere non effugiat laborem. Vnde, & Iethro hoc Moysi dedit consilium. [Prouide de omni plebe viros sapientes,& timētes Deū, in quibus sit veritas,& qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos, & centuriones,& quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore.] Quæ verba expendens Origenes ait.[Tales oportet esse principes populi, qui non solum superbi non sint:sed qui oderint superbiam. Idest non solum ipsi absque vitio sint, sed & vt alijs oderint vitia. Non homines dico odisse, sed vitia. Et ordinabis, inquit eos tribunos, & centuriones, & quinquagenarios,& decanos, & iudicabunt populum omni hora. Audiant principes populi,quia debent omni hora populum iudicare, semper,& sine intermissione sedere in iudicio,dirimere lites, reconciliare dissidentes, in gratiam recordare discordes.] Qui enim oppositum faciunt deprædatores reip.& hostes manifesti sunt potius quam Iudices. Vnde & refert Augustinus. [Eleganter, & veraciter Alexandro illi magno quidam cō-

præhensus

Margin notes: Dan.13 — Hierony. sup.c.13. Daniel. — Iudic.3. — Origen. ho. 3. in lib. iudi. — Exo.18 — Orig ho. 11 su. Exod.to.1. — Aug 4.de ciuit.Dei c.4 to.5.

præhenſus pirata reſpondit. Nam cum idem Rex hominem interrogaſſet, quid ei videretur, vt mare haberet infeſtum. Ille libera contumacia, Quid tibi,inquit, vt orbem terrarum ? Sed quia id ego exiguo nauigio facio,latro vocor : quia tu magna claſſe, Imperator.]

7 Sanctus Hieronymus in præſenti verba hæc interpretatur de Chriſto ; de quo propheta dixerat
Iſai.9. ſupra . [Super ſolium Dauid,& ſuper regnum eius ſedebit:vt confirmet illud , & corroboret in iudicio,& iuſtitia ammodo,& vſque in ſempiternum] Et aduertit , quod primum in miſericordia ſoliũ Chriſto Domino præparatur ; poſtmodum in iudicio : quoniam in primo aduentu totus miſericors apparuit, ſuauis, & benignus : iuxta quod,& Paulus ait:[Apparuit gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus
Tim. 2. hominibus erudiens nos.] Et iterum [Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei:non
Tit. 3. ex operibus iuſtitiæ , quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos facit.] In aduentu autem ſecundo, cum venerit ad iudicium , apparebit omnibus hominibus iudicans eos, & in throno ſedens iuſtitię , vt reddat vnicuiq; ſecundum opera eius . Nunc ergo ſequentes Pauli conſilium, [Adea-
Heb. 4. mus cum fiducia ad thronum gratiæ eius : vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.] Qui enim ad thronum gratiæ , vt veniam ſuorũ peccatorum obtineant , nunc confidenter acceſserint: ſecuri poſtmodum Redemptorem noſtrum ſedentem in throno iuſtitiæ videbunt.

8 [Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde:ſuperbia eius,& arrogantia eius,& indignatio eius; pluſquam fortitudo eius .] Loquitur Prohpeta in perſona circumſtantium populorum,qui excidium intellexerunt Moab , & dicebant . Quid mirum ſi Deus ita punierit inſolentiam eius?Audiuimus enim, ideſt, nemo ignorat intollerabilem eius ſuperbiam : quæ tanta eſt , & adeo manifeſta:vt non debuerit impunita relinqui. Complectitur autem his verbis tres ſpecies ſuperbiæ. Sunt enim,qui ſuperbiunt donis ſibi à Deo conceſſis, non attendentes,quoniam omne datum optimum , & omne donum perfectum , *Iac. 1.* de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum . Hi communi vocabulo dicuntur ſuperbi . Sunt alij , qui gloriantur de his, quæ re vera non habent,& hos dicimus arrogãtes : Nam vt docet Sanctus Thomas 22. q.112.art.1.ad 2. arrogans eſt, qui ſibi tribuit , quod non habet . Hoc vitium notat propheta in Moab , cum inquit; [Et arrogantia eius.] Sunt denique alij , qui imperioſius inferioribus dominantur , atq; iraſcuntur illis , cum poteſtate quadã imperantes,atque imbecilitatis eorum neſcientes miſereri . Tales erant Moabitæ ab adoleſcentia ſua . Nam,vt ex cap. 48.Hieremiæ conſtat, per ſuperbiam ſunt erecti,gloriantes in munitionibus, & Theſauris ſuis,quod ad primum genus ptinet ſuperbiæ. Præterea etiam arrogantiæ vitio commaculati ſunt , cum in fortitudine, quam re vera non habebant confidentes , aduerſus Deum collum erigere non timuerunt. Vnde & Hieremias illis improperãs ait.[Quomodo dicitis fortes ſumus, & viri robuſti ad prę liandum? Vaſtata eſt Moab,& ciuitates illius ſucciderunt , & electi iuue-

Hier.28 iuuenes eius descenderunt in occisionem.] Et vt notaret superbiam principum, subdit statim eorum iactantiam irridendo. [Quomodo confracta est virga fortis baculus gloriosus? Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon.]

9 [Idcirco vlulabit Moab ad Moab vniuersus vlulabit, &c.] Quasi dicat: Qui in clade illa superstites manserint, relinquentur ad vlulatum, vt videlicet occisos defleant, & meditentur ingemiscentes velut columbæ mœnia ciuitatis destructa, & ciuitatem ipsam funditus euersam. Flebunt autem, & plangent nō conducticij lamentatores, sed saucij, atque plagis affecti, totoque corde dolentes: nihil enim videbunt, quod non eos torqueat, atque contristet. Sequitur. [Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama Domini gentium exciderunt. Flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt: Errauerunt in deserto, propagines eius relictæ sunt, transierunt mare.] Cōparat populum Moab vineæ, sicut supra cap.5. vineæ contulit populū Israel: quoniam ebrij erant, & stolidi. Vites vocat nobiles, palmites vero, siue propagines reliquum vulgus: & dicit tandiu ab vno loco in alium esse tranferendos, donec mare pertranseant: & iter, atque spes ad suos redeundi pænitus occludatur. Digna sanè pœna impietatis eorum. Aequū enim erat, vt qui profugos Israelitas recipere noluerunt, profugi, & ipsi essent super terram. Scriptum est enim: [Quoniam per quę quis peccat, per

Sap.11. hæc, & punietur.] Et iterum. [Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.]

Iac. 2. 10. [Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama; inebriabo te lacryma mea Hebeson, & Eleale, quoniam super vindemiam tuā, & super messem tuam vox calcantiū irruit. Et auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, neque iubilabit. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat, vocem calcantiū abstuli.] Vastitatem denunciat vinearum, & locorum eminentium, quæ consita erant arboribus fructiferis, atque selectis vitibus. Ideo inquit plorabo, ego Moab flebo vineam Sabama. Ego plorabo, hostes autem mei gaudebunt, & iubilabūt irruentes in messem, & fructus abūdantes hortorum, & vinearum diripientes. Non erunt vindemiatores necessarij, cum vineæ sint ab hostibus deuastatæ, nec læta vox calcantium vuas in torculari audietur, sed omnia signa lętitię conuertentur in fletum. [Super hoc venter meus ad Mohab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris,] idest, gemitum validum ex intimis visceribus emittā, magnoque dolore pro Moab deuastata afficiar, & humana commiseratione commouear. Hoc enim significat in scripturis sacris ventris conturbatio, dolorē videlicet intimum cordis: Sicut in psal. 30. [Cōturbatus est ī ira oculus meus, anima mea, & vēter meus.] Et Hieremiæ 4. [Ventrem meum doleo, sensus cordis meis turbati sunt in me; non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij.

11 [Et erit, cum appeRuerit, qđ laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua, & obsecret, & non valebit.] Tollit à Moabitis omnem spem consolationis in cala-

calamitate imminente. Cum enim afflictis vnicum superſit refugium, vt templum Domini adeũtes, orationibus, & fletibus auxilium obtineant, & miſericordiam à Deo: illi tamẽ cum ſe viderint cladis magnitudine oppreſſos, in collem cõſcendent, & loca illi ſacrata feſtinanter adibunt, vt opẽ à Dijs ſuis implorent: ſed omnia in vanum cedent eis. Nam extrema laſſitudine confecti iacebunt, & nihil oratio ſua, & planctus proderit illis. Aſcendent enim in fletum, & cum fletu (ſicut dictum eſt ſupra) deſcendent. [Ingredietur, inquit, ad ſancta ſua] non ad mea, quia non Deo vero, ſed dæmonibus dicata erant. Conſonat hæc explicatio cũ translatione ſeptuaginta virorum, quæ ſic habet: [Et erit in confuſionem tuam, quia laborauit Moab in aris, & ingredietur in manu facta ſua, vt deprecetur, & non poterunt eximere eum.] Quam multi ſunt hodie quorum oratio fit illis in peccatum, & cum placare Deũ in feſtiuitatib' ſanctorũ debuiſsẽt, quando ad templum conſcendunt, Deum magis ad iracundiam prouocant, peccata peccatis inceſſanter addentes. Vnde, & feſtiuitates ipſæ non in gloriam Christi, neque in Dei honorem, aut venerationem ſanctorum, ſed in confuſionem potius fidelium cedunt, ſicut ſcriptũ eſt. [Diſpergam ſuper vultus veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum.] Hoc eſt, ſolemnitatibus veſtris, quibus colendus eram atque venerandus, faciem veſtram confundam, & deturpabo. [Solemnitatum, inquit, veſtrarum.] Quoniam tales ſolemnitates, meæ non ſunt, ſed veſtrę, quia in illis ego à vobis nõ ſanctificor, nec color: ſed potius offendor, & grauioribus iniurijs afficior. Propter hoc. [Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens. Et cũ extenderitis manus veſtras, auuertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguinę plenæ ſunt.] Vide ſupra dicto cap. 1. num. 42. & 43.

Sup c. 15 num. 5. — *Mala. 2* — *Iſa. 1.*

12 [Hoc verbum, quod locutus eſt Dominus ad Moab, ex tunc, & nunc locutus eſt Dominus dicens.] More ſolito Iſaias in fine prophetiæ, vt maior illi fides adhibeatur, dicit, verba quæ loquitur Dei eſſe non ſua. [Audite, inquit, Cæli, & auribus percipe terra: quoniam Dominus locutus eſt.] Et iterũ. [Gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum eſt.] Additque in præſenti, verba quæ loquitur contra Moabitas, nõ eſſe à Deo nuper decreta, ſed multo ante, videlicet [ex tunc,] ideſt ex eo tempore, quo Moab ingratitudinis peccatum, inhoſpitalitatis, ſuperbiæ, & arrogantiæ cępit committere. [Et tunc] etiam [locutus eſt,] atque eandem ſententiam confirmauit, quia populus reſipiſcere noluit, ſed longanimitatem potius, & patiẽtiam Dei, atque diuitias miſericordiæ illius contempſit. [Nouit Dominus mutare ſententiam (ait Ambroſius) Si tu noueris emendare delictum:] quod & Dominus ipſe per Ieremiã peccatoribus repromiſit, cum ait. [Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam: agam, & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei.] Quod ſi peccator emẽdare vitam contempſerit, in eadem Dominus contra illum permanebit

Iſa. 1. n. 8. & 61 — *Amb. ſu. c. 1. Lucæ* — *Hier. 18.*

bit sententia ,.ideo sequitur.


13 [In tribus annis , quasi anni mercenari auferetur gloria Moab super omni populo multo: & relinquetur paruus, & modicus nequaquam multus.] Idest populus , qui prius multus erat, & magnus , deuastata ciuitate nequaquam multus erit, , sed paruus, & modicus: id quod euenturum esse denunciat post tres annos expletos . Vel per tres annos intelligendum est tempus quo Moabitarum punitio dura uit , sicut explicat B. Hieronymus

Ezec. 4 in præsenti. Vbi aduertit,quod Israeli, hoc est decē tribubus per Ezechielem non tres tantum,sed trecenti, & nonaginta anni quibus populus affligendus erat,statuuntur à Deo: & Regnu Iudæ , in quo erat templum Dei anni quadraginta . Moabitis vero tres tantum , & rationem assignat.Quoniam qui par-

Sap.6. uus est , meretur misericordiam ,

Luc.12. [potens autem potentes tormenta patientur,& seruus, qui scit voluntatem Domini sui,& non facit eam vapulabit multis .] Moab igitur , quia externus erat, nec de populo Dei , sed relicto errore conuersus non annis pluribus,sed tantum tribus,paruus , & modicus, & inglorius relinquetur. Vocat autem annos mercenarij tres annos à Deo statutos,vt Mohabitæ pænitentiam agerent: quoniā sicut mercenarius non sustinet labores, neque operatur vltra condictum diem : ita etiā Deus decreuerat , non amplius sustinere illius populi delicta,nec longiores inducias illis peccantibus concedere,sed statim euoluto triennio punire . Nobis autem si intra triennium huius vitæ,quod fortassis vix trium mensium, vel dierum spatio durabit,ad Deum per pænitentiam non fuerimus conuersi; eo magis tremendum restat iudicium, quo maiores diuitias bonitatis eius,& patientię, & longaminitatis sumus experti.

CAPVT XVII.



1 NVS Damasci . Ecce Damascus desinet esse ciuitas,
& erit sicut aceruus lapidum in ruina. Derelictæ ciui-
tates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & nō
erit qui exterreat. 3 Et cessabit adiutoriū ab Ephra-
im, & regnum à Damasco: & reliquæ Syriæ sicut glo
ria filiorum Israel erunt: dicit Dominus exercituum.
4 Et erit in die illa:attenuabitur gloria Iacob, & pin-
guedo carnis eius mercescet.Et erit sicut congregans in messe,quod re-
stiterit,& brachium eius spicas leget: & erit sicut quærens spicas in val-
le Raphaim . Et relinquetur in eo sicut racemus , & sicut excussio oleæ
duarum, vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor, aut quin-
que in cacuminibus eius fructus eius: dicit Dominus Deus Israel. 5 In
die illa inclinabitur homo ad Factorem suum , & oculi eius ad sanctum
Israel respicient:& non inclinabitur ad altaria,quæ fecerunt manus eius:
& quæ operati sunt digiti eius non respiciet , lucos & delubra. 6 In die
illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut aratra , & segetes ,

quæ

quæ derelictæ sunt ad facie filiorum Israel, & eris deserta. 7 Quia oblita
es Dei Saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea
plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis. 8 In die
plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit:ablata est messis
in die hæreditatis, & dolebit grauiter. 9 Væ multitudini populorum
multorum,& multitudo maris sonantis: & tumultus turbatum, sicut so-
nitus aquarum multarum, sonabunt populi sicut sonitus aquarum inun-
dantium: 10 & increpabit eum,& fugiet procul, & rapietur sicut puluis
montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate. 11 In tempore
vespere, & ecce turbatio: in matutino,& non subsistet. 12 Hæc est pars
eorum,qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

SVMMA CAPITIS.



RAESENS caput contra Damascenos loquitur, quibus propheta vastitatem terræ futuram, & solitudinem illius denunciat, tum quia (vt dictum est capite septimo) ascenderunt in Hierusalem, vt pugnarent contra Iudam, tum etiam, quia occasionem ruinæ a filijs Israel præbuerũt, auxilium in aduersis eis offerendo, auuertentes eorum cor a spe Dei sui, in quo tantum confidendum est. Propter quod primo euersionem ciuitatis Damascenorum denunciat in principio capitis; Secundo ad prophetandum contra decem tribus se transfert, quoniam auxilium Dei spernentes, se Damascenis confœderauerunt, de quo agit ibi;[Et erit in die illa attenuabitur, &c.] Tertio multitudinem exercitus regis Assyriorum, venientis ad deuastandum decem tribus, atque potentiam illius describit ibi; [Væ multitudini populorum multorum, &c.] Quarto annunciat, quod idem ipse Rex Assyriorum, per quem delicta aliorum puniuit, postmodum etiam deijciendus est, de quo in illo versiculo;[Et increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur sicut, &c. vsq; ad finem cap.



COMMENTARIVM.



1 Nus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas: & erit sicut aceruus lapidum in ruina.]Damascus inter potẽtissimas Orientis vrbes numeratur à Sennacherib supra in cap. 10. Ait enim: [Nunquid nõ principes mei simul reges sunt? nunquid non vt Charcamis, sic Calano,& vt Arphad, sic Emath? Nũquid nõ vt Damascus sic Samaria?] Damascus enim Metropolis est Syriç, & à Hieremia dicitur vrbs lętitiæ, à qua sub inde onus Syriorũ denominatur. Quid autem sit onus explicatum est cap. 13, num. 1. De Rege Syriæ dictum est supra cap. 7 quod fædus inierit cum filio Romeliæ contra Achaz, & Regnum Iuda. Ideo nunc euersionem illius annunciat Propheta. Quod si quis perquirat quomodo ciuitas desierit esse Damascus, cum vsque in hodiernum diem vrbs illa integra perse-

perseueret, respondetur, quod sicut de Babylone dictum est, non tam contra lapides marmorum, quam contra homines, præsens loquitur prophetia. Populus autem ille, qui Israelitas oppresserat, in captiuitatem ductus est ab Assyriorum Rege, qui Damascenorum principe interfecto, fere omnes illius populi transtulit in Cyrenem, vt sacra narrat historia lib. 4. Regum c. 16. & lib. 2. Paralipomenon cap. 24. Fertur Cain in Damasco fratrem suum Abel occidisse: cui & ethimologia nomis illius ciuitatis congruit. Damascus enim (auctore Hieronymo) interpretatur sanguinem fundens, aut bibens, siue osculum sanguinis, Et (vt refert Lyraranus Genes. 2. in illa verba, tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis) nonnulli asserunt, quod primus parens fuerit à Deo in agro Damasceno formatus, & inde translatus in Paradisum, vt operaretur, & custodiret illum. Vnde verisimile est, quod eiectus post peccatum de paradiso, ad terram ex qua fuit conditus redierit: vt in sudore vultus sui vesceretur pane suo: & quod Cain in agro illo occiderit fratrem suum. Hoc forsitan innuunt illa verba Gen. 4. [Dixitque Cain ad Abel fratrem suum. Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum, & interfecit eum.] Sequitur: [Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit, qui exterreat.] Tanta (inquit) erit illius ciuitatis solitudo, & tam deserta ab habitatoribus, vt pascua gregum sit futura, & nullus, qui greges exterreat, reperiatur.

3 [Et cessabit adiutorium ab Ephrim, & regnum a Damasco, & reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorũ Israel erunt: dicit Dominus exercituum.] Iunxerunt se Damascenis, & Syris decem tribus, vt pugnarẽt contra Regem Achaz, & tribum Iuda deuastarent: nunc autem etiam in pœna coniunguntur, vt qui consortes fuerant in peccato, consimile subirent iudicium. Et sensus est. Sicut filij Israel fuerunt prius in captiuitatem ducti: ita & reliquiæ Syrię in exterminium ibunt. [Sicut gloria, inquit, filiorum Israel,] gloriam per ironiam dicit, & contemptum siue irrisionẽ, quia in paupertatem maximam, & miseriam redacti sunt filij Israel, quæ tãto magis solet esse deterior, quo post maiorem abundantiam, & gloriam subsecuta est.

4 [Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marcescet.] Sermonẽ conuertit propheta contra decem tribus, eo quod auxilium Dei spernentes, in Damascenorum potentia confidebant, se illis associantes, & confęderantes. Et quoniam similem futuram esse dixerat gloriã Damascenorum gloriæ filiorum Israel describit nunc gloriam Israel, atque illius splendorem sub nomine Iacob, & inquit, attenuandã esse ita, vt pinguedo eius emarcescat: in quo cupiditatẽ exprobrat, auaritiam, & lasciuiam illius populi. Cum enim gloriari oportuisset in Deo, & in diuitijs, atque promissionibus illius exultare: factore tamen suo relicto totus mundanis opibus, & delitijs carnalibus inhiabat, stulte alienis thesaurizans diuitias, & congregans peritura extraneis. Hæc erat eorum gloria, hęc fœlicitas carnis, videlicet pinguedo

guedo, lasciuia,& diuitiarum abundantia,quæ alia quam plurima parturiunt peccata. His subinde illud congruit,quod dicit Propheta.[Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus,impinguatus,dilatatus. Dereliquit Deum factorem suũ,& recessit à Deo salutari suo,] Et iterum. [Væ qui opulenti estis in Syon,& confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel.] Et post pauca:[Quid dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege,& vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. Bibentes vinum in phialis,& optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Quia propter huiusmodi delitias,& temporalium rerum abundãtiam, quibus inherebant,ducti sunt in captiuitatem,subditur statim [Quapropter nũc migrabunt in capite trãsmigrantium: & auferetur factio lasciuientium.] Tale quid accidit Damascenis, & Syris, vt in verbis sequentibus ostendit Isaias. Ait.n. [Et erit sicut congregans in messe, quod restiterit, & brachiũ eius spicas leget, & erit sicut quærens spicas in valle Raphaim.] Vbi per congregantem intelligit Regem Assyriorum, qui decem tribus in captiuitatem, sicut dictum est,duxit: per messem decem tribus designat, qui omnes ducti sunt in captiuitatem, exceptis paucissimis, quos propterea comparat racemis à vindemiatoribus,relictis,& duabus, vel tribus, siue quatuor, vel quinque oleis in cacuminibus arborum casu remanentibus. Vnde & subditur. [Et relinquetur in eo sicut Racemus, & sicut excussio oleæ duarum, vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor, aut quinque in cacuminibus eius, fructus eius, dicit Dominus Deus Israel.]

Deu.32

Amos.6

5 [In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient: non inclinabitur ad altera, quæ fecerunt manus eius, non respiciet lucos,& delubra.] Ideo pauci, qui saluandi sunt in die illa, confugient ad Christum,qui factor noster, & sanctificator diditur,adorabunt illum, & tamquam verum Deum agnoscent, & in illum credent, neque vltra iam colent idola sicut prius. Possunt etiam verba ista ad eos referri, qui relicti sunt sub Ezechia. Ille enim idola destruxit excelsa abstulit,lucos euertit, & delubra: ne quando populum à vero Dei cultu auerterent. [Non respicient, inquit, lucos, & delubra, vt scias, quoniam idola non solum non sunt adoranda, neque colenda, sed nec respicienda quidem: cum ipsa non valeant se colentes respicere,nec in necessitatibus protegere. Vnde, & propheta illis insultans ait. [Vbi sunt dij eorum, in quibus habebãt fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant: Videte quod ego sim solus,& nõ sit alius Deus præter me] Et iterum. [Simulacra gentiũ argentum, & aurum,opera manuum hominum. Os habent,& nõ loquẽtur:oculos habent,& non videbunt. Aures habent,& non audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent,& non palpabunt: pedes

2. Par. 27.

Eccl.48

Deu.32

Ps.113.

des habent,& non ambulabunt:non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant,qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.] Idolum autē est,ò homo quidquid Deo prætuleris,aut æquaueris, vel in quo spem tuam,& fiduciam constitueris, caue ne ad hæc idola respicias, vel sub religionis,& sanctitatis habitu illa habeas abscondita, ne consimile tibi iudicium accidat, quod Iudæis ascendentibus ad præliū contra aduersarios. Propter hoc enim vitium corruerunt in terram, & ab inimicis interfecti sunt; de quibus dicit Scriptura.[Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret,& cum parētibus poneret in sepulchris paternis. Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum,quæ apud Iamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos: Omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse.Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium Domini,qui occulta fecerat manifesta. Atque ita ad preces cōuersi, rogauerunt, vt id quod factum erat delictum obliuioni traderetur. At vero fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes, quæ facta sunt pro peccatis eorum, qui prostrati sunt.]Ecce illi milites erant fortes,& loricati, & armati, atque ad prælium electi: & tamen sub armis splēdentib', sub tunicis, & saccis, Idolorum donaria habebant abscondita:quæ tamen in morte, dum propter illa prostrantur in prælio, iusto Dei iudicio manifesta fiunt. Qui ergo sub Christi nomine militant Deo, induti armaturam Dei,habentes scutum fidei, in quo possīt omnia tela nequissimi ignea

2.Mac. 12.

Ephes.6

extinguere, & galeam salutis possidentes,atq. gladium spiritus,quod est verbum Dei, attendant, ne sub tunicis paupertatis latens aliquod habeant idolum,vel donaria idolorum diligat,aut illis inhęreant corde: quoniam nihil est occultum, quod non manifestetur, neque absconditum,quod non sciatur. Manifestabitur saltem in die illa, quando veniet Dominus:[Qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tunc laus erit vnicuique à Deo.] 1.Cor.4

6 [In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, sicut aratra,& segetes, quæ derelictæ sunt à facie filiorū Israel, & eris deserta.] Tanta,inquit, erit desolatio, & derelictio terræ,atque solitudo in captiuitate decem tribuum: quanta fuit olim cum fugerunt à facie filiorum Israel Chananæi, ciuitatib' absque habitatore derelictis, vt liberam illuc ingrediendi Iudęi potestatem haberent. Per ciuitates fortitudinis,ciuitates fortes,& bene munitas intelligit.

7 [Quia oblita es Dei Saluatoris tui,& fortis adiutoris tui nō es recordata:propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis.] Quod attinet ad literam,prophetia est hæc,qua terræ sterilitatem futuram ob eorum peccata denunciat.Hanc prius Dn̄s ipse cum legem cōdidit,eius transgressoribus fuerat cōminatus. [Sementem,inquit,multam iacies in terram,& modicum congregabis: quia locustę deuorabunt omnia. Vineam plantabis,& fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam:quoniam vastabitur vermib'. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia Deu.28

defluent,& peribunt.] Sed in altiori sensu præsentē locum explicātes expēdere oportet, quam aduersos fructus,quā iniucundos, & amaros proferat oīs plantatio, quam non plantauit Pater cælestis, neque est in timore Dei, & charitate fundata. Vbi.n.abest timor,& dilectio plā tantur plantationes secundum speciē quidem iucundæ,sed re ipsa odibiles Deo, & abominabiles; quæ subinde vero Dño fructus nō proferunt. Ideo in scriptura sacra adulterinæ plantationes dñr. Sicut enim adulteri nō generandæ prolis desiderio,sed delectationis gratia inter se cōueniunt: ita plātationes extra charitatem factæ, non ex desiderio operationis rectæ, sed ex appetitu excellētię propriæ, atq; diuitiarum procedit. Ideo etiam nunc, inquit propheta. [Germen aliorum seminabis,]quoniā nō tibi sed alijs proferet fructus. Vnde cum ait, [plantabis plantationē fidelem,]derisoriè loquitur,quia re vera non est fidelis, sed infidelis potius talis plantatio,eo ꝙ fidem nō seruat, nec fructus reddit, quos omnibus videtur promittere. Hæc autem omnia incōmoda,inquit,euenient illi, [quia oblita es Dei Saluatoris tui.] Vide quantum malum sit Deum obliuisci,& beneficiorum illius nō recordari. Conqueritur per prophetā de ingratis & inquit, [Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fascię pectoralis suæ? Populus vero meus oblitus est mei dieb. innumeris.] O Dei clementiam, ò dilectionem,ò benignitatem. Dies reputat, & dicit innumeros horam vnam,vel diem, ī qua fidelis anima non recordatur illius.[Recordare, inquit paupertatis meæ,& trāsgressionis meæ,absinthij,& felis.] Ac si apertius dicat. Si consimilia pati mecū recusas, si duriora pro salute tua renuis subire certamina,saltem memorare quę pro te pertuli.&me pauperē, & abiectum, crucifixum, & fele potatum noli obliuisci. Qđ si obliuiosus,& immemor execrabilis Deo est,quid contumeliosus, & blasphemus,qd periurus,& sacrilegus? Plantationes autem in charitate radicatæ, & fundatæ fidelissimæ sunt,& fructus vberrimos proferunt. Hæc enim humectat animā, & sicut de verbo abbreuiato dicit Propheta: [Inebriat terram, & infundit eā,& germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti.] Vnde non mirum, quod terra cui huiusmodi humor cęlestis deficit,spinas proferat, & tribulos, reproba sit,& maledictio proxima.

Mat.15 · Sap. 4. · Hier.2. · Thren. 3 · Vide supra cap. 1 num. 13. · Isa. 55. · Hebr.6

8 [In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit: ablata est messis in die hæreditatis, & dolebunt grauiter.] Solet inimicus super bonum semen seminare zizania, crescunt illa, & soffocant bonum semen. Ita in præsenti (ait propheta) continget illis,qui plantationes plantauerint infidels, aut germen alienū seminauerint. Alienū inquā à Deo,à iustitia,à pietate & sinceritati aduersum christianæ: Hæc prophetia hypocritas singulariter respicit,qui [mane] hoc est in exordio statim vitæ suæ florere videntur,& vberrimos fructus virtutis promittere:sed quoniam in charitate radicati non sunt,nec fundati, in ipso ortu solis arescunt, & [in die hæreditatis,]hoc est in iudicio, qñ iusti hæreditabunt terram,auferetur ab eis messis,quia mercedem suorum operum non percipient. [Et dolebunt,inquit,grauiter] tūc videlicet quando clamantes: [Domine

Mat.23

mine

mine Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?] re-
Mat. 7 spondebit illis Saluator,] quia nũquam noui vos:discedite à me omnes,qui operamini iniquitatem.] Consonat huic prophetię illud qđ dicitur Iob 8.[Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut cre
Iob.8. scere carectum sine aqua? Cum adhuc sit in flore nec carpatur manu, ante omnes herbas accrescit. Sic viæ omniũ,qui obliuiscuntur Deũ, & spes hypocritæ peribit.Nõ ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius.Innitetur super domum suam,& non stabit,fulciet, & non consurget. Humectus videtur antequam veniat sol, & in orto suo germen eius egredietur: super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur.Si absorbuerit eum de loco suo negabit eum, & dicet, non noui te.]Vide qualiter propheta,& Iob sibi innicem correspondeant.Ille inquit: [Et mane semen tuum florebit.]Iste ait. [Cum adhuc sit in flore ante omnes herbas arescit,& in ortu suo germen eius egredietur.]Ille ait:[ablata est messis in die hæreditatis:] iste. [Spes hypocritæ peribit.] Ille denique dicit,[Et dolebunt grauiter;] Iste vero; [si absorbuerit eum de loco suo,negabit eum,& dicet.Non noui te.] Nunc inducta verba cum S.
Greg. 8. mor. 24. Gregorio expendamus.[Scirpi,inquit,vel carecti nomine hypocritæ vitam signat, quæ speciem quidem viriditatis habet, sed ad humanos vsus fructum vtilitatis non habet, quę sterilitate operis arida permanens,solo sanctitatis colore viridescit. Sed neq; sine humore scirpus, neque sine aqua carectum proficit, quia hypocritarum vita ad bona opera infusionem quidem superni muneris percipit,sed ĩ cunctis,quæ agit,exteriores laudes appetens, à fructu perceptæ infusionis inanescit.Sępe namque mira signorum opera faciunt, ab obsessis corporibus spiritus pellunt, & per prophetiæ donum ventura quæque sciendo præueniũt, sed tamen à largitore tot munerum cogitationis intẽtione diuisi sunt, quia per eius dona,non eius gloriam, sed proprios fauores quęrunt.Cumque per accepta dona in sua laude se eleuant, ipsis muneribus cõtra largitorem pugnant. Inde quippe contra dantem superbiunt, vnde ei amplius humiles esse debuerunt.Sed eo postmodũ eos districtior sentẽtia ꝑcutit, quo nunc superna bonitas, & ingratos infudit,fitq; eis amplitudo muneris incremẽtum dãnationis, quia irrigati fructum nõ ferunt,sed sub viriditatis colore, vacui in altum crescunt.]Et paulo inferius: [Scirpus in flore est hypocrita in laude. Qui ante oẽs herbas arescere dicitur, quoniam iustis in bono suo permanentibus,à viriditate assumptæ rectitudinis hypocritarum vita siccatur.Arescunt herbæ etiam reliquæ, quia iustorum opera cum carnis vita deficiunt.Sed herbarum ariditatẽ scirpus præuenit, quia priusquã de carne hypocrita transeat,ea,quę in se ostenderat virtutum facta derelinquit. De quibus etiã bene per Psalmistam dicitur. Fiant sicut fœnum ædificiorum, quod prius quã euelatur, exaruit. Fænum quippe ædificij ĩ alto nascit, sed nequaquã Ps.128. pingui radice solidatur,qa & hypocrita summa quidẽ agere cernitur, sed nõ ĩ eis ex cordis puritate robo

ratur. Quod nimirum fœnum, & nõ euulsũ citius arescit, quia videlicet hypocrita, & in præsenti adhuc vita subsistit, & iam sanctitatis opera quasi viriditatis speciem amittit; quia enim sine intentione recte cogitationis bona studuit agere, hæc ammittens indicat se sine radice floruisse.] His nimirum dicet aliquando Dominus. [Non noui vos.

Cap. 3. Quia, vt inferius dicit Gregorius: Simulatoris vitam iuste reprobando veritas ignorat, nec recognoscit eius bona, quæ egit, quia hæc ex recta intentione non protulit. Vnde & fatuis virginibus in iudiciũ venientes dicit. Amen dico vobis, nescio vos. *Mat.25* In quibus dum mentis corruptionem considerat, carnis etiam incorruptionis damnat.] Sic aufertur ab hypocritis messis in die hæreditatis, quia nihil ex his quæ seminauerunt operibus, colligent, nisi laborem, & dolorem, & afflictionẽ spiritus, sicut scriptum est. *Hier.21* [Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas.] *Matt.6* Et iterum. [Receperunt mercedem suam.] Multa alia docet elegantissime circa hæc sanctus Gregorius vbi supra.

9 [Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium.] Loquitur propheta in præsenti cõtra regẽ Assyriorum, & exercitum illius, quẽ aquis multis, atque inundantis terram, comparat: propter multitudinem, propter tumultum, & confusionem, & propter potẽtiam eorum maximã: eo quod omnia sicut inundantes aquæ euertebant, vt dictum est cap. 8. num. 13. Illa dictio [væ] comminantis est, & denunciantis excidium Regis Assyriorum: vel (vt alij sentiunt) admirantis multitudinem innumerabilem venientis populi contra paucos Israelitas, debiles atque omni humano præsidio destitutos. Hinc etiam magis admirare multitudinem, & potentiam insurgentium quotidie contra Christum Dominum, & eius Ecclesiam, contra iustos, & electos, quos ob paucitatem pusillum gregẽ appellat Dominus. [Nolite timere, inquit, pusillus grex: quia cõplacuit Patri vestro dari vobis regnum.] *Luc.12.* Stultorum autem infinitus est numerus, sed quantumuis cõtra Christum multiplicẽtur inimici: etiamsi portæ inferi aduersus Ecclesiam insurgant: contra eam nihilominus præualere non poterunt. Vnde sicut in præsenti aquis maris sonantib', atque inundantibus terram cõfert propheta inimicos Ecclesiæ, ita & psalmista insulæ comparat Ecclesiã ipsam. [Dominus, inquit, regnauit exultet terra, lætentur insulæ multæ.] *Psal.96* Si rationem huius similitudinis scire desideras, audi Augustinum. *Aug sup. ps.96.t 8.* [possunt, inquit, & in figura recte accipi insulę omnes Ecclesiæ. Quare insulę? Quia circumlatrantur fluctibus omnium tentationum. Sed quomodo insula vndiq. circumstrepẽtibus fluctibus tundi potest, frãgi non potest, magisq; ipsa frangit fluctus venientes, quã frangãtur ab eis: sic & Dei Ecclesię pullulãtes p totum orbem terrarum, passæ sunt persecutiones vndiq; frementium infidelium, & ecce stant insulæ, & iã placatum est mare.] Quid enim Simon Magus, quid Arius, quid Sabellius, quid Montanus, quid cæteri hæretici? Nõ ne [fluctus feri maris despumantes suas confusiones,] veritatẽ persequẽtes, & cõtra fidẽ

Catho-

Catholicam vocem suam leuātes? [Eleuauerunt flumina Domine, (inquit propheta) eleuauerunt flumina vocē suā. Eleuauerūt flumina fluctus suos a vocib. aquarū multarum. Mirabiles elationes maris,] sed prçualere non potuerunt aduersus insulam Ecclesiæ, quoniam [testimonia tua credibilia facta sūt nimis,] quoniam Ecclesia] est columna, & firmamentum veritatis,] & insula fortis, quæ perstrepentib⁹ fluctibus aduersus eam, non mouetur, sed semper eadem perseuerat, fluctus omnes superuenientes confringens, & in nihilum redigens. Audisti aduersariorum terrorem, & potentiam? expende deiectionē eorum, & ruinam. subditur enim.

Iud. 1.

Ps. 92.

10 [Et increpabit eum, & fugiet procul, & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate.] Dixerat supra de Redemptore nostro: [& iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in çquitate pro mansuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritum labiorum suorum interficiet impium.] Id nunc exequitur cū hostibus populi sui. Vnica increpatione eos subuertit, atq; in puluerem redigit, vt scias quam facili negotio omnem humanam potentiam iustitia diuina confundat, & omnes fluctus maris, & tempestatem illius quiescere faciat. Scriptum est enim. [Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.] Et iterum: [Increpans mare, & exsiccans illud, & omnia flumina in desertum deducens.] Increpare autem in sacris litteris, cum de Deo dicitur, idem significat, quod obiurgare, & potestatiue imperare. Hinc est, quod nauigantibus discipulis, & periclitantibus surgens Christus Dominus, vt refert beatus Lucas: [Increpauit vētū, & tēpestatē aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Increpauit,] inquit, cum potestate, auctoritate propria, tanquam Dominus cui venti obediunt, & maria. Quod & clarioribus verbis beatus Marcus explicuit dicens. [Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari, Tace, obmutesce, & cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna.] Sic etiam increpat Dominus feras arundinis, vel, vt Augustinus legit, [feras calami] per quas idem Augustinus hæreticos intelligit eo quod suo calamo peruerso sacrilego, & venenato scribentes, fidem Catholicam oppugnare contendunt, quos Petrus Apostolus indoctos, & instabiles vocat, deprauantes scripturas ad suam ipsorum perditionem. Sequitur. [Et fugiet valde procul.] Alludit ad illud, quod de mari dicitur psal. 113. [Quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis, q a cōuersus es retrorsum?] Tāta quippe est virtus flatus Dei, atq; etiam nutus illius, vt turbulentū mare fugere faciat, atque quiescere, & impios tanquam puluerem montiū in profundū proijciat. Ideo .n. in præsenti peccatores pulueri montiū cōparauit, vt scias quod à vento aliquando rapientur & sua de celsitudine depositi, à regno excludētur cœlesti. Scriptū est .n. [Nō sic impij nō sic, sed tanquā puluis, quem proijcit vētus à facie terræ. Ideo nō resurgēt impij in iudicio, neq; peccatores in concilio] hoc est in cōsortio [iustorū. Quoniā nouit Dominus viā iustorum, & iter impiorū peribit.] In cuius signū lapis abscissus de monte sine manib⁹

Isa. 11. *Ps. 105.* *Nah. 1.* *Luc. 8.* *Mar. 4* *Ps. 67.* *2. Pet. 3.* *Ps. 1.* *Dan. 2.*

percussit statuam, quam vidit Nabuchodonosor, in pedibus eius ferreis, & fictilibus & comminuit eos, [Tunc contrita sunt pariter ferrū: testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento, nullusque locus inuentus est eis.] Percutiet enim Dominus omnem humanam gloriam, omnem fortitudinem, & potentiam, quæ in pedibus fundatur fictilibus, & conuertet in puluerem, & spiritu oris sui, cum dixerit reprobis: [Ite maledicti in ignē ęternum.] proijciet eos, & elongabit a regno patris, nec locus eorum, aut memoria inuenietur amplius. Scriptum est enim: [Sicut consumitur nubes, & pertransijt; sic qui descendit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur vltra in domū suam: neque cognoscet eum amplius locus eius.

Mat.25

Iob 7.

11 [In tempore vespere, & ecce turbatio, in matutino, & non subsistent,] Quasi dicat. Durabit vexatio iustorum, & electorum tribulatio breui tempore vsque ad vesperum, quousque aspiret dies, & inclinentur vmbræ, & similiter gloria, & triumphus impiorum, sed mane consulabuntur electi. Scriptum est enim: [Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.] Impij autem deprimentur: nam repentinus eis superueniet interitus. Sic accidit Assyrijs, nam vna nocte a deuastante Angelo mortui sunt cētum octogintaquinque millia. Id quod in maximam cedit consolationem iustorum. Vnde nomine omium electorum insultans impijs. subdit Isaias.

Breuis est omnis tribulatio.

Ps. 29.

Isa. 37.

12 [Hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.] Ac si dicat: Hic est finis, hæc pars, hoc premium eorum, qui vexauerunt nos, quod & ipsi reprobi confitebuntur. Agnoscent enim in tormentis, quod aliquando dixerunt, dum viuerent in delitiis, [quoniam hæc est pars nostra, & hęc est sors nostra.] Infelix sors, dura, & tremenda, a qua nos eripiat omnipotens, & misericors Dominus, vt gratias semper agamus Deo, & patri: [Qui (vt Paulus ait.) dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnū filijdilectionis suæ.]

Sap. 2.

Colos. 1.


CAPVT XVIII.



2 VÆ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ, 3 qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite Angeli veloces, 4 ad gentem cōuulsam, & dilaceratam: ad populum terribilem, post quem non est alius: ad gentem 5 expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terrā eius: 6 omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus videbitis, & clangorem tubæ audietis: 7 quia hæc dicit Dominus ad me: 8 Quiescam, & considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. 9 Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur

cidentur ramuscoli eius falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscindentur, & excutientur. 10 Et relinquentur simul auibus montium, & bestijs terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super illum hiemabunt. 11 In tẽpore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso, & dilacerato: à populo terribili, post quem non fuit alius, à gente expectante, expectãte & conculcata, cuius diripuerunt flumina terrã eius, ad locum nominis Domini exercituũ montem Sion.

SVMMA CAPITIS.

1 

N hoc capite, & duobus sequẽtibus vaticinatur Isaias *contra Aegyptios, & in principio huius capituli causam assignat, propter quam Aegyptij pœnam comminatã promeruerunt, quia videlicet missis nuncijs induxerunt filios* Israel, *vt in Agypto spem suam collocarẽt auertẽtes illos à cultu Dei sui. Secũdo denunciat Aegyptiorum ruinam factam per Regem Babilonis, ab illo versiculo. [Omnes habitatores orbis, &c.] Tertio consolatur filios* Israel, *quibus redditum ad patriam suam repromittit, vt ibi munera in templo, sacrificia offerant Deo, & de hoc agit in illo versiculo. [In tempore illo deferetur munus Domino.]*

COMMENTARIVM.

2 

Æ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ.] Aegyptij infestissimi fuerunt filijs Israel. Nam Sesach Rex Aegypti venit ad prçliandum contra Hierusalem cũ magno exercitu, in quo erant Aegyptij Troglodiri, & Aethiopes, vt constat ex lib. 2. Paralipomen. cap. 12. Ideo in præsenti illis ruinam cõminatur Isaias. Et præterea quia scãdalũ præbuerunt duabus tribub. dũ promittentes illis auxilium cõtra insurgentes hostes, retraxerunt illos à spe, & cultu Dei sui, & induxerunt, vt fiduciam in Aegypto collocarent, & omnes promissiones prophetarum, atque eorum oracula irriderent. Vnde & propter hoc peccatum à Deo puniti sunt Israelitæ, vt constat ex cap. 30 & 36. huius prophetiæ. Destruitur ergo Aegyptus confringitur baculus arundineus: ne de cætero adijciat populus Dei inniti super illum. [Quæ est ista fiducia tua (ait Dominus ad populum suum) qua confidis, aut quo consilio, vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me? Ecce confidis sup baculum arundineum confractũ istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao Rex Aegypti omnibus, qui confidunt in eo.] Isa. 36. Pro explicatione autem litteræ sciendum est, quod (vt notauimus capite octa-

uo,num. 16.) alarum nomine exercitus significantur in sacris literis, siue equitum turmæ: eo quod sicut gallina, vel Aquila sub alis suis pullos congregat, & defendit: ita equitum fortitudine, & indastria, imbecilles proteguntur, & debiles. Per cymbalum omne illud, quod vanum est, & fictum intelligitur. Vnde Apostolus ad designandum vanam esse, & inutilem eorum prædicationem, qui verbis Christum annunciãt, factis autem negant. ait: [Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tiniens:] quia (vt explicat sanctus Thomas) sicut vox cymbali mortua est, ita & prædicatio Euangelij extra charitatem facta vita caret, & est inutilis, & vana, quoniam ad meritum vitæ æternę non proficit, Isaias ergo in præsenti per cymbalum alarum, vanam potentiam intelligit exercitus Regis Aegypti, in quo filij Israel confidebant, ac si posset eos ab hostibus defendere, & in aduersis protegere sicut frequenter per legatos promiserat illis, de quibus subdit.

1.Cor.13

Tho.lect. 3.

3 [Qui mittit in mare legatos in vasis papyri super aquas.] Papyrus (vt docet Plinius) genus quoddam est iunci, siue arbusculũ quod nascitur in paluſtribus terræ Aegypti, & in aquis Nyli quiescentibus in stagnis. Ex illis conficiebant Aegyptij vasa quædam leuissima, quæ subinde super aquas facilime ferebantur: in quibus mittebat Rex Aegypti nũcios ad duas tribus, offerens illis auxilium. Dicebatque legatis suis. [Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, **& dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius: ad** gentem expectantem, & conculcatam: cuius diripuerunt flumina terram eius.] Duas tribus, quibus RexAegypti mittebat nuncios appellat gentem conuulsam, & dilaceratam, quia (vt constat ex lib. 4. Regum.) frequenter à regibus Aegypti ab Assyris, & Babylonijs, dilaceratæ sunt; [terribilem,]propter multas victorias sibi à Deo misericorditer concessas, & quia per illum populum terribilia Dominus operatus est. Ite ad gentem, [expectantem,] auxilium ab Aegypto. Hęc quantum ad literam. In altiori autem sensu, & magis recondito possunt hæc verba de Ecclesia Catholica explicari, sicut explicat Oecumenius, & alij nonnulli. Per angelos prædicatores intelligendi sunt Euangelij, & ministri Domini. Dicitur enim Malach. 2. [Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.]Cõgruitque illis nomen. Angelus quippe non est nomen naturæ, sed officij, & significat nuncium, Quia ergo prędicatores Euangelij, fidem Christi mundo annunciant, recte Angeli nuncupatur, & Angeli pacis, qui peccata populi, & incommoda amarè flebunr. Hos mittit Dominus, tanquam veloces nuncios, vt auxilium suum, & gratiam peccatoribus offerant, vt debiles confortent, & infirmos sanent, ait enim: [Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.] Et iterũ [Sicut misit me Pater, & ego mitto vos]Et alibi euntes in mũdũvniuersum, prædicate Euãgeliũ omni creaturæ,]Quod & sanctus Iob, innuit cum

Plin.l.13. natur.historiæ.c.11.

Oecu. in prolog. epistol. ad Rom.

Mat.10 Ioa.20. Mar.16

Iob 38. cum dixit. [Mittes fulgura, & ibūt. *Greg. 30. mor. 2.* Vadunt fulgura (inquit Gregorius) cum prædicatores miraculis coruſcant, & ſuperna reuerētia auditorum corda trāsfigunt.] Vide quam velociter fulgur de cœlo deſcēdat, in momento, in ictu oculi, non minus velociter Apoſtoli mundum perluſtrauerūt vniuersū: alias quomodo verificaretur quod dicit ſcriptura. *Pſ. 147.* [Velociter currit ſermo ei'?] eius, inquam, qui emittit eloquiū ſuum terræ, qui annunciat verbum ſuum Iacob, qui aſcēdit ſuper cherubim, & volauit, volauit ſuper pennas ventorum, qui ait; Ite angeli veloces. Et vt deſignaret celerem curſum prædicatorum Euangelij, cum eos ad euangelizandum pauperibus miſit, inquit: *Luc. 10.* [Neminē per viā ſalutaueritis,] ne videlicet itineris curſus retardaretur: Vnde, & *Cyrillus.* Cyrillus hæc eadē verba explicans ait: [Non ſolum autem ſacculum, & peram portare prohibuit, ſed nec aliquam ſtudij diſtractionē permiſit aſſumere, qui nec ab obuiātium ſalutatione diſtrahi voluit, vnde & ſubdit: & neminem per viam ſalutaueritis, quod & dudū ab Elyſeo dictum fuit; Quaſi dicat. Recto tramite ad opus procedite, non alternantes benedictionibus benedictiones. Damnum enim eſt expendere tempus prædicationibus cōpetens.

4 Ad quem autem angelos mittat audiamus, [Ad gentem, inquit, cōuulſam & dilaceratam,] hoc eſt, ad Eccleſiam ſponſam Chriſti, quæ conuulſa dicitur, propter maximas tyrannorū perſecutiones inſurgentium contra illam. Iuxta quod & Paulus ait: Alij autem diſtenti ſunt non ſuſpiciētes redemptionem, vt meliorem inuenirēt reſurrectionē. *Heb. 11* Alij vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui sūt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ.] Sequitur, [Et dilaceratam.] Dilaceratur enim Eccleſia in martyribus, quorum corpora dilaniauerūt tyranni, eorum quoque bona temporalia rapiendo. Sed illi omnia propter Chriſtum ſuſtinebant non ſolum patienter, ſed etiam libēter. [Vſque in hanc horam,] inquit Paulus, [& eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & *1. Cor. 4* inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur, & benedicimus perſecutionē patimur, & ſuſtinemus. blaſphematur, & obſecramus. Tāquam purgamēta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.] Et iterum: [In omnibus tribulationē patimur, ſed nō anguſtiamur, oprimamur, ſed non deſtituimur, perſe- *2. Cor. 4* cutionem patimur, ſed non derelinquimur, deijcimur, ſed nō perimus, ſemper mortificationē Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Et rurſus: libenter enim ſuffertis inſipien- *2. Cor. 11* tes, cum ſitis ipſi ſapientes, ſuſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciē vos cædit. Ad populū terribilem.] Eccleſia enim terribilis eſt perſecutoribus ſuis, & tortoribus, & terribilis, vt caſtrorum acies ordinata,] *Cant. 6.*

contra

contra quam portæ inferi præualere non poterunt. In quo virtus diuina splendet maxime atque potentia: Alias quomodo gens conuulsa, & dilacerata, cõculcata,& afflicta terribilis esset persecutoribus suis? Hinc Vincentius martyr dum esset in aculeo irridet tyranni potentiã. [Insurge,] inquiens, [& toto malignitatis spiritu debacchare, Videbis me Dei virtute plus posse, dum torqueor,quam possis ipse qui torques.] Hinc & Sanctus Augustinus inuicti martyris tollerantiam expendens ait: [In huius corpore pœnis varijs exarato, iam tormenta defecerant,& adhuc membra durabant. Tot conuicta miraculis persistebat impietas,tot vexata supplicijs non cedebat infirmitas. Agnoscatur ergo operata diuinitas.Quando enim corruptibilis puluis cõtra tam immania tormena duraret,nisi in eo Christus habitaret? In his.n. omnibus,ille agnoscendus,ille glorificandus, ille laudandus est, qui in prima vocatione dedit fidem, & in suprema passione virtutem. Sequitur, Ad gentem expectantem,& conculcatam:] quæ verba Ecclesiæ competunt,& fidelibus, de quibus Paulus ait: [Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et iterũ: Expectabant enim fundamẽta habentẽ ciuitatẽ, cuius artifex, & conditor Deus,de quo plura diximus c.1.n.56. & 57.

Aug. ser. 5. B Vincentio 10

Ser. 1. B. Vinc t.10

Heb.13

Heb.11

5 [Expectantem,inquit,& conculcatam.] Conculcãtur enim electi, persecutionem patiuntur & irridentur ab infidelibus, eo quod bona temporalia contemnentes,& vitam præsentem pro nihilo habẽtes, futuram expectant. Quod fœminæ nobiles,& puellæ sunt propter hoc à tyrannis occisæ? Quot viri iusti in exilium missi? Quot lapidati? Quot secti? Quot in carcere fame cruciati, & mortui? Sed cum vita illorum videretur insania, & finis eorum sine honore,computati sunt inter filios Dei,atque inter sanctos & electos sors illorum est. Vide supradicta cap.8. num.19. Sequitur. [Cuius diripuerunt flumina terram eius.] Regum exercitus & tyrannorum potentiam nomine fluminũ intelligit (vt notauimus c.8.nu.13. & 14.) eo quod mira crudelitate inundent terram & subuertant omnia. At Ecclesia Christi,quoniam super firmissimam petram fundata est, licet à luuione fluminum impetatur, non tamen concidit, sed purgatur potius & amittit quod terrenum habet & corporale, vt conseruetur, quod spirituale est & cæleste. Ideo inquit: [Cuius diripuerunt flumina terram eius,] hoc est corpus de terra formatum, non animam creatam à Deo: quoniam persecutores, & principes terræ occidere quidem possunt corpus, sed non habet amplius quid faciant.

Sap. 5.

Luc.12

6 [Omnes habitatores orbis,& qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus,videbitis, & clangorem tubæ audietis.] Quãtum ad litteram loquitur in persona Dei cum Ægyptijs, qui per Regẽ Babylonis deuastati sunt. Ac si dicat: Cum vexillum exercitus Regis Babylonis in signum victoriæ eleuatum fuerit, tunc videbitis ò Ægyptij, atque experientia ipsa cognoscetis mala quæ vobis inferre decreui,& misericordiam quam populo meo præstare statui. Quantum ad Spiritum autem prædicit, mysteria legis Euãgelicæ, ad quæ prædicanda nuncios veloces misit altissimus, omnibus palam

mani-

manifestanda esse: tunc videlicet, quando exaltato in Cruce Christo Domino in signum populorum, tuba prædicationis Euangelicæ in toto mundo fuerit audita. Crux enim Domini signum est in mõtibus eleuatum, vt diximus cap. 13. nu. 3. Signum, inquam, iustitiæ Dei, qui sic in vnigenito filio suo peccata seruorum puniuit; Signum misericordiæ & charitatis eximiæ, qua nos
Rom. 8. dilexit, nam [proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnib' tradidit illum. Quomodo enim cum illo non omnia nobis donabit?] Signum sapientiæ, quæ per mysteriũ Ctucis delusit inimicum, Signum
1. Cor. 1 potentiæ, quia [quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.] Signũ denique omnim perfectionũ illius, quoniam per mysterium Crucis innotuerunt mundo. Vnde, & Crux signum quasi per anthonomasiã dicitur à fidelibus orantibus. per signum crucis de inimicis nostris libera nos Domine Deus noster. [Et (vt verbis vtar Beatus Chrysostomus:) Si nosse desideras charissime virtutem crucis, & quanta possum ad eius laudem dicere, audi:]

Chry. ho de cruce Domin. tom. 3.
Crux spes Christianorum,
Crux resurrectio mortuorum,
Crux cæcorum dux,
Crux desperatorum via,
Crux claudorum baculus,
Crux consolatio pauperum,
Crux refrenatio diuitum,
Crux destructio superborum,
Crux male viuentium pœna,
Crux aduersus dæmones triũphus,
Crux deuictio diaboli,
Crux adolescentum pedagogus,
Crux sustentatio inopum,
Crux spes desperatorum,
Crux nauigantium gubernator,
Crux periclitantium portus,
Crux obsessorum murus,
Crux pater orphanorum,
Crux defensor viduarum,
Crux iustorum consiliarius,
Crux tribulatorum requies,
Crux paruulorum custos
Crux virorum caput,
Crux senum finis,
Crux lumen in tenebris sedentium,
Crux regum magnificentia,
Crux scutum perpetuum,
Crux insensatorum sapientiã,
Crux libertas seruorum,
Crux Imperatorum philosophia,
Crux lex impiorum,
Crux prophetarum præconatio,
Crux annunciatio Apostolorum,
Crux martyrum gloriatio,
Crux monachorum abstinentia,
Crux virginum castitas,
Crux gaudium sacerdotum,
Crux Ecclesiæ fundamentum,
Crux orbis terræ cautela,
Crux templorum destructio,
Crux idolorum repulsio
Crux scandalum Iudæorum,
Crux perditio impiorum,
Crux inualidorum virtus,
Crux ægrotantium medicus,
Crux emundatio leprosorum,
Crux paralyticorum requies
Crux esurientium panis,
Crux sitientium fons,
Crux nudorum protectio.

7 [Quia hæc dicit Dominus ad me:] Nihil ex eius verbis muto, sed vt mihi tradita sunt à Deo, & reuelata: sic ea vobis annuncio. [Ego quiescam, & considerabo in loco meo], sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis:] Explicat prouidẽtiam, quam Deus habet omnium, & vanam eorum sen-

ſententiam excludit, qui dixerunt: *Iob 22.* [Circa cardines cæli perambulat, nec noſtra conſiderat. Cum tamen *Heb. 4.* dicat Apoſtolus: [Omnia nuda sũt, & aperta oculis eius, nec eſt aliquid inuiſibile in conſpectu illius.] Comminatur autem Ægypto pœnam, quam ſuis delictis promeruit, & populo diuulſo & dilacerato refrigerium magnum pollicetur, quale ſolet eſſe æſtuantibus nubes roris in die meſſis. [Quieſcã, inquit, & conſiderabo,] id eſt, non erit mihi labor in perdendis impijs, & electis meis defendendis: ſed nutu voluntatis meæ perficiam, quod volo exiſtens in loco meo, & omnia intuens, & luce clarius cognoſcens, [ſicut meridiana lux clara eſt:] & quibus voluero auxilium opportunum impendens, & ſolatium, [ſicut nubes roris in die meſſis.] Comparat autem afflictionem calori vrenti tempore meſſis: conſolationem vero, & refrigerium nubi roris, quæ ab æſtu defendit. Deus enim ſuos non derelinquit orphanos, ſed triſtitiam eorum vertit in gaudium. Tentari eos permittit, non tamen ſupra id, quod poſſunt: fluctuare, ſed non ſubmergi, impugnari ab inimcis, ſed non expugnari. Videtur quieſcere in loco ſuo, vt ſinat aduerſarios ſuam contra electos exercere potentiam, ſed omnia videt, omnia conſiderat, omnia prouidet. Cogitat enim quomodo victorem martyrem coronet, & tyrannum perſequentem iuſtos dijciat, ſicut ſcrip- *Sap. 4.* tum eſt: [Videbunt finem ſapientis, & non intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, & quare minuerit illud Dominus.]

8 [Ego quieſcam & conſiderabo in loco meo, &c.] Poſſunt aliter verba iſta explicari, & ad claritatẽ, & notitiam magis explicitam myſteriorum fidei, quam habemus in lege Euangelica referri, ita vt ſint verba Chriſti Domini poſt Aſcenſionem ſuam, ſedentis ad dexteram patris. [Ego, inquit, quieſcam.] Numquid antequam genus humanum redimeret, videbatur nõ quieſcere Dei verbũ in ſinu Patris? Audi quid per prophetam dicat: [In Ægyptum deſcendit populus meus *Iſa. 52.* in principio, vt colonus eſſet ibi, & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hic dicit Dominus? Quoniam ablatus eſt populus meus gratis, dominatores eius inique agunt dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blaſphematur.] O Dei miſericordiam. [Quid mihi eſt hic, ait, vt quid in cælo quieſcam?] Quare non deſcendam, vt populum meum liberem ab inimicis, & calumniatoribus? Ille in afflictione maxima eſt conſtitutus, & in peccatis ſuis captus, & ego requiem habebo in loco meo? [Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa, qui ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.] Deſcendam ad captiuum populum, in medio illius viſibilis apparebo, viſitabo infirmos peccatores, illuminabo eos, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent, dirigam pedes eorum in viam pacis; crucis patibulum aſcendam, mortẽ patiar, vt à perpetua morte eos liberem, reſurgam à mortuis, manifeſtabo meipſum mundo, aſcendam in cælũ, & cum hæc omnia pro hominibus perfecero, tũc [quieſcam, & conſiderabo in loco meo:] Non obliuiſcar Eccleſiæ, ſed ſollicitus ero illius. [Soror, inquit, noſtra *Cant. 8.* paruula eſt, vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando al-

do alloquenda est? Spiritum sanctũ meum mittam illi de cælis, quem discipulis meis in terra adhuc viuens promisi. Ille suggeret vobis quæcunque dixi: ille docebit vos
Ps. 17. omnem veritatem. Tunc apparebunt fontes aquarum, & reuelabuntur fundamenta Orbis terrarum, manifestabũtur Scripturę, quæ erãt de me, & fluẽt per vniuersum mundum, vt non sit iam deinceps tenebrosa aqua in nubibus aeris, nec doctrina obscura, tegumentis, figuris, vmbris, & caligine legis antiquæ obuoluta, sed manifesta, explicita, lucida, & clara [sicut meridiana lux.] scriptum est enim. [Præ-
Ps. 18. ceptum Domini lucidũ, illuminans
Ps. 118. oculos.] Et iterum: [Lucerna pedimus meis verbum tuum, & lu-
Sap. 6. men semitis meis. Et rursus: Clara est, & nũquam marcescit sapiẽtia.] Vide supra dicta cap. 6. num. 16.

9 [Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præscindẽtur ramusculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint abscindentur, & excutientur.] Loquitur ad litteram contra populum Ægypti, quem comparat messi citius quam oporteat florescenti, & arbori ante debitum tempus germinãti, cuius flores cito decidunt & arescunt. Significat hac phrasi & modo loquẽdi, omnes Ægyptios à maximo vsque ad minimum excidẽdos esse, ne opere perficiant, quæ contra populũ Dei frustra decreuerunt facere. Id quod apposita similitudine de arbore florescenti aptissime explicat: cuius si abscindantur rami, frustra flores protulit & frondes. Ita, inquit, omnes conatus Ægyptiorum & omnium hostium Ecclesię irritabũtur, & omnes cogitationes eorũ peribunt. Ante messem primum floret arbor, deinde flos in folliculos transit, mox profert amaros fructus, & acerbos, qui tandem calore Solis decocti maturescere incipiunt, & cũ ad maturitatẽ peruenerint perfectam, grati sunt hominibus, qui eis vescuntur. Quod si forsitan ante messis tempus, cum in flore sunt fructus, arbor succidatur, aut rami illius: frustra germinauit, frustra flores produxit: ad nihilum enim valent vltra, nisi vt mittãtur foras, & conculcẽtur ab hominibus. Non aliter contingit tyrannis & persecutoribus Ecclesiæ. Mouent bella contra electos, destruere contendũt martyres, & nomen Iesu Christi de terra viuentium eradere cogitant: sed nihil efficiunt: quoniam ipsi & eorum cogitationes pessimæ, dum sunt in flore, priusquã opere compleantur, succiduntur à Deo. Audi quid vnus ex impijssimis tyrannis cogitauerit facere, Antiochus videlicet, de quo hæc sacra narrat
Scriptura. [Elatus autem in iram 2. Mac.
arbitrabatur se iniuriam illorum, 9.
qui se fugauerant posse in Iudæos retorquere: ideoque iussit agitari currũ suum sine intermissione agẽs iter cælesti eum iudicio perurgẽte, eo quod ita superbe loquutus est se venturum Hierosolymam, & cõgeriem sepulchri Iudæorum eam facturum.] Ecce flores quos in corde illius tyranni radix omnium malorum superbia produxit. Sed attende qualiter ante messem arbor cum ramis & floribus excidatur. Subditur enim: [Sed qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israel percussit eum insanabili, & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorũ tor-

menta. Et quidem satis iuste, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contingit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare super humanum modum superbia repletus & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestã Dei virtutem in semetipso contestans: Ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerẽt: odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur, & qui paulo ante sydera cæli cõtingere se arbitrabatur, cũ nemo poterat propter intollerantiã fœtoris portare.] Ægyptus ergo antequã perficeret, quę contra Deũ & populũ illius cogitauerat facere, succisus est & destructus: ita vt ad nihilũ vt illis remaneret, vnde & subditur.

10 [Et relinquetur simul auibus montium& & bestijs terræ, & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super illum hiemabunt.] Deus quos liberat, plene liberat & perfecte, & hostes eorum ita perdit, vt vltra iam non metuantur, sed relinquuntur auibus cœli, & bestijs terræ cadauera eorum, sicut scriptum est.

Eze.39 [Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Dic omni volucri & vniuersis auibus, cunctisq. bestijs agri: conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt comedatis carnẽ, & bibatis sanguinẽ. Carnẽ fortiũ comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, arietum, & agnorum, & hircorum, taurorumque, & altilium & pinguium omnium; & comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem de victima quâ ego immolabo vobis: & saturabimini super mensam meam de equo & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.] Possunt etiam hæc verba Isaiæ ad pœnas damnatorũ referri. Erunt enim apud inferos afflicti æstate perpetua. [Quoniam vermis eorum non *Isai.66*
morietur; & ignis eorum non extinguetur.] Et non solum æstate cruciabnntur, sed hyeme. Hiemabunt enim illic, quia [ad nimium calorẽ *Iob 24.*
transiet ab aquis niuium,] vt omnium tormentorũ genera experiantur, qui omnium mandatorum Dei transgressores facti sunt: Hoc autem tyrannorum excidium in maximam cedit consolationem & libertatem iustorum, qui deuictis aduersarijs, libere & cum quadã animi dulcedine seruiunt Deo, iuxta illud. [Vt sine timore de manu ini- *Luc. 1.*
micorum nostrorũ liberati seruiamus illi.] Ideo subditur.

11 [In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso & dilacerato: à populo terribili post quem nõ fuit alius, à gente expectante, expectante, & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.] Promittit Iudæis cõsolationem & libertatẽ, quam Cyrus Rex Persarum illis concessit, vt redirẽt in Iudæam & munera offerent Deo suo, vt constat ex lib. 1. Esdræ c. 1. Sed plenius hæc prophetia impletur

tur

tur nunc à fidelibus in lege gratiæ: nam à populo Christiano licet diuulso, & dilacerato offertur Deo munus illud, & sacrificium acceptissimum, quod Deo patri obtulit Christus Dominus, & oblatio munda sacrificatur in tota Ecclesia, iuxta Malachiæ prophetiam. [In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.] In omni loco, inquit, quoniam hæc oblatio nõ vnius populi est, vel alterius, sed vniuersalis omnium fidelium. In cuius signum, sacrificium crucis non intra ciuitatem, non sub tecto, sed extra ciuitatem, & sub cælo oblatũ est, quia omnibus commune futurum erat. Vnde Chrysostomus ait: [Et quare inquies nõ in templo sacrificium illud proferebatur, sed foras ciuitatem? Vt illud impleretur, quia inter iniquos deputatus est. Et ob quam causam in excelso ligno & non sub tecto immolatur? vt etiam ipsius aeris natura mũdetur. Hac de causa in excelso & non sub tecto, sed sub cœlo, vt vniuersus aer in excelso immolatæ ouis à tetro odore mundetur. Sed terra simile beneficium sentiebat, decursi de latere sanguinis stillatione mundata. Ideo non sub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi subtraherent sacrificium, & sibimet vendicarẽt. Ne putares pro illa tantum plebe oblatum, ideo foras ciuitatem, ideo foras muros: vt scias sacrificium esse cõmune, quod totius terræ oblatio, quod communis deploratio, nõ partis, sicut Iudæi consuetudinis fuit.] Cætera explicentur vt supra. Septuaginta interpretes sic transferunt præsentem locum Isaiæ. [In tempore illo deferentur munera Domino Sabahot de populo tribulato & diuulso, & ex populo magno, nunc & in æternũ tẽpus.] Quibus verbis duo designantur. Alterũ est, prædictum munus & oblationẽ mundam esse Deo in Ecclesia offerendam, [nunc & in æternum tempus,] hoc est quotidie & semper vsque ad consummationem sæculi. Propter quod à Daniele propheta dicitur, [Iuge sacrificiũ,] quia iugiter in Ecclesia offertur Deo. Alterum est à fidelibus etiam esse in Ecclesia sacrificium quoddam spirituale offerendum, quo anima & cor hominis sacrificatur Deo, & in cultum dedicatur illius. Hoc designant verba illa. [Deferentur munera Domine de populo tribulato & diuulso.] Ac si dicat: Non carnes taurorum, aut vitulorum, non holocausta hyrcorum, aut agnorum: sed de substantia sua intima cordis & seipsum offeret Deo populus diuulsus & dilaceratus, vt vices reddat suo creatori, & adimpleat illud q̃ Petrus ait: [Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.] Et illud quod in alio loco scriptum est: [Et reddemus vitulos labiorum nostrorum.] Hinc Propheta Regius: [Apud me, inquit oratio Deo vitæ meæ.] Ac si apertius dicat: Non vitulorum de armentis, nec aurum de Arabia, vel argentum perquiram, vt offeram Deo, apud me est requirit, mẽs cor desiderium. Hæc illi offeram, scio enim quoniam, [Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus nõ despicies.] Hinc & Sanctus Chrysostomus, de tribus quæ Deo possunt offerri, sermonẽ faciens, videlicet de eleemosyna, ieiunio, & oratione, ait. [Ex his tribus bonis prima est oratio, quia eleemosyna quidem de rebus exit, ieiunium autem de corpore.

Marginalia: *Malac.* 1. — Chry. ho. de Cruce & latione tom. 3. — *Dan.* 8. — 1. *Pet.* 4. — *Osea* 14. — *Ps.* 41. — *Ps.* 50. — Chry ho. 15. imper fec. super Matt.

pore, oratio vero nec de rebus, nec de corpore, ſed de anima procedit, & de corde. Ideo quaſi prima, & dignior, e duobus, media ponitur inter duas,]; videlicet Matt. 6. vbi Chriſtus Dominus primo circa ieiuniũ; ſecundo circa orationẽ; tertio circa eleemoſynã fideles inſtituit.

CAPVT XIX.

1 ONVS Ægypti. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem
leuem, & ingredietur Ægyptum, 3.4 & commouebun
tur ſimulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti ta-
beſcet in medio eius. Et concurrere faciam Ægyptios
aduerſus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem
ſuum, & vir contra amicum ſuum, ciuitas aduerſus ci-
uitatem, regnum aduerſus regnum. Et dirumpetur ſpi
ritus Ægypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo: & inter-
rogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones, & ariolos. 5.6 Et
tradam Ægyptum in manu dominorũ crudelium, & rex fortis dominabi
tur eorum, ait Dominus Deus exercituum. 7 Et areſcet aqua de mari, &
fluuius deſolabitur, atque ſiccabitur. Et deficient flumina: attenuabuntur,
& ſiccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marceſcet: 8 nudabitur
alueus riui à fonte ſuo, & omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, &
non erit. 9.10 Et mœrebunt piſcatores, 11 & lugebunt omnes mittẽtes in
flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent.
Confundentur qui operabantur linum, plectentes, & texentes ſubtilia.
Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capien
dos piſces. 12 Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis de-
derunt conſilium inſipiens: quomodo dicetis Pharaoni: Filius ſapien-
tium ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc ſunt ſapientes tui? anun-
cient ibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper Ægyp
tum. Sulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mem-
pheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum eius. 13 Dominus
miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum
in omni ope ſuo, ſicut errat ebrius & vomens. 14 Et non erit Ægypto
opus, quod faciat caput & caudam incuruantem, & refrenantem. 15 In
die illa erit Ægyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt, & timebunt à facie
commotionis manus Domini exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam.
17. 18 Et erit Terra Iuda Aegypto in pauorem: omnis, qui illius fuerit
recordatus, pauebit à facie conſilij Domini exercituum, quod ipſe cogi-
tauit ſuper eam. 19 In die illa erunt quinque ciuitates in Terra Aegypti,
loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum: 20
Ciuitas ſolis vocabitur vna. 21 In die illa erit altare Domini in medio Ter
ræ Aegygti, & titulus Domini iuxta terminum eius erit in ſignum, & in
teſtimoniũ Domino in Terra Agypti. 22 Clamabunt enim ad Dominum
à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & propugnatorem, qui libe-
ret eos. 23 Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcent Ae-
gyptij

gyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostijs & in muneribus: &
vota vouebunt Domino, & soluent. 24 Et percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum & placabitur
eis, & sanabit eus. 25 In die illa erit via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios, & seruient Aegyptij Assur. 26. 27 In die illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearum Assyrio: hereditas autem mea Israel.

SVMMA CAPITIS.



N capite praecedenti excidium Aethiopũ, qui sub terra Aegypti erant, denunciauit Isaias: nunc iam contra omnes Aegyptios inuehitur: Et primo denunciat aduentum regis Assyriorum, in principio capitis. Secundo timorem, confusionem, ac dissensionem, quae inter Aegyptios erit in aduentu exercitus Assyriorum, de quo ibi: [Et mouebuntur simulacbra, &c.] Et infra: [In die illa erit Ægyptus, quasi mulieres, &c.] Tertio crudelitatem eorum, quibus Ægyptus tradendus erat praedicit ibi: [Et tradam Ægyptum, &c.] Quarto, ariditatem fluuiorum & piscatorum, atque negotiatorũ mœrorem describit ab illo versiculo: [Et arescet aqua, &c.] Quinto eos consolatur, dum fidem catholicã in Aegypto praedicandam esse denunciat, & ibi vnũ verum Deum hostijs & muneribus colendum, de quo agit ab illo versiculo: [In die illa erunt quinque ciuitates, &c.] vsque ad finem.



COMMENTARIVM.



2 NVS Ægypti: Ecce Dominus ascẽdet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.] Explicanda est prius historia, & post modum latentia mysteria perquirenda. Praedicitur ergo in præsenti, excidium Aegypti factum per Assyrios iuxta interpretationem Sancti Thomæ, & glossæ interlinearis, vel per Romanos, iuxta Lyrani explicationem. Et ne quis arbitretur victoriam contra Aegyptum Assyriorum potentiæ adscribendam esse, præmittit: [Ecce Dominus ascendet super nubem.] Ac si dicat: Dominus exercituum est, qui contra Aegyptum mouet bellum, ipse est, qui vtitur ministerio Assyriorum, vt Aegyptum destruat. Non ergo euadent Aegyprij iram illius. Vide cap. 7. num. 33. & capite 13. numer. 4. Per [nubem leuem] exercitum intelligit Assyriorum, tum propter potentiam, & terrorem; de nube enim procedit tempestas, fulgura, & grando, quibus deuastatur terra, tum etiam propter agilitatem, & promptitudinem

dinem ad mandatum Domini exequendum. vnde nubibus etiam prædicatores Euangelij conferuntur, propter celeritatem qua per vniuersum mundum discurrentes annunciauerunt Christum. [Qui sunt isti (ait Propheta) qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas.] Igitur ascēdere super nubem leuem, est visitare velociter, ac celeriter, sicut in cælo nubes de regione in regionem vento flante facile transeunt. *Isa. 60.*

3 [Et mouebuntur simulacra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius.] Commoueri dicuntur simulacra Ægypti, & idola in aduētu Regis Assyriorum; quia (vt dicetur infra) nullum Aegyptijs præstare potuerunt auxilium. Sequitur: [Et concurrere faciam Agxptios, aduersus Aegyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum: ciuitas, aduersus ciuitatem: regnum, aduersus regnum.] Inter Aegyptios cum à Rege Assyriorum inuaderentur, orta est seditio maxima, & confusio, alijs volentibus sponte se tradere hostibus, alijs autē e contra repugnantibus. Vnde populus perplexus erat, carebatq. omni consilio. Quòd si aliquod forsitan occurrebat illis, statim dissipabatur à Domino. Vnde & subditur: [Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consiliū eius præcipitabo, & interrogabunt simulacra sua, & diuinos suos, & pythones, & ariolos.] Sed frustra, quia nullum in illis auxilium inuenire potuerunt, nec consilium. Primò namque consultabāt simulacra, & idola: sed ab eis derelicti conuertebantur ad magos, qui ob insignem sapientiā dijs propinqui censebantur, & consilio prædicti: at cum nullum remedium stabile in eis inuenirent, currebant ad pythones, hoc est, ad ventiloquos, quoniam & ipsi diuinitatis non nihil existimabantur habere. Illis autem nihil respondentibus, tandem ad ariolos confugiebant, & ad coniectores, si forte aliquid boni annunciarent illis. Veruntamen cum nullibi inuenirent solatium, neque auxilium, & omni prorsus essent consilio destituti, nec resistere possent aduersarijs: traditi sunt à Domino in manus inimicorum crudelium, videlicet in potestate Assyriorū, qui tyrannidem in illos exercerent. Sequitur enim: [Et tradam Ægyptum in manu dominorū crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.] Hæc quantum ad litteram.

4 Nunc autem in altiori sensu prædicta verba expendamus. Aegyptus typum gerit huius mundi, in quo vigent tenebræ, atque ignorantia summi boni: vbi simulacra, & idola dominabantur hominibus, quos princeps huius mundi in iniquitatibus suis tenebat captiuos. Sed ecce Dominus, vt eos redimat, vt simulacra confringat, & peccatores ad veram Dei cognitionem, & cultum inducat, ingreditur Aegyptum, sicut scriptum est: [Ingrediens mundum dicit: Ecce venio, vt faciam Deus volūtatem tuam.] Ingreditur ascendens super nubem leuem, hoc est corpus humanum ex Maria Virgine sumens, quæ vt dicit Ambrosius: [nubes erat secundum hæreditatem Euæ, leuis erat secundum Virginis integritatē. Leuis erat, quæ non homini quærebat placere, sed Domino. Leuis erat, quæ nō iniquitate conceperat, sed spiritu superueniente generabat, *Ao mores.* *Ps. 39.* *Amb. sup Psal. 118. ser. 5. c. 2.*

bat, nec in delicto, sed cum gratia parturiebat.] Leuis denique, quia nullo actualis peccati pōdere pergrauata est. Vel per nubem leuem intellige cum Beato Hieronymo, & Bernardo humanitatem, siue corpus Christi Domini, quod de Spiritu sancto conceptum est, & formatum ex purissimis Beatissimæ Virginis sanguinibus tamquam ex vaporibus subtiliissimis de terra virtute Spiritus sancti eleuatis. [Hæc est] (inquit Bernardus) [illa leuissima, plana, & præfulgida nubes super quam ascensurum eum propheta prædixerat, vt descenderet in Aegyptum.] Quomodo enim cœcutientes oculi, & lippi, tantæ lucis claritatem sustinere potuissent, nisi illam nube tectus temperaret? Hęc est nubecula parua quasi vestigium hominis, quæ ascendebat de mari, vt sitientem irrigaret terram Israel. Parua ex humanitate, magna ex diuinitate. Parua quia [puer natus est nobis, & filius datus est nobis;] magna, quia [vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.] Parua, quia humilis, & mitis: [Discite, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde:] magna, quia humiles exaltat, & deprimit superbos, sicut scriptū est: [Fecit potētiam in brachio suo, dispersit superbos mēte cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.] Ascēdit enim quasi vestigium hominis de mari, quia non ex virili semine, sicut alij homines, sed mystico spiramine natus est ex Virgine Mira, quæ re & nomine mari assimilatur, eo quòd omnes aquæ cælestis gratiæ, & donorum supernaturalium congregatæ sunt in illa. [Congregationes, inquit, aquarū appellauit maria.] Penè dixisset Maria. [Et ingredietur, inquit, Aegyptum.] Descenderat prius in Aegdptum populus Dei venundatus, & captiuus sub peccato, sicut dicitur infra: [In Ægyptum descēdit populus meus, vt colonus esset ibi.] Et ecce Dominus maiestatis descendit de cœlis, & ingreditur in Aegyptū, vt quærat, & redimat populum suum, & colonus sit cum illo. O Dei misericordiam, ò benignitatem. Quid ni admiretur illius Propheta, & dicat: [Expectatio Israel, Saluator eius in tempore tribulationis, quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manēdum? Quare futurus es velut vir vagus.] Vtique respondebit: ne sit vagus populus meus, nec profugus super terram, sed ad patriam illum reducam cælestem, & perditam ouem, atque errantem, super humeros meos ponam, & nonaginta nouem relictis in deserto, sangui ne meo, & sudore coniungam. In cuius signum cum filij Iacob in pascendis gregibus patris morarētur in Sichen, venit missus à patre sanctus Ioseph. [Fratres tui, inquit, pascunt oues in Sichimis: veni, mittā te ad eos. Quo respondēte, pręsto sum, ait ei: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, & renuncia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem; inuenitq. eum vir errātem in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille respōdit: Fratres meos quæro. Indica mihi vbi pascant greges. Dixitque ei vir: Recesserunt de loco isto; audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain. Ioseph,] in-

Hier. sup. c. 19 Isa. — Bern. ser. 1. aduentus Dom. — 3. Reg. 18. — Isa. 9. — Mat. 11 — Luc. 2. — 3. Reg. 18. — Cant. 1. — Isa. 52. — Hier. 14 — Gen. 37

Aug. t. 10 ser. 81. de temp. quit Augustinus, typũ gessit Domini Saluatoris. Diligebat Iacob filiũ suum, quia Deus pater diligit vnicũ suum, sicut ipse dixit: Hic est filius meus dilectus. Iacob misit filiũ suum, vt de fratribus suis sollicitudinem gereret, & Deus pater misit vnigenitũ suum, vt genus humanũ peccatis languidũ visitaret. Ioseph dum fratres suos quæreret, errabat in eremo, & Christus genus humanum requirebat, quod errabat in mundo, quodammodo, & ipse errabat, quia errãtes requirebat. Ioseph fratres suos quærebat in sichimus. Sichima interpretatur humerus, semper enim peccatores dorsum magis quàm faciem ponũt in faciẽ iusti, humeri enim retro sunt. Sicut enim fratres Ioseph inuidia percussi fraternæ dilectioni dorsum, magis quàm facies offerebant; ita & infelices Iudæi, veniente ad eos salutis auctore, inuidere potius, quã diligere maluerunt. Inuenit Ioseph fratres suos in Dothain, hoc est in defectione; Vere in grandi defectione erãt, qui de occidendo Christo cogitabant.] Beatus etiam Ambrosius, eundem locum explicans ait: [Ioseph à patre missus est ad fratres, ab illo magis Patre qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, ab illo Patre de quo scriptum est: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. Errabat, inquit, Ioseph, quia fratres suos, inuenire non poterat. Non immerito errabat, qui quærebat errantes. Eos enim agnoscit Dominus qui sunt ipsius. Denique Christus fatigatus ex itinere sedebat supra puteum. Fatigabatur, quia non inueniebat Dei populũ, quem quærebat. Exierat enim à facie Dei, qui enim

Mat. 3.

Amb. lib. de B. Ioseph.

Rom. 8.

Ioan. 3.

culpã sequitur, exit à Christo. Iuuenit autẽ fratres suos in Dothain, quod significat defectionẽ. Vbi est enim nisi in defectione qui Deũ deserit?] Nec dubito hanc fuisse causã propter quam ingrediẽs mundum, & de matre Virgine natus, statim reponitur præsepio, & inter fœnum paleas collocatur; quærebat enim in stabulo drachmam, quam perdiderat, hominem videlicet, qui [Cum in honore esset non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.] Vagit infans inter arcta conditus præsepia, contristatur, lacrymatur. O beatissime paruulorum, & Angelorum lętitia, quid ploras? Quem quæris? Fratres meos quæro, & non inuenio nisi inter duo animalia paleas & fœnum. Ideo ploro: quia [cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.] Ideo relinquens Iudæam, in Aegyptum, ascendens super nubem leuem ingredior. Scio, inquit, populum meum in tenebris esse. [Quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Christi ad Aegyptum? Lux mundi locum tenebrarum ingreditur? Vtique nam [lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.] Quomodo enim sedentium in tenebris, & in vmbra mortis dirigerẽtur pedes in viam pacis, nisi per viscera misericordiæ, & eximiæ charitatis suæ eos visitasset Oriens ex alto? Et mouebuntur, inquit, simulacra Ægypti.] Ingrediente Domino Ægyptum huius mundi, omnia simulacra illius commouentur, quia vt dicit Hieronymus, [Vniuersa fraus idololatriæ, quę deceptũ possidebat orbem, se fractã esse persensit.] Tũc etiam

Ps. 48.

Isai. 1.

1. Cor. 6

Ioan. 1.

Hier. sup. c. 19. Isa.

etiam concurrere fecit Ægyptios aduersus Ægyptios:fratrem contra fratrem, virum contra amicum suum; quia non venit pacem mit-
Mat.10 tere in terram, sed gladium. Venit enim separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam,& nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Multi Patres,
Chry.sup c.2.Matt. Euse. lib. 6. demõ. Euang.20 inter quos est Beatus Chrysostomus, & Eusebius, sentiunt, hanc Isaiæ prophetiam tunc fuisse à Domino adimpletam, quando in vlnis Virginis matris fugiẽs Herodis iram, ingressus est in Aegyptum. Non enim in Aegyptum descendit mortem fugiens, qui, vt pro hominibus moreretur, aduenit, sed vt mortifera dissiparet Idola, atque confringeret.

5 [Et tradam Ægyptum in manus Dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituũ.] Designant hæc verba grauissimam pœnam & vltimam, quam in hoc sæculo pro delictis præcedentibus Dominus iustè infert peccatoribus,tradendo in desideria cordis sui, vt diabolus exercendi furoris sui in illos habeat potestatem. Iuxta quod & Paulus
Rom.1. ait: [Cum cognouissent Deum,non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum,& serpentiũ.]Ecce peccata, quæ præcesserunt in ijs qui de humana sapientia, sicut Ægyptij gloriabantur, audi qualiter in manus dominorum crudeliũ Diaboli videlicet, & concupiscentiæ frænis in pœnam iniquitatis suæ, tradãtur. [Propter quod,inquit,tradidit eos Deus in desideria cordis eorum,in immmunditiam;vt cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Et post pauca: Qui cõmutauerunt veritatem Dei in mendacium:& seruierunt creaturæ potius quàm creatori qui est benedictus in sæcula Amen. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, & sicut non probauerunt, Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores,Deo odibiles,contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere,sine misericordia.] Vide in quot mala rex tyrãnus,sibi subiectos deduxerit, quot angustijs,& incõmodis sub eius potestate præmantur; quanta iniuria eos afficiat,quam crudelitatẽ in eos exerceat. [Quid igitur? Num ista ipsa pœna parua existimanda est,inquit Augustinus, Aug. lib. 1.de libe. arb. c.11. to.1.
quod ei libido dominatur,spoliatãque virtutis opulentia,per diuersã atque indigentem trahit,nunc falsa pro veris approbantẽ,nunc etiã defensitantem,nunc improbantẽ,quæ antea probasset,& nihilominus in alia falsa irruẽtem, nunc assensionẽ suspendentẽ suam,& plerũque perspicuas ratiocinationes formidantem,nunc desperantẽ de tota inuentione veritatis,& stultitiæ tenebris penitus inhærentem,nunc conãtem

in lucem intelligendi, rursusq. fatigatione decidentem:cum interea cupiditatum illud regnum tyrannice sæuiat & varijs,contrarijsq.tempestatibus totum hominis animũ, vitam. perturbet,hinc timore,inde desiderio: hinc anxietate,inde inani falsaq. lætitia: hinc cruciatu rei amissæ. quæ diligebatur,inde ardore adipiscendæ, quæ non habetur, hinc acceptæ iniuria doloribus,inde facibus vindicandæ:quaqua versum potest coarctare illũ auaritia, dissipare luxuria, addicere ambitio, inflare superbia,torquere inuidia, desidia sepellire, peruicacia concitare, affligtare subiectio, & quacumque alia innumerabilia regnũ illius libidinis frequentant, & exercent: Possumus ne tandẽ nullã istam pœnam putare,quam, vt cernis,omnes,qui non inhærent sapientiæ,necesse est perpeti?]Hinc est illud, quod de reprobis dicitur: [Euellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum,quasi rex interitus,quem locum explicans B. Greg. ait: [Interitus,nomine peccatũ debet intelligi,ex quo cõtingit reprobos ad interitũ trahi: Talis nimirũ interitus quasi rex calcat mentem, cũ eam nõ resistentẽ possidet. Nõ.n.potest in hac vita homini posito tẽtatio deesse peccati:sed aliud est peccato tentanti resistere, aliud dominãti seruire.]Hinc,& Chrrysostomus ait: [Quemadmodũ si apud Barbaros detineretur seruus quisquam rex,& illi ad maioris seruitutis iudicium,neque purpuram,neq; diadema auferant, sed cũ illis insignibus, & coquere, & illa inferre ministeria iubeant ad maiorẽ,& sui honorem,& ignominiam illius; ita Barbaris omnibus immanius vitia ista imminent nobis. Nam qui ista

Iob 14.
Greg. 14. mor. 9.
Chry. ho. 18. sup. 1. epist. ad Tim. circ. finem.

contẽnit,Barbaros quoq; irridebit; qui vero succũbit, longe ditiora ab his,quæ à Barbaris patietur. Quippe Barbari cum præualent viribus, concidunt corpus: hæc vero animã cruciant, omni ex parte dilaniant. Barbarus victor tẽporali tradit neci, hæc autem in æternam præcipitant mortem. Solus ergo liber est ille, qui libertatẽ intrinsecus habet, sicut ille seruus est, qui succumbit irrationabilibus vitijs.Nullus quãtumlibet Dominus adeo crudelia, & indigna præcipit. Incassum, inquit, & sine causa confunde animam tuam,Deum offende,ignora naturã ipsam,siue pater,siue mater omni verecundia deposita,te aduersus illos instrue.] Et vt omnia vnico verbo comprehẽdam, audeo dicere duriorem seruitutem esse, & magis fugiendam, peccato subdi, & in dominium illius, & possessionem transire, quam gehennæ igne cruciari, [Si quis est (inquit Chrysostomus) qui sensu,ac mente prǫditus sit, is certe gehennæ pœnam tolerare malit, quàm aduerso Deo stare: hoc vero cum nobis graue non sit, propterea ignem ille nobis comminatus est æternum: Etenim oportebat, tum demum nos dolore affici, non supplicio afficimur, sed cum delinquimus.] Vnde beatus Augustinus explicans illud: [Quoniam non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?] docet per mortem peccatum intelligi posse, quod contempta diuina lege committitur: per infernum autem cæcitatem animi, quæ peccantem,idest morientem excipit, & inuoluit. [Ab ista morte,inquit,& ab isto inferno tutam se præberi animam deprecatur, quoniam qui illum incurrerit,

Chry. ho. 5. super 1. ep. ad Ro. ci c. finẽ.
Aug. t. 3. *Ps. 6.*

rerit, immemor Dei est,& confiteri illi, nisi à Deo liberetur non valet. Confessus est in inferno ille diues,de quo Dominus dicit, qui Lazarum vidit in requie, se autem in tormẽtis dolebat. Vsque adeo confessus, vt etiam moneri suos vellet, vt se peccatis cohiberent, propter pœnas, quæ apud inferos esse non creduntur. Quamuis ergo frustra, confessus est tamen sibi merito illa accidisse tormenta, quando etiam suos, ne in hæc inciderent, docere cupiebat.] At qui desiderijs cordis sui traditus est, neque etiã multis laboribus afflictus,nec gehẽnæ metu saltem Deum confitetur, vel recordatur illius: sed sicut scriptum est: [Peccator cum in profundum malorum venerit contemnit, Vide quanta mala ex dominorum crudelium tyrannide,quibus impius traditur proueniant, & pete à Deo id, quod Propheta. [Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: ne derelinquas me,ne forte exaltentur. & illud: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum; vt non dominetur mei omnis iniustitia.] Vnde Apostolus nos admonet: [Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.] Videtis incommoda,quæ ex regno huius tyranni vobis proueniunt? Non ergo regnet in vobis. Quod si forsitan ex fragilitate,vel ignorantia in aliquod peccatum incideris,saltem in te non regnet peccatũ,& si possibile fuerit, tàm grande malum non appropinquet tibi,vt in eorum numero computeris,de quibus scriptum est: [Non accedet ad te malũ, & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo.] Verbum malum est peccatum,quod priuat summo bono, & verum flagellum, quod animam separat à Deo: Nam alia non mala simpliciter, nec flagella, sed quasi mala,& quasi flagella censentur,vt diximus cap.9.nu.6.Hæc interioris hominis mala non solum nõ regnãt,nec sunt in his, qui proteguntur à Deo.,sed nec appropinquant quidem. [Nec enim dicit,nõ erit in te malum, aut flagellum in tabernaculo tuo(vt notauit Bernardus) sed non accedet,non appropinquabit. Siquidem est considerare homines,in quibus peccatũ nõ modo habitat, sed & regnat, nec iam priximũ magis, aut magis intimũ posse esse videtur,nisi forte cum sic dominabitur eis,vt nullo modo deinceps valeat non dominari.

Luc.16. — *Pro.18.* — *Ps.139.* — *Ps.118.* — *Rom.6.* — *Ps.60.* — Bern. ser. 10. super Psal. Qui habitat.

6 Ex his omnibus collige vnũ peccatum pœnam multoties alterius esse,quod latissime probat Beatus August. in hæc verba:[Cũ ergo dicitur homo tradi desiderijs suis, inde fit reus,quia desertus Deo cedit eis,atque cõsentit,vincitur, capitur,trahitur,possidetur. A quo enim quis deuictus est,huic & seruus addictus est. Et fit ei peccatum cõsequens præcedentis pœna peccati. An non est peccatum,& pœna peccati, vbi legitur. Dominus enim miscuit illis spiritum erroris,& seduxerũt Aegyptum in omnibus operibus suis,sicut seducitur ebrius? Non est peccatum & pœna peccati,vbi Deo dicit Propheta,quid errare fecisti nos Domine à via tua, obtudisti corda nostra, vt non timeremus te?Non est peccatũ & pœna peccati,vbi rursus Deo dicitur: Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, propterea errauimus, & facti sum' sicut immũdi omnes? Non est peccatum & pœna peccati, vbi legitur de gentibus,quas debellauit Iesus Naue:quia per Dominum factũ

Vnũ peccatum est pœna alterius. — Aug. lib. 5. contra Iulian. c. 3.to.7. — 2.Pet.2. — *Isa.19.* — *Isa.63.* — *Isa.64.* — *Ios.11.*

est confortari cor eorum, vt obuiā irent ad bellum ad Israel, vt exterminarentur? Non est peccatum & pœna peccati, quod nō audiuit Roboam rex plebem bene monētem, quoniam sicut Scriptura loquitur: Erat conuersio à Domino, vt statueret verbum suum, quod de illo locutus est in manu prophetę? Non est peccatum & pœna peccati in eo quod scriptum est, Amasiā regē Iuda noluisse audire Ioas regem Israel benè monētem, ne procederet ad bellandum? Sic enim legitur: Et non audiuit Amasias, quoniam à Deo erat, vt traderetur in manu, quoniam quæsierunt Deum Edon. Multa alia cōmemorare possemus, in quibus aliquando appareat occulto iudicio Dei fieri peruersitatē cordis, vt non audiatur, quod verum dicitur, & inde peccetur: & sit ipsum peccatum præcedentis etiā pœna peccati. Nam credere mendacio, & non credere veritati vtiq; peccatum est. Venit tamen ab ea cæcitate cordis, quæ occulto iudicio Dei, sed tamen iusto, etiā pęna peccati mōstratur. Quale est etiam illud quod ad Thessalonicēses scribit Apostolus, pro eo quod dilectionē veritatis non receperunt, vt salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationē erroris, vt credant mēdacio.] Et paulò inferius: [Tradit ergo Deus in passiones ignominię, vt fiant quæ nō conueniunt, sed ipse conuenienter tradit, & fiunt eadē peccata, & peccatorum supplicia præteritorum, & suppliciorū merita futurorum, sicut tradidit Achab in pseudoprophetarū mendaciū, sicut tradidit Roboam in falsum cōsilium. Facit hæc miris & ineffabilibus modis, qui nouit iusta iudicia sua nō solū in corporibus hominū, sed & ī ipsis cordibus operari. Qui nō facit voluntates malas, sed vtitur eis, vt voluerit, cū aliquid iniquè velle nō possit.] Cōsonat huic doctrinę illud quod dicit Psalmista: [Misit in eos irā indignationis suę, indignationem & irā, & tribulationem, immissionē per Angelos malos. Viā fecit semitæ viæ suæ.] Cum enim peccatores prioribus demeritis aggrauatos permittit Deus, etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli, viā de semita iræ suæ facere censetur. Vnde S. Gregorius ait: [Latior est via, quàm semita. Ex semita verò iræ suæ viam facere, est iræ causas districtæ iudicando dilatare: vt qui illuminati agere rectè noluerunt, iustè cæcati adhuc faciant, vnde amplius puniri mereantur:] Alia multa loca Scripturæ sacræ adducit ibi S. Gregor. ad huius confirmationem, videatur Origenes homil. 1. sup. cap. 1. Hieremiæ, & August. serm. 12. de verbis Apostoli. Vtrum autem peccatum, & sensus reprobus, inquantū pœna alterius peccati sit à Deo, nō est huius loci, sed Theologicæ disputationis. Lege Magistrum Senten. in 2. dist. 37. cap. 6. D. Caietanum 2. Regum 12. in illa verba: [Ego suscitabo super te malum.] Et cap. 16. in illa verba: [Pręcepit Dominus Semei.] Et 12. q. 87. art. 2. M. Medina, eadem 12. quæst. 79. artic. 2. in solutione ad 3. principale, & Bañes 1. p. q. 49. art. 2. Iam ergo ad contextum literæ reuertamur.

[Marginalia: 3. Reg. 12 | 2. Par. 25. | 2. Thess. 2 | 3. Reg. 22 | 3. Reg. 12 | Ps. 77. | Greg. 15. mor. 9.]

7 [Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atque siccabitur: & deficient flumina: attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum. Calamus, & iuncus marcescet.] Nylus in præsenti

sensi varijs nominibus appellatur, nunc mare, nunc fluuius, nunc flumini ꝗ nunc riui aggerum. Propter multitudinem aquæ, mare dicitur, flumina, quoniam diuiditur in septem ostia, & quia per riuulos vniuersam irrigabat terram Aegypti, riui etiam nuncupatur. Igitur Aegyptus, quæ aquis optimis felicissima est, & abundans, vbi exciderit, & destructa fuerit, fluminibus terram fæcundantibus etiam carebit: nec erit iunci, & calami, qui nascuntur in aquis, & paludibus.

8 [Nudabitur alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, accrescet, & non erit.] Idest vsque ad fontem Nyli nihil viride inueniens. Insuper & omnia quæ sata sunt, & industria humana irrigata, & non solum ea, quæ sponte producit terra, siccabuntur. De primo fonte, & capite Nyli tanta fuit apud antiquos dubitatio, vt locum dederint prouerbio, quod Lucanus scripsit:

Lucanus. *Arcanum natura caput non prodidit vlli.*
Nec licuit populis paruũ te Nyle videre.

Lege Plinium lib.5.cap. 9. multa de Nylo diserentem: Inter cætera inquit, quod detractat Nylus per arentia, & deserta fluere: Et propterea se angusto cingit spacio, vsque dũ iterum homines inueniat. Ex quo mirabilius apparet, si totus ferè exarescat, & nihil prorsus producat viride, qui alioquin arida fugere consueuerat. Addo & hoc, ꝙ inuestigatores capitis Nyli (vt testatur Seneca) narrauerunt Neroni, se venisse ad immensas paludes, quarum exitum, neque incolæ norunt, neque spes sit vlla agnoscendi: quoniam implicatæ sunt aquis herbæ, iunci, & calami. Vnde fit, vt pedibus non sint eluctabiles, nec nauigio. Ex his apparet per hyperbolem, Aegypti calamitatem esse in hoc loco à propheta descriptã. Neque enim vsque ad primum Nyli fontem peruenit Sennacherib, aut illius exercitus, neque vllus alius.

Seneca.

9 [Et mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescẽt. Confundentur qui operabantur linum, plectentes, & texentes subtilia. Et erunt irrigua eius flaccentia: Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.] Consentaneum est, & rationi consonum, deficientibus aquis, piscatores deficere, & omnes illos, qui retia conficiunt, nassas, & sageuas, & eorũ operarios ociosos manere, & confusos, eo quòd non habentes vnde viuant, aut victum suo laborẽ quærant, mendicare cogantur. Sed & lacunæ, quæ in precio habebantur, cum natantibus piscibus abundabant, siccitate superueniente lugere videntur, eo quòd omnibus sint despicabiles. Tale quid (ait propheta (piscatoribus Aegypti continget, & texentibus retia, atque ipsis lacunis. Nam rege Babylonis adueniente, omnes deficient, omnes męrebunt, & lugebunt: & paludes lutuosæ remanebunt, & aridæ. Obseruandum est autem esse familiare apud prophetas, quòd cum de regione aliqua mẽtionem faciunt, id præcipuè nominet, quo regio talis abundat. Si loquuntur de regione vitifera, vites nominant selectas: si abundet auro, vel argento, auri, & argenti mentionem faciunt. Ita in præsenti Isaias de Aegypto loquens, eo quod irrigua sit, & multis fluminibus abundans, aquarum memi-

meminit, lacunarum, & piscatorũ, atque etiam piscium; vt ex eorum ruina, excidium illius regionis colligatur. Hæc de littera.

Allegor. 10 Allegoria huius loci est maximè perpendenda. Sunt enim aquę euangelicæ doctrinæ, & cælestis sapientiæ, quam Spiritus sanctus infundit in corde credentis, vt flumina de ventre eius fluant aquæ viuæ, & fiant subito in eo fons aquæ salientis in vitam æternam; & sunt aquæ turbidæ Aegypti, humana videlicet sapientia, & eloquentia inflata disciplinarum omnium sæcularium. Sunt etiam piscatores boni deseruientes Domino dicenti: Mat.4. [Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.] Et iterum: Hier.16 [Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.] Et sunt piscatores mali, ministrantes illi, de quo scriptum est. [Totum in hamo subleuauit, Abac.1. traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur, & exultabit. Propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non parcet.] Sunt denique pisces, auditores videlicet simplices, qui sectantur quascunq; doctrinarum escas. Scriptum est enim: [Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptibile non Abac.1. habens principem.] Cum ergo ingreditur Dominus in Aegyptum, & clara, atque syncera doctrina euangelica in vniuerso mundo prędicatur, desolantur humanæ sapientiæ flumina, & riui eloquentiæ sæcularis exiccatur: marcescit iuncus, & calamus superbiæ hominũ, & omnia folia viridia multiplicitatis verborum arescunt. Calamus etenim, & iuncus vanam designant eloquentiam, quæ ad modum calami folijs verborum, & externa viriditate nitet, intus autem vacua est, & vana, nullaque soliditate fulcitur. Ad prædicationem igitur Euangelij vbicunque syncera, & stabilis fides saluatoris fuerit introducta, euanescit statim sapientia humana, & siccantur aquæ turbidæ infidelium; quoniam sicut Paulus ait: [Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. Et sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.] 1.Cor.1. Lugent etiam piscatores sæculi, atque mærent, quia finem negotiationis suæ vident. Distinguit autem propheta inter piscatores, & alios operarios retium. Philosophi super operantur linum, & conficiunt retia. Hæretici autem piscantur, & mittunt hamum in flumen, errorem, videlicet sub apparenti esca syncere doctrinæ coopertum, vt decipiant simplices, & trucident rectos corde: sed piscatores euangelici gaudent, & lætantur. [Lætabuntur, inquit, Isa.9. coram te, sicut qui lætantur in messe: sicut exultant victores capta præda.] Illi mærent, quia laborant, & fatigantur mittentes in flumen hamum, & nihil inueniunt: isti vero lętantur in captura piscium. Illi dicere possunt, quod Petrus. [Per totam noctem laborantes, nihil cæpimus.] Isti in Luc. 5. verbo Domini, & ad præceptum illius mittunt in dexteram nauigij rete, & concludunt piscium multitudinem copiosam. Ecce quare mali piscatores nihil capiunt, quia Ioan.21 non in verbo Domini, sed in suo laxant rete, quia in persuasibilibus humanæ

humanæ sapientiæ verbis prędicāt, quia retia sua in sinistram nauigij mittunt, suam gloriam,& honorē, atque alia bona temporalia quærentes,illa videlicet de quibus scriptum est: [Et in sinistra illius diuitiæ & gloriæ.] Nec mirum, quod constituendi ad sinistram inter hædos, quæ sunt ad sinistram bona perquirant. Piscatores autē euangelici in verbo Domini Christum annunciant,ab illo missi & directi. Ad dexteram nauigij mittunt rete, non quærentes bona temporalia, sed spiritualia,non peritura, sed æterna,nō quæ sua sunt,sed quę Iesu Christi. [Quis mihi det antequam moriar (ait Gregorius) Quis mihi det videre Ecclesiam Dei sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti vel auri,sed in capturam animarum.] Audi quid vnus dicat ex illis. [Nō quæro quæ vestra sunt,sed vos.] Et iterum:[Si consurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite,non quæ super terram.] Ac si dicat: Mittite in dexterā nauigij rete,& inuenietis.Delectationes quæ sunt in dextera Dei, vsque in finem, desiderate; & implebitur in bonis desideriū vestrum.Id enim quod satiat, quod hominem facit beatum, non in sinistra, sed in dextera reperitur.[State cum Deo(inquit Augustinus) & stabitis. Requiescite in eo,& quieti eritis.Quo itis in aspera? Quo itis?Bonū quod amatis ab illo est, sed quantum est ad illum,bonum est & suaue. Sed amarum erit iustè, quia iniustè amatur deserto illo, quicquid ab illo est. Quo nobis adhuc, & adhuc ambulare vias difficiles & laboriosas? Non est requies vbi quæritis eam. Quærite quod quæritis, sed ibi non est, vbi quæritis. Beatam vitam quæritis in regione mortis: non est illic. Quomodo enim beata vita, vbi nec vita.] Quia ergo boni piscatores in dexteram nauigij mittunt retia: ideò implentur eorum sagenæ, & multos pisces & magnos capiunt Christo,conuertēdo videlicet nō solum simplices ad fidem Catholicam, sed etiam peccatores peruersos. Vnde & Dominus loquens ad Iob ait: [Numquid implebis sagenas pelle eius,& gurgustium piscīū capite illius?] Subaudi vt ego,qui inter Ecclesiam fideliū prius quasi pelle diaboli extremos, atque infimos colligo, & postmodum caput illius, idest prudentes mihi aduersarios subdo, ex quibus sagenas meas impleo? Vt enim B.Gregor.docet,per sagenas Ecclesiam catholicam designat,de qua scriptum est: [Simile est regnū cælorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere pisciū congreganti.] Pellis autem Behemoth peruersos & obduratos peccatores designat. Sunt enim nonnulli peccatores,quasi vestimentum diaboli,alij verò sūt pelles illius.Qui semel, & iterum peccant mortaliter, sed statim per pœnitentiam peccatum deponunt,& postea reddunt ad vomitum, ac tandem reuertuntur ad Dominum: vestimentum sunt inimici. Nā vestis non semper,neque immobiliter adhæret corpori, sed deponitur aliquando, & iterum reassumitur. Pellis autē semper corpori adhæret, & vnum efficitur cū illo. Tales sunt peccatores longa consuetudine obdurati, qui peccatum deserere nesciūt, nec vitam in melius commutare volunt.[Si mutare

Marginal notes: *Pro.* 3. — Greg. ep. 237. ad Eugen. — 2. *Cor.* 12. — *Colos.* 3. — Aug. li 4. conf. 12. c. 1. — *Iob* 40. — Greg. 33. mor. 17. — *Matth.* 13

tare

tare poteſt Aethiops pellem ſuam, (inquit Hieremias) aut pardus varietates ſuas: Et vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.] Hi dicuntur Hiſpano ſermone: [hombres de la piel del Diablo.] At tanta eſt virtus diuina & prędicationis Euangelij efficacia, vt huiuſmodi pelle ſagenas ſuas impleat, cum Paulum Apoſtolum ad ſe trahit, cum Matthæum ſedentem in theloneo conuertit, cum Magdalenam peccatricem vocat interius, cum Auguſtinum ex infideli, ſummum Eccleſiæ ſuæ doctorem efficit. *Hie. 13*

11 Eſt & aliud quo bonos à malis piſcatoribus poſsis diſcernere. Qui enim ſuis ſagenis quampluri mos piſces prendiderunt, mane illuceſcente iam die retia miſerunt in mare: Alij verò qui laborauerũt in vanum, nocte & in tenebris piſcaturæ vacabant. Quod & Ioannis 21. inſinuatur nobis. Dixit enim condiſcipulis Simon Petrus: [Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & aſcenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli, quia Ieſus eſt. Dixit ergo eis Ieſus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.] Ecce qui nocte piſcantur, in vacuum laborant, quoniam qui extra Eccleſiam tendunt retia ſua, nihil capiunt laborantes: quos ſimiles eſſe dixerim illis, quos Sophonias vidit [defixos in facibus ſuis.] Nihil enim prorſus ſagenis ſuis poſſunt capere, niſi denſum lutum, ſicut ſcriptũ eſt: [Væ qui multiplicat non ſua, vſquequo aggrauat contra ſe denſum lutum?] Illis autem qui lumine fidei illuſtrati, & ſole iuſtitiæ in eorum corde illuceſcente piſcantur, & regnum cælorũ volenti animo rapere contendunt, nõ cedet in vanum eorũ induſtria, ſicut ſcriptum eſt: [Itaque fratres mei dilecti ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in Domino.] Et quare non eſt inanis, niſi quia eſt labor in Domino. [Bonorum enim laborum (vt inquit Sapiẽs) glorioſus eſt fructus.] Illi ergo qui retia prædicationis Euãgelicæ mittunt mare, iam mane facto glorioſum fructum laborum ſuorũ ſperantes, gaudent, lætantur in captura piſcium, gratias Deo per Ieſum Chriſtum referunt, & implent ambas nauiculas ſicut Petrus: Quia & alijs per prædicationem ſunt vtiles, & ſibi coronam promerentur æternam. Sed ne aliquid inexplicatum remaneat, obſeruandum eſt, quod Luc. 5. de rete in quo concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, dicitur: [Rumpebatur autem rete eorum:] At Io. 21. aduertit ſpecialiter traxiſſe Petrum rete in terram, [plenũ magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cum tãti eſſent, nõ eſt ſciſſum rete.] Myſterium, quod in hoc clauditur explicat nobis beatus Pater Auguſtinus, aduertẽs capturã piſcium, quæ refertur Luc 5. ante reſurrectionem Dominicam factam fuiſſe cum Chriſtus adhuc viueret in hac vita mortali: quæ autem habetur Ioan. 21. poſt reſurrectionem, quando Ieſus diſcipulis ſuis ad mare Tyberiadis manifeſtauit ſeipſum, facta eſt. Vnde illa Eccle-

Ioan. 21 *Soph. 1.* *Abac. 2.* Vide ſup. cap. 2. nu. 18. *1. Cor. 15* *Sap. 3.* *Luc. 5.* *Ioan. 21* Aug. lib. 83. quęſt. q. 81. to. 4

clesiam militantem designat, quæ prædicatione Euangelij bonos & malos pisces concludit: ex quibus quamplurimi rumpere retia contendunt, & fidem ac pręcepta Dominica scindere, vt reuertantur in mare. De illis enim scriptum est: *Hier.* 3. [A sæculo confregisti iugum, rupisti vincula, dixisti, non seruiam.] Et *Psal.* 2. iterum: [Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.] Reticulum autem missum ad dexteram, post resurrectionem Ioan. 21. Ecclesiam triūphantem designat, in qua nullus est paruus piscis, nullus malus, nullus qui vnitatem perturbet, nullus qui rete scindere velit, aut foras exire. [Quod rupta sunt retia (inquit Augustinus) charitate violata, multas hæreses extitisse significat, post resurrectionem verò, cum vellet Ecclesiam futuri temporis præmonstrare, vbi omnes perfecti atque sancti futuri sunt, iussit mitti etiam retia in dexteram partem: & capti sunt ingentes pisces centum quinquagintatres, mirantibus discipulis, quòd cum tàm magni essent, retia non sunt dirupta. Eorum magnitudo imaginem sapientiæ, iustitiæq; significat, numerus verò ipsam disciplinam, & temporali dispensatione & æterna regeneratione perfectam, quam diximus quinquagenario numero commēdari.] Vide alia quę de piscatoribus Euāgelicis diximus cap. 7. num. 37.

12 [Stulti principes Taneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens: Quomodo dicetis Pharaoni: filius sapientiū ego filius regum antiquorum? Vbi nunc sunt sapientes tui? Annunciēt tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum super Aegyptum.] Gloriabātur Aegyptij multorum sæculorum philosophiam, & humanas disciplinas apud se habere. Vnde (vt refert Plato) ab Aegyptijs initiū habuit humana doctrina & disciplina: Et inde ad Græciam, & ad alias nationes dimanauit. Quia ergo in Aegypto antiquissima erat sapientia, non solum sapientes, sed & filios sapientium se vocabant, atque illorū, quos reges in maximo cōsueuerunt habere precio. Eis nunc insultat Propheta, quod cū cæteros docuerint sapientiam, imminente clade regis Assyriorum, omni sint consilio destituti. Consimili irrisione sapientibus huius mundi insultat Paulus, dicens: [Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius sęculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi.] Ecce apud Paulum ferè eadem verba Prophetæ, subditur enim: [Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerūt principes Mempheos, deceperūt Aegyptum, angulum populorum eius.] Penè dixisset: [Stultā fecit Deus sapientiam huius mundi.] Vide humanæ sapientiæ vanitatem, quæ nihil habet consilij, & nō solùm non potest imminens malum pręcauere, sed nec coniectare quidem, aut prædicere. Stultitia ergo est apud Deū. Et qui dicebant se esse sapientes, stulti facti sunt. [Animalis, enim homo nō percipit ea quæ Dei sūt,] nec iudicia illius dijudicare valet. Iudicia Domini abyssus multa. Angulum populorū eius appellat Aegyptum, idest caput, & quasi angularem lapidem regni, quo parietes inter se cōiunguntur & firmantur. Quod si lapis angularis cadere cōtingat, totum ædificium minatur ruinam, & periclitatur. Ideo Aegyptum

Plato in Phedro.

1. Cor. 1

1. Cor. 2

ptum angulum populorum vocat, vt excidium illius videntes, cæteri populi contremiſcant.

13 [Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius, & vomens.] Septuaginta Interpretes ſic tranſferunt iſtum locũ. [Dominus enim immiſcuit eis ſpiritum erroris, & errare fecerunt Aegyptum in omnibus operibus eius, ſicut errat ebrius, & vomens ſimul.] Spiritus vertiginis, ſpiritum peruerſitatum deſignat, quem in pœnam præcedẽtium peccatorum Dominus immittit in reprobos, vt careant omni conſilio, & ad ea quæ expediunt non attendant, ſed pręcipitent ſeipſos, & abſque fræno vllo, impetum propriæ cõcupiſcentiæ ſequantur. *Eze.14* Vnde & ſcriptum eſt: [Et propheta cũ errauerit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum.] *Isai.29* Et iterum: [Obſtupeſcite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino, mouemini, & non ab ebrietate. Quoniam miſcuit nobis Dominus ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros, prophetas, & principes veſtros, qui vident viſiones operiet.] *Hier.51* Et rurſus: [Calix aureus Babylon in manu Domini, inebriãs omnem terram, de vino eius biberunt gentes, & ideo commotæ ſunt.] Ac *2. Theſ.* denique Apoſtolus ait: [Ideo mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed cõſenſerunt iniquitati.] Maxima eſt ira Dei, cum calice erroris, hoc eſt peccatis, peccata punit. De hoc calice bibũt hæretici, Scripturas ſacras deprauantes. Tales contingunt Aegypto doctores, qui errare faciunt in omni opere ſuo Aegypti habitatores. [Sicut errat ebrius & vomens.] Ebrietatem vocat ſæcularem ſapientiam, qua ſuperbi neſciunt ea, quę ſunt Spiritus Dei, quoniam ſicut ebria parum iudicij habet, & ſicut vomens ſordida eſt & abominabilis. De hoc plura diximus in hoc cap. num. 6. Vtrũ autem ſolum negatiuè, quia non illuminat, dicatur Deus homines excæcare, & tradere in reprobum ſenſum, an etiam aliquo modo poſitiuè, explicatum eſt à nobis ſatis diffuſe cap. 6. num. 48. 49. & 50.

14 [Et non erit Aegypto opus, quod faciat caput & caudam incuruantem, & refręnantem.] Ideſt omnia Aegyptiorum opera erunt imperfecta, omnia conſilia vana, & tumultuaria, ſicut explicat Theodoretus, nec habebunt proſperum principium, nec felicem exitum. [Seran ſus obras (vt Hiſpanè dicitur) ſin pies, ni cabeza.] Vel ſic, nõ erit opus Aegypto conſtituere caput, quod ſuam rempublicam gubernet, & cui incumbit refrænare ciues ab iniurijs inferendis, & trãſgreſſores legis incuruare condigna pœna puniendo delinquentes; nec alios miniſtros inferiores iuſtitiæ, qui deſignantur per caudam: Quoniam (vt ſupra dictum eſt) in manus dominorũ crudelium tradetur Aegyptus. Ipſi incuruabunt & refrænabunt eius ſuperbiam, ne adijciat in ſua ſapientia, & potentia gloriari. Vel per [caput & caudam] principes intellige & ariolos, iuxta illud: [Et diſperdet Dominus ab Iſrael caput & caudam incuruantem *Iſa. 9.* & deprauantem in die vna. Longæuus & honorabilis ipſe eſt caput; & propheta docens mendaciũ ipſe eſt cauda.] Et ſi noſſe deſideras

ras

ras rationem, propter quam prophetæ loquentes mendacium cauda dicantur, lege supra dicta cap. 9. num. 85.

15 [In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse mouebit super eam.] Idest, eo tempore, quo Sènacherib deuastanit Iudæam, antequam ad Aegyptũ perueniat, cum primum Aegyptij rumorem, aut famam crudelitatis, & potentiæ exercitus Assyriorum audierint, formidabũt sicut mulieres: inualidi erunt, & contremiscent, eleuante Domino cõtra Aegyptum, & agitante manum suam, & nondum adhuc percutiente. Vnde mouere manum super aliquem, est cominari illi, & iræ signũ ostendere. Ad primam eleuationem & commotionem manus Domini pauent Aegyptij. Nec mirum, quoniam [fugit impius, nemine persequente,] eo quòd intra se malæ cõsciẽtiæ persecutorem habet & terrorem: & vbicumque fuerit, diabolus semper aduersatur illi. Quòd si manum Domini eleuatam, & extensam ad percutiendum, dum agitatur super eos, impij sustinere non possunt, sed pauent sicut mulieres, & cõtremiscunt, quomodo sustinebunt, quando descenderit, & virga durissima eos percusserit? Si colũ-

Iob 25. næ cæli, vt ait Iob, contremiscunt, & pauent ad nutum eius, quid faciet terra & cinis, impius, & pec-

Hie. 12 cator? [Si cum peditibus currens laborasti (inquit Hierem.) quomodo poteris contendere cum equis? Cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Iordanis?] Hoc est, si minora mala ferre non potes, quomodo sustinebis maiora? Si existens in pace expauescis, quid facies, cum aquas fluminis multas, & fortes gentium congregatarum contra te videris aduenire?

16 Mulieres in Scriptura sacra dicuntur, qui ad virtutum opera sunt inualidi, qui labore deficiunt, & bonum quod inceperunt, non perficiunt. Vnde & filij Israel masculos generant in Aegypto; Aegyptij autem reseruatis fœminis, masculos natos interficere quęrũt. Viri autem illi dicuntur, qui fortes sunt, & robusti ad virtutẽ, qui currunt, & non laborant, ambulant, sed non deficiunt. Opus mulieris est, ea quę sunt carnis amare, atque huius sæculi desiderijs inhærere: virorum autem opera sunt, animam suam ponere pro amicis suis, contemnere perituras huius sæculi delitias, & toto corde ad cælestia properare. Tradunt historici, viros Aegyptios quamplura muliebriter: fęminas autem viriliter agere. Alij referunt fęminas negotia, viros ea quæ sunt domus apud Aegyptios curare. Cum ergo Aegyptij effęminati sint, non mirum si muliebris pauor illis tribuatur.

Ad mores.

Exo. 1.

Isa. 40.

17 [Et erit terra Iuda Aegypto in pauorem, omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum, quod ipse cogitauit super eam.] Iudicium incipit à domo Dei, quoniam castigat, vt pater omnem filium, quem recepit, neque inultũ relinquit aliquod eius delictum. Ex flagellis ergo & malis, quæ Dominus infert filijs suis, conijcere possunt serui & reprobi, quæ & quanta superuenient eis. Vnde & Petrus Apostolus ait: [Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem

1. Pet. 4

pri-

primum à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt?] Ideo ergo terra Iuda erit Aegypto in pauorem, quoniam audientes Aegyptij, & videntes qualiter Dominus terram, & hæreditatem suam in pœnam præcedentium delictorũ subuertit, in foribus esse Aegypti ruinam conijcient.

18 S. Hieronymus præsentem locum sic transfert: [Et erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem:] aduertens quod nomen hebraicũ pro quo translatio vulgata vertit [in pauorem] significat vtrumque, videlicet pauorem & festiuitatem. Et vt nõnulli Doctores explicant, denunciat Propheta his verbis, terrã Iuda futuram esse Aegypto in festiuitatem, quoniam multi ex Aegyptijs recipient legem Euangelicã, de qua supra dictum est: [quoniam de Sion exibit lex: & verbum Domini de Hierusalem:] atque relicta idololatria excipient Christũ Dominum captiuantes intellectum in obsequium fidei, & admirabuntur considerantes altitudinem cõsilij diuini super salutem generis humani: & timebunt atque contremiscent, cũ recordati fuerint, quæ, & quanta passus fuerit filius Dei, & mente, ac corde reuoluerint terræ sanctæ loca sacrata, quæ proprijs pedibus calcauit, & sanguine suo rigauit Dominus maiestatis. Nonne tibi videtur Iudæam fuisse in festiuitatem, & terrorem Aegypto, cum multi ex fidelibus vastam illius solitudinem inhabitarunt, egentes, angustiati afflicti, diem cum nocte orationibus coniungentes, omnia & seipsos relinquentes propter Christum, atque spectaculum Deo, Angelis, & hominibus facti? Quis non admirabitur? Quis non pauebit hæc audiens, & oculis proprijs conspiciens? Audiunt Aegyptij & timent; & relictis idolis ad fidem, & cultum vnius Dei conuertuntur. Consonat hæc explicatio cum verbis sequentibus prophetæ. Subdit enim.

Isai. 2.

19 [In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaam, & iurantes per Dominum exercituum:] Sẽsus est. In tantum proficient Aegyptij flagellis Domini, & ita in seipsis ad cor reddibunt, audientes quæ facta sunt a Deo in terra Iuda, vt ipsis Israelitis associentur, & eorum linguam addiscant, & loquantur, insũper & abiecto idolorum cultu, Dominum exercituum venerẽtur, iurantes in nomine illius; adimplentes illud quod scriptũ est: [Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis.] Et iterum: [Per nomen externorum Deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro.] Quãuis enim iuramentum cum indebitis circunstantijs, & cum præcipitatione iudicij, ac perturbatione animi factum peccatum sit satis graue, & in magnam cædat iniuriã Dei, atque in iurantis periculum, vt diximus latè cap. 1. num. 20. si tamen debitè fiat, sanctum est, religiosum & laudabile, iuxta illud: [Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo, quia obstructũm est os loquentium iniqua.] Per quinque ciuitates intelligit aliquas: ponitur enim numerus certus per incerto. Hæc omnia figura sunt gentium ad Christum congregatarum quæ non solum non attendunt ad caduca, & transi-

Deu. 6. & 10. Exo. 23

Psal. 62

transitoria, neque ad vanas huius mundi delitias, sed nec loquuntur de illis, vt cum Apostolis Spiritu sancto afflante, loquantur magnalia Dei, & ea quæ sunt spiritus sentiant. Vnde sanctus Hieronymus per quinque ciuitates loquentes in terra Aegypti lingua Chanaan, quinque intelligit corporis sensus, non carni, sed spiritui seruientes.
Hierony. sup. c. 19. Isai. Ait enim: [Quando videmus mulierem ad concupiscendum, visus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando audimus iudiciū sanguinis, dicente Domino: non suscipies auditionem vanam, auditus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando, secundum prophetam viuimus in delicijs, & iacemus super lectos eburneos, & primis vngimur vnguentis, odoratus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando venter noster Deus est, gustus noster loquitur lingua Aegyptia. Si non audierimus illud, quod Apostolus loqui-
1. Cor. 7 tur: Bonum est homini mulierem non tangere, sed è contrario iungamur meretrici, tactus noster loquitur lingua Aegyptia. Sin autem è cōtrario eleuauerimus oculos nostros, & viderimus, quòd regiones iam albæ sunt ad metendum, & nequaquam curui fuerimus in terrā, sed iuxta Euangelicam mulierem, quę decem, & octo annis cælū aspicere nō poterat, eleuauerimus ocu-
Ps. 122. los nostros, & dixerimus: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis: oculos noster, & visus loquitur lingua Chanaanitide. Si circūciderimus aures nostras, & audierimus Dominum loquentem: qui habet aures audiendi audiat, auditus noster loquitur lingua Chanaanitide. Qui potuerit sponso di-
Cant. 1. cere: Post te in odorem vnguentorum tuorū currimus; & illud Pau-
li: Christi bonus odor sumus in om- 2. Cor. 1
ni loco, huius odoratus loquitur lingua Chanaanitide. Gustus quoque in bonam partem accipitur eius, qui comedit panem de cælo descendentem, panem viuum, & nō mortuum. Et audit illud: Gustate & Ps. 33.
videte, quoniam suauis est Dominus, statim loquitur lingua Chanaanitide. Sed & tactus spiritualis est, de quo Ioannes Apostolus ait: Et manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, & qui tangit Iesum, ita vt de eo Saluator possit dicere: Tetigit me aliquis, ego enim scio virtutem de me exijsse.]

20 [Ciuitas solis vocabitur vna.] Vna est Ecclesia Catholica Romana, quæ est ciuitas solis, & ciuitas supra montem posita, vt diximus cap. 2. num. 4. à qua lumen veræ fidei in omnes alias ciuitates deriuatur. Nam ad summum Pontificem, qui successor est Petri, & Vicarius Christi pertinet lites in causa fidei dirimere, dubia soluere, ambigua diffinire, & quid credendum sit, determinare. Etenim Petro dictū est illud: [Pasce oues meas.] Ioan. 21
Et illud: [Et tu aliquando conuer- Luc. 22.
sus confirma fratres tuos.] Vnde & Petro, atque illius successoribus, illud poterit adaptari, quod Iob 22. Iob 22.
cap. scriptum est: [Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Eritq; omnipotens contra hostes tuos, & argētum coaceruabitur tibi. Tunc super omnipotentem delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuā. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis splendebit lumen.] Terra erat Petrus debilis, & infirmus, qui ad vnius mulieris vocē Christum ne-

gauit: nec valebat suis viribus totum Ecclesię pondus sustinere. Hãc terram verbo virtutis suę Dominus silicem fecit, cum dixit: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam,] cum in columnam & firmamẽtum veritatis illum erexit, vt sententiæ & dictis Petri omnes acquiescant. Et sicut silex ferro percussus non succumbit, sed ignem ex se, & scintillas emittit: sic & Petrus cum à persecutoribus Ecclesiæ vrgetur, lumine fidei Ecclesiã illustrat. Congregantur principes sacerdotum aduersus Petrum & Ioannem: [Et statuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu sancto, Petrus dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite: Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, quẽ vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat corã vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli. Et nõ est in alio aliquo salus. Nec ènim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Videntes autem Petri constantiam, & Ioannis, cõperto quod homines essent sine litteris, & idiotæ, admirabantur, & cognoscebãt eos, quoniã cum Iesu fuerant: hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.] Comminantur illis Pontifices denunciantes, [ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. Petrus verò & Ioannes respondentes dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quã Deum, iudicate: non enim possumus, quæ vidimus & audiuimus non loqui.] Ecce lumen fidei, ecce torrentes aureos, quos de silice Dñs profert. Quid enim per aureos torrẽtes designatur, nisi claritas, & puritas euangelicæ doctrinæ, quæ vniuersam perlustrat Ecclesiam. Audi Gregoriũ: [Dat, inquit, pro silice torrẽtes aureos: quia pro robusto opere doctrinã multiplicat claræ prædicationis, vt peccator quisque cõuersus, & ex infirmo fortis existere valeat, & in sua fortitudine vsque ad proferenda verba intimę claritatis exurgat, quatenus in eo & infirmitas actionis, in qua velut terra soluitur, bene viuendi fortitudine solidetur, & rursus cũ sensus ex vita trahitur, ex ipsa fortitudine torrẽtes aurei defluant: quia in ore bene viuentiũ doctrinæ claritas inũdat.] Nõne aurei torrentes sunt Petri epistolæ, fidelibus disparsionis Ponti & Galaciæ cõscriptę, quibus hæreticorum dogmata cõfutantur? Dñs ergo erit, ò Petre, contra hostes tuos, quia contra te præualere non poterunt. [Et argentũ coaceruabitur tibi,] quia omnium Theologorũ doctrina tibi deseruiet, atque iudicio tuo erit subiecta. [Super omnipotentem delicijs affiues:] Quoniã in amore illius Scripturæ sacræ epulis satiaberis. [In cuius nimirũ verbis (vt inquit Gregor.) tot delicias inuenimus, quot ad perfectum nostrũ intelligẽtiæ diuersitates accipimus, vt modo nuda nos pascat historia, modo sub textu litterę velata medullitus nos reficiat moralis allegoria, modo ad altiora suspẽ dat

Marginalia: Mat. 16 — Act. 4. — Greg 16. mor. 8. — Greg. 16. mor. 9.

dat contemplatio in præsentis vitæ tenebris iam de lumine æternitatis intermicans.] Et post pauca: [Hinc etiam in admiratione Sponsæ scriptum est: Quæ est ista quæ ascendit de deserto delicijs affluens? Quia nimirũ sancta Ecclesia, nisi verborũ Dei delicijs afflueret, de deserto vitæ præsentis ascẽdere ad superiora non posset. Delicijs ergo affluit & ascẽdit: quia dum mysticis intelligentijs pascitur, ad superna quotidie contẽplãda subleuatur.] Ex his ergo Scripturarum fontibus habet Petrus rẽ discernere, & omnia dubia in causa fidei insurgẽtia declarare: [& in vijs eius splẽdet lumẽ.] quoniam in definiendis rebus fidei errare non potest. Scriptũ est enim: [Ego pro te rogaui Petre, vt nõ deficiat fides tua; & tu aliquando cõuersus, cõfirma fratres tuos.] Audi quomodo rem dubiã claue scientię sibi à Domino tradita discernat, & vacillãtes in fide fratres confirmet. [Surrexerunt quidã de hæresi pharisæorũ, qui crediderunt, dicentes: quia oportet circuncidi eos, pręcipere quoque seruare legem Moysi. Cõueneruntq; Apostoli, & seniores videre de verbo hoc. Cũ autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbũ Euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, testimoniũ perhibuit, dans illis Spiritũ sanctum, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorũ. Nũc ergo quid tentatis Deũ, imponere iugũ super ceruices discipulorũ, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiã Dñi Iesu Christi credimus saluari, quemadmodũ & illi. Tacuit autẽ omnis multitudo.] Ecce Petrus discernit rem, & quæstionẽ grauissimã in causa fidei exortã determinat, sedat populi seditionẽ, & in verbis eius, veritatis lumen splendet. Omnes audita Petri sententia tacent, omnes acquiescunt, ac denique fortes & stabiles permanent in fide. Igitur Ecclesiam Catholicam, de qua supra dixerat Isaias: [Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis,] nunc denunciat, ciuitatem solis esse appellandam. In idẽ quippe reddit ciuitas iusti, & ciuitas solis. Quis enim est iustus, quis bonus nisi solus Deus? Quis est iustus nisi sol iustitiæ Christus Deus noster? Ipse est iustus & iustificans alios, ipse est sol illuminans omnẽ hominem. De illo namq; scriptum est: [Prope est iustus meus, egressus est saluator meus.] Et iterũ: [Facies eius sicut sol lucet in virtute sua.] Huius solis claritatem & lucẽ nõ viderunt illi, qui dixerũt: [Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol intelligẽtię nõ est ortus nobis.] Errauerunt, quia ciuitatis solis, & cælestis Hierusalẽ ciues esse noluerũt. Peccatorũ namq; cõuenticula, illa præcipuè quę extra Ecclesiam fiũt, nõ solis, sed tenebrarum ciuitates sunt, Aegypti videlicet, & Babylonis, quam (vt inquit August.) ædificat amor sui vsque ad cõtemptum Dei, de quo vide cap. 13. nu. 2.

Cant. 8. · Luc. 22. · Act. 15. · Isa. 1. · Isai. 51. · Apo. 1. · Sap. 5.

21 [In die illa erit altare Dñi in medio terrę Ægypti, & titulus Dñi iuxta terminum eius erit in signũ, & in testimonium Domino exercituũ in terra Ægypti.] Hoc est, altare in cultum idolorum extructũ, in honorẽ Dei erit translatum, vt munera in illo offerant Domino Ægyptij, & titulus erit prope terminũ.

Vocat titulum,statuam,& figuram Domino exercituum erectā.Hanc, inquit, constituent Aegyptij in loco eminenti & alto, iuxta terminū terræ suæ, vt statim omnes,qui ingrediuntur Aegyptum, agnoscant terram illā non idololatriæ, sed diuino cultui esse dicatā. Præteriens Paulus vidit Atheniensium simulacra,& inuenit arā, in qua scriptum
Act.17. erat: [Ignoto Deo.] Ecce inscriptionem,ecce titulum,quē super simulacra sua,& altaria habēt idololatræ,& infideles.Sed Paulus Apostolus ait ad illos:[Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis, Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cæli, & terræ cū sit Dominus,nō in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo,cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem,& omnia.] Ac si dicat: Non ignoto Deo, sed illi, de
Psal.75 quo ait propheta:[Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum est nomen eius,]titulus super arā istam inscriptus consecretur,& Deum verum, qui fecit cęlum & terram,colite,& adorate. Ne igitur prætereuntes, iuxta Ægyptios,suspicarentur,terram eorum, & altaria ignoto Deo esse dicata,[titulus Domini,inquit, erit iuxta terminum eius.]Hæc autē omnia pleniùs adimplentur nūc à fidelibus Christo regnante. Vniuersus orbis, vbi fides Euangelica annunciatur, vnius Dei cultu contentus est,& vno altari, illo videli-
Heb.13 cet, de quo Paulus ait: [Habemus altare, de quo edere nō habent potestatē,qui tabernaculo deseruiūt.] Altare nostrum Christus est cruci affixus, ipse sacerdos, ipse sacrificium,ipse titulus & inscriptio.Audi S.Chrysost.[Pascha nostrum,inquit,pro nobis immolatus est Christus,& immolatus in excelsa cruce. *Chry.ho. de cruce, & latron. col.1.t.3.*
Nouum altare cōstitutum est,quia sacrificium nouum,atque omnibus inopinatum: nā ipse & sacrificium fuerat,& sacerdos. Sacrificium secundum carnem, sacerdos secundū spiritum sanctitatis. Idē ipse & offerebat, & offerebatur: Offerebat secundum spiritum,offerebatur secundum carnē.Audi quemadmodū Paulus vtrumque monstrauit:Omnis,inquit,pontifex,qui de hominibus accipitur, pro hominibus statuitur. Vnde necessarium est,& iustum habere aliquid,quod offerat. Vide sacramētum, Ecce ipse se offert. Et alibi ait, quia Christus semel oblatus multorū abstulit peccata,Ecce hic oblatus est,ibi se obtulit.Vide quemadmodū,& sacrificiū,& sacerdos,&altare,crux fuit.] *Heb.5* *Heb.9*
Est etiam Christus Dominus in cruce eleuatus titulus Domini,quoniā (vt diximus superius c.11.nu.16.) titulus est propter quem peccatores veniam a Deo impetrant. Est & in signum,& in testimonium Domino exercituum, non solùm in terra Aegypti,sed etiam in vniuerso mundo, quoniā per Iesum Christum,& hunc crucifixum misericordiæ suæ testimonium omnibus perhibuit,& non solùm misericordiæ, sed etiam potentiæ,sapiētiæ, & iustitiæ,vt dictum est cap.19.num.6. Vel per titulū, illum intellige, quē literis hebraicis, græcis, & latinis posuit Pilatus supra crucem Domini,sicut Ioānes ait: [Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptū: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.] *Ioan.19*

22 Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem,& propugnatorem, qui

qui liberet eos.] Clamare ad Dominum, est cum magno affectu, & vehementi spiritu orare. Vnde ad designandam efficaciam orationis
Heb.5 Christi, ait Paulus: [Cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.] Significat etiam vindictam petere, iuxta illud, quod dixit Dominus ad
Gen. 3. Cain: [Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra? Clamabat sanguis Abel ad Dominum, sed contra fratrem suum petebat vindictam. Clamat & sanguis Christi, sed petit pro peccatoribus misericordiam, reconciliationem,
Heb.12 & gratiam, sicut Paulus ait: [Accessistis ad testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quā Abel.]
Greg.13. mor.8. Vnde Gregorius: [Sanguis, inquit, Iesu melius loquitur quàm Abel, quia sanguis Abel mortem fratricidæ fratris petijt: sanguis autem Domini vitam persecutoribus impetrauit.] Hinc & in persona Chri-
Iob 16. sti dicit Iob, cap.16. [Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces. Terra ne operias sanguinē meum, neque inueniat locum latendi clamor meus.] Terra est pecca-
Gen. 3. tor, cui dictum est: [Terra es, & in terram ibis. Quæ scilicet terra (vt Gregorius ait) redemptoris nostri sanguinē non abscondit: quia vnusquisque peccator redēptionis suæ precium sumens, confitetur, ac laudat, & quibus valet proximis innotescit. Terra etiam sanguinem eius non operuit: quia sancta Ecclesia redemptionis suæ mysteriū in cunctis iam mundi partibus prædicauit.] Vtroque ergo modo clamauerunt ad Dominum Aegyptij, & vindictam petendo, sicut dicit Cyrillus, contra tyrannidem principis tenebrarum, sub cuius imperio tenebātur captiui, & misericordiam à Deo poscendo, & gratiam, qua eorum remitterentur peccata. Et Dominus misit eis saluatorem, id est vnigenitum filium suum in lege promissum, vt eorum peccata deleret, & propugnatorem, qui eos ab iniuria principis tenebrarum vindicaret. Hebraicè vbi nos legimus [propugnatorē] habetur Rab, quod nomen inter alia significat doctorem, & magistrum, & designat illū, qui de se ait: [Vos vocatis me ma- Ioan.13
gister & Domine: & bene dicitis. Sum etenim.] Et iterum: [Vnus est Mat.23
magister vester.] De quo etiā Deus Pater inquit per prophetam: [Ecce Isai. 55
testem populis dedi eum, ducem & præceptorem gentibus. Clamabūt, inquit, & mittet eis saluatorem.] Expende orationis vim & efficaciā Oration. efficacia.
ex intimo cordis affectu procedentis, quę proprium & vnicum filium impetrat à Deo. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis impetrabit? Vnde ad designandam efficaciam orationis, & quantam vim habeat apud Deum: Cum Moyses, & Aaron clamarent ad Dominum, & dicerent: [Domine Deus audi cla Num. 20
morem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum:] Respondit Dominus ad Moysen: [Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.] Ac si apertius dicat: Tantum valet deprecatio iusti assidua, tam efficax est oratio lacrymosa, vt non à me tantum, qui Pater sum misericordiarum, & Deus totius consolationis, sed etiam à durissima petrā potens sit aquas educere. Quid non impetrabit à Deo assidua, & fre-

quens oratio, quæ de saxo durissimo egredi fecit aquas largissimas? Vnde & Dominus virtutẽ orationis commendans, ait: [Si vos cum sitis mali, hoc est duri corde, & impij nostis bona data dare filijs vestris, quãto magis Pater vester cælestis, dabit spiritum bonum petentibus se?] Et iterum: [Petite, & accipietis:] Non limitat, nec determinat, quid petentes sint accepturi, nam etiam si petant à Deo, non dico dimidiam partem regni, sed totum regnum, imò & regnantem in eius dextera filium, accipient. [Clamabunt, & mittet eis saluatorem.] Quid autem aduentus Saluatoris in corde Aegyptiorum operatus fuerit, audiamus.

Mat. 7. *Matt. 7*

23 [Et cognoscetur Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & colent eum in hostijs, & muneribus. Vota vouebunt Domino, & soluẽt. Olim notus erat in Iudæa Deus, & in Israel magnũ nomen eius;] sed postmodum sub Ezechia claruit etiam apud Aegyptios. Multo autem magis nunc sub Christo impletur hæc prophetia, quando non in Aegypto solum, sed & in vniuerso mũdo notus est Deus, iuxta illud Hieremiæ vaticinium: [Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorũ scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicẽs: Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum, vsque ad maximũ, ait Dominus:] Et quoniam cognitio, & scientia non est illa, quæ inflat, sed scientia sanctorum habens coniunctam religionẽ, & charitatem, quę ædificat. Subdit: [Et colent eum] sacrificia & munera in gratiarum actionem offerendo. [Et vota, inquit, vouebunt, & soluent.] Quibus verbis duo insinuat. Alterum est vota omnia adimplenda esse, & Deo reddẽda, iuxta illud: [Vouete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera.] Vnde & Sapiens ait: [Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio, sed quodcumque voueris redde: multoque melius est non vouere, quàm post vota promissa non reddere.] Alterum est, speciale donum, & beneficium Dei esse, nõ solum votum vouere, sed etiam illud soluere & adimplere, idq; procedere ex meritis Christi, de quo dictũ est: [Mittet eis Saluatorẽ, qui liberet eos.] Multis enim datur vota vouere Domino, quibus non datur illa soluere. Audi Petrum plura & magnalia Domino promittẽtem. [Domine, inquit, tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire.] Et iterum: [Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor.] Et iterum: [Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.] Et rursus: [Animam meã pro te ponam.] Sed omnia hæc promissa, omnia vota ad vnius mulierculæ vocem simul transgressus est. Vota vouit Domino, sed non soluit, & quia non soluit: [Egressus foras fleuit amare.] Sed reuersus ad Dominum, & confirmatus ab illo, dono Spiritus sancti accepit postea, vt omnia vota sua Domino redderet, cum pro Christo, & illius Ecclesia crucis patibulo affixus, animam suam posuit. Cui consonat illud, quod Iob 22. scriptum est: [Si reuersus fueris ad omnipotentẽ ædificaberis, & longe facies iniquita-

Ps. 75. *Hier. 31* *Eccls. 5* *Luc. 22.* *Mat. 26* *Ioa. 13.* *Mat. 26* *Iob 22.*

quita-

quitatem à tabernaculo tuo, &c. Tunc super omnipotentem delicijs affllues, & eleuabis ad Deum faciē tuam. Robabis eum, & exaudiet te,& vota tua reddes.]

24 [Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis,& sanabit eos.] Vide cohęrentiam textus sacri. Castigantur Aegyptij à Domino,& flagellis attriti non obmurmurant, sed conuertuntur ad eum, certi, quòd filij,& dilecti corripiuntur & castigantur à Patre cælesti,qui[flagellat omnē filium,quem recipit.] Heb.12 Ideo placatur Deus, & sanat eos. Scriptum est enim: [Ego occidam, Deu.32 & ego viuere faciam,;percutiam & ego sanabo.]Et iterum:[Qui sanat contritos corde,& alligat contritiones eorum.] Ps.146. Reprobi autem percutiuntur à Deo,sed non reuertuntur ad Dominū.Imitantur enim Pharaonem,qui eo magis (vt Scriptura dicit)indurabatur, quo maioribus flagellis visitabatur à Domino. Ideo eorum plaga non sanatur,sed potius deterior efficitur, & magis incurabilis. Vide quę circa hoc diximus capite primo,num. 23. & 24.

25 [In die illa erit via de Aegypto in Assyrios,& intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios, & seruient Aegyptij Assur.] Denunciant hæc verba pacem, & concordiam redditam sub Ezechia rege, vel potius tempore aduentus Saluatoris nostri, sicut explicat B. Cyrillus, nam antea omnia fere regna inter se mutuis bellis dissidebant, neque erat facilis trāsitus ab vno in aliud. Postmodum verò via prædicatoribus patuit Euangelij à Syria in Aegyptum,& ab Aegypto in Syriam, quoniam diuersa regna vnum facta sunt in Domino, iuxta illud, quod Paulus ait: [Omnes enim filij Dei estis per fidem,quę est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis,Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus:nō est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu.] Galat.3 Sed perquires.Quomodo, aut quando seruierunt Aegyptij Assur? Ad hoc facilis est responsio. Nam vt constat ex cap. 8. Actuum Apostolorum, Samaria fuit ex primis ciuitatibus, quæ suscepit verbum Dei, & similiter Antiochia, quæ vrbs est Syriæ. Propter quod cognominati sunt primum Antiochiæ discipuli Christiani, vt habetur Actuum 11. Et exinde Euangelium diuulgatum est in Aegyptum,[& in alias regiones, & ita factum est,vt Aegyptij Assyrijs deseruirent, seruitute spirituali, quæ vera libertas est,captiuantes intellectum in obsequium fidei, & præceptis euangelicis obtemperantes, atque vnanimiter colentes Dominum. Vide quæ de vnitate & concordia, quam seruant inter se conuersi ad Christum diximus cap. 2: num.13.& 14. & cap.11. num.11. 12. & 13.

26 [In die illa erit Israel tertius Aegyptio,& Assyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum,dicens:Benedictus populus meus Aegypti,& opus manuum mearum Assyrio: hæreditas autem mea Israel.] Prophetia est hæc, vt notauit sanctus Cyrillus, eius, quod legimus in Euangelio. [Erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Mat.20 Primus fuerat in fide, & cultu vnius Dei populus Israel,

propter quod primogeniti nomine honorabatur à Deo. Ait enim: [Filius meus primogenitus Israel.] Sed quoniam creatori suo ingratus extitit, & filium eius vnigenitum recipere noluit, factus est nouissimus: & qui primum locum tenere debuerat, sortitur tertium & vltimum inter Aegyptios, & Assyrios. Primo namque benedicuntur à Domino Aegyptij, secundo Assyrij, tertio hæreditas Dei Israel, iuxta quod & Paulus ait: [Nolo vos ignorare fratres mysterium hoc: vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.] Ecce primo intrat plenitudo gentium, & postmodum fit saluus populus Israel: & qui antea non populus Dei ab omnibus dicebatur, nunc pro populo habetur, & dicitur opus manuum Dei, atque Israeli præfertur, de quo vide cap. 1. num. 29. & cap. 9. num. 8. Hinc est illud: [Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.] Quid enim designat, quæ multos habebat filios infirmata est, donec sterilis peperit plurimos, nisi (quod Paulus ait) cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret? Audi B. Gregor. [Qui fuerunt, inquit, qui fuerunt prius repleti, nisi qui cognitionem Dei, antequam cæteri populi habuerunt? Qui ergo repleti prius, intelligendi sunt alij, quàm Iudæi, qui in fide conditoris ferè ab ipso fuerunt principio mundi eruditi? Ipsi quidem pro panibus se locauerunt. Quid enim panes hoc loco significant, nisi mysteria diuinæ incarnationis? Locus autem inueniendorū panum sacra est Scriptura. Vnde & panis qui de cælo descendit, ad inueniendū se, ignorantibus dicit: Scrutamini Scripturas, quia ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Pro panibus ergo se locauerunt, quia omnes Scripturas acceperunt, vt in eis sacramenta diuinæ incarnationis inuenire debuissent: sed eum panis venit, synagoga, quæ se pro pane locauerat, locum reliquit, in quo inuenire panem debuit, quem quæsiuit. Scripturas quidem (vt dixi) ad cognoscēdum redemptorem habuit, sed qui secundum Scripturas venerat, venientem confutauit. Famelici ergo saturati sunt: quia qui crediderunt de gentibus, dum mysteria diuinæ incarnationis veneranter accipiunt, cælestem cibū habens, ad internæ delectationis vsum. Famelici quidem dicti sunt: quia ante aduentum Redemptoris infelicitatis fame proiecti, spiritualis refectionis cibum nullum habuerunt. Vel certè famelici dicuntur: quia spiritualis cibi dulcedinē, cum magna auiditate suscipiunt.] Ecce synagoga, quæ multos habebat filios infirmatur, gentilitas autem, quę sterilis erat, plurimos Dei parit filios, & primum locum obtinet apud Deum. In cuius signum cum Ioseph attulisset Manassen & Ephraim ante conspectum patris sui Iacob, vt benediceret eos, & constituisset Manassen ad dexterā Iacob, eo quòd esset maior natu, & Ephraim ad sinistram: Pater tamen non sine dispensatione diuina, [Extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manassen, qui maior natu erat, cōmu-

Marginal notes: Rom. 11 — 1. Reg. 1 — Greg. sup c. 1. Reg. lib. 1. c. 1. post med. — Ioan. 5. — Gen. 48

mutans manus. Benedixit Iacob filijs Ioseph, & ait: Deus, in cuius cõspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem: Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abrahã, & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. Videns autem Ioseph, quòd posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit, & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse. Dixitq; ad patrem: Non ita conuenit, pater: quia est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens, ait: Scio fili mi, scio: & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo: & semen illius crescet in gentes. Benedixitque eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Israel, atque dicetur: faciat tibi Deus, sicut Ephraim, & sicut Manasse; constituitque Ephraim ante Manassen.] Expende consonantiam scripturarum. Vterque filius benedicitur à Iacob, Ephraim & Manasse, sed minor præfertur maiori, & cõmutans pater manus suas, dexteram super caput Ephraim fratris minoris, sinistram autem super caput Manasse, qui natu maior erat, diuina inspiratione posuit, significans idipsum, quod in præsenti vaticinatur propheta. Denunciat enim Aegyptios, & Assyrios à Domino exercituum benedicendos fore, qui natu minores erant, & similiter populũ Israel, qui primogenitus erat, & maior. Sed commutantur manus, & frater minor, hoc est populus gentilicus per Ephraim mysticè præfiguratus, primum in benedictione Dei locum sortitur, & populus Israel, quem Manasses designabat, est tertius Aegyptio, & Assyrio, & in loco vltimo collocatur. Iuxta quod & Saluator ad hæreditatem suam, & populum natu maiorem loquens, ait: [Dico autem *Mat. 8.* vobis, quia multi ab Oriẽte, & Occidente venient, & recumbent cũ Abraham, & Isaac, & Iacob, in regnum cælorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.] Et iterum: [Amen dico vo- *Mat. 21* bis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.] Ac si dicat, erunt primi, qui antea erant nouissimi, & frater minor benedictionem consequetur maioris.

27 Denique obserua, quòd cum priùs dixisset: [& seruient Aegyptij Assur,] nunc Aegyptios, & Assyrios inter se conferens Aegyptium præfert Assyrio, & in loco primo constituit: vt scias quoniam qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui maior est, minorem se debet reputare, & libenter alijs deseruire, iuxta illud Domini præceptum: [Scitis quia principes *Mat. 20* gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister; & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus; sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: & dare animam suam, redemptionem pro multis.

CA-

CAPVT XX.


N anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum,& cępisset eam: in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filij Amos. dicens: 3 Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceaměta tua tolle de pedibus tuis. 4 Et fecit sic vadens nudus, & discalceatus. Et dixit Dominus: Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum,& portentum erit super Aegyptum,& super Aethiopiam,sic minabit rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiæ, iuuenum & senum. nudam & discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Aegypti. 5 Et timebunt, & confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua. Et dicet habitator insulæ huius in die illa: Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarět nos à facie regis Assyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

SVMMA CAPITIS.


OSTQVAM in duobus capitulis præcedentibus, verbis denunciauerat Isaias Aethiopum, & Ægyptiorũ ruinam; iam in hoc capite factis eandem annunciat vadens nudus,& discalceatus ex mandato Domini per ciuitatem, vt in se ostenderet, qualis futura esset populi ignominia. Circa quod primò describitur mandatum Domini præcipientis prophetæ, vt nudus, & discalceatus, per ciuitatem discurrěs, eius excidium denunciaret, de quo in principio capitis. Secundò,quid Dominus hac prophetæ ignominia designare voluit, explicatur, ab illo versiculo:[Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus,&c.]vsque ad fině capitis.



COMMENTARIVM.


N anno, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset cum Sargon rex Assyriorũ,& pugnasset contra Azotũ, & cępisset eam, in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filij Amos, dicens:] Repetit Isaias in hac prophetia ea.quæ superiori capite contra Aegyptios fuerat denunciatus, addens Aethiopes, qui sub Aegypto sunt,cum Aegyptijs in captiuitatem ducendos fore. Et,vt maior ior fides huic prophetiæ adhibeatur,diligenter indicat tempus,quo illam

illā sibi Dominus locutus est: propter hoc enim notatur à prophetis multoties temporis circumstantia, vt diximus cap. 6. num. 1. Tempus autem in quo Isaiæ reuelata est à Domino hęc prophetia, fuit annus, quo Sennacherib rex Assyriorum, qui in præsenti dicitur Sargon, ducem suum Tharthan misit ad obsidendum Azotū, quæ vna est ex pręcipuis ciuitatibus Palæstinorum. Obsedit autem illam ante annos tres obsidionis Hierosolymitanæ. [In manu Isaiæ,] idest, per ipsum Isaiam, tamquam per organum, & dispensatorem ministeriorum Dei, & est phrasis Hebræa, vt si quis vellet thesaurum dispēsare per alium, diceretur id facere in manu illius.

3 [Vade, & solue saccū de lumbis tuis, & calceamenta tolle de pedibus tuis.] Vt aduertimus in pręfatione huius libri, non solum verbis, sed etiam factis multoties vaticinantur prophetæ. Nam facta maiorem vim ad persuadendum habēt, & cōmouendos animos, quàm verba: [Solue, inquit, saccum de lumbis tuis.] Considera habitum prophetæ. Non enim vestitus erat mollibus, aut sericis, aut veste preciosa, sed sacco aspero, & vili, ac vestimento pœnitentiæ; consuetum namque erat inter prophetas talibus vti vestimentis. Helias Zona pellicea accinctus erat. Ioānes Baptista indumentum ex pilis camelorum contextum portabat. Sanctus Paulus ad Hebræos 11. de alijs dixit: [Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egētes, angustiati, afflicti. Melota (inquit S. Thomas) est vestis facta de pilis camelorum, vt quidam dicunt. Vel melius, quod taxus habet pellem hirsutam, de qua fit vestis, quæ dicitur

Sup. pag. 4. nu. 5.

4. Reg. 1

Matt. 4

Heb. 11

Hebrę 1. S. Tho. ad l ct. 8.

Melota. Pellis caprina cum hoc, quòd est hirsuta, est etiam vilis. Et ita dicitur de Elia 4. Reg. 1. quod erat vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Et de talibus vestibus dicit August. in lib. de sermone Domini, quòd potest esse in tali veste intentio mala, si quis vtatur ad vanam gloriā: bona autem, si ad contemptum mundi, & macerationem carnis. Præcipue autem, qui profitentur statum pœnitentiæ, debent ostendere signa professionis. Et ideo licet eis vti talibus vestibus, non tamen ad ostentationem, & sic vtebantur prophetæ.] Talibus ergo prophetæ, & viri sancti vestibus induuntur, quæ ad tegendam carnem & simul lasciuiā eius edomandam sunt aptiores. Vnde Chrysostomus de vestimētis Ioānis Baptistæ loquens, ait: [Non de lana cameli habuit vestimentum, ne ipsa mollicies vestimenti delicata faceret membra, sed de asperis setis cameli, vt ipsa asperitas ad virtutem patientiæ animum exerceret. Nam omne vestimentum ad tres pertinet causas, aut ad speciem visionis, & vanam gloriam, aut ad delectationem corporis, aut ad tegumentum nuditatis. [Ad speciem visionis habere vestimentum seruis Dei non conuenit, similiter delectationem corporis Deo seruiētibus non est aptum, sed tantum ad tegumentum nuditatis. Talia contulit Dominus primis parentibus indumenta, tunicis pelliceis induēdo, quibus eorum nuditas tegeretur, non excitarentur deliciæ, vt & ipse habitus exterior corporis de interiori virtute, & pœnitentia loqueretur] Vide quæ cōtra superfluum ornatum diximus cap. 3. nu. 27. 28. 29. 30.

Chry ho. 3. imperf. in Matth. to. 2.

4 [Et fecit sic vadens nudus, & discal-

discalceatus.] De promptissima Isaiæ obedientia plura diximus supra cap.6. num:30.& 31.In præsenti autem solum est obseruandum, quòd non in visione prophetica tantum, vt dixerunt quidam, sed re vera nudus, & discalceatus ambulauit Isaias, vt facto illo captiuitatē, & opprobrobriū Aegypti designaret. Consonat magis hæc explicatio, cum contextu huius capitis: subditur enim; [Sicut ambulauit seruus meus, Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum, & portētum erit super Aegyptū, &c.] idest, ita ambulabunt pueri Iudæorū nudi, & virgines, & senes in captiuitatem ducti, sicut re vera ambulauit Isaias. Vnde Hieronymus ait: [Potuit quidem hoc sermone exprimere, sed exemplo acerbare maluit, vt species ipsa plus incuteret horroris, & quod in prophetæ corpore auersabantur, in se pertimescerent.] Hinc collige, multoties sanctos, & innocētes inter peccatores puniri à Deo, vt eorum calamitatem, humilitatem, & patientiam videntes resipiscant, & ad cor redeant. Isaias nudus, & discalceatus, Christum Dominum designat; sicut enim propheta quamuis non peccasset, factus est contemptibilis in derisum, atque in opprobrium tota die, vt aliorū designaret ignominiam, & peccatores ad Deum reuocaret: ita & innocens Christus pro nobis factus maledictum, nudus pendens in cruce, humiliatus est propter iniquitates nostras, vt illum cernentes, nuditatem, & ignominiam nostram agnoscamus, vtpote qui descendentes ab Hierusalem in Hiericho incidimus in latrones, & innocentiæ, atque pœnitentiæ vestibus, quibus nostrorum peccatorum ignominia contegi posset, spoliati sumus.

Hier. epi. 36. ad Sabinum Episcopū lib.6.

5 [Et timebunt, & confundentur ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua, &c.] Destruitur Aegyptus, desolatur à Domino Æthiopia, vt spes, & cōfidentia, quam in illis constituerunt filij Israel simul pereat: & discant, baculū arundineum confractum videntes in solo Deo confidere, & non in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Scriptum est enim. [Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suū. & à Domino recedit cor eius; erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili.] Sicut enim myrica in deserto existens non est stabilis, neque firma, sed à quolibet vento agitatur, & mouetur huc, atque illuc, donec tādem eradicatur de terra, & à vento rapitur, & proijcitur longe: ita constituētes in homine spem suam, à Deo recedentes, stare non poterunt, neque immobiles permanere, sed tandem ab hostibus suis, tanquā à vento valido exterminantur, & suis malis edocti, atque experientia ipsa cognoscunt, vanam fuisse omnino eorum spem. Vnde & subditur. [Et dicet habitator insulæ huius in die illa, Ecce hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie regis Assyriorum: quomodo effugere poterimus nos?

Hier.17

CAP.

CAPVT XXI.

1 ONVS deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico ve-
niunt, de deserto venit, de terra horribili. 3 Visio du-
ra uunciata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit:
& qui depopulator est, vastat. 4 Ascende Aelam, obsi-
de Mede: omnem gemitum eius cessare feci. 5 Prop-
terea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia partu-
rientis: corrui cum audirem, conturbatus sum cum
viderem. Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Babylon di-
lecta mea posita est mihi in miraculum. 6 Pone mensam, contemplare in
specula comedentes, & bibentes: surgite principes, arripite clypeum. 7
Hæc enim dixit mhi Dominus: Vade, & pone speculatorem: & quod-
cunque viderit, annunciet. Et vidit currum duorum equitum, ascẽsorem
asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intui-
tu. 8 Et clamauit leo: 9. 10 Super speculam Domini ego sum, stans iu-
giter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans 11 totis no-
ctibus. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum, & respondit, & dixit:
Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt
in terram. Tritura mea, & filij areæ meæ, quæ audiui à Domino exerci-
tuum Deo Israel, annunciaui vobis. 12 Onus Duma ad me clamat ex Seir:
Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Dixit custos: 13 Venit ma-
ne & nox: si quæritis quærite: conuertimini, venite. 14 Onus in Ara-
bia. In saltu ad vesperam dormietis, in semitis Dedanim. Occurrentes
sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite
fugienti. 15 A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis,
à facie arcus extenti, à facie grauis prælij: 16 quoniam hæc dicit Domi-
nus ad me: Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur
omnis gloria Cedar. Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filijs
Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Israel locutus est.

SVMMA CAPITIS.



TERVM reuertitur Isaias in hoc ad prophetandum contra Babylonem, cuius excidium prædixerat supra cap. 13 & 14. & primo explicat, quinam futuri sint illi, per quos tàm superba ciuitas à Domino erat humilianda, atque illos esse Medos, & Persas; de quo in principio capitis. Secundò prædicit, non qualemcumque futuram esse Babylonis ruinam, sed maximè dolendam: de quo agit ab illo versiculo: [Propterea repleti sunt lumbi mei dolore.] Tertiò se esse fidelem speculatorem affirmat, qui omnia, quæ vidit contra Babylonem, absque trepidatione vlla manifestat: de quo ab illo versiculo: [Et clamauit leo, &c.] Deinde in residuo huius capitis, inuehi-

tur

tur contra Idumeos, quibus eminentem captiuitatem denunciat ab illo versiculo: [Onus Duma, &c.] Ac denique ad prophetandum contra Arabes se conuertit, ab illo versiculo: [Onus in Arabia, &c.] vsque ad finem capitis; causamque excidij eorum esse asserit, quia nullam misericordiam exhibuerunt Iudæis; cum à facie vastatoris confugerent ad illos, sicut dictum est cap. 15. de Moabitis.



COMMENTARIVM.

2 ONVS deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili.] Vocat desertum maris, ciuitatem Babylonis, ob in comparabilem sæuitiam, quam exercuit in Iudæos, & tempestuosissimum impetum, quo ciuitatem sanctam Hierusalem subuertere voluit, eam vndequaque circunstans; & aduersus illam fluctus eleuans, sicut mare aduersus insulam. Vt dictum est capite 7. num. 4. aut vero propter superbiam, & inflatum animum, & inquietum, atque bellicosũ, quod mare designat, iuxta illud, quod dicitur infra: [Impij autem, quasi mare feruẽs; quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationẽ & lutum.] Cõtra Babylonios igitur denunciatur tẽpestas ab Aphrico ventura, hoc est excidium illius ciuitatis faciendum per exercitum regis Medorum, & Persarum. Expende qualiter iuxta mensuram delicti, sit & plagarum modus, quæ superuenerunt Babylonijs. Illi crudeles fuerunt, & impij aduersus eos, quos expugnabant: expugnabuntur ergo, & ipsi ab hostibus nõ minus crudelibus. Illi se Iudæis exibuerunt, tanquam sæuũ mare, & tempestuosum: erit ergo exercitus Cyri ex Medis collectus, & Persis, quasi tẽpestas turbinis venientis ab Aphrico, idest per ventum Aphricum excitatæ, qui periculosissimas tempestates causare consueuit in mari, adeo vt fluctus fluctibus cõquassentur. Nec solum ab Aphrico denunciatur vẽtura tempestas, sed etiam de deserto, & de terra horribili, quoniã ex eiusmodi locis asperiores solent venti excitari. Quid autem Babylon mystice designat, explicatum est c. 13. num. 2. Vel secundum Hieronymum turbines, atque tempestates de terra deserta, & horribili venientes designant persecutiones excitatas per homines crudeles, & peccatores quos Deus deserit, ac subinde nihil boni habitat in eis. Vnde, & subditur.

Isa. 57.

3 [Visio dura nunciata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat.] Visionem vocat prophetiam sibi reuelatam, ob maximam illius certitudinem, vt explicatum est c. 1. nu. 3. Duram, quia non læta, sed aduersa denunciat: Duram Babyloni, quæ dura seruitute oppresserat alios, tanquã depopulator. Vnde non mirum, quod in manus incidat increduli, infideliter agentis, & depopulantis. Babylon sine misericordia, alios oppressit: omnis misericordiæ inexpertem inueniet inimicũ.

Ba-

Babylon cupiditate dominādi multos debellauit. Debellabitur,& ipsa à præuaricatore Cyro, qui dominandi gratia potius, quam amore iustitiæ ciuitatem illam subiugauit. Vnde & subditur.

4 [Ascende Ælam,obside Mede: omnem gemitū eius cessare feci.] Exponit quis nam sit ille deuastator Babylonis, videlicet Ælamitæ, Medi, & Persæ. Est autem verbum illud [ascende,] vox Dei imperantis, vt illi populi ascendant, & expugnent Babylonem. Ex quo poteris colligere Dei voluntate, & ordinatione malis accidere mala pœnæ, iuxta illud, quod scriptum est:
Amos.3 (Non est malum in ciuitate, quod
Vide c.14 nu.4. non fecerit Dominus:] Illa autem verba: [omnem gemitū eius, &c.] sic sunt accipiēda,vt designent crudelitatem, & immisericordiam Medorum,& Persarum,qui nulla commiseratione mouebuntur super Babylonios, neque ingemiscent, sed potius gaudebunt in eorum interitu,ac subinde nulli parcent. Simile
Hie.50 quid præcipitur Hierem.50.[Venite, inquit, ad eam, ab extremis finibus, aperite, vt exeant, qui conculcent eam: Tollite de via lapides,& redigite in aceruos,& interficite eam: nec sit quidquam reliquum. Dissipate vniuersos fortes eius, descendant in occisionem.] Et infra: [Consistite aduersus eum per gyrum, & nullus euadat: reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia quæ fecit,facite illi.] Et rur
Hie.51 sus:[Nolite parcere iuuenibus ei', interficite omnem militiam eius.] Secundo possunt sic intelligi,vt referantur ad illos,quos rex Babylonis captiuos tenebat. Sed in illius interitu afflictio illorū cessauit, & gemitus,vt dictū est c.14.n.6. & 7.

5 [Propterea repleti sunt lumbi mei dolore,angustia possedit me, sicut angustia parturientis: corrui cum audirem, conturbatus sum, cum viderem.] Verba ista iam explicata sunt cap.14. nu.7. & 8. Sed ad maiorem illorum elucidationē obseruandum est,posse accipi,quasi dicta à propheta in persona Balthassaris regis Babylonis. Rex iste sacrilegus, vt refertur Dan.5. fecit Dan.5.
grāde conuiuium optimatibus suis mille,& iam temulentus præcepit, vt afferrentur vasa aurea,& argentea,quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Hierusalem: & biberunt in eis rex, & optimates eius, vxoresque eius, & concubinæ illius prophanātes sacra,& collaudātes idola. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ, & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Erat autem Scriptura, quæ digesta est: Mane, Tehel, Phares. [Tunc (inquit Daniel) facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabāt eum:& compages renum eius soluebātur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter,&c.]Igitur propheta repræsentat clamantē regem,& eiulantem: O dolorem lumborum, ò torsiones, ò cordis ammissionē, ò terrorem, & tremorem,heu me, heu Babylon dilecta mea,quomodo facta es mihi in stuporem? Nunquam tale quid tibi euenturum esse mihi vnquam venit in mentem; quomodo factum est hoc miraculum? Et appellat miraculum rem insolitā, & stupore dignam,eo quod miraculum raro fieri consueuit.

6 [Po-

6 [Pone mensam,contemplare in specula comedẽtes, & bibentes: surgite principes,arripite clypeũ.) Hæc etiam verba irrisoriè,& quasi per ironiam dicuntur regi Babylonis à propheta. Ac si illi insultans diceret: Inuita, inuita, ò rex sacrilege, inuita principes, fac superbũ, & grande conuiuium optimatibus tuis, adorna sacris vasis mensam tuam, contemplare in specula candelabra aurea,& preciosa ornamenta cænaculi: cito enim condignum præmium sacrilegij tui recipies. Videbis enim inter epulas iudicium contra te in pariete conscriptum. Contemplaberis illud, & quæres magos, & aruspices, & cum interpretationem verborum Domini audieris, exclamabis, & dices:Surgite principes,surgite de mensa,arripite clypleum, vt occurramus hostibus. Sed nihil id profuit iniquo
Dan.5. regi,quoniam,vt inquit Daniel,eadem nocte interfectus est. Continget impijs in iudicio id, quod regi Babylonis accidit: sicut enim rex ille suam damnationem, & ruinam vidit,cum epularetur,& biberet cũ optimatibus suis, & effugere non potuit:sic etiam impijs repentinus superueniet interitus. Vnde,& Dominus clementer nos admonet, di-
Mat.24 cens: [Sicut autem in diebus Noe, ita erit, & aduentu filij hominis:sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes,& bibentes,nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuiũ, & tulit omnes:ita erit, & aduentus filij hominis, Vnde, Apostolus ait:
Thes.5. [Quia dies Domini,sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus superueniet interitus, sicut dolor in vtero habẽtis,& non effugient.] Ponit autem exemplum dolorem in vtero habentis, vt reproborũ notet malitiam, & ingratitudinem, atque ipsos magis, ac magis confundat. Cum enim bona facere, sæpe conceperint, lumine rationis dictante, aut etiam Spiritu sancto misericorditer inspirante, de quo dictum est:[A facie tua Domine con- Isa.26.
cepimus.]numquam tamen peruenerunt ad partum,opere, quæ conceperant, adimplentes, sed sicut dicitur infra:[Venerunt filij vsque ad Isa.37.
partum, & virtus nõ est pariendi:] ideo dolores parturientis eos affligent in æternum.Caue igitur,ò homo, ne sedẽtem in mensa,inter epulas, & delicias,te dies Domini cõprehendat. Sunt enim carnis deliciæ arma diaboli, custodiẽtis atriũ suũ,vt oppressos crapula, & ebrietate perdat in æternum; nec ignorat, quoniam ciuitas magna Niniue cilicio, & ieiunio excidium à Deo comminatum euasit. Propterea,& Dominus ait:[Attendite au Luc.21.
tem vobis. ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repẽtina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate, itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia,quæ futura sunt; & stare ante filium hominis.

7 [Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade,& pone speculatorem,& quodcumque viderit, annunciet.] Mandat Dominus, vt propheta ipse de speculatore prouidere prouideat, qui Babylonijs, quid futurum sit,denunciet, insinuans esse munus prophetæ,& pastoris, hoc eius officium, stare super speculam,& diligen-

gen-

gentissimè omnia mala, quæ imminent populo considerare, auertere peccatores à via sua mala, & iustos in bono consolidare. Vnde & Dominus ad Ezechielem, ait: [Filij hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbũ, & annunciabis eis ex me. Si dicéte me ad impium, morte morieris: nõ annũciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & irruat ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinẽ autem eius de manu tua requiram.] Exequitur ergo Isaias mandatum Domini: [Et vidit currumduorũ equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contẽplatus est diligenter multo intuitu.] Per currũ duorum equitũ intelligit regem Darium, qui duobus regnis præerat, vtrumque sub eadem corona subiectũ habens, videlicet regnum Medorum designatum per camelũ, eo quod Medi nobiliores erãt, & regnum Persarum, qui ob ignobilitatem, per asinum designantur. Hunc ergo regẽ aduenientem cõtra Babylonẽ vidit propheta de longe, spiritu prophetico, & considerabat diligenter euentum rei, & quid visio designaret. Ezec. 3.

8 [Et clamauit leo: super speculam Domini ego sum; stans iugiter per diem, & super custodiã meam ego sum, stans totis noctibus.] Leonẽ seipsum vocat Isaias: quia intrepidè, quæ vidit aduersus Babylonẽ nũciauit. Talis enim debet esse speculator super gregem Domini cõstitutus, qui, nec timore mundano, nec spe sinistra taceat, & ea quę Dominus præcepit, annunciare ommittat, sed adinstar leonis rugiat: de quo plura diximus supra cap. primo numero sexagesimo sexto. Dicitur etiam leo; quia non læta, sed aduersa, & terribilia nũciauit Babylonijs, in quo eius constãtia, & prompta obediẽtia designatur. Qui enim mente promptissima supra se obtulerat discrimini propter Deũ: [Ecce ego,] inquiens, [mitte me,] ipse nunc missus vadit, & annunciat superbis, & incredulis omnia, quæcunque vidit in specula, & ex illa rugit, & sicut leo vociferatur, & clamat. [Ecce, iste venit ascensor vir bigæ equitum, & respõdit, & dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius cõtrita sunt in terram.] Ecce venit rex Darius, duorum populorum munitus exercitu, Medorum, videlicet, & Persarum, qui regi tanquã iumenta absque vlla resistentia obedient, & ad portãda onera fortissimi sunt, & potentes. Clamo, & nõ est qui respondeat: Dixit ergo speculator. En [cecidit, cecidit Babylon tritura mea, & filij areæ meæ, quæ audiui à Domino exercituũ Deo Israel annunciaui vobis.] Trituram vocat Babylonem, quoniam illam trituraturus erat Dominus exercitu Medorũ, & Persarum, qui superbiam illius ciuitatis humiliauerunt, & conuerterũt illius potentiam in fauillam estiuæ areæ, comminuentes principes, & pauperes opprimentes. Vnde Hieremias eadem vtitur metaphora, cũ ait: [Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius.] Et iterum: [Mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam & demolientur terram eius.] Filia areæ idem est, quod tritura, vel frumentum, aut stipula, quæ ex tritura relinquuntur. Sic ergo à Medis, & Persis Babylonij cõculcabuntur, & comminuentur, sicut solent segetes in area à plaustro, & bestijs triturari. Isa. 6. Hier. 51

ri. Vide multa alia, quæ contra Babylonem dicuntur Hieremiæ 50. & 51. & Apocalypsis 18. Et ea, quæ supra diximus c. 14. & 15. hæc quantum ad litteram.

Expositio moralis. 9 [Super speculã Domini ego sũ, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus.] Vt autem hæc verba ad mores referamus, obseruãdum est, quod in illis forma traditur superioribus, prælatis, & pastoribus Ecclesiæ, atque omnibus, qui in alto, & eminenti loco sunt constituti, iuxta quã omnes suas actiones disponere debeant. (Conditiones past.) Primò enim oportet, quod pastor supra gregem suũ vigilet, & speculetur damna, quæ imminent ouibus: idq. multo intuitu, atque attentissima cõsideratione, & circumspectione, vt pericula caueat, & gregem ad cælestia pascua per mare huius sæculi tẽdentẽ sollicitè gubernet. Vnde, & Gregorius ait: (Grg. lib. 6. epistol. epist. 169. ad Cyriacũ Episc. Cõstan.) [Qui regendam nauem suscipit, tanto amplius necesse est vigilet, quãto amplius littus relinquit, vt aliquando futuras procellas ex signo prauideat, aliquãdo venientes, aut directo clauo, si paruæ sunt superet, aut si vehementer intumescunt, dato in obliquum latere irruentes declinet, & sæpe solus vigilat, cum cuncti illi, quibus nulla nauis cura commissa est quiescãt.] Hinc & ad quendam speculatorẽ dicitur: (Isa. 40.) [Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion,] vt videlicet, ad excelsa conscendẽs, & eorũ, qui sibi cõmissi sunt opera transcendens, subditorũ vitam tanto subtilius videat, quanto ad terrena minus anhelat. Hinc, & in canticis canticorũ nasus Ecclesiæ turri Libani cõparatur. (Cant. 7.) [Nasus tuus, inquit, sicut turris Libani.] Quia Ecclesiæ pastores: & doctores imminẽtia pericula, & bellũ, quod excitant aduersarij, procul odorari debent & gregem sibi cõmissum defendere. [Per nasum (inquit Origenes) sem per odores, fœtoresq. discernimus: (Orig. ho. 11. in Ezechielem.) vnde per nasum speculatorũ discretio designatur. Qui nimirũ nasus, & sicut turris esse, & Libani dicitur; quia præpositorũ discretio, & munita semper esse debet ex circũspectione, & in altitudine vitæ cõsistere, idest in valle infirmi operis non iacere.] Secundò, debet iugiter per diem custodiæ gregis incũbere, atque in illius defensione se occupare, vt diximus latius c. 16. nu. 6. Tertiò oportet maximè cauere ne dum saluti spirituali aliorum intendit, custodię animę suę obliuiscatur. Alias similis erit illis, de quibus canticorum primo scriptum est: (Cant. 1.) [Posuerũt me custodem in vineis, vineam meam nõ custodiui.] Vinea est Ecclesia; de qua supra dictum est: [Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.] (Isa. 5.) Viri iusti sunt palmites, Christus Dominus vitis, & pater eius agricola est. Vnica in fide plantata, in charitate radicata, & fundata, defossa sarculo disciplinæ, stercorata pœnitentium lacrymis, irrigata prædicantiũ verbis, & sanguine agni immaculati. Quid ni super hanc vineam plures constituantur custodes, qui eam seruent, & à deuastatoribus defendant? [Super muros tuos Hierusalẽ (ait Dominus) (Isa. 62.) cõstitui custodes, tota die, & nocte non tacebunt,] stantes videlicet, super speculã Domini iugiter per diẽ, sed non omnes sunt stãtes super custodiam suam totis noctibus. Etenim custodientes alios, animam suã perdunt, & detrimentũ sui faciunt. Stant super speculam Domini iugiter

ter per Diem, sed non vigilant super custodiam suam, non dicam totis noctibus, sed nec vna quidem. [Vineam meam non custodiui. Ego (inquit Bernardus) loci huius occasione meipsum reprehendere soleo, quod animarum susceperim curam, qui meã non sufficerem custodire, vineas animas interpretans.] Et post pauca: [Quibus ergo lacrymis rigabo sterilitatem vineę meæ? Omnes palmites eius aruerunt prę inopia. Iacent sine fructu, eo quod non habeant humorem. Iesu bone, quos fasciculos sarmẽtorum ex ijs in tuo quotidie sacrificio vstio cõcontriti cordis mei te teste absumit? Sit obsecro sacrificiũ tibi spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus ne despicias.]

Bern. ser. 27. super Cant.

10 Hinc & Gregorius ait: [Vineæ nostræ actiones sunt, quas vsu quotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi, nostram vineã minimè custodimus; quia dum extraneis actionibus implicamur, ministerium actionis nostræ negligimus.] Hinc, & Paulus ait: [Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?] Ac si apertius dicat: Qui de vinea sua nihil curat, quomodo illi committi poterit aliarum custodia? Et obserua dispositionem corporis, quam propheta super speculam Domini cõstitutus habeat die ac nocte. [Stans, inquit, ego sum,] non sedens, non humi iacens, neque delicijs corporis indulgens, sed rectus, & erectus, & ad omnia munera mea exequẽda accinctus, & pręparatus, laborans, & vigilans, & de commissa custodia solicitus. Tales enim decet esse pastores gregis Dominici, tales & speculatores, & custodes murorum. Vnde priusquã Ezechiel ad prædicationis officium mitteretur, & pastoris susciperet curam, dictũ est illi: [Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est, inquit, in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquẽtem ad me, & dicentem: Fili hominis, mitto te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me.] Quem locũ explicãs Beatus Gregorius ait: Iacenti prophetæ dicitur, vt surgat; stanti autem præcipitur, vt ad prædicationẽ proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis cõfusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cæperimus; dignum est, vt ad lucrãdos alios in prædicationẽ mitti debeamus. Cadens propheta iam monitionis verbũ suscipit, vt surgeret: surgens autem pręceptum audiuit, vt prædicaret. Surgere ad fortiora iubemur, & cum iam in bonorum operum soliditate persistimus, necesse est, vt vnde nosmetipsos correximus, inde iã prædicantes, & alios leuemus. Iacenti ergo non præcipitur, vt ad prædicationẽ pergat, ne infirmus quisque hoc, quod verbo ædificare potest, opere destruat.] Non ergo decet pastorẽ dormire, & lasciuire in stratis sericis, aut lectulis eburneis, sed vigilare, & solicitum esse, sicut Iacob, qui nulli parcebat incommodo, nec delicijs indulgebat. [Viginti annis, inquit, fui tecum, oues tuę, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, quidquid furto peribat à me exigebas, die, noctuq. æstu vrebar, & gelu; fugiebatque

Greg. ho. 17 in Euãgelia.

1. Tim. 3

Ezec. 2

Greg. ho. 9. ĩ Ezec.

Gen. 31

que somnus ab oculis meis. Vidisti (inquit Chrysost.) pastoris vigilantiam, vidisti intentum studium. Qualem excusationẽ habebunt hi, quib' rationales greges crediti sũt, & magnã præseferunt negligentiã, & quotidie, iuxta prophetam, pecudes alias mactãt, alias à bestijs captas contemnunt, alias vero ab alijs raptas reducere non curãt, tametsi minor sit labor, & cura facilis? Quis nunc dicere potest, factus sum die adustus æstu, & gelu nocte, & discedebat somnus ab oculis meis? Quis est, qui propter eos, quos pascit tot ferat labores, & pericula? Et quis nostrum præstat tantam solicitudinẽ pro ouibus Christi, quãtam præstitit Iacob erga greges Laban?]

Chry. ho 57. in Genes. to. 1.

11 Denique obseruandum est in propheta aptissimam temporis distributionem. Stat iugiter per diem super speculam Domini sed iugiter totis noctibus stat super custodiam suam, vt pastores doceat, & prælatos Ecclesiæ, tota die causis pauperum, & pastorali curæ esse incumbendum: nocturnum vero tempus, quod orationi, & contemplationi est aptissimum, custodiæ animæ suæ deputandum fore, iuxta quod scriptum est: [In die mãdauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.] Vel stare die, ac nocte, est æquo animo in prosperis, & in aduersis gregem Dominicũ gubernare: Sicut supremus ille pastor, qui posuit animam suam pro ouibus suis, & pro suo grege mori dignatus est. Sunt enim nõnulli, qui cum prosperè omnia illis eueniunt, cum nullus est aduersarius, pascunt oues suas, & cætera pastoris boni officia exhibent; at quando, vel paruum timetur periculum, cum viderint lupum veniẽtem, statim velut mercenarij fugiunt, & lupus rapit, & dispergit oues.

Ps. 41.

12 [Onus Duma ad me clamat ex Seir: Custos, quid de nocte? Custos, quid de nocte? Dixit custos: Venit mane, & nox: si quæritis, quærite: conuertimini, venite.] Difficilis est huius prophetiæ sensus, & variæ à doctoribus exponitur, quãuis omnes conueniãt contra Idumeam loqui, vt dictum est in summa huius capitis. Quidam sic ordinant litteram. [Ad me clamat,] scilicet spiritus propheticus, & denunciat vnde periculũ immineat Idumeis, videlicet, [ex Seir.] Inde quippe venturi sunt destructores eius. Et, vt explicet quam magnum futurum sit hoc periculum, subiungit. [Custos, quid de nocte?] Insinuans tantã esse turbationem Idumeorum, tantum eorum periculum, vt præ timore surgentes nocte clament, & quærant à custodibus ciuitatis, Custodes, custodes, quid de nocte? Quæ nam hora noctis est? Quis tumultus, quales aduersarij, quæ spes euadendi? Respondebunt custodes: Appropinquat mane, sed nobis lux matutina nullum prorsus affert solatiũ: nam propter periculum imminens, & timorem hostium non minus vigilare, & custodire muros ciuitatis cogimur tota die, quam nocte, vtpote in obsidione positi, vnde mane adueniẽs nobis vertitur in noctem. Etsi libuerit vobis iterum idipsum, quod quæritis, interrogare, idem etiam nos respõdebimus. Et si non credideritis dicemus vobis: Venite nobiscum, & experientia ipsa docebit vos, vera esse, quæ annunciamus. Alij sic interpretãtur hunc locum: dicunt enim, quod Propheta personam agit Dumæ. Et inquit ad se clamare hostes aduenientes,

nientes, vt expugnent ciuitatem, & dicere: [Custos quid de nocte?] Hoc est, quid faciendum hac nocte: est ne tempus, vt ad expugnandam ciuitatẽ veniamus? Quibus respondet propheta: Iam veniũt dies eius, ac nocts, & adest mane excidij Idumeorũ. S eos quæritis, quærite, cõuertimini, & venite nunc, quoniam prospere vobis cedent omnia. Alij vero sic exponunt. Si quis Idumeorum, vel filiorum Seir à me tanquã speculatore futurorum, & custode perquirat; O Isaia dic nobis quantum noctis, & aduersitatis superfit: Venit ne mane? Est ne futurus aliquãdo finis calamitatis, & afflictionis nostræ? respondebo illis; [Venit mane, & nox.] idest ipsũ mane erit vobis nox; quia cũ finis calamitatis vestræ aduenire videbitur, iterum nox aduersitatis incipiet. Si quæritis euadere hoc periculum, quærite, sed conuertimini ad Dominum Deum vestrum, relinquite idola, & venite. Hanc explicationem sequitur S. Thomas, & docet, quod illa verba: [venit mane, & nox,] sic sũt accipienda, vt mane libertatis, & consolationis post septuaginta annos captiuitatis annũcient Iudæis, & noctem captiuitatis Idumęis adhuc remanere designent.

Moralis expositio

13 [Venit mane, & nox, &c.] In sensu morali possunt accipi hæc verba tanquam dicta à Christo Domino omnib' hominibus. Ille enim est verus custos non dormiens, sed vigilans super gregem suum, in cuius laudẽ canit propheta: [Ecce nõ dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel: Dominus custodit te Dominus protectio tua super manũ dexteram tuam. Per diem sol nõ vret te, neq; luna per noctem, Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animã tuã Dominus. Dominus custodiat introitum tuum, & exitũ tuũ: ex hoc nunc, & vsq; in sæculũ.] (Ps. 120.) Vnde Iob clamat ad illum. [Peccaui, quid faciam tibi, ò custos hominum?] Et ipse Dominus, cũ perfidi Iudæi calumniarentur illum obijcientes: [Nonne benedicimus nos; quia Samaritanus es tu, & dęmoniũ habes? Respondit: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meũ, & vos inhonorastis me.] (Ioan. 8.) Vbi, vt inquit B. Augustinus, [Duo sibi fuerant obiecta, Samaritanus es, & dæmonium habes. Non dixit, Non sum Samaritanus. Samaritans enim interpretatur custos, nouerat autẽ ille se nostrum esse custodem. Non enim pertinuit ad eum, vt redimeremur, & non pertinet, vt seruaremur? Deniq; ipse est Samaritanus, qui accessit ad sauciũ, & misericordiam impendit.] (Aug. tracta. 43. in Ioan.) Igitur nobis quærentibus, Custos, quid de nocte? custos, quid de nocte? Numquid habitura est finem aliquando nox huius sæculi? Quando inclinabuntur vmbræ, & illucescet dies? Terminabuntur ne quãtocius præsentis vitæ angores, calamitates, angustię? Iam ferè aduersitatibus cõquassati sumus. Appropinquabit dies felicitatis æternæ? respõdit custos. [Venit mane, & nox,] venit dies iudicij, in quo omnium facta dijudicabuntur, appropinquat hora in qua manifestabo abscondita tenebrarũ, & consilia cordis occulta reuelabo omnibus. Ecce in foribus est illa dies. Ecce adsunt iam eius signa in Sole, Luna, & Stellis: sed vobis Deum ignorantibus, & idola colentibus, & omni virtute destitutis, etiam diluculum vertetur in tenebras, & dies in noctem, quæ diem, aut lucem numquam expectabit. Quoniam impij,

ſicut iam ex Scripturis ſacris audiſtis, [Per diem incurrent tenebras, quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.] Venit itaque lux, & nox, ſed lux erit populo Dei, nox autẽ [populo graui iniquitate, filijs ſceleratis, ſemini nequã.] Lux erit electis, qui dilexerũt lucem, & odio habuerunt tenebras peccatorum. Nox autem reprobis, qui ambulauerunt in tenebris, & dilexerunt illas magis, quam lucem. Ideo illis ſolis superuenit nox. Scriptum eſt enim: [Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erãt grauiores tenebris.

Iob 5. *Iſa. 1.* *Sap. 17.*

Contra Arabes.

14 [Onus in Arabia in ſaltu ad Veſperã dormietis, in ſemitis Dedanim. Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis terrã Auſtri, cũ panibus occurrite fugienti.] Inuehitur iam Propheta contra Arabes, & aſſignat cauſam excidij eorum, quę ferè eadẽ eſt cum illa, propter quam Moabitæ puniti ſunt à Deo, & deſtructi, videlicet, quia nullam miſericordiam Iudæis fugientibus, in calamitate magna cõſtitutis exhibuerunt, nec receperũt eos, ſubuenientes illis calicem ſaltem aquæ frigidæ, aut bucella panis tribuendo. Dicit autem in pœnam huius delicti Arabes dormituros in ſylua carentes tentorijs, & tabernaculis, in quibus à pluuia, & incommodis alijs die, noctuq. defendere ſe conſueuerant. Vnde tabernacula Cedar etiam à Salomone cõmemorantur in libro canticorũ. [In ſemitis Dedanim,] ideſt, quibus ad Dedan itur, vel per quas Dedanim tranſierunt captiui, per eaſdem, & vos trãſibitis facti ſocij viliſſimorum mancipiorũ. Nam iſti fuerunt captiui, & ſerui Arabum. Et Dedanim ex Edom fuit. Lege Hieremiã 49. cap. & Ezechielem 27. vbi Dedan commemoratur. Sequitur: [Occurrẽtes ſitienti, &c.] Taxatur his verbis Arabum inhumanitas, quòd non fuerint miſericordes Iſralitis profugis. Quaſi dicat: Quàm libentiſſimè nunc afferretis aquã Iudęis profugis, vt eis ſuccurrẽdo miſericordiam à Deo conſequeremini, & imminentia vos mala euaderetis: ſed iam præterit tempus illud, quo Deus potuit talibus medijs placabilis reddi, & adeſt hora excidij veſtri. Tale quid accidet reprobis in iudicio, vbi non erit amplius locus pœnitentiæ, ſed dolebunt maximè, quoniam, quæ potuerunt facere bona, & vitam ęternã illis promereri, perficere noluerũt. Ideo ſapiẽs nos admonet dicẽs; [Et particula bonæ Dei non tę prætereat.] Volat enim irreuocabile tempus. Ideo, & Apoſtolus ait: [Ergo dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.]

Cant. 1. *Eccl. 14* *Gal. 6.*

15 [A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij.] Aggrauat impietatem Arabum, & immiſericordiã ex maiori afflictione, quam non volũtate ſua, ſed aduerſariorum malitia patiebantur Iudæi. Etenim magis afflictis, maiorem decet miſericordiam exhibere. Ac ſi apertius dicat: Non venerunt, ò Arabes, non venerũt ad vos Iudæi: tanquam vagabundi, & ocioſi, aut velut terræ veſtræ exploratores, nõ tãquam inimici, & aduerſarij, ſed vt profugi, & bello grauiſſimo oppreſſi, atque neceſſitate compulſi, refugium à vobis quærentes. Æquum ergo erat, vt aliquam conſolationem inuenirent in vobis. Arguuntur ex hoc loco cõfeſſores, & do-

& doctores, atq; prędicatores Euangelij, & pastores, qui non miserētur eorum, qui ad eos profugi veniunt quærentes consolationem, consiliū, & misericordiam, variarum tentationum impetu afflicti, & vulneribus peccatorū suorum confusi, euadere cupientes tyrannidem principis tenebrarum, atque à gladijs, & telis venenatis illius se defendere, sed potius eos repellunt, & absque vlla consolatione dimittunt. Tales enim, quantumuis pauperes sint, & ignobiles oportuisset aqua, & pane verbi Dei, atque bonis consilijs reficere, ne deficiant in via, & manibus se tradant crudelis inimici. Qui eiusmodi sunt, dormient ad Vesperam in sylua, neque habebūt in die iudicij tentorium, in quo à pluuia, & grandine, à niue, & tempestate iræ agni se defendāt. Vnde, & Christus Dominus villicos, & dispensatores ministeriorum Dei admonet, dicens: [Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.] Si enim propter immisericordiā arguuntur ethnici & castigantur, quanta reprehensione digna erit Christianorum duritia, qui proximorū animabus misereri nesciunt. Admonet etiam nos præsens locus, ne facile, & temere proximū iudicemus, & tribuamus ociositati, & malitię, quod afflictione, miseria, vel aduersitate coacti faciūt. Videbis enim quamplurimos, qui accedentes pauperes, & eleemosynam Christi amore humiliter petentes, tristitia afficiunt, exprobrātes illis, quod non quærant proprio labore victum sibi. Et iudicāt statim illos delusores esse, & raptores, non autē pauperes. Amice, si non vis esse misericors pauperi, ad minus non sis illi contumeliosus. Si non placet illum in domo tua recipere, saltem non proijcias canibus lacerandum. Time Dei iudicium contra impios Arabes, & immisericordes paratū. Subditur enim.


16 [Quoniam hæc dicit Dominus ad me. Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar. Et reliquię numeri sagittariorum fortiū de filijs Cedar imminuētur: Dominus enim Deus Israel locutus est.] Certā esse prophetiā denunciat, quam, qui nō mētitur Deus reuelauit. Multoties enim in suis vaticinijs hoc admonet Isaias, maximè quando contra incredulos loquitur, & aduersa illis denunciat, vt notauimus cap. 1. nu. 61. Quid autem annus mercenarij designet, explicatum est capite 16. nu. 13. Gloria Cedar sunt pecunię, tentoria, tabernacula, armenta, & alia bona terrena, quibus animo, & corde inhærebant illi; de quorum consortio dolebat maximè propheta, cum diceret: [Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.] *Ps. 119.* Hæc gloria, inquit Propheta, finietur breui. Et ita factum est: nam vno anno post captiuitatem Iudæ, cepit eos Nabuchodonosor. Et repetit iterū: [Dominus enim Israel locutus est,] vt nemo ignoret hanc pœnam, & hoc excidium à Domino Deo esse decretum, & statutum, qui misericordiam diligit, pietatem erga pauperes, & afflictos amat: atque omnem cordis duritiam, & immisericordiam habet exosam.

CAPVT XXII.

1 
NVS vallis visionis. 3 Quidnam quoque tibi est, quia
ascendisti & tu omnis in tecta? clamotis plena, Vrbs
frequens, ciuitas exultans: interfecti tui, non inter-
fecti gladio, nec mortui in bello. Cuncti principes tui
fugerunt simul, dureq. ligati sunt: omnes, qui inuenti
sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt. 4 Prypte-
rea dixi: Recedite à me, amarè flebo: nolite incum-
bere, vt consolemini super vastitate filiæ populi mei. 5 Dies enim inter-
fectionis, & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in val-
le visionis scrutans murum, & magnificus super montem. 6 Et Aelam
sumpsit pharetram, currum hominis, & parietem nudauit clypeus. Et
erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & æquites ponent sedes suas
in porta. Et reuelabitur operimentum Iudæ, 7 & videbis in die illa ar-
mamentarium domus saltus. Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia
multiplicatæ sunt: & congregastis aquas piscinæ inferioris, & domos Hie
rusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum. Et la-
cum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris: non suspexistis
ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidistis. 8 Et
vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum,
ad caluitium, & ad cingulum sacci: ecce gaudium & lætitia occidere
vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: 9 Come-
damus, & bibamus: 10. 11 cras enim moriemur. 12 Et reuelata est in
auribus meis vox Domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc vo-
bis, donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum. 13 Hæc dicit
Dominus Deus exercituum; Vade, ingredere ad eum, qui habitat in ta-
bernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum; Quid tu hic,
aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excel-
so memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. 14 Ecce Dominus
asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum,
sic subleuabit te. 15 Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam
mittet te in terram latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus
gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui. Et expellam te de statione tua,
& ministerio tuo deponam te. 16 Et erit in die illa: 17 Vocabo 18 ser-
uum meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica tua, & cin-
gulo tuo confortabo eum, 19 & potestatem tuam dabo in manu eius; 20.
21 & erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. 22 Et da-
bo clauem domus Dauid super humerum eius; 23 & aperiet, & non erit
qui claudat: & claudet & non erit qui aperiat. 24 Et figam illum paxil-
lum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris eius. Et suspen-
dent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa
genera, omne vas paruulum à vasis craterarum vsque ad omne vas mu-
ficorum. 25 In die illa dicit Dominus exercituum: Auferetur paxillus,
qui

qui fixus fuerat in loco fideli; & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.

SVMMA CAPITIS.



NTER onera adiacentium nationum, etiam onus, & excidium ciuitatis sancta Hierusalem constituit Isaias. Et primò in principio capitis illud quasi rem nouam obstupescit, & irremediabilibus lacrymis deplorat. Secundò multitudinem, & potentiam eorum, qui ad deuastandam ciuitatem Hierusalem cõuenerunt, describit ab illo versiculo: [Dies enim interfectionis.] Tertiò subiungit impœnitentiam, & duritiam cordis Iudaeorum, qui imminente captiuitate delitijs vacabant, & epulis, prophetarum oracula irridentes; de quo agit ab illo versiculo: [Et vocabit Dominus Deus exercituum.] Quartò contra præpositum templi sermonem conuertit, videlicet contra Sobnam, cuius superbiam, & rapacitatem redarguit ab illo versiculo: [Hac dicit Dominus Deus, &c.] Quintò depositionem illius de officio vaticinatur, & loco illius ministrum fidelem prædicit esse à Deo constituendum, ab illo versiculo: [Et erit in die illa, &c.] vsque ad finem capitis.



COMMENTARIVM.



1 NVS vallis visionis,] idest prophetia dura contra ciuitatem sanctam Hierusalem, quę vallis visionis ex eo dicitur, quia in illa visionem propheticam vidit Isaias: aut verò, quia (vt Hieronymus ait) seminarium prophetarum fuit ciuitas illa. Quamuis autem magna ex parte sita sit in montibus; vallis tamen appellatur, quia ab hostibus humiliata est, & deiecta. Quid verò onus contineat, explicant verba sequentia.

3 Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans?] Vox est Domini, siue prophetæ ciuitatem sanctam alloquentis, ac si dicat: O Hierusalem, quidnam est hoc, quod tibi accidit? Cum esses olim ciuitas plena populo, gaudens, & exultans, quid est, quod & tu quoque consimiles luis pœnas, quibus hostes tui afflicti sunt à Domino, & multo maiores, vt grauius in te sæuiat ira Domini, quàm in gentes barbaras, & infideles? Heu quanta rerum vicissitudo. Olim regnante Dauid, & Salomone, in summo habebaris honore, vtpote ciuitas fortis, & terribilis hostibus, quos Dei virtute fugabas: & hodie cum tanta ignominia in tecta confugis, & prę timore inimicorum, & angustia latibula perquiris? Olim diuitijs atque rerum omnium copia abundabas, frumento, vino, & oleo stabilita: & nunc viri tui, non gladio in bello, quod tolerabilius esset, sed

fame,

fame, & inædia moriuntur, & residui ducuntur captiui? [Interfecti tui,non interfecti gladio, nec mortui in bello,cuncti principes tui fugerunt simul,durè ligati sunt: omnes,qui inuenti sunt,vincti pariter, procul fugerunt .] Consonat his verbis id quod Hieremias ciuitatis sanctæ calamitatem deplorãs, ait: *Hier.5:* [Melius fuit occisis gladio,quàm interfectis fame : quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.Manus mulierum misericordium coxerũt filios suos, facti sunt cibus earum in cõtritione filię populi mei.] *Morale.* Spiritualiter autem per vallem visionis, Ecclesiam intellige, quæ licet sublimis sit valde , & supra montem posita,ob multorum scelera,vallis vocatur,& impugnatur ab hostibus,atque succrescente reproborum numero,eius gloria, & splendor minuitur: ita vt fusca, & decolorata persecutionibus appareat. *Cant.1.* [Nolite me considerare , quod fusca sim , quoniam decolorauit me sol.] Et vt ostendat, vnde fusca facta sit, & sole vrente decolorata , subdit; [Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Attende (inquit Bernard.) *Bern.ser 29 i can. princip.* quomodo nominatim filios matris suæ,& solos incusat,quasi soli in culpa sint.Quanta & ab exteris passa est,iuxta illud apud prophetam Sępè expugnauerunt me à iuuentute mea , & supra *Ps.128.* dorsum meum fabricauerunt peccatores. Quid ergo singulariter filios matris tuæ causaris , quæ te minimè ignoras,& ex alijs,atque alijs nationibus sæpissimè impugnatam.] Et post pauca:[Ego vtique, quod in me est, diligenter attendo,id mihi apponi in his verbis sponsæ,& ad meam prorsus doctrinam , cautelamq; respicere , quod ita ex nomine , ac sola exprimitur persecutio à domesticis,& tacẽtur tot,& tàm grauia,quæ vbique terrarum nihilominus ex omni natione,quæ sub cælo est,ab infidelibus , ab hæreticis,& schismaticis pertulisse cognoscitur. Noui sponsæ prudentiam , nec putauerim casu hæc illam,aut quasi immemorem præterijsse ; sed profectò id expressius plangit,quod & sentit differẽtius , quodque vigilantius nobis cauendum existimat. Quidnam hoc?Malum vtique intestinũ, atque domesticum. Hoc tibi manifestè in Euãgelio ore ipsius Saluatoris exprimitur,cum dicit: Et inimici hominis domestici eius . Hoc & in propheta : Homo, inquit, pacis meæ, qui edebat panes meos,magnificauit super me supplantationem. Itẽ: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique , Et si is, qui oderat me , super me magna locutus fuisset,abscõdissem me forsitan ab eo . Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos,hoc est; quod à te patior cõniua,& cõtubernali meo, id molestiùs sentio,fero ægriùs. Vnde, & in alio loco Ecclesia sancta de sibi domesticis cõqueritur. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt , & steterunt .] Principes,& fortes fugiunt,nec est, qui pro Ecclesia sancta periclitari velit , Vbi sunt martyres , qui pro fide Christi gladio interficiebantur in bello ? Vbi sanctorum doctorum constantia ? Vbi rigor disciplinæ ? Ciuitas exultans propter peccatores,à quibus impugnatur,in lutum conuersa est . Vide quæ circa hæc notauimus cap.3.num.10.

Mat.10 *Ps.40.* *Ps.54.* *Ps.37.*

4 [Propterea dixi,recedite à me,

ama-

amarè flebo, nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei.] Familiare est prophetis, vt notauimus pagina 11. num.20. aliena mala, tanquam propria deplorare. [Quis dabit (inquit Hieremias) capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei?] Hinc & sanctus Ezechiel, cum excidium ciuitatis Hierusalem spiritu prophetico vidisset, cecidit super faciem suam, & præ dolore clamans, ait: [Heu, heu, heu Domine Deus: ergo ne disperdes omnes reliquias Israel, effundẽs furorem tuum super Hierusalem?] Nec solum prophetæ, sed & Dominus prophetarum, [videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacẽ tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.] Hinc & Apostolus, malis proximorum cõpatiens, & suum erga illos cordis affectum ostendẽs, ait: [Quis infirmabitur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?] Et iterum ad Corinthios loquens, inquit: [Timeo enim, ne fortè, cum venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis, ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos: ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeã multos ex ijs, qui ante peccauerũt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.] Sic & Isaias videns mala populi prorumpit in lacrymas, & præ dolore cordis nullum vult consolatorem admittere, sed omnes illos onerosos reputat: quod afflictionis maximæ, & tristitiæ indicium est. Vnde & Iob in sterquilinio positus varia, vt consolarentur eum, & diuersa loquentibus respondit: [Audiui frequenter talia, consolatores onerosi omnes vos estis.] Testatur autem propheta se fletu amarissimo flere non supra filios, sed [super vastitate filiæ populi mei.] Filiam vocat Hierusalem, vt iuuenculam, vt tenerã, & delicatam, vt inexpertam afflictionis, & laboris, quo ad maiorem miserationem, & dolorem alios cõmoueat. Causa autem huius tanti doloris indicat, cum subdit:

Hier.9. *Ezech. 9* *Luc.19.* *2.Cor.11* *2.Cor. 12* *Iob 20.*

5 [Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in valle visionis, scrutans murum, & magnificus super montem.] Interfectionem fortium, & conculcationem sanctæ ciuitatis à Nabuchodonosor Rege Babylonis factam, attribuit Domino Deo exercituum, atque totum vrbis excidium, quoniam illo permittente, imo & prælium ad eruditionem suorum ordinante, totum illud factum est. Iuxta quod & Hieremias ait: [Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob: Destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro:

Hiere. 39.52. *Thren. 2*

Teton-

Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.] Quibus verbis Deo adscribit ruinam illius ciuitatis; quoniam ab illo ob sua demerita prostrata est. Dicitur autem Dominus [scrutans murum] idest, scrutari faciens hostes Hierusalem, murum ciuitatis, vt illum machinis concuterent, & prosternerent. [Magnificus super montem:] idem significat, quod magna faciens supra montem Sion, quem propter idololatriæ peccata, & alia cõmissa contra Dominum, virtute diuina potiùs, quàm humana destruxerunt Chaldæi, de quorum potentia, & multitudine, quadrigarum subiungitur.

6 [Et Aelam sumpsit pharetrã, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponẽt sedes suas in porta.] Alij, inquit Propheta, erunt sagittarij contra te, ò Hierusalem, videlicet Aelamitæ, alij erũt equites, alij clypeos ad protegendum equites portabunt, alij portas ciuitatis custodient, ne quis exeat, ne aliquis euadat. [Et reuelabitur operimentum Iuda.] Operimentum vocat templum Hierusalem: quia putabant Iudæi se omnino esse securos, quoniam apud illos erat tẽplum sanctum, quod numquam destruendum fore credebant. Hanc enim ob causam Micheam & Hieremiam morti adiudicarunt, quoniam aduersus ciuitatem, & templum Domini prophetauerunt. Dicebat enim Hieremias in persona Dei loquens. [Dabo domum istam, *Hier. 26* sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionẽ cunctis gentibus terræ. Et audierũt sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus Hieremiã loquentem verba hęc in domo Domini. Cumq; cõplesset Hieremias loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehẽderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens: morte moriatur. Quare prophetauit in nomine Domini, dicens: sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur, eo quod non sit habitator?] Hinc, & per eundem prophetam eos Dominus admonet, dicens: [Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: *Hier. 7.* templum Domini, templum Domini, tẽplum Domini est.] Et post pauca: [Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mẽdaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos, quos ignoratis. Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas. Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Ego, ego sum, ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte, quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.] Nesciebant miseri, quod iudiciũ incipit à domo Dei. Nec considerabant quod templum Domini patrocinium dare criminibus non consueuit. Ideo templum sanctum, quo illi iniquitates suas cooperire satagebãt, destruendum esse denunciat, vt reueletur omnibus,

bus, & manifestum fiat, quoniam templum Domini patrocinium nescit dare de criminibus.

7 [Et videbis in die illa armamentarium domus saltus, & scissuras ciuitatis Dauid videbitis; quia multiplicatæ sunt; & congregastis aquas piscinæ inferioris, & domos Hierusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum. Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris: & non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidistis.] Reddit primam causam, propter quā ciuitas Hierusalem destructa est, quia videlicet plus in munitionibus suis, quā in Deo confidebat, neque illius adiutorium contra hostes aduenientes humiliter requisiuit, & enumerat potissimas, quæ erant in Hierusalem. Prima munitio est armentarium domus saltus, in qua posita erant arma, & factum fuerat à Dauid armentarium illud. Erat autē alia domus saltus in Libano, in qua æstiuare solebat Salomon, vt constat ex lib. 3. Regum cap. 17. Per scissuras ciuitatis Dauid, intelligit fenestras, & foramina murorum ciuitatis, quibus intus existentes se poterant à telis inimicorum defendere, & iacula in illos iacere. Fuit enim arx illius ciuitatis ædificata à Dauid per circuitum, vt constat ex lib. 2. Regum cap. 5. Item piscinæ duæ erant Hierosolymis: nam & veteris piscinæ, & inferioris hic meminit Isaias. Vtranque autem reparabant Iudæi, vt se defenderēt. Insuper & aliud faciebant, quod & tempore belli, quando muniuntur ciuitates, fieri consueuit. Numerantur quippe domus, vt ostiatim petantur vigiles, & domus muris ciuitatis contiguæ diruuntur, vt in solo earum fiant præsidia, & munimenta. Hęc omnia perfecerunt Iudæi, vt defenderent ciuitatē, quantumuis alioquin munitissima esset, & fortis, constituentes omnem spē suam in munitionibus suis, & non suspicientes, neque expectātes auxilium à Domino, qui illa omnia contulit eis. [Et operatorem eius, inquit, de longe non vidistis.] Hoc est, ita longe Deum esse arbitrati estis, ac si curam de his non haberet, cum tamen scriptum sit: [Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.] Et iterum: [Nunquid Deus de longinquo ego sum, & non Deus de prope.] Sed quàm vana fuerit eorum fiducia, rei statim probauit euentus: nam munitiones dissipatæ sunt à Chaldæis, & ciuitas capta, templum Domini diruptū, & pars magna plebis occisa, & nobiles in fugam conuersi. Obseruandum est autem, quod in præsenti non reprehenduntur munitiones ciuitatis, nam multi sancti reges eas munire studuerunt, nec tamen propter hoc illos reprehendit Scriptura, sed admonemur, ne totam spem nostram in munitionibus, aut præsidijs humanis cōstituamus, sed custodiam potissimè attribuamus Deo, quia [nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

Ps. 144. *Isai. 45* *Ps. 126.*

8 [Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitiū, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.] Reprobatis munitionibus ciuitatis, tanquam insufficientibus sine Dei custodia ad tuen-

tuendam ciuitatem, describit iam propheta, & assignat arma legitima, quibus regna ab hostibus, & eorum impetu solent defendi: imo, & ab ipsa ira Dei, cui nullus, quantumuis fortis potest resistere. Huiusmodi autē arma sunt lacrymæ, planctus, preces, orationes, ieiunia, eleemosyna, vera pœnitentia, cilicium, quibus ab ira Dei se defenderunt Niniuitæ. Ad hæc arma capessenda vocauit Dominus misericorditer Iudæos, illos per prophetas, per beneficia, per comminatas pœnas, variosque modos ad pœnitentiam exhortando. [In die illa,] hoc est, eo tempore, quo imminebat excidium & deuastatores ciuitatis iam in foribus aderant. Et si quis diligenter sacras Scripturas cōsideret, videbit, eò magis, ac magis admonuisse Deum peccatores ad pœnitentiam, quò eorum interitus erat propinquior. Vnde diem vniuersalis Iudicij, vniuersalia etiā luminarium cælestium signa præcedēt, quibus iudex admonitos voluit esse homines, ne in manus incidant Dei viuentis. Perfidi autem Iudæi omnes correptiones Domini neglexerunt. [Et ecce, inquit, gaudium. &c.] Illa vox, ecce, rem stupore dignam indicat. Verè etenim stupendum est, & valde mirum instantis periculis admonentem Dominum non audire, nec pœnitentiā agere, sed comedere cum gaudio cibos delicatos, & bibere vinum cum lætitia, inebriari, atque delicijs indulgere. Audite cęli, & desolamini, imminet mors, iudiciū Dei tremēdum appropinquat, infernus os suum aperit, vt deglutiat peccatores, & in foribus adsunt omnia horrenda, & quæ incutere possunt, & debent non paruum timorem filijs hominum, & illi ludunt, ac rident: peccataq; peccatis adijciunt. Magnum profectò dementiæ signū est istud, atque reprobationis indicium.

Iona 3.

9 [Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur.] † Quasi dicerent: Hoc solum habemus, quod comedimus, nihil in futuro post hanc vitam nos habituros speramus. Sic explicat Guerricus Igniacensis: [Qui eiusmodi sunt voluptatibus indulgent, & omnium vitiorum sunt pleni contagio, quorum abominabilem vitam his verbis describit August. dum in eorū persona loquens ait: Extruantur amplissimæ atque ornatissimæ domus, vbi opipara conuiuia frequententur, vbi cuique libuerit, & potuerit die noctuq; ludatur, bibatur, vomatur, diffluatur. Saltationes vndique concrepent, theatra inhonestæ lætitiæ vocibus, atque omni genere, siue crudelissimę, siue turpissimæ voluptatis exæstuent. Et ille si publicus inimicus, cui hęc felicitas displicet. Quisquis eam immutare, vel auferre tentauerit, eum libera multitudo auertat ab auribus, euertat à sedibus, auferat à viuentibus. Illi habeantur dij veri, qui hanc adipiscendam populis procurauerunt, adeptamq; seruauerunt. Colantur vt voluerint, ludos exposcant quales voluerint, quos cum suis, vel de suis possint habere cultoribus: tantum efficiāt, vt huic felicitati nihil ab hoste, nihil à peste, nihil ab vlla clade timeatur. Quis hanc Rempublicam sanus, nō dicam Romano imperio, sed domui Sardanapali compararuerunt. Qui quondam Rex fuit, ita voluptatibus deditus, vt in sepulcro suo scribi fecerit, ea sola se habe-

Guerric. ser. 5. de Purificat. B. Mariæ.

Aug. 2. de ciuit. Dei c. 20. t. 5.

habere mortuum, qua libido eius etiam cum viueret, hauriẽdo consumpserat; quem Regem isti si haberent, si in talibus indulgentem, nec in eis cuiqam vlla seueritate aduersantem, huic libentius quàm Romani veteres Romulo templum & flaminem consecrarent.] Expende quam diuersas, immo & contrarias conclusiones ex eodem principio inferant boni, & mali, electi, & reprobi. Omnes fatentur, omnes agnoscũt lumine fidei, immo, & experientia ipsa conspiciunt, hominẽ esse mortalem. Vnus moritur hodie, alius cras, ac tandem tandem,
2.Reg. 14. [omnes nos morimur, & quasi aquę dilabimur super terram.] Sed audi, quid ex consideratione mortis cras futuræ inferant impij. [Cras,] inquiunt, [moriemoriemur, ergo, comedamus, & bibamus.] Similem fecerunt illi; de quibus Sap. 2. scrip
Sap. 2. tum est: [Dixerunt enim cogitantes apud se non rectè: exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus: quoniam fumus, flatus est in naribus nostris: & sermo scintillæ ad commouẽdum cor nostrũ: qua estincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur, tanquam mollis aer, & transibit vita nostra, tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata: & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioso, & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescãt: nullum pratum sit, quod non pertrãseat luxuria nostra: vbique relinquamus signa lætitiæ.]

10 Hæc dicunt Epicurei, hæc Sthoici sentiunt, qui beatitudinem in carnis voluptatibus constituunt, qui animam credũt esse mortalem: hic est eorum discursus, qui syllogizantes, immo, & pologizati sic arguunt. [Extinctus cinis erit corpus nostrum,] ergo fruamur bonis, quæ sunt, ergo vtamur creatura, tanquã in iuuẽtute celeriter, ergo vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, ergo non prætereat nos flos temporis, ergo coronemus nos rosis, ergo nullum pratum sit, quod non pertrãseat luxuria nostra, ergo vbique relinquamus signa lætitiæ. O miseri, & insensati, ò furiosi & amentes, quæ conuentio corporis morituri, & cras in cinerem conuertẽdi cum pretiosis vnguentis, & delicijs carnis? Quæ connexio ista: [cras moriemur, ergo comedamus & bibamus?] Paralogismus est hic vester discursus, non vtique syllogismus, non recte apud vos cogitantes hæc dixistis, sed errore decepti. Quàm melius ex eodem principio discurrunt electi. [Cras, inquiunt, morie- Galat. 4
mur, ergo, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei,] ergo non comedamus, nec inebriemur, sed vigilemus, & sobrij simus, ergo non vino precioso, & vnguentis nos impleamus, sed pœnitẽtiam agamus in cilicio, & cinere: ergo nõ coronemus nos rosis, sed [habentes

ali-

1.Tim 6 alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus,] ergo nullum pratum pertranseat luxuria nostra, sed in sudore vultus vescamur pane nostro, donec reuertamur ad terram, de qua sumpti sumus, ergo nec signa lętitię relinquamus alicubi, sed tristitia potius impleat cor nostrū. 1.Cor.7 Audi Paulum Apostolum: [Tempus breue est, reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habētes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: pręterit enim figura huius mundi.] Expende illationem, obserua conclusionem Apostoli: [Tempus, inquit, breue est, præterit figura huius mundi,] ergo omnia bona temporalia pro nihilo habeamus, ergo non inhęreamus terrenis, sed cælestia, quæ permanent, perquiramus.

Aug.in spec.pec. cator.c.9. 11 Hinc & beatus Beatus Augustinus ait: [Si mortem ante oculos prospiceres, proculdubio mox fine mora, spretis pompis, postpositis mundi curis, despectis carnis illecebris, proiectis voluptatibus, contemptis delicijs, in tui custodia vigilares, ac nouissima sapienter prouideres. Sapientis enim est non tàm cuiuslibet rei principium prospicere, quàm finem, exitumq. prouidere. Denique felix esse comprobatur, qui sic cogitat de supplicio ante supplicium, vt postea supplicij effugiat periculum. Memorans homo nouissima sua non peccabit. Nō enim melius poterit caro luxuriosa domari, quā, qualis erit post mortem, meditando.] Hinc denique propheta numerum dierum suorum scire desiderat, vt vitam corrigat, & emendet. [Locutus sum, in- Ps.38. quit, in lingua mea,] non in corde tantum, sed in lingua, vt omnes audiant, omnes sciant, omnes sapiāt, & intelligant, ac nouissima prouideant. Et quid locutus est? [Notum fac mihi Domine finem meū, & numerum dierum meorum quis est.] Numquid vt comedam, & bibam, vt vnguar pretiosis vnguentis, vt delitijs affluam? Nequaquam: [Sed vt sciam, quid desit mihi,] vt me præparem ad iudicium, & omnes actiones meas ad Deū dirigam. Stultum est enim moriturum cras delitijs inhærere. Hinc, & de quodā philosopho, cum quidam eum rogarent obnixe, ne se inedia consumeret, sed rebus temporalibus affluenter vteretur, tale fertur dedisse responsum. [Morituro satis:] & ecce fidelibus morituris à Christo Domino edoctis terrena despicere, & amare cælestia, tanta rerū abundantia, tot delitiæ non sufficiunt, vt appetitus eorum quiescat. [Nemo dicat,] ait Augustinus; [comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Si vultis dicere, cras enim moriemur, non prohibeo, sed aliud ante dicite. Ieiunemus, & oremus, & donemus, & beatitudo in alio sæculo expectanda est. Beatus populus, cuius non voluptas carnis, cuius nō virtus propria, sed beatus populus, cuius est Dominus Deus ipsius.] Et alibi acriter eum reprehendens: qui ex memoria imminentis mortis in delicias carnis declinat, sic ei alloquitur: (Quid ais? Repete. Manducemus, inquit, & bibamus. Age, quid postea dixisti? cras enim moriemur. Terruisti, non seduxisti, & præcessit comedamus, & bibamus. Cum enim dixisses, manducemus, & bibamus, adiunxisti, cras enim moriemur, Audi contra à me: immo

Pulchrū dictū cuiusdā philosophi.

Aug.li.de Epicureis & Sthoic.

Ps.43.

Aug.sup. Ps 70.t.8.

mo

mo ieiunemus, & remus cras enim moriemur.

12 [Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituũ, si demittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus De' exercituum.] Ac si dicat, Non dimittetur eis iniquitas hæc. Simile quid supra denunciauerat, dicens: [Ne ergo dimittas eis.] Nam vt notauit Hieronymus, In præsenti: [nihil sic offendit Deũ, quàm post peccata erecta ceruix, & ex desperatione contemptus. Quod & per Amos loquitur: Super tres, & quatuor impietates non auersabor eum, quod, & cogitauerit, & fecerit, & nõ egerit pœnitentiam, insuper, & docuerit malum.] Quia ergo imminente captiuitate, & ciuitate Hierusalem obsessa, cum ferrum, fames, sitis, & alia mala vrgerent vrbem, Isaias, & alij prophetæ, vt Hieremias, ad pœnitentiam populum prouocabant: & e contrario reges, ac principes, & vulgus miserabile, desperatione pereũtium se tradebat epulis, quasi irremissibile sentit propheta eorũ esse delictum.

Sup. c. 2. nu. 20.

Hieron.

Amos 1.

Hie. 34.

13 [Hæc dicit Dominus Deus exercituũ: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositũ templi, & dices ad eũ: Quid tu hic, aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi?] Vnum potuissent Iudæi in tanta calamitate, & miseria habere refugium, videlicet si esset inter illos princeps sanctus, aut sacerdos iustus, & charitate plenus, qui sicut Moyses orans opponeret se iræ Dei, & diceret: [Cur Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quẽ eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in manu robusta? Et iterum: Obsecro, peccauit populus iste peccatũ maximum, feceruntq. Deos aureos: aut dimitte eis hanc noxã, aut, si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti:] Sed neque hoc subsidium habuerũt miseri. Illud namq. requirebat Dominus in Hierusalẽ, vt misereretur illius, sicut olim decẽ iustos in quinque ciuitatibus ad parcendum multitudini propter illos, sed non inuenit. Scriptum est enim: [Ego autem dixi, forsitan pauperes sũt, & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi. n. cognouerũt viam Domini, iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugũ, ruperunt vincula. Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum: omnis, qui egressus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum. Super quo propitius tibi esse potero?] O Dei misericordiam, causam requirit in populo suo. vt propitius esset illi; sacerdotes, & ministros, qui iram eius comprimant exquirit, & non sunt, sed magis isti prouocauerunt oculos maiestatis eius: [Sicut populus, sic sacerdos, & sicut seruus, sic Dominus ei'.] Ideo in præsenti contra Sobnam præpositum templi irascitur, & eius arrogantiam, & superbiam reprehẽdit, quia, cum populum ipse à peccatis verbis, & exemplo debuisset auertere, illum magis ad peccatum prouocabat. Erat Sobnam, vt quidam dicũt, alienigena, & honore cupidus, atque diuitiarum, & multoties causa seditionis in populo, & coniurationis, de qua dictũ est supra. [Non

Exo. 32

Hier. 5.

Isa. 24.

Iſa. 8. dicatis coniuratio. Omnia enim,
quę loquitur populus iſte coniura-
tio eſt.] Simulabat autem in princi
pio ſanctitatē, & religionem, vt ma-
gis eum populus charum haberet,
& factionem ſequeretur illius, & ta
men conſtat, illum caput fuiſſe, &
ducem Iudæorum, qui propheta-
rum irridebant oracula, qui con-
temnebant illos, & perſequebātur.
O quantum malum cauſant in rep.
qui huiuſmodi ſunt. Tales ſimiles
eſſe dixerim ſeruo inutili, & repro-
bo; de quo Matth. 24. ſcriptum eſt:
Mat. 24 [Si autem dixerit malus ſeruus ille
in corde ſuo: moram facit Domi-
nus meus venire, & cæperit percu-
tere conſeruos ſuos, manducet au-
tem, & bibat cum ebrioſis: veniet
Dominus ſerui illius in die, qua nō
ſperat, & hora, quam ignorat. &
diuidet eum, partemque eius ponet
cum hypocritis. Illic erit fletus, &
ſtridor dentium.] Vnde & conſimi-
le illis iudicium accidet. Ait ergo.
[Quid tu hic, aut quaſi quis hic?]
Ac ſi dicat. Quid tibi in ciuitate
iſta in qua nō es natus? erga quam
non es bene affectus? Quis frater,
vel cognatus, cum alienigena ſis &
proſelytus? Excidiſti ne tibi ſepul-
chrum auguſtiſſimum, ſimulans te
affectum eſſe ciuitati Hieruſalem,
ſicut filij naturales illius, & perpe-
tuo velle in illa manere, & mori, &
poſterorum memoria celebrari? an
fortaſſe credis, quod pereunte ci-
uitate remanſurus ſis in Hieruſa-
lem, & poſtea regnaturus? vana
eſt, vana eſt omnis ſpes tua. Prodi-
tor ergo ille erat ciuitatis, & firmi-
ter credebat ſe nunquam miniſte-
rio ſuo deſtituendum fore, ſed per-
petuum tabernaculum in ciuitate
ſancta habiturum. Numquam ve-
nerat illi in mentem dicendum ſibi
aliquādo eſſe à Domino illud, quod
villico iniquitatis dixit: [Quid hoc *Luc.* 16.
audio de te? redde rationem vili-
cationis tuæ: iam enim non pote-
ris vilicare.] Et tamen repente au-
diuit illud: [Quid tu hic, aut quaſi
quis hic?] Hoc eſt, quis rumor eſt
iſte, quē de te audiui? quis clamor,
qui contra te ad me aſcendit? quid
hoc audio de te? Redde rationem
commiſſi officij: iam enim præpo-
ſitus templi eſſe non poteris, nec
diuitias, quas appetis, tibi acqui-
rere, iam non poteris vilicare. Sub-
ditur enim.

14 [Ecce Dominus aſportari te
faciet, ſicut aſportatur gallus galli-
naceus, & quaſi amictum ſic ſuble-
uabit te.] Sperabas te perpetuo in
ciuitate ſancta eſſe manſurum: ſed
ecce tàm facilè trāsferet Dominus
te ipſum, ſicut transferri ſolet gal-
lus cum gallinis ad forum, vt ven-
datur in terram longinquam. Con-
fidebas te in gloriā & laudem alio-
rum, ac ſtuporem eſſe futurum; ſed
ignominia circundabit faciem tuā,
& velabitur confuſione, velut facies
latronis, qui plectendus eſt. Diade-
ma imponendū eſſe capiti tuo præ-
ſumebas, ſed Dominus viliſſimis fu
nibus te cingi faciet. Credebas in
delitijs te eſſe permanſurum, ſed ad
immaniſſima rapieris tormenta.
Spem habebas nobilitandi domum
tuam, ſed & ipſe ignominioſus eris.
Vnde & ſubditur.

15 [Coronans coronabit te tri-
bulatione, quaſi pilam mittet te in
terram latam, & ſpacioſam: ibi mo
rieris & ibi erit currus gloriæ tuæ,
ignominia domus Domini tui.] Tri
bulatio, inquit, erit corona tua. Pro
iectio autē quaſi pilæ in terram la-
tam, & ſpacioſam, vehementiā indi
cat impetus, quo in terram longin-
quam

quam mittēdus erat, sicut pila, quæ proiecta in terra lata, spaciosa, & plana, in qua nullū est impedimentum saxorum, aut montium, maximè elongatur à proijciēte. Vbi erūt tunc currus, & equites gloriæ tuæ? Tota vertetur ignominiam domus Domini tui.] Sequitur: [Et expellam te de statione tua,] idest de loco, & officio, in quo stare, & perseuerare somniabas, & de ministerio tuo deponam te.] Nihil adhæc respondet Sobnam, sed silet, & obmutescit: quia quidquid dixerit, in cōfusionem suam deuoluendum esse non dubitabat. Hinc collige quanta erit aliquando illius confuso, qui à Domino constitutus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram, & sit fidelis seruus, & prudens, bona Domini fideliter dispensas, de bonis pauperum, & de patrimonio Christi Domini excidere audent sibi sumptuosissima sepulchra, & amplas domos, & marmoreas ædificare, vt eorum memoria in perpetuum celebretur. Nec aduertunt non esse relinquendum lapidem supra lapidem, qui non destruatur, & omnia temporalia quantumuis magnifica, & preciosa esse tandem obliuioni tradenda. Clariorem sibi potuissent honorem acquirere, & nomen perpetuum promereri, si liberales essent in pauperes, & viduarum miseriam subleuarent. Non damnat Dominus moderata sepulchra, & quæ religionem decent Christianā, quin potius in Scriptura sacra collaudatur Abraham, quod quadringentis siclis argenti emerit speluncam duplicem ab Ephron, vt sepeliret Saram vxorem suam. Ioseph etiam ab Arimathia nobilis decurio perpetua memoria celebratur, quoniam corpus sacratissimum Iesu inuolutum sindone posuerit in monumento, quod erat excisum de petra, & aduoluerit lapidem ad ostium monumenti: sed vituperat Gentilium studia prophana, qui futurorum bonorum obliti, nomen suum in terra superbè celebrare cōtendunt. Displicet enim summopere Deo hæc ambitio, qua homines superbi non contenti his honoribus, quibus in vita satiantur, appetunt extolli etiam post mortem, & quodammodo in ore omnium viuere. Et cum omnia morte interueniente deleantur, sese in omne æuum permansuros temerè confidunt. Verum Dominus eorum temeritatem, & arrogantiam vlciscitur. Vel enim efficit, vt quæ monumenta gloriæ esse voluerunt, ea dedecori, & ignominiæ cedant: vel tàm execrabilis est eorum memoria, vt nihil de illis videre, vel audire possint homines, quin protinus detestentur.

Vana sepulchra reprehenduntur.

Gen. 23

Mar. 15

16 [Et erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius; & erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.] Denunciat ad maiorem confusionem Sobnam in die illa qua reulatus fuerit dolus eius, & de ministerio suo fuerit deponendus, alium ministrum, sanctum, & fidelissimum loco illius esse in templo constituendum, videlicet Eliacim filium Helciæ, vt iniquus ille minister de reditu ad antiquum ministerium omnino desperet. Enu-

merat autem octo insignia ministri quem Deus elegit, vt pro Sobnam præficeretur in templo, in quibus conditiones,quę in legitimo pastore, & ministro Ecclesiæ debēt concurrere insinuat.

Octo cōditiones ministrorum Dei.

1 *Vocatur à Deo.*
2 *Seruus Dei nominatur.*
3 *Speciosis vestibus induitur.*
4 *Potestas à Deo illi traditur,*
5 *Erit pater orphanorum.*
6 *Personarū non erit acceptor.*
7 *Labores sui ministerij patienter sustinebit.*
8 *Suum officium exercebit prudenter.*

17 Omnia ista in Eliacim concurrere docet propheta in verbis inductis. Discurramus per singula. [Vocabo,inquit,Eliacim.]Ac si dicat; Non quæret per ambitionem præfecturam templi, nec dato præcio viam ad tale officium acquirendum,præparabit: nec vltro se offeret ad illud onus suscipiendum; vtpote humilis & minora sentiens de seipso,sed vocatus veniet. Ego vocabo illum,& in dignitate sacerdotali constituam Ecce primam conditionem Pontificis,quam S.Paulus constituit cum ait:[Nec quisquam sumit sibi honorē, sed qui vocatur à Deo,tanquā Aaron. Est enim contra naturam (ait sanctus Thomas) quod aliquid perducat se ad statum altiorem sua natura,sicut aer non facit seipsum ignem,sed fit à superiore. Vnde disciplina Dei non habet, quod quisquam sibi sumat honorem,fauore,pecunia, potentia:] sicut sumpserūt illi, de quibus scriptum est:[In fortitudine enim nostra assumpsimus nobis cornua. Et iterū: Ipsi regnauerunt, & non ex me: sed debet vocari à Deo,sicut Aarō. Exod.28. Applica ad te Aaron. Et ideo Dominus cōfirmauit sacerdotium eius,sicut patet Num.17. per virgam, quæ floruit. Tales debent assumi,qui non se ingerunt. Vnde antiquitus signo visibili ostēdebantur sicut patet de beato Nicolao,& multis aiijs.[Hinc & de Christo Domino,qui est supremus omniū Pontifex, inquit Paulus: [Sic,& Christus non semetipsum clarificauit,vt Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum,filius meus es tu, ego hodie genui te.Quemadmodum, & in alio loco dicit, tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech:]Quod si innocens agnus,& filius Dei non se ingerit sacerdotio, sed vocatus à Patre factus est Pontifex in æternum,quomodo audent miseri peccatores,& filij perditionis non vocati honores, & dignitates vltra vires proprias superbe ambire,& non missi à Deo currere? [Currebant,inquit, & non mittebā eos.]Non mittuntur autem à Deo, quibus nō est creditū talentū scientiæ,nec dona gratuita ad dignè exequēdum ministerium iniunctū sunt concessa.Vt enim notat S.Thomas: [Illos quos Deus aliquid elegit,ita præparat, & disponit, vt ad id, ad quod eligūtur, inueniantur idonei, secundum illud secundæ ad Cor.3. Idoneos nos fecit ministros noui testamēti.]Prius posuit [idoneos,] & postmodum [ministros,] quoniam Deus, quos vocat ad aliquid officium,prius idoneos facit,quàm ministros. Vocauit Christus Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannem,& ex piscatoribus dignos fecit Apostolos, atque prædicatores Euangelij. [Venite,] inquit, [post me, faciam vos fieri piscatores

Heb. 5. Vbi s. Th. lect. 1.
Amos.6 Osee 8.
Heb. 5.
Hier. 23
3.p.q.27. art. 4. in corpore.
2.Cor.3
Mat.4.

tores

tores hominum.] Tradidit discipulis suis potestatem remittendi peccata, & ministros effecit sacramenti pœnitentiæ, cum dixit: [Quorum
Ioan. 20 remiseritis peccata, remittūtur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt.] Sed ante præmisit. [Accipite Spiritum sanctum,] vt videlicet eius donis repleti, dignè, & fructuosè tale ministerium exerceatis.

18 [Seruum meum Eliacim filium Helciæ.] Ponit secundam conditionem boni pastoris, quod videlicet sit Dei seruus, hoc est quærens non sua, sed quæ Dei sunt, cuius est seruus. Seruus quidquid est, Domini est: Quidquid lucratur in Domini sui transit potestatem, nec est cupidus gloriæ propriæ, sed Domini sui honorem requirit. Talis fuit supremus pastor Christus Dominus,
Isa. 42. de quo infra scriptum est: [Ecce seruus meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima
Ioan. 5. mea.] Vnde, & ipse ait, [quia non quæro volūtatē meā, sed voluntatē
Ioan. 8. eius qui, misit me.] Et iterū: [Ego non quęro gloriā meā, est qui quærat, & iudicet.] Tales debent esse Prælati, tales & pastores Ecclesiæ, de quo plura diximus c. 19. n. 10. Sequitur: [Et induam illū tunica tua, & cingulo tuo confortabo eū.] Ecce tertiam conditionem in qua exigitur à sacerdote, & prælato, quod sit iustus, irreprehensibilis, & bonæ famæ, atque ad magna opera exercenda accinctus, & præparatus, ita, vt si opus fuerit animam suam ponat pro ouibus suis. Hoc denotant vestimenta sacerdotis, hoc balteus, & cingulum. [Induam, inquit, illum tunica tua.] Tunica sacerdotis est
1. Pet. 4 charitas, [quæ operit multitudinē peccatorum.] Tunica est iustitia, & omnium mandatorū Dei obseruantia. Hac veste ornatus erat, qui dixit: [iustitia indutus sum, & vestiui Iob 29.
me sicut vestimēto. Vestimēto vtiq. cum vestimur (inquit Gregorius) Greg. 19. mor. 11.
ex omni parte circundamur. Ille ergo iustitia sicut vestimēto vestitur, qui se vndique bono opere protegit, & nullam partem actionis suæ peccato nudam relinquit. Nam qui in alijs actionibus iustus est, in alijs iniustus, quasi hoc latus cooperuit, illud nudauit: nec iā bona sunt opera, quæ subortis alijs prauis operibus inquinantur. Hinc enim per Sa- Eccl. 9.
lomonem dicitur; Qui in vno offen Iac. 2.
derit, multa bona perdet. Hinc Iacobus dicit: Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quam videlicet sententiam suam ipse diligenter exposuit, cum subiunxit: qui enim dixit, Non mæchaberis, dixit & non occides. Quod si non mæchaberis, occidas autē, factus es transgressor legis.] Huiusmodi autē vestimentis, eos decet maximè esse ornatos, qui in potestate sunt, & dignitate magna constituti: iuxta quod loquens ad Iob ait: [Si habes bra- Iob. 40.
chium, sicut Deus, & voce simili tonas, circunda tibi decorem, & in sublime, erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.] Brachiū habet sicut Deus, qui potestatē ab illo gubernandi cæteros accepit.
[Nō est enim potestas, nisi à Deo.] Rom. 13
Voce simili ornat, qui mysteria in Deo à sæculis abscōdita mundo annunciat, qui auctoritatem habet ligandi, atque soluēdi, qui proferens
verba illa: [Hoc est corpus meum,] Mat. 26.
substātiam panis, & vini, in corpus, & sanguinē Christi conuertit. Talis ergo decore oportet vt sit circūdatus, ad sublimia erectus, gloriosus, atque bonæ, famæ, irreprehēsibilis,

& ſpecioſis indutus veſtibus, hoc eſt, varijs virtutibus adornatus.
1.Tim.3 Hinc, & Paulus ait: [Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobriũ, prudentem, ornatum, pudicũ, hoſpitalem, doctorem, nõ vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum: nõ litigioſum, non cupidũ, ſed ſuæ domui bene præpoſitum; filios habentẽ ſubditos cum omni caſtitate.] Et iterum:
Tit. 1. [Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelẽ ſermonẽ: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana & eos, qui cõtra dicunt arguere.] Ait ergo. [Et induam illum tunica tua, ideſt, concedam Eliacim honorem tuum, & honeſtas, quã ſimulabas, vere cõtinget illi: eritq. glorioſus, ſicut ſolent eſſe magnates, qui precioſis induũtur veſtimentis, vt gloria eorũ magis fiat conſpicua. [Et cingulo tuo confortabo eum,] ideſt, faciã vt nõ ſit diſſolutus, & negligens, ſed ſtrenuus, & ſollicitus miniſter. Id quod Dominus præcepit Apoſtolis, cum
Luc. 12 dixit; [Sint lumbi veſtri præcincti,] ideſt, eſtote expediti, & alacres, atque in miniſterium Euãgelij pacis præparati. Hoc enim exigitur à præſidentibus, iuxta illud, quod Paulus
Rom.12 ait: [Qui præeſt in ſollicitudine.] Hanc autem deſignat cingulum, vt diximus latiùs cap. 11. num. 10.

19 [Et poteſtatem tuam dabo in manus eius,] hoc eſt, poteſtatẽ, quam tu negociatione, & ambitione obtinuiſti, ego, qui dignos facio miniſtros, dabo illi. Vide quartam conditionem legitimi paſtoris. Debet enim habere poteſtatẽ ſibi traditam à Deo. [Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo, quæ autẽ sũt à Deo, *Rom.13*
ordinata ſunt.] Vnde & Paulus ad Corinthios loquens ait: [Ideo hæc *2.Cor. 13.*
abſens ſcribo, vt nõ præſens duriùs agã ſecundũ poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationẽ, & non in deſtructionẽ.] Alijs quoque Apoſtolis Chriſtus Dominus, cum eos paſtores Eccleſiæ ſuæ conſtituit, dedit poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, & vt languores curarẽt. Denique ipſe Chriſtus vocatus à Patre, vt eſſet Pontifex in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech, ab illo etiam poteſtatem accepit, quam poſtmodum alijs cõmunicaret. Ait enim: [Data eſt mihi om- *Mat.28*
nis poteſtas in cęlo, & in terra. Eũtes ergo docete omnes gẽtes baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sãcti.] Et obſerua, quod poteſtas traditur Eliacim in manu' illius, vt quę alijs prędicat, operibus impleat, & nõ ſit, ſicut illi, qui [alligant onera grauia, & importabilia, *Mat.23*
digito autẽ ſuo nolunt ea mouere.]

20 [Et erit quaſi pater.] Ecce quintam conditionẽ legitimi paſtoris, quod videlicet populũ ſibi creditũ gubernet, nõ quaſi dominator, & Dñs imperans ſeruis, ſed quaſi pater filios magno charitatis affectu eos reſpiciẽs, ita vt omnes illũ, quaſi patrẽ diligant, & venerentur. Talis erat paſtor noſter Chriſtus Dominus, qui pater orphanorum, & iudex viduarum ſæpiſſimè in Scriptura ſacra nuncupatur, illum namque potiſſimè reſpiciunt verba illa: [Pater eram pauperum, oculus fui cæ- *Iob 29.*
co, & pes claudo.] Et illa: [Ecce ego ipſe requirã oues meas, & viſi- *Eze.34*
tabo eas, ſicut viſitat paſtor gregẽ

ſuum

suum in die, quãdo fuerit in medio ouium suarum dissipatarum:sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis,in quibus dispersæ fuerant in die nubis,& caliginis. Et educã eas de populis, & congregabo eas de terris,& inducã eas in terram suam.& pascam eas in montibus Israel,in riuis,& in cũctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas,& in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virẽtibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mõtes Israel.Ego pascã oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit Domines Deus. Quod perierat,requiram,& quod abiectum erat, reducam,& quod confractum fuerat, alligabo,& quod pingue, & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio.] Vide charitatem pastoris, & paternam affectum, quo oues suas diligit, & infirmitates earum portat, cuius pietatem ministri ab ipso delegati, sequuntur,atque imitantur. Audi Paulum dicentem: [Non

1.Cor.4 vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorũ habeatis in Christo,sed non multos patres.Nã in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.] Et iterum:

Phil. 1. [Testis est mihi Deus quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi.]Hoc est quàm ex corde vos diligam, quomodo cupiam vestrã salutem, & desiderem viscera Christi per charitatem, & dilectionem participari à vobis. Talis debet esse superioris, & prælati erga inferiores,& subditos charitatis

Chry.ho. 2. sup. 1. epi.ad Timoth. affectus. Vnde,& Chrysostomus ait: Oportet naturales patres, affectu, & dilectione transcendere, qui pater est animarum, sed & spirituales filios, non segnius affici, quam illi sibi necesse est.] de quo vide supra dicta cap. 3. num. 8.

21 [Erit,inquit,quasi pater habitãtibus Hierusalem,& domui Iuda.] Idest, absque personarum acceptione suum exercebit officium, tàm nobiles,quàm ignobiles, & plebeios per domum Iuda designatos, iustè,atque affectu paterno iudicando. Ecce sextam conditionem veri pastoris, in qua Christum Dominũ maximè claruisse dictum est supra cap.11.num.7.& 8. in illa verba: [& iudicauit in iustitia pauperes.]

22 [Et dabo claues domus Dauid, super humerum eius.] Ecce septimam conditionem veri prælati. Debet enim scire se non ad otium, & delitias, sed ad labores, & dolores esse vocatum,& vt patienter ferat, & super humeros portet onera subditorum, atque ouem errantem: iuxta qpod,& Paulus ait: [Qui Episcopatum desiderat,bonũ opus desiderat:]idest bonum onus, sub quo etiã fortissimi coronantur, vt dictum est cap.3. nu.7. Hinc est, quod in Scriptura sacra boui triturãti prælatus comparatur,quo (vt notauit Beatus Chrysostomus)designatur,quod non debet esse delicatus,aut remissus, sed ferendis laboribus aptus, & ad portandũ iugum robustus. Vnde & pastor bonus Christus Dominus,vt suo exemplo alios instrueret, clauem regni sui, hoc est lignum crucis,super humeros portauit,sicut scriptum est;[Factus est principatus super humerũ eius:] atque dimittens nonaginta noue oues in deserto, venit ad illã, quæ perierat,& inueniens eam,imposuit super humeros suos gaudẽs, quoniam inuenit ouem suam, quæ perierat. Tales debẽt esse pastores,

1.Tim.3

Deu.25

Chry.ho. 15.sup.1. epist. ad Thim.c.4.

Vide sup. c.9.n.43.

Luc.15.

qui infirmitatibus subditorũ condescendere sciant, & imperfectiones eorum supportare: talia officia rationalibus ouibus exhibentes, qualia Iacob patriarcha pecoribus ratione carentibus exhibuit. Cum enim Esau diceret ad Iacob: [Gradiamur simul,eroq; socius itineris
Gen. 33 tui; ille respondit: Nosti Domine mi, quod paruulos habeã teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius,sicut videro paruulos meos posse, donec veniã ad Dominum meum in Seir.]Vides quomodo se accommodauit infirmitati ouium? Attende qualiter Apostolus hæc omnia cũ filijs suis, quos in Christo genuerat, perfecerit, omnium infirmitatibus condescendens, vt omnes lucrifaceret.
1.*Cor.* 9 [Factus sum,inquit, Iudæis tanquã Iudæus,vt Iudæos lucrarer;ijs, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) vt eos,qui sub lege erant,lucrifacerẽ. Ijs,qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, (cum sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus,vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes
1. *Thes.* 2 facerem saluos.] Et iterum: [Facti sumus paruuli in medio vestrorũ, tanquam si nutrix foueat filios suos.] Hinc discant Prælati nimio zelo religionis feruentes supportare subditos imperfectos, & imbecillitatis eorum paterno affectu misereri. Parcere multoties, & dissimulare minora necesse est,ne impatiẽtia correptionis infirmus subditus despondeat, atque contrito iugo in maiora labatur incommoda. Audiant quid B.Chrysostomus dicat:[Equidem complures recensere possem, quos constat in extrema mala adductos, non ob aliud, nisi quod digna ab eis pœna,& quę peccatis perpetratis par esset, exigeretur. Neque enim temerè ad delictorum modũ oportet, & mulctam ipsam adhibere, sed tanquam coniecturis quibusdam explorãdus est delinquentium animus:ne fortè fiat,vt dum consuere vis, quod interruptum est, scissuram deteriorẽ facias, ac dum eum, qui lapsus est erigere,atque emendare studes,casus ipse maior per te reddatur. Nã qui infirmi sunt, ac remissi, & magna ex parte mundi huius delitijs, illecebrisq; illaqueati, quique idẽ à generis claritate,& potentia,atque opibus habere se putant, vnde animos magno opere tollant, ij, si sensim, ac paulatim peccatorum correctionẽ adhibeas, possent vtique, si non penitus, attamen parte aliqua eximere se, ac liberare malis,peccatisq; quibus occupantur: quos si iusta statim animaduersione emendes, fiet vt minori etiam illa correctione, quam sustinere poterant,priues.].

Chry. lib. 2. de sacerdotio circ. mediũ. to. 5.

Simile.

23 [Et aperiet,& non erit, qui claudat, & claudet,& non erit, qui aperiat,] id est,tanta erit, ac talis eius prudentia in munere suo exequendo,vt quicquid fecerit in executione sui officij,gratum sit Deo, & à nemine improbãdum, & quod clauserit,sit ritè clausum, & quod aperuerit,apertum. Ecce octauam conditionem boni Episcopi, qui tanta præditus scientia,& prudentia esse debet, vt absoluendum non liget,nec ligandum absoluat. [Sæpè

Greg. ho. 26. in Euãgel. circa med. pe fit (inquit Gregorius) in soluendis, ac ligandis subditis suæ voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Vnde fit, vt ipsa hac ligandi, ac soluendi potestate se priuet, qui hanc pro suis voluntatibus, & non pro subiectorum moribus exercet. Sæpè fit, vt erga quemlibet proximum odio, vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem de subditis dignè nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur. Vnde rectè per Prophetam dicitur: Mortificabant animas, quæ nõ moriuntur, & viuificabant animas, quæ nõ moriuntur, & viuificabant animas, quæ non viuunt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum dãnat; & non victurum viuificare nititur, qui reum à supplicio absoluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi, atque soluendi potestas exercenda. Videndum est quæ culpa, aut quæ sit pœnitẽtia secuta post culpam: vt quos omnipotẽs Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio præsidentis, cum æterni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quæ videlicet demonstrat, quia prius mortuũ Dominus vocauit, & viuificauit, dicens: Lazare veni foras; & postmodum is, qui viuens egressus fuerat, à discipulis est solutus, sicut scriptum est. Cumq; egressus esset, qui fuerat ligatus institit, tunc dixit discipulis, soluite eum, & sinite abire. Ecce illum discipuli iam viuentem soluunt, quem magister resuscitauerat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum soluerent, fœtorem magis ostenderent, quam virtutem. Ex qua consideratione intuẽdum est, quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem soluere, quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantẽ gratiam viuificare.] Hinc & Petro dictum est: [Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.] Et iterum omnibus Apostolis dixit Christus Dominus: [Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.] Vbi obserua, quod non vnã clauem, sed duas repromisit Petro, & concessit: alteram scientiæ, qua sciret discernere inter lepram, & lepram, & quis ligandus sit, & quis absoluendus; alteram potentiæ, qua absoluendum absolueret, & ligandum ligaret. Vtramque clauem in manu sua habet Christus Dominus, qui super omnem Ecclesiam constitutus est à Patre, rex, & sacerdos. Ille enim est [Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.] Vides qualiter omnes legitimæ conditiones veri pastoris supra positæ conueniant excellentissimo quodam modo Christo Domino? Nunc ad contextum litteræ reuertamur.

Joa. 11. Mat. 16. Ioan. 20. Apo. 3.

24 [Et figam illum paxillum in loco fideli (Vatablus vertit, in loco stabili) & erit in solium gloriæ domui patris eius. Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum à vasis craterarum, vsque ad omne vas musicorum.] Paxilli nomine fidele patrocinium intelligit, quo aliquis clien-

clientulorũ causas sustinet & defendit. & sumitur metaphora à paxillo, vel clauo, qui in pariete affixus appensa sustinet,& fideliter retinet, etiam dormientibus, qui appenderunt. Paxillis namque vtebantur antiqui, in quibus suspendebãt vasa,atque cętera instrumenta ad ministerium domus apta. Vnde & Dominus ad Ezechielem prohpetã loquens ait: [Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum,quæ sunt inter ligna syluarum? Numquid tolletur de ea lignum vt fiat opus,aut frabicabitur de ea paxillus,vt dependeat in eo quodcunque vas?]Talis,inquit, erit Eliacim, sicut paxillus in domo Domini,in quo omnia vasa appendentur, & gloria domus Dei. Per vasa intelliguntur fideles,iuxta illud, quod Paulus ait: [In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea,vel argentea,sed lignea,& fictilia:& quædam quidem in honorem,quædam autem in cõtumeliã. Si quis ergo emũdauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino,ad omne opus bonum paratum.] Talem ergo decet se exhibere ministrum Christi, & prælatum, atque prædicatorem Euangelij,vt sit solium glorię Dei: nam[anima iusti sedes est sapiẽtię.] & omnia vasa templi Domini sustineat,non solum aurea, sed etiam lignea,& infima.Vide qualiter Paulus Apostolus sit in domo Dei fidelis paxillus,non solum nobilia, sed etiam infima vasa super se habens appensa.Etenim fugitiuo seruo patrocinabatur scribens pro illo ad Philemonem, & apud Corinthios intercedit pro incestuoso, quem excommunicauerat ipse,& in interitum carnis tradiderat Satanæ, vt

Ezech. 15

2. Tim. 2

Sap. 7.

1. Cor. 5

spiritus saluus fieret in die Domini:atque pro perfidis Iudæis incessanter orat. [Voluntas,inquit,cordis mei, & obsecratio ad Deum,fit pro illis in salutem.] Et iterũ:[Ministerium meum honorificabo, si quomodo ad æmulandum prouocẽ carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.] Omnia pendent super Paulum,Gentes,Iudæi, amici, inimici, nobiles, & ignobiles, quoniam charitatem, quæ patiens est, & omnia sustinet, possidebat. Hæc autem omnia perfectissimè exhibuit nobis Christus, dum velut paxillus, super quem pater suspendit omnem gloriã domus suæ, affixus est cruci. Ex illo namque omnia pendent, Angeli in cælo, & peccatores super terram. Ipse est solium gloriæ domus patris sui: quia in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ipse est,sicut Paulus ait: [Portans omnia verbo virtutis suæ,] quia nihil subsistit,nisi per eum;nihil persistere potest,aut stare,nisi illo seruãte. Vnde iste locus potissimè quamuis in sensu mystico adaptatur Christo,qui eleuatus in cruce omnia secum leuauit,iuxta illud, [Et ego si exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipsum.]Sic explicat istũ locum Auctor Glosæ interlinearis, & Procopius Gazęus,& alij Patres. Consonatq; ista explicatio cũ trãslatione Septuaginta Interpretũ,qui sic vertunt pręsentem locum Isaię. [Constituam eum principem in loco fideli.Et erit in soliũ gloriæ domus patris eius. Et erit confidens super eum omnis gloriosus(vel honoratus) in domo patris sui,à paruo vsque ad magnũ,omne vas paruum à vase craterarũ,& pendebunt suspensi de eo in illa die.]Multoties Septua-

Rom. 10

Rom. 11

Colos. 1.

Heb. 1.

Ioa. 12.

Septuaginta viri, & interpretes sunt, & expositores simul Scripturæ sacræ, & ita videntur præcipuè in isto loco.

25 [In die illa, dicit Dominus exercituum. Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur,& cadet,& peribit quod pependerat in eo: quia Dominus locutus est. Redit iterum propheta,& conuertit sermonem contra Sobnam, & sequaces illius, vt opposita iuxta se posita magis elucescant,& ex collatione ad Eliacim, magis appareat iniquitas illius. Ait ergo: [Auferetur paxillus,&c.]Idest, non erit semper fixus in loco fideli,hoc est in domo Domini fungens officio præpositi, sicut ipse putauerat; sed auferetur de loco suo, frangetur, cadet, & peribit, & cum eo simul etiam destruetur quidquid pependerat in eo, id est, omnes adhærentes Sobnam, & vanè confidentes in munitionibus vrbis, contradicentesq; Spiritui sancto, per prophetas vocanti ad pœnitentiam, & carnalibus delitijs vacantes. Omnes cum paxillo, à qua pendebant, excidentur,& tanquam lignum aridum, & inutile mittêtur simul in ignem æternum, & ardent. Consimile profectò eueniet iudicium omnibus seditiosis, & hæreticis, varias sectas subintroducentibus in Ecclesia, vt à vero Dei cultu fideles auertant, & concedentibus libertatẽ conscientiæ, vt eos factioni suæ adhærere faciant. Vnde, & Beatus Petrus contra illos loquens,ait: [Fuerunt *2.Pet.2* verò pseudoprophetæ in populo,sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis,& eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.] Et post pauca: [Hi sunt fontes sine aqua,& nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos,qui paululũ effugiunt, qui in errore conuersantur,libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis.] Talis fuit Sobnam, tales & sectatores illius, & ideò vna die perierunt simul.

CAPVT XXIII.



1 NVS Tyri. Vlulate naues maris: quia vastata est domus,vnde venire consueuerant:de Terra Cethim reuelatum est eis. 2 Tacete qui habitatis in insula: negotiatores Sidonis transfretantes mare,repleuerunt te.
In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges
eius:& facta est negotiatio gentiũ: 3 Erubesce Sidon:
ait enim mare: fortitudo maris dicens: Non parturiui,& non peperi,& non enutriui iuuenes,nec ad incrementũ perduxi virgines. 4 Cum auditum fuerit in Ægypto,dolebunt cũ audierint de Tyro:
Tran-

Transite maria, vlulate qui habitatis in insula: Numquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ? Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ.
5 Transi terram tuam quasi flumen filia maris, nō est cingulum vltra tibi. Manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius, & dixit: Non adijcies vltra vt glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis:
6 in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi. Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam. Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra.
7 Et erit in die illa: In obliuione eris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos erit Tyro, quasi cāticum meretricis.
8 Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit.
9 Et erit post septuaginta annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ.
10 Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius sanctificatæ Domino:
11 non condentur, neque reponentur:
12 quia his, qui habitauerint coram Domino,
13 erit negotiatio eius,
14 vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

SVMMA CAPITIS.



N hoc capite vigesimotertio, quod est vltimum secundæ partis suæ prophetiæ, denunciat Isaias vltimū onus ex his, quæ contra exteras nationes persequentes crudeliter filios Israel supradiximus illum denunciare. Loquitur autem onus istud contra Tyrum, cuius ciuitatis Dominus meminit in Euangelio, cum exprobrans incrudelitatē, et duritiam cordis Chorozaim, & Bethsaidæ inquit. [Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te olim in cilicio, & in cinere pœnitentiam egissent.] Igitur circa euersionem Tyri tria denunciat Isaias. Primò destructionem nauium, quæ non paucæ erant apud habitatores, Tyri, de quo ibi: [Vlulate naues.] Secundò prædicit communem dolorem Sidonis, & Aegypti, atque insularum adiacentium qui plorauerunt simul Tyri destructionem, de quo ab illo versiculo: [Tacete qui habitatis in insula, &c.] Tertiò vaticinatur, habitatores Tyri in captiuitatem per regem Assyriorum esse ducendos; de quo ab illo versiculo: [Transi terram tuam, &c.] Quartò eos consolatur, futuram post septuaginta annos eorum libertatem prædicendo ab illo versiculo: [Et erit post septuaginta annos, &c.] vsque ad finem capitis.

COM-

COMMENTARIVM.

1 NVS Tyri. Vlulate
naues maris: quia
vastata est domus,
vnde venire consue-
uerant: de terra Ce-
thim reuelatum est eis.] Tyrus He
braicè dicitur Zor, estq. vicina
Iudææ sita ad Aquilonē versus Oc-
cidentem. Deseruiebat antiquitus
in multis terræ Iudæorum, & neces
saria ad communem hominum vi-
ctum subministrabat. Vnde Hyram
rex Tyri fœdus iniuit cum Salomo-
ne, prouidebatq. abundanter ei li-
gna, & alia necessaria ad constru-
ctionem templi, vt constat ex lib.
4.Reg.5 3. Regum capite quinto, & ex lib.
1. Esdræ capite tertio. Deuastata
igitur Hierusalem, expugnatur e-
tiam Tyrus propter luxuriam,
vt cum domina sua lugeat, & om-
nibus manifestum fiat, nihil esse in
mundo stabile, nihil firmum, nihil
sub sole perpetuum. Vbi Babylon?
Vbi Moab? Vbi Damascus? Vbi Du
ma? Vbi reges, & principes quondā
Eccls. 1 opulēti? [Vanitas vanitatum, dixit
Ecclesiastes, vanitas vanitatum, &
omnia vanitas.] Alloquitur autem
Propheta, & inuitat circumuecinas
ciuitates, vt deplorent Tyrum. Et
primò sermonem dirigit ad naues,
& insensibilia ligna, vt lugeant ex-
cidium Tyri: quoniam deinceps in
nauibus non nauigabunt habitato-
res Tyri ad asportādum merces de
terra longinqua, & negotiandum,
sicut consueuerant. Et si nosse de-
sideras, quis nam ciuitatem tām
gloriosam expugnaturus sit. [de ter
ra Cethim, inquit, reuelatū est eis.]
Quoniā Nabuchodonosor Tyrum
per terram, & mare aggressus est;
vsus Græcorum subsidio. Habitato-
res Cethim, ij sunt insulani, Græci,
Macedones. [Profuit Tyro,] inquit
Hieronymus, [naues interire pere- Hieron.
grinas, vt cogatur operari terram
suam, de qua in prouerbijs dicitur.
Qui operatur terram suam, satura- *Pro.12.*
bitur panibus, vt nequaquam de
incerto fluctuum naufragorumque
discrimine, sed operis sui viuat fru-
gibus, de quibus in Psalmis ad iu-
stum canitur. Labores manuum *Ps.127.*
tuarum manducabis.] Hinc etim
discamus nos ex malis huius sæcu-
li, negociatione contempta opera-
ri terram nostram, & in illa gradū
stabilem figamus, immo ad cælestia
properantes seminemus cum lacry
mis, quæ postea in fine sæculi cum
exultatione metamus: nec diliga-
mus naues, vel negociationes in
aquis multis, ne fortè subijciamur
potestati draconis, qui dominatur
in mari. Attendamus ad ea, quæ
de negociatoribus maris subiungit
Propheta.

2 [Tacete qui habitatis in in-
sula: negociatores Sidonis trāsfre-
tantes mare, repleuerunt te. In
aquis multis semen Nili, messis flu
minis fruges eius: & facta est nego
ciatio gentium.] Per insulam qui-
dam intelligunt Tyrum, alij vero
Cyprum, quæ illi proxima est. Vici-
nas enim regiones, quæ magna co-
mercia habebant cum Tyro tacere
iubet, insinuans finē gaudij, & exul
tationis suæ aduenire, & excidium
Tyri, quod in silētium, & stuporem
omnes

omnes adducet. Et vt augeat luctũ, & dolorem, reuocat in memoriam felicitatem præteritam: gaudebant enim omnes negociatores in Tyro, & merces suas illuc asportabãt, vt constat ex cap. 27. Ezechielis, vbi contra Tyrum loquens ait: [Carthaginenses negociatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboq. repleuerunt nundinas tuas. Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institutores tui, mancipia, & vasa ærea aduexerũt populo tuo. De domo Thogorma, equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum. Filij Dedan negociatores tui: insulæ multæ negociatio manus tuæ: dentes eburneos, & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. Syrus negociator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpurã, & scutulata, & byssum, & sericũ, & chodchod posuerunt in mercatu tuo. Iuda, & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerũt in nundinis tuis, &c.] Ex quo manifestè constat, maximam apud eam negociationem fuisse, ad quam conueniebant vndique asportantes mercimonia, nonsolum per mare, sed etiam per flumina, & potissimè per Nilũ, in quo nauigãtes Ægyptij fruges suas portabant in Tyrum.

Eze. 27

3 [Erubesce Sidon: ait enim mare; fortitudo maris dicens: non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum produxi virgines.] Fingit propheta loquẽtem Tyrum, quam vocat mare, & fortitudinem maris, quoniam fortissima erat inter omnes maritimas ciuitates, & ab alienigenis, & negociatoribus maximè frequẽtata. Conqueritur autem Sidoni ciuitati proximæ, eam vt secum erubescat, adhortans. Sidon namque nõnihil spei posueruat in Tyro, qua deuasta spes Sidonis omnino frustrata est. Ait ergo: [Erubesce Sidon, &c.] Ac si apertius dicat. Ecce ego presidium, & omnis spes tua perij, & facta sum quasi mulier, quæ non parit, neque educat iuuenes, & virgines, significans hac phrasi, & modo loquendi, se inermem esse, ac destitutam populo ad defendẽdum se, quasi numquam filios peperisset, & eos, quos genuit alere non posset, neque nutrire. Per filios, & filias, ciuitates illas, & regiones intelligit, quas suis negociationibus Tyrus ditauit: & quoniam in illis nullum refugium, neque auxilium inuenit, ideo in tanta calamitate constituta erubescit, & Sidonem, vt secum erubescat alloquitur, fortassis eo quod merces, quas in Tyro reposuerat Sidon, ab hostibus ingruentibus fuerunt sublatæ. Quasi dicat: Erubesce coram tuis creditoribus, sicut erubescere solent negociatores, cum surripiuntur à latronibus eorum merces, aut naufragio pereunt. Moralem huius loci interpretationem valde notandam inuenies apud beatum Gregorium lib. 3. pastoralis curæ admonitione 29. Vbi per mare, vitam sæcularium intelligit, in hoc mundo fluctuantium: per Sidonem autem spirituales viros, & religiosos, qui quasi muniti, stabiles, & firmi videtur. Sed multoties isti ex comparatione sæcularium remanent confusi, quoniam meretrices, & peccatores præcedunt eos in regno Dei. Non recipiũt Christum filij Israel, qui gloriabantur se populum Dei electũ esse, & patrẽ habere Abrahã,

Moralis expositio

sed

sed potiùs eijcientes illum extra ciuitatem occiderunt, & ecce mulier Chananæa alienigena, & gentilis Christum illam repellentem sequitur, & Dominum, ac filium Dauid confitetur. Multi in terra sanctorum iniqua operantur, & fratribus suis opprobrio sunt, & scandalo, [& ecce vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo.] Gentilis, & in terra Hus inter peruersos cohabitans, Christianos, & nutritos lacte Euangelicæ doctrinæ facit erubescere. Quisquis enim innocentiam, rectitudinem, & patientiam sancti Iob rectè considerat, confusione statim, & rubore perfunditur, sciens quoniam ad illius perfectionem non pertingit? Ideò Scriptura sacra gentilium exempla nobis proponit, vt qui ad sequendum Christi vestigia non mouemur, ex eorum collatione confundamur. Vnde & Saluator noster Iudæos incredulos reprehendens ait: [Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plusquam Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic.] Vide circa hoc quæ notauimus supra cap. 1. num. 14.

Iob 1.

Mat. 12

4 [Cum auditum fuerit in Aegypto, dolebunt, cum audierint de Tyro: Transite maria, vlulate qui habitatis in insula: nunquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc super Tyrum quõdam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ?] Denuntiat dolorem Tyri communem esse futurum alijs ciuitatibus, & regionibus, quæ cum mercibus venire consueuerant ad eam, inter quas connumerat Aegyptum. Sicut enim Sidon excidium Tyri deplorauit, propter perditas merces suas, ita ob eandem causam contristatur Aegyptus, & dolet, audita illius ciuitatis ruina. Consimiliter dolent mercatores insulani, & obstupescunt. Quibus omnibus, quasi per irrisionem dicit Propheta: Ecce ne hæc est illa omni genere lætitiæ exultans ciuitas, quæ in antiquitate gloriabatur, ad quam omnes confluebant? En ipsa nunc pedibus suis peregrinari cogitur, & oblita suæ teneritudinis, in terras longinquas discalceata procedit. Quis cogitauit hoc? Quis consuluit? Apud homines quidem impossibile videbatur delendam fore aliquando Tyrum, quę tanta potentia floruit, vt principibus pares essent mercatores, & institores, qui non pretiosas, sed communes emunt merces, sed [Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ.] Ex quo manifestè patet, non fortuitas existimandas esse tantarum ciuitatum subuersiones, sed consulto, & admirabili consilio Dei euenire, vt omnis humana superbia confundatur, & discant diuites non sperare in incerto diuitiarum, sed in solo Deo suam beatitudinem constituant. † Hinc etiam collige, speciali prouidentia Deum permittere, occultũ superbum in aliquod manifestũ, & ignominio-

miniosum peccatum incidere, vt humiliatus resurgat, qui iã superbiendo ceciderat. Ait enim August. [Audeo dicere, superbis esse vtile cadere in aliquod apertum, manifestumq; peccatum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placẽdo ceciderant.] Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando fleuit, quàm sibi complacuit, quãdo præsumpsit. Hoc dicit & sacer Psalmus: [Imple facies corũ ignominia, & quærent nomen tuum Domine,] id est, vt tu eis placeas, quærentibus nomen tuum, qui sibi placuerãt, quærendo suum. Et libro de natura, & gratia contra superbiam Pelagianorum loquens, ait: [Cætera vitia tantum in malefactis valent; sola autem superbia etiam in rectè factis cauenda est.] Vnde admonentur illi, ne dona Dei suæ potestati tribuendo, seseq; extollendo grauiùs pereant, quàm si nil operarentur boni, quibus dicitur: [Cum timore, & tremore vestram ipsorum salutem operamini.] Deus enim est, qui operatur in nobis & velle, & operari pro bona voluntate. Quare ergo cum timore, & tremore, & non potiùs cum securitate, si Deus operatur, nisi quia propter voluntatem nostram, sine qua benè non possumus operari, citò potest subrepere animo humano, vt quòd bene operatur, suum tantummodò existimet, & dicat in abundantia sua, non mouebor in æternum. Ideò qui in voluntate sua præstiterat decori eius virtutem, auertit paululum faciem suam, vt qui hoc dixerat, fieret conturbatus, quoniã ipse est ille tumor sanandus doloribus. Non itaque dicitur homini: Necesse est peccare, ne pecces, sed dicitur homini, Deserit aliquãtum Deus, vnde superbis, vt scias non tuum, sed eius esse, & discas superbus non esse. *

Aug. 14. de ciuit. Dei c. 13. to. 5.

Mat. 26

Ps. 82.

Aug. lib. de nat. & grat. cap. 27. to. 7.

Philip. 2

Ps. 26.

5 [Transi terram tuam, quasi flumen filia maris, non est cingulum vltra tibi. Manum suam extendit super mare, cõturbauit regna.] Verba sunt Domini, Tyrum per prophetam alloquentis, ac si dicat: O Tyre statim pertransi terram tuam eo impetu, quo solet fluuius obediens Deo ad mare properare, vbi inter aquas multas euanescit, & memoria illius nõ inuenitur amplius nec vestigium; sic enim peribit gloria tua. Familiaris autem consuetudo est in Scriptura, transitum populorum flumini comparare, vt notauimus cap. 2. num. 6. Sequitur: [Non est cingulum vltra tibi.] Reddit rationem, propter quam tanta celeritate cogit Tyrũ exire de terra sua, quia videlicet non est cingulum reliquum, id est, non inuenies in Tyro, quod vilissimi institores ostiatim vendere consueuerũt, vt sunt zonę, quibus pueri præcinguntur. Vel sic: [Non est cingulum, id est, omni robore destituta es, & auxilio; inermem te reperiet, & imparatam inimicus ad te deuastandum aduenieus. Solet enim in Scriptura per cingulũ, robur designari, iuxta illud, quod dicit Psalmista: [Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.] Et præcincti dicuntur, qui præparati sunt ad aliquid faciendum. Vnde Dominus in Euangelio, desiderans nos in die iudicij inuenire paratos, inquit: [Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur

Ps. 92.

Luc. 12.

tur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.] Sequitur: [Manum suam extendit super mare, & conturbauit regna.] Sensus est. Noli resistere, nec contradicere, ò Tyre, consilio Domini, nec Regi Babylonis contra te venienti; quoniam non ipse, sed Dominus per illum extendit contra te manum suam. Dominus per illum conturbauit regna, à Dan, vsque Bersabee, & omnia regna Chanaan. Ipse Dominus dixit, & præcepit, vt te etiam debellaret. Et hoc est, quod subditur: [Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt contereret fortes eius, & dixit: Nō adijcies vltra, vt glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidonis.] Sed obserua, quod illud aduerbium, vltra. non significat perpetuitatem, sed longum tempus, septuaginta videlicet annorum, post quos Dominus misertus est Tyri, vt dicetur infra. [Filia Sydonis] appellatur Tyrus, eo quod à Sidonijs fuerat instructa, [Virgo,] eo quod prius expugnata non fuerit: vel quia tenera erat, & delicata: aut verò, quoniam ob suam pulchritudinem, & speciem, ardentissimè fuerat ab alijs ciuitatibus adamata.

6 [In Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi. Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit, Assur fundauit eā: in captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderūt domos eius, posuerunt eam in ruinam.] Denunciat per varias regiones captiuos esse ducendos habitatores Tyri. Et primò ad insulam Cethim, quam nonnulli ad Cypros, alij verò ad Macedones pertinere volunt: deinde ad Assyrios, & Chaldæos, vt non habeant certum locum ad manendum. Sequitur: [Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra.] Appellatur Tyrus fortitudo nauium, propter numerum mercatorum, qui ex omnibus regionibus conueniebant ad illam. Sicut ergo in vastitate Ægypti vlulauerunt aquæ, & contristati sunt piscatores, vt in regione illa, quę aquis erat felicissima, signum excidij certissimum totius regni esset, eorū ruina: ita in Tyro, quę mercibus abūdabat, asportatis per mare de terris longinquis, naues, & mare vlulare præcipiuntur: vt ex eorum luctu, & tristitia, deuastatio magna superbæ ciuitatis colligatur.

7 [Et erit in die illa: in obliuione eris ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos erit Tyro, quasi canticum meretricis.] Nunc iam incipit propheta Tyrijs prospera nunciare: ostendit enim tempus calamitatis ipsius finem tandem esse habiturum, videlicet post septuaginta annos, quibus Iudæi in Babylone fuerunt captiui. Dicuntur autē septuaginta anni dies vnius regis, eo quod longiori tempore, vt plurimum regnare non soleāt principes, imo neque superuiuere. Vnde, & philosophi decimum septennarium annorum vitæ humanæ valde periculosum, & fatalem esse iudicauerunt. Iuxta quod & scriptum est: [Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis: Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.] Hebræi per vnum regem, Dauid intelligunt, qui septuaginta annis superuixit. Alij Nabuchodonosor, & filios eius, tanquam vnum regem accipiunt, quorum imperium septuaginta

Ps. 89.

2. Reg. 5

Kk annis

annis durauit. Transactis ergo septuaginta annis, erit Tyro, quasi canticum meretricis. Supra Tyrum comparauit propheta virgini, cum nondum esset expugnata, nec labores experta, aut in captiuitatem ducta, quoniam speciosa ciuitas erat valde, & omnibus grata: nunc verò meretrici confertur, eo quod in captiuitatem ducta decorem suum, & honorem amiserit, & omnibus gentibus facta fuerit despicabilis. Denique obserua in hoc loco Dei misericordiam, & clementiam, qui nunquam in hoc sæculo contra peccatores sic irascitur, vt misericordiæ obliuiscatur. Ciuitas Tyri nullum terminum imposuit delictis, quibus Deum ad iracundiam prouocauit, sed peccata peccatis addendo in dies proficiebat in peius. Et ecce misericors Dominus, & benignus, terminum septuaginta annorum captiuitati superbæ ciuitatis imponit, vltra quem non progrediatur vlterius. Vlciscitur peccata parentum in filios, non quidem in æternum, sed vsque in tertiam, & quartam generationem: at [misericordia eius à progenie, & in progenies, timentibus eum.] Vt enim verbis vtar Origenis: [Misericordiam Dei, nō in vna generatione, sed in sempiternum extenditur à generatione in generationem.

Exo.20 *Luc.1.* Origen.

8 [Sume citharā, circue ciuitatē meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticū, vt memoria tui sit.] Cupiditas pecuniarū, quæ negotiationibus multis p fas, & nefas acquiruntur, concupiscentiæ carnis, & quęstui meretricio nō immerito comparatur, quoniam non minus vnum, quam aliud homines dementat. Propter quod sanctus Paulus, auaritiam idolorum seruitutem esse dixit. Cū ergo Tyrus, quæ propter diuitiarum abundantiam prius apud omnes nationes fuerat gloriosa, despicabilis postmodum toto tempore captiuitatis facta esset, atque abiecta, & obliuioni tradita: nunc iam illam alloquens denuntiat propheta, suis negotiationibus, atque Industria, post septuaginta annos captiuitatis ad splendorem pristinum reducendam esse. Ait ergo: [Sume citharā meretrix: idest sumes. Bene cane,] idest ad modum meretricis dulciter canes, & suauiter, vt ad te gentes allicias, & mercatoribus de regionibus lōginquis attrahas spe lucri & tuis negotiationibus te, sicut fuisti olim, facias memorabilē. Ecce mercaturæ rei meretricię cōparantur, propter maximam similitudinem, quam inordinatus appetitus diuitiarum habet cum cōcupiscentia carnis. Vnde mercatores, & negotiatores fornicatores dicūtur, & negotiatio ipsa fornicatio appellatur: subditur enim.

9 [Et erit post septuaginta annos visitabit Dominus Tyrū, & reducet eā ad mercedes suas: & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciē terræ.] Igitur per citharam, & suauem cantū intelligit fraudes mercatorias, versutias, illecebras, blanditias, & mēdacia, quibus negotiatores decipiunt pauperes simplices, vt eorum substantiam deuorent. Ideo propheta futurum esse inquit, vt Tyrus leui melodia aures demulceat, & multiplicet carmina, idest fraudes fraudibus adiungat, illecebras addat illecebris, & fallacias fallacijs, vt in sui memoriā, & amorem alios excitet, & inflāmet eisdem

dem artibus, quibus eos antea vulnerauerat. Denique sicut vetula meretrix, atque deformis rationes excogitat, & varia media, quibus redeat facilius in hominum gratiã, vestitu, ornatu, fuco, & varijs coloribus, ammissam longa ætate pulchritudinem reparando: ita & Tyrus sese ornauit, & depinxit, vt vel sic ad eam conuenientibus grata esset. Quod si erga impios, & deceptores tàm misericordem se exhibet Dominus, & benignum, qualis erga eos futurus est, quos adoptauit in filios?

Simile.

10 [Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius sanctificatæ Dño: non recondentur, neque reponẽtur: quia his, qui habitauerint corã Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatẽ, & vestiantur vsque ad vetustatẽ.] Sicut ante captiuitatẽ deseruierunt Tyrij populo Israel. vt dictũ est num. 2. ita, inquit, postmodum erunt obsequẽtes populo Dei diuitijs acquisitis negotiationibus suis, atque illis, qui habitant coram Domino, vt laudent eum. Quinque nãque de eiusmodi diuitijs prædicit propheta.

1 [Erunt sanctificatæ Domino.
2 Non recondentur, neque reponentur.
3 His qui habitauerint coram Domino deseruient.]
4 Erunt pauperibus, [vt manducẽt in saturitatem.
5 Deseruient illis, [vt vestiantur vsque ad vetustatem.

Talis enim debet esse vsus diuitiarum, vt primum sanctificentur Domino, & in cultum illius offerãtur, sicut obtulerunt illi, de quibus scriptum est: [Egressaq; omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulerunt mente promptissima, atque deuota primitias Dño, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quidquid ad cultũ, & ad vestes sanctas necessariũ erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, & inaures, annulos, & dextralia, omne vas aureum in donaria Domini separatum est. Si quis habebat hiacynthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, byssum, & pilos caprarum, pelles arietum, rubricatas, & ianthinas, argenti, ærisque metalla obtulerunt Domino, lignaq; Setim in varios vsus. Sed & mulieres doctæ, quę nouerãt, dederunt hiacynthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum, & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale, & rationale, aromataq; & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum. Omnes viri, & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera, quæ iusserat Dominus per manum Moysi.] Ecce qualiter omnes, quæ apud se habebant, offerebant Domino vnusquisque iuxta facultatem suam. Qui multas habebat diuitias tribuebat abundanter, & qui exiguum, etiam exiguum dicabat Domino. Hinc & fideles ex optimis terræ frugibus decimas, & primitias, & alias oblationes, iuxta consuetudinem communiter receptam offerunt Deo. Sed cauendum est maximè, ne diuites huius sæculi ex substantia pauperũ acquirãt iniustè, quæ postea in cultum templi offerre desiderant. Talis enim oblatio non est accepta,

Exo. 35

sed execrabilis Domino, vt multis locis Scripturę comprobauimus ca pite 1. num 40.

11 [Non recondentur, inquit, neque reponentur.] Quoniam diuitiæ non sunt abscondendæ à pauperibus, neque accumulãdæ, aut conseruãdæ ad augendum statũ, & multo minus reponẽdę apud vsurarios, vt modis illicitis multiplicẽtur. Si enim seruus ille infidelis, & nequã reprehensus est acriter, eo quod pe-
Luc.19. cuniam Domini sui habuit repositam in Sudario, quanta confusione digni erunt, qui absque vllo termino bona temporalia thesaurizant, & ignorant cui congregabunt ea? Audi quid de his per similitudinem dixerit Dominus in Euãgelio. [Ho-
Luc.12. minis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens: quid faciam, quia non habeo quo congregẽ fructus meos? Et dixit: hoc faciam, destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ: anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.] Expende vanam hominis sollicitudinem. Horrea quærit maiora, in quibus recõdat, congreget sua & reponat in multos annos, & non recogitat miser, quia non sunt multi anni, sed nec dies vitæ eius: neque aduertit bona temporalia non esse recondenda, aut reponenda, sed spargenda, & distribuenda
Galat.6 pauperibus: [Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.] Vide Chrysost. homil. 34. & 55. in Genes. to. 1.

12 [Quia his, qui habitauerint coram Domino erit negociatio eius.] Reddit rationẽ, propter quam bona, quæ suis negociationibus acquirent habitatores Tyri, nõ recondentur, nec reponentur: quia videlicet liberaliter ea distribuent illis, qui habitant coram Domino, & laudant eum, vt sustententur ministri eius. Hoc titulo offeruntur Ecclesię à fidelibus decimæ, hoc titulo debentur, vt latissimè probat Sanctus Thom. 2. 2. q. 86. & 87. Primò, quoniã ad ius naturale pertinet, vt homo ex rebus sibi datis à Deo aliquid exhibeat ad honorem illius, & cultum, in signũ subiectionis, & seruitutis, & vt vel sic fateatur, & protestetur, quoniam Dominus vniuer *2. Mac.*
sorum ipse est. Vnde cum populus *4.*
Israel corde toto offerret Domino ad ędificationẽ templi ea, quę spontè promiserat: [Lætatus est Dauid *1. Par.*
rex gaudio magno. Et benedixit Do *26.*
mino corã vniuersa multitudine, & ait: Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab æterno in æternũ. Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atq; victoria, tibi laus: cuncta enim, quæ in cælo sunt, & in terra tua sunt: tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes, tuæ diuitiæ, & tua est gloria: tu dominaris omnium, in manu tua virtus, & potentia; in manu tua magnitudo, & imperium omnium. Nunc igitur Deus noster cõfitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum. Quis ego, & quis populus meus, vt possimus hæc tibi vniuersa promittere? Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.] Hinc & Dominus loquẽs per Moysen ad populũ suum, quem eduxit de captiuitate Aegypti, & in terram promissionis introduxit, ait:

Deut. 26. ait: [Tolles de cũctis frugibus tuis primitias, accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum. Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quod ingressus sum terram, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis.] Secundò, quia etiam ratio naturalis dictat, vt eis, qui ad salutem totius populi ministrant cultui diuino, populus similiter necessaria ad victum, & vestitum subministret: sicut & illis, qui communi vtilitati inuigilant, videlicet principibus, & militibus, atque alijs eiusmodi, stipendia victus debentur à populo. Vnde & Apostolus hoc probat 1. ad Corinthios 9. per humanas consuetudines dicens: [Quis militat suis stipendijs vnquam? Aut quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non mãducat? Numquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt. Quoniam debet in spe qui arat, arare: & qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metam'?]

S.Th. opuscul. 19. cap. 7. Quibus verbis (inquit S. Thomas) concludit Paulus, [quod poterant Apostoli tẽporalia accipere ab eis, quibus prædicabant, quia eis spiritualia seminabant, quia qui dat magna, non est mirum si accipiat parua.] Vnde ad Rom. 15. loquens de

Rom. 15 collectis, quæ fiebãt in sanctos, hoc est ad Christianorum pauperum sustentationem, qui Deo erant dicati, ait: [Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualiũ eorum participes facti sunt gentiles: debẽt & in carnalibns ministrare illis.] Præterea etiam Saluator mundi discipulis missis ad prædicandũ dicit. [In eadem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.] Ex quo patet, quod prædicatori, quasi merces debetur victus ab his, quib' prædicat. Quod etiam confirmat illud, quod Dominus per Malachiã dixit: [Inferte omnẽ decimationem in horreũ meũ, vt sit cibus in domo mea.] Malac. 3. Luc. 10.

Hic ergo locus Isaiæ, & alia in confirmationem eius adducta, cõdemnat apertè vesaniam eorum, & errorẽ, qui omnibus religionibus detrahebant, & specialiter fratribus mendicãtibus, eo quod orationi insistentes, & sacrorum librorum lectioni, atq; alijs spiritualibus exercitijs ex eleemosynis populi sustentabantur, ac subinde religiosorum mendicãtium statum damnandum esse procaciter affirmabant. Huius erroris primi auctores fuerunt duo magistri Parisien. tempore B. Ludouici regis Francorum. vnus illorũ appellabatur Sigerius, alter vero Vuillelmus de sancto Amore. Contra istos, & eorum sequaces, Sanctus Thomas se opposuit, velut turris validissima, & fortissimum religionum omnium propugnaculum, scribens circa hoc opusculum 19. approbatum postea à Clemente Quarto, in cuius opusculi cap. 7. probat latissimè oppositum eius, quod illi duo magistri Parisienses docuerunt.

tur dare, reuera autē nō sua dat, sed alterius tollit. Nā videtur quidē necessitati succurrere, reuera autem in maiorē mittit necessitatem. De vno vinculo soluit, & multis vinculis alligat. Et nō propter iustitiam Dei, sed propter proprium lucrum. Similis enim est pecunia vsuraria aspidis morsui. Sicut enim

Simile. qui ab aspide percutitur, quasi delectatus vadit in somnū, & sic per suauitatem soporis moritur: sic & qui accipit sub vsuris pro tempore delectatur, quasi qui beneficiū accipit, & sic per suauitatē beneficij nō sentit, quomodo captiuus efficitur. Nā sicut venenum aspidis latenter per omnia mēbra discurrit, & corrumpit: sic vsura per totas facultates eius discurrit, & conuertit eas in debitum. Sicut enim fermentum modicum, quod mittitur in multā farinam, totā consperſionem corrūpit, & trahit illā, & facit illam totā fermentum: sic cū vsura in domum alicuius intrauerit, totam substantiam eius ad se trahit, & conuertit in debitum.] Lege circa hæc eundem Chrysost. hom. 24. in Ioan. col. 4. to. 2. & homil. 32. super primam epistolam ad Corinth. col. 7.

14 [Vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.] Ecce qualis eleemosyna, quæ fit à diuitibus huius sæculi pauperibus Christi esse debeat, quam liberalis & larga, quam abundans & affluens, vt sit pauperibus in saturitatē, & vestiātur vsque ad vetustatē, idest in omni vita sua, vt explicat glosa interlinearis. [Quod

Luc. 11 superest date eleemosynam.] inquit Christus Dn̄s in Euangelio. Nō ait date parumper ex illis, quæ vobis superfluunt: nec ait date famelico miseram bucellam panis, quam vix dentibus contrectare valet, sed inquit, quod superest date eleemosynam. Totum, quod superest, date, date affluēter, & in saturitatem, vt pauper famelicus impleatur. [Non onerosa sūt præcepta, inquit Chrysost. ea quę pereunt, quæ à vermibus arroduntur, quæ absque vsu, & frustrà consumuntur, hæc dispensa, vt tibi fiant vtilia, vt & detrimenti damnū effugias, & ex ipsis lucrum maximum tibi pares. Excellentis enim, & magnæ inhumanitatis est, post tot spirituales admonitiones arculis, & muris includere superflua, & nō illis subleuare proximorum inopiā, sed sinere à rubigine, & tinea potius corrūpi, & propter illa supplicijs potius plecti, quam dignā pro eis remunerationem accipere.] Hinc & Tobias abundantem misericordiā filio suo cōmendans, ait: [Ex substantia tua fac eleemosynā, & noli auertere faciem tuā ab vllo paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multū tibi fuerit abundanter tribue, si exiguū tibi fuerit, etiā exiguū libenter impertiri stude.] Nō sit ergo diues parcus in distribuendo, sed imitetur illum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione. Igitur habitatores Tyri tam liberaliter, & abundāter populo Dei ministrabant necessaria, vt esset illis eorum misericordia in saturitatē. Propter quod Propheta regius filias Tyri eorum animas esse dixit, quæ abundanter in pauperes misericordiam exhibent; quoniā Tyriorum liberalitatem, & pietatem imitantur. Ait enim: [Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabun-

Chry. ho. 35. super Gen. to. 1

Tob. 4.

tur,omnes diuites plebis.] Adorāt Christum in muneribus, qui misericordes sunt in pauperes: vultum illius venerantur, qui egenis vsque ad saturitatem tribuunt. Vnde Augustinus ait: [Modò venit rex, & ipse munera vult. Quæ munera? Eleemosynas. Ipse est enim iudicaturus, & munera imputabit quibusdam. Venite, inquit, percipite regnum, quoniam esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Hæc sunt munera, in quibus adorant filiæ Tyri regem, qui dicit: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et quæ sunt filiæ Tyri, & quomodo adorabunt eum in muneribus, planius voluit dicere, cum subiunxit: Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Hæ filiæ Tyri adorantes in muneribus, diuites sunt plebis, quos ille alloquitur amicus sponsi, Præcipe diuitibus huius sæculi non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter. Diuites sunt in operibus bonis, facile tribuant, communicent, adorent in muneribus; sed non perdant, securi ponant, vbi semper inueniāt.] †Perdunt pecunias suas, imò & cōtra seipsos conuertunt, qui superflua reseruant in crastinū, nec pauperibus tribuunt, quibus nimirum illud eueniet, quod filijs Israel māna de cælo missum, contrà præceptum Domini in crastinum reseruantibus, accidit intonante præcepto Domini: [Nullus relinquat ex eo in mane: non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & scatere cœpit vermibus, atque computruit. Quo significatur in vermem conscientias impiorum corrodentem conuertendas esse diuitias superfluas, quæ non pauperibus erogātur, sed auaritiæ impietate quadam, atque infidelitate reseruantur. Vnde Gregorius Nyssenus: [Quod verò siquis stulta cupiditate deponendi quicquam ex illo cibo in crastinū deposuerit, totum in vermes commutatum fuisse dicitur; quasi tuba quadam ea re historia intonuit omne, quod vltra indigentiam mente auara conseruatur in sequenti die, in futuro videlicet sæculo, in vermes aduersus eos, qui conseruarūt, commutatur. Ita per hunc vermem illum ego immortalem vermem intelligo, qui plus habendi cupiditate viuificatur. Die autem Sabbati solum illæsum quod deponebatur permanebat. Qua ex re tunc hac deponendi superfluitate prouida mente vtendum docemur, quando ipsum depositum corruptionem pati non potest. Id enim post huius vitę parasceuen in quiete, quæ post mortem est, vtilissimū erit, dies namque ante sabbatum parasceue, id est præparatio ad Sabbatum & est, & appellatur. Hæc verò præparationis dies hæc vita est, in qua præparamus quæ ad futuram vitam nobis præsto erunt; nam in illo non agricultura, non mercatura, non militia, non quicquam horum quæ hic facimus cōcedetur, sed in quiete omnium quæ hic agimus, ac cessatione versabimur fructus, duntaxat operum quæ hic seminauimus, colligentes, fructus iucundissimos quidem, si huius vitæ semina bona erāt, amaros autem atque perniciosos, secundum quod hæc agricultura nobis produxit, nam qui in spiritu seminat, inquit, vitam æternam ex spiritu metet, qui in carne seminat,

Aug. sup. psal. 44. tom. 8.

1. Tim. 8

Exo. 16

Gregor. Nyss. in enarrat. vitę Moysi, siue de vita perfecta, post medium.

nat, corruptionem ex carne metet. Præparatio igitur, quæ ad melius est sola, propriè parasceue nominatur, & ità nomen eius à lege constituitur, cuius depositum corruptio est. Quamuis autem hæc prophetia Isaiæ partim fuerit adimpleta ab habitatoribus Tyri, cum post septuaginta annos captiuitatis redeuntes ad meliorem fortunam, obtulerunt munera tempore Nehemiæ ad reædificationem templi, & sustentationem pauperum; perfectius tamen completa est in aduentu Saluatoris, quando multi ex habitatoribus Tyri ad fidem Christi sunt conuersi. Nam, vt habetur Matth. cap. 6. [Multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem, & maritima,& Tyri, & Sidonis venerat, vt audirent eum, & sanarentur ab infirmitatibus suis.] *Matt.6* Ex quibus credendum est multos postmodum vendidisse omnes facultates suas, & constituisse pretium ante pedes Apostolorum, vt distribueretur inter pauperes, iuxtà illud, quod refertur Actor. 4. [Quotquot possessores agrorum, aut domorum erant vendentes, afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat.]

Finis Libri Secundi.



LIBER

LIBER TERTIVS COMMENTARIORVM IN ISAIAM PROPHETAM.

Auctore

REV. P. MAGISTRO. F. DIDACO ALVAREZ Metimnensi, prouinciæ Hispaniæ, Ord. Prædic. Romæ in Collegio S. Thomæ super Mineruam sacræ Theologiæ professore, & Regente.



DE VNIVERSALI omnium iudicio.



QVONIAM omnia mala pœnæ,& omnes calamitates, quas pro suis delictis homines patiuntur in hoc sæculo, figura quædam sunt, & præsagium eorum,quæ superuenient impijs in iudicio,vt Gregorius dicit reliquum est, vt postquam in duobus libris præcedentibus expendimus cum Isaia mala pœnæ, famem, captiuitatem, vincula, mortes,& alia incommoda,quę Dominus intulit populo suo ob ingratitudinem maximam,& idolatriam, atque decem onera, quæ diuersis gentibus, & nationibus Israel persequentibus comminatus est Deus: nunc iam in hoc tertio libro,de vniuersali, atque de excidio totius orbis sermonem faciamus, & absoluamus tertiam partem comminationum iuxta diuisionem factam in præfatione huius operis pagina 10. num. 17. De hac enim materia agit Isaias in quatuor capitulis sequentibus iuxta communem,& magis receptam explicationem sanctorum Patrum. Omnia verò, quæ circa vniuersale iudicium denunciat Isaias, tria potissima capita reducuntur. Primò enim causam,propter quam vniuersale iudicium est futurum,prædicit.Secundò magnitudinem afflictionis reproborum, & pœnas, quas iustè pro peccatis suis in æternum luent.Tertiò lætitiam magnam,& gloriam electorum,prorumpens eorum nomine in gratiarũ actionem pro beneficijs maximis à Deo acceptis, vt in sequentibus patebit.

CAPVT XXIIII.

1 ECCE Dominus dissipabitt terram,& nudabit eam, &
affliget faciem eius,& disperget habitatores eius. 3 Et
erit sicut populus, sic sacerdos : & sicut seruus, sic do-
minus eius:sicut ancilla,sic domina eius: sicut emens,
sic ille qui vendit : sicut fœnerator, sic is qui mutuum
accipit : sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione
dissipabitur terra, & direptione prædabitur. 4 Domi-
nus enim locutus est verbum hoc. Luxit, & defluxit terra, & infirmata
est : defluit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. 5 Et terra infecta
est ab habitatoribus suis : 6 quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius,
dissipauerunt 7 fœdus sempiternum. 8 Propter hoc maledictio vorabit
terram, & peccabunt habitatores eius : ideoq. insanient cultores eius,&
relinquentur homines pauci. 9 Luxit vindemia, infirmata est vitis,inge-
muerunt omnes qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum,
quieuit sonitus lætantium,conticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non
bibent vinum : amara erit potio bibentibus illam. 10 Attrita est ciuitas
vanitatis, clausa est omnibus domus nullo introeunte. 11 Clamor erit
super vino in plateis : deserta est omnis lætitia : translatum est gaudium
terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia
hæc erunt in medio terræ, in medio populorum : 12 quomodo si paucæ
oliuæ, quæ remanserunt excutiantur ex olea : & racemi, cum fuerit fini-
ta vindemia. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt : cum glori-
ficatus fuerit Dominus, 13 hinnient de mari. 14 Propter hoc in doctrinis
glorificate Dominum : in insulis maris nomen Domini Dei Israel. A fi-
nibus terræ laudes audiuimus,gloriam iusti. Et dixi. 15 Secretum meum
mihi, secretum meum mihi,væ mihi: 16 præuaricantes præuaricati sunt,
& præuaricatione transgressorum præuaricati sunt. Formido,& fouea,
& laqueus super te, qui habitator es terræ. 17 Et erit : Qui fugerit à vo-
ce formidinis, cadet in foueam : & qui se explicauerit de fouea, tenebi-
tur laqueo : 18. 19 quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutien-
tur fundamenta terræ. 20 Confractione confringetur terra, contritione
conteretur terra, 21 commotione commouebitur terra, agitatione agi-
tabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis:
& grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adijciet vt resurgat. 22
Et erit : In die illa visitabit Dominus super militiam cæli in excelso : &
super reges terræ,qui sunt super terram. 23 Et congregabuntur in con-
gregatione vnius fascis in lacum,& claudentur ibi in carcere: 24.25.26.
27 & post multos dies visitabuntur. 28 Et erubescet Luna,& confunde-
tur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hie-
rusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

SVMMA CAPITIS.


VINQVE prædicit in hoc capite Isaias circa vniuersale iudicium. Primo desolationem, & euersionem, generalem totius orbis, de qua agit in principio capitis. Secundò causam assignat, propter quam in vniuersis creaturis, etiam ratione carentibus, manifestabitur ira Dei in die iræ, illamq. asserit esse peccata hominũ, quæ absque vllo termino multiplicata sunt, & hanc assignat ab illo versiculo: [Et terra infecta est, &c.] Tertiò paucitatem electorum declarat exemplo olearum & racemorum, qui ex vindemia relinquuntur, ibi: [Quomodo si pauca oliuæ.] Quarto inenarrabile electorum gaudium explicat exemplo nauigantium, quorum lætitia, cum perueniunt ad portum, plaudendo manibus, & vociferando, atque alijs signis iucunditatis, exprimitur, de quo agit ibi: [Hinnient de mari, &c.] & ibi: [A finibus terræ, &c.] Quinto reproborum pœnas, atque earum æternitatem denũciat, ibi: [Secretum meum mihi, &c.] vsque ad finem capitis.



COMMENTARIVM.

1 
CCE Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores ei⁹.] Postquam propheta descripsit particularium quarundam ciuitatum desolationem, nunc generalem totius orbis describit interitum. Ac si dicat: Vt quid tanta anxietate, & dolore, vnius regni, vel alterius deploro ruinam? Quid tempus consumo in enumerandis oneribus infidelium nationum, vel excidium ciuitatis sanctæ denunciando? Ecce nunc iam video totius orbis consummationem. Ecce Dominus, qui condidit vniuersa, dissipabit terrã, & euacuabit omni ornatu suo, ita vt nuda prorsus remanere videatur. [Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur:] Sed, vt inquit Petrus. [Adueniet dies Domini, vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur, terra autem, & quę in ipsa sunt opera, exurentur.] In die illa [affliget faciem eius,] hoc est terræ: [Erunt quippe signa in sole, & luna, & stellis, & in terra præssura gentibus arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi.] Et sicut linteum contorqueri solet, aut herba, à qua succus aliquis detrahitur: ita & vniuersus orbis in die iudicij comprimetur, & terra deinceps non germinabit, sed sicca prorsus remanebit, & arida. Et dispergentur habitatores eius, quoniam hœdi tunc separabuntur ab ouibus, vt dictum est cap. 1. num. 7. Septuaginta interpretes sic transferunt istum locum. [Ecce Dominus dissipat orbem terræ totum, & desolabit eum, & reuelabit faciẽ eius, & dis-

Marginal notes: 2. Pet. 3. — Luc. 21 — Simile.

&disseminabit habitantes in eo.] In quibus verbis primo expendẽdum est illud, quod ait propheta: [Orbẽ terræ totum, ex quo manifestè colligitur, hanc prophetiam esse de vniuersali iudicio, atque de totius orbis excidio. Secundò obseruandum, quod in illa die reuelabit Dominus abscõdita tenebrarum, & facies omniũ nudabuntur. Ait enim: [& reuelabit faciem eius.] Nunc enim velatas habent facies suas electi, & reprobi, neque ab occursu faciei dignosci possunt, quia [nemo scit vtrum odio, vel amore dignus habeatur, sed omnia in futurum reseruantur incerta.] Sed tunc auferetur velamen, & filij lucis à filijs tenebrarum discernentur: Iuxta quod Beatus Ioannes ait: [Charissimi nunc filij Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus, quoniam apparuerit, similes ei erimus; quoniã videbimus eum, sicuti est.] Hinc & Apostolus obiurgans illos, qui temerè iudicabant illum ministrum Euangelij sanctiorem illo esse, ac Deo magis acceptũ ait: [Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die; sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum: qui autẽ iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quo adusque veniat Dominus; qui & illuminabit abscõdita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.

Eccls. 9 · *1.Ioan. 3* · *1.Cor. 4*

3 Et erit sicut populus, sic sacerdos, & sicut seruus, sic Dominus eius; sicut ancilla, sic domina eius, sicut emens, sic ille, qui vendit: sicut fœnerator, sic is, qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet.] Ac si apertius dicat.. Nullus, qui inuẽtus fuerit supplicio dignus, relinquetur impunitus in die iudicij, in quo omnis humana felicitas terminabitur, in quo nullus erit personarum respectus, in quo iudicabuntur pariter populus, & sacerdos, seruus, & Dominus, paruus, & magnus, diuites, & pauperes, principes, vulgares. Quia [vnusquisque nostrũ pro se rationẽ reddet Deo.] Quia [omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.] Quia in Christo [non est gentilis, & Iudæus, & circumcisio, præputium, Barbarus, & Scytha, seruus, & liber; sed omnia, & in omnibus Christus. Quia omnis; qui iniuriam facit, recipiet id, quod inique gessit: & non est personarũ acceptio apud Deũ.] Quia [omnis fur iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur.] nec tamen omnes pœnæ dãnatorum futuræ sunt æquales, sed iuxtà mensuram delicti, erit & plagarum modus. Scriptum est enim in Euangelio. [Ille seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non præparauit, & non fecit secundum volũtatem eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna, plagis vapulabit paucis. Et rursus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.] In cuius signum regem Hai suspendit Iosue [in patibulo vsque ad vesperam, & solis occasum. Præcepitque, & deposuerunt cadauer eius de cruce, proieceruntq. in ipso introitu ciuitatis, congesto super eum magno aceruo lapidum qui permanet vsque in præsentem diem.] Vulgus autem indoctum occiditur; quoniã

Rom. 14 · *Colos. 3.* · *Zach. 5.* · *Luc. 12* · *Sap. 6.* · *Iosue. 8*

diui-

diuitibus, & nobilioribus maiora opprobria præparata sunt, & magis ignominiosum iudicium. Notandum est autem, quod, vt designaret propheta, omnem humanam felicitatem, & gloriam, in supplicium æternum esse commutandam, triplici vsus est exemplo. Nam gloria mundi in tribus consistit, videlicet in honoribus, in diuitijs, & in delitijs carnis. Quæ tria ordine præpostero enumerauit Ioannes dicens:
1. Ioan. 2 [Quoniam omne quod est in mundo concupiscẽtia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ] Honores, quibus homines inflari solent, & extolli, ad superbiam vitæ pertinẽt. Diuitiæ autem ad concupiscentiam, sed delitiæ ad cõcupiscentiam carnis spectant. Hæc tria similiter in præsenti commemorat Isaias. Sacerdos enim nomen est dignitatis eximiæ, & honoris, Dominus quoque, & similiter Domina. Vendens autem, & fœnerator, atque pecuniam repetẽs diuites huius sęculi designãt, qui rebus temporalibus abundant: emens vero, & mutuum accipiens significãt illos, qui ad delitias corporales pretium requirunt; sed in iudicio nullum erit inter eos discrimen: quoniam æqualiter omnes iudicabuntur. Nec saluabit sacerdotem sacerdotalis honor, nec dominum dignitas eius, nec fœneratorem eius diuitiæ liberabunt à morte, nec caro, aut eius delitię proderũt quidquam, sed sicut statim subditur. [Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur.]

4 [Dominus enim locutus est verbum hoc: luxit, & defluxit terra, & infirmata est altitudo populi terræ.] Confirmat hanc prophetiã, & corroborat auctoritate Dei loquentis. Si enim alius prædiceret finem mundi esse futurum, quis esset, qui crederet illi? Verum, quia Dominus locutus est verbum hoc, quia decretum est à Deo, vt malum hoc eueniat vniuerso orbi, eueniet vtique. Iussit omnipotens, vt euacuetur terra, euacuabitur ergo: præcepit, vt decidat flos eius, & defluat, & infirmetur altitudo illius; ergo ita fiet sicut Dominus ordinauit. [Defluxit,] inquit, [terra,] vt scias quanta facilitate facturus sit consummationem terræ; ea videlicet, qua foliũ arescit, & defluit ab arbore. Et ne putares de vna, aut altera terræ parte sermonem esse, repetit, [defluxit orbis, &c] vt excidium totius orbis intelligas denunciari, & quidquid honorificum est, & excelsum in terra, infirmandum esse tandem, & finem habiturum.

5 [Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerũt fœdus sempiternum.] Reddit rationem, propter quam viuersus orbis desolatur: quia videlicet corrupta est terra, & infecta ab habitatoribus suis. Infectus est aer, infectus est ignis, & aliæ creaturæ, quibus reprobi abutuntur, & Deum offendunt: ideo puniuntur, & desolantur cum homine; vt non solum in propria persona, sed etiam in omnibus, quæ propter illum creata sunt, peccata eius puniantur. Expende quanta sit malitia, & corruptio peccati, qua non solum anima inficitur, sed etiam terra ipsa corrumpitur, & sterilis efficitur. Scriptum est enim.
[Et infecta est terra in sãguinibus, *Ps. 105.*
& contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuẽtionibus suis.] Et iterum: [Posuit flu *Ps. 106.*
mina in desertum, & exitus aqua-

rum

rum in sitim. Terram fructiferã in salsuginem à malitia inhabitãtium in ea.] Et rursus: [Corrupta est terra coram Deo, & repleta est iniquitate.] Et assignans rationem corruptionis eius subdit: [Omnis quippe caro corruperat viam suam super terram.] *Gen. 6.*

6 [Constituit autem propheta tria genera peccatorum, propter quæ mala futura superuenient vniuerso orbi. Primum genus est peccatorum, quæ contra legem naturalem committuntur. Et hoc designant verba illa: [Transgressi sunt leges.] Et lex naturalis insita nostris pectoribus, quam vt antiquissimam venerari oportebat, & adimplere. Sed transgressores eius, qui contra legem inditam naturæ peccauerunt: per legem naturæ iudicabuntur. Secundum genus peccatorum est cõtra legem scriptam, & positiuam, de qua dicit nunc propheta; quoniam habitatores terræ [mutauerũt ius.] Hoc enim ius mutare tentauerunt Iudæi, cum varios errores legi scriptæ intermiscentes, à Dei cultu, & amore seipsos, & populum auertebant, vt diximus cap. 1. num. 64. Sub hoc genere comprehenduntur omnia peccata contra præcepta cæremonialia, aut constitutiones humanas cõmissa, quæ homines continent in officio, & custodia legis diuinæ. Tertium genus est delictorum, quæ cõtra legem gratiæ committuntur. Dicitur enim lex euangelica. [Fœdus, & sempiternũ fœdus] quidem: quoniam per sanguinem noui testamenti confœderati sumus Deo, & reconciliati; iuxta illud, quod Paulus loquẽs de redẽptore nostro ait: [Quia in ipso complacuit omnem plenitudinẽ inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificãs per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. Sempiternum] autem; quoniam nullum deinceps habitura est finem lex euangelica. Vnde sanctus Paulus ad Hebræos octauo, conferens nouum testamentum cum veteri, ex ipsa ethymologia nominis probat, vetus testamentum aliquando terminandum fore; nouum autem, vtpotè perfectius, esse in æternum stabiliendum. [Nunc, inquit, melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset,] idest si virtutem habuisset ad emundandum à culpa conscientias hominũ, & animam interius renouandam, [non vtique secundi locus inquireretur.] Et post pauca: [Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur, & senescit, prope interitum est.] Et postmodum cap. 10. eiusdem epistolæ subdit: [Aufert primũ, vt sequens statuat,] idest finem imponit legalibus cæremonijs, & priori testamento, scilicet veteri, vt subsequens, idest nouum testamentum stabiliat, & firmet in æternum. Sicut enim sacerdotium Christi æternum est, iuxta illud prophetæ vaticinium. [Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech:] ita & lex gratiæ, quam seipsum offerens suo sanguine firmauit Christus, robur habet sempiternum, quoniam lex, & sacerdotiũ proportionari debet. [Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat.] Vnde vt notauit B. Paulus ideo sub iuramento institutum est sacerdotium

Colos. 1. *Heb. 8.* *Heb. 8.* *Ps. 109.* *Heb. 7.*

tium Christi, vt designaretur firmitas illius, & æternitas. Ait enim: *Heb. 7.* [Et quantum est, non sine iureiurando (alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum, qui dixit ad illum, iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum) in tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus.] Ea nãque communiter iuramento ab hominibus confirmari solent, quæ rata, firma, & indissolubilia esse volunt. Hoc ergo fœdus sempiternum, sanguine agni immaculati firmatum, à Deo institutũ, atque per vnicum filium suum nobis datum, dissipare contendunt homines ingrati, quos propterea *2. Tim. 3* [sine affectione, & absque fœdere,] vocat Apostolus; quoniam fœdus sempiternũ audẽt dissipare. Potest secundo per fœdus sempiternum intelligi charitas, & dilectio; quoniam præceptum dilectionis non est mandatum nouum, sed antiquum, & vinculum sempiternũ, iuxta illud, quod Ioannes ait: *2. Ioan.* [Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribẽs tibi, sed quod habuimus ab initio; vt diligamus alterutrum.] Et iterum: *1. Ioa. 2* [Charissimi, non mandatũ nouum scribo vobis, sed mandatum vetus est verbum, quod audistis.

7 Nec te moueat, quod Christus Dominus mandatum nouum illud appellat, cum ait: *Ioan. 13* [Mandatum nouum do vobis; vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem.] Dicitur enim mandatum nouum, quoniã in noua lege à Christo Domino nouis vinculis, & fortissimis, renouatum est; de quibus ipse ait: [In funiculis Adam traham eos: in vinculis charitatis.] *Osea 11* Et iterum: [In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans.] *Hier. 31* Est etiã præceptum charitatis nouum mandatum; quia corruptum fuerat ab antiquis dicentibus. [Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum:] *Matt. 5* sed redemptor noster illud in lege gratiæ reformauit, & ad purum restituit, cum ait: [Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cælis est; qui solẽ suum oriri facit super bonos, & malos; & pluuit suprr iustos, & iniustos.] Habet emphasim, & vim magnam verbum illud: [Ego autem dico vobis.] Ac si apertius dicat: Si vobis videtur nouum esse mandatum dilectionis inimicorum, durum, & intolerabile, attendite ad eum, qui tale mandatum imposuit, qui illud nouis obligationibus adiectis cõfirmauit. [Ego dico vobis.] Ego Deus, & homo; Ego Deus mandatum hoc olim imposui, cum naturam rationalem condidi in lege naturæ, & postmodum, ne traderetur obliuioni, in lege scripta digito meo in tabulis lapideis exaraui. Ego Deus, & homo in lege gratiæ, idipsum iterum, atque iterum mando vobis. Ego, qui, vt obedirem præcepto Patris, factus sum obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, & sicut ait propheta: [Propter verba labiorum eius, ego custodiui vias duras.] *Ps. 16.* Ego dico vobis, qui, vt charitatis, & dilectionis me in exemplum mũdo exhiberem non solum pro amicis, sed pro inimicis, & me persequẽtibus animam meam posui, & pro trasgressoribus

rogaui

Luc. 23 rogaui dicens : [Pater ignosce il-
lis:quia nesciunt quid faciũt.] Ego
dico vobis,cui omnes creaturæ ir-
rationales,atque insensibiles ad nu
tum obediunt,& propter mãdatum
meum inclinationis propriæ,& na-
turæ obliuiscuntur. Cum vocantur
à me stellæ,dicunt,adsumus:cum
Baruc. 3. ego præcipio , ignis seruos meos
tres pueros existentes in fornace
Dan. 3. nõ comburit: [nec tetigit illos om
nino,nec cõtristauit,nec quidquam
molestiæ intulit ,] sed eos refrige-
rans [incendit , quos reperit iuxta
fornacem de Chaldæis .] Leones ta
melici, & raptores, cũ ego annuo,
in agnos mansuetissimos cõuertun
tur , ad præceptum meum minime
Dan. 3. nocuerunt, seruo meo Danieli mis-
so in lacum.Ego dico vobis, in cu-
ius laudem canit Propheta : [Quo-
Ps.148. niam ipse dixit, & facta sunt, ipse
mandauit , & creata sunt : statuit
ea in æternum, & in sæculum sæcu-
li , præceptum posuit , & non præ-
teribit.] Et iterum:[Ignis,grando,
nix, glacies, spirits procellarum,
quæ faciunt verbum eius:]Ego di-
co vobis , qui sum iudex viuorum,
& mortuorum , qui retribuo vni-
cuique iuxta opera sua sua.Si Chri
stus Dominus, vt obediret præcep-
to Patris custodiuit vias duras, in-
uolutus infantilibus pannis , & po-
situs in præsepio, fugiens in Ægyp-
tum,ieiunans in deserto,prædicans
Euangelium pacis,fatigatus ex iti-
nere, captus in peccatis nostris,fla
gellatus,contumelijs affectus,& ap
pensus in cruce: durum videtur ti-
bi, ò homo, si propter verba labio-
rum Christi vias faciles custodias,
& mandatum eius obserues ? Quid
enim facilius,quam amare?quid na
turæ rationali conformius, quam
diligere ? hoc ergo à te petit Chri-
stus; hoc est eius præceptum, & nõ
aliud : nam , vt Paulus ait : [Non
adulterabis : non occides : non fu- Rom.13
raberis : non falsum testimonium
dices : non concupisces: & si quod
est aliud mandatum , in hoc verbo
instauratur. Diliges proximũ tuum
sicut teipsum.Dilectio proximi ma
lum non operatur . Plenitudo ergo
legis est dilectio.] Ego dico vobis,
ego præcipio . His solis verbis mo-
uit Absalon seruos suos,vt fratrem
suum Amnon interficerent . [Ob- 2.Reg. 13.
seruate,] inquit , [cum temulentus
fuerit Amnon,percutite eum,& no
lite timere : ego sum, qui præcipio
vobis,] & ad præceptũ Christi com
mendantis charitatem debitam , &
dilectionem proximi,non commo-
uentur homines , sed dissipare au-
dent fœdus sempiternum ?

8 [Propter hoc maledictio vo-
rabit terram, & peccabunt habita-
tores eius , & relinquentur homi-
nes pauci .] Propter peccatũ Adæ
maledicta est terra .] Maledicta] Gen. 3.
inquit,[terra in opere tuo: in labo-
ribus comedes ea cũctis diebus vi-
tæ tuæ . Spinas, & tribulos germi-
nabit tibi, & comedes herbam ter-
ræ]At postquam filij Adæ peccata
superaddiderũt peccatis, postquam
corrupta est, & cõtaminata coram
Domino , terra ipsa cum spinis, &
tribulis suis deuoratur . Poteris e-
tiam per terram, hominem intelli-
gere de terra plasmatũ , de quo di-
ctum : [Quia puluis es,& in pulue- Gen. 3.
rem reuerteris .] Et iterum, [Cor- Gen. 6.
rupta est terra corã Deo & repleta
est iniquitate.] Spinas & tribulos
semper producit caro nostra, varia
videlicet genera peccatorum qui-
bus vulneratur anima,& occiditur:
cum autem peccata peccatis iungi
mus,à maledictione terra ista deuo

ratur, & trahuntur impij in reprobum sensum, vt obdurentur, & obfirmentur facies eorum in peccato [Et insanient,] inquit, hoc est, tanquam insani, & frenetici inflammati concupiscentijs suis, absque freno rationis sequentur desideria carnis. Vnde iusto Dei iudicio peccatum subsequens fiet eis pœna præcedentis peccati, vt latius diximus c.19.nu.5.& 6.[Et relinquentur homines pauci.] Per homines paucos electos intelligit, quos supra reliquias nuncupauit. Illi enim soli digni sunt, qui homines appellentur, vtpote, qui ratione ducuntur: nam carnales, & impij, pecudes, vel alia animalia, quorum mores imitantur potius, quam homines dici promerentur. Quare autem electi pauci nuncupentur, & reliquiæ, dictum est supra cap. 4. num. 8.

9 [Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerũt omnes, qui lætabantur corde. Cessauit gaudiũ tympanorum, quieuit sonitus lętãtium, cõticuit dulcedo citharæ. cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam.] Hactenus propheta prædixerat periturã esse in fine sæculi omnem potentiam, & honorem mundi: nunc autem consequenter vaticinatur diffuse finem habituram lætitiam quoque, & voluptates carnis, quas per vindemiã, per vitem, per lętitiam, & gaudium tympanorum, per sonitum lætantium, & dulcedinem citharæ, & per vinũ, designat; eo quod hæc omnia homines soleant alienare. Et, vt maiorem dolorem reprobis incutiat, præteritam lætitiam eorum cõmemorat, [ingemuerunt,] inquiens, [omnes, qui lætabãtur corde.] Quę verba expendens B. Hieronymus ait: [In cõsummatione mundi præteritarum delitiarũ recordatio erit materia cruciatuum. Vnde, & diues ille in conuiuio purpuratus, qui receperat bona in vita sua, eleuans oculos suos de inferno Lazarum vidit in requie. Et Dominus increpãs diuites, & luxuriosos, atq; ridẽtes, loquitur in Euãgelio. Væ vobis diuitibus; quoniam recepistis consolationẽ vestram. Vę vobis, qui nunc saturati estis, quoniã esurietis. Væ vobis, qui ridetis nũc, quia lugebitis, & flebitis. Quando igitur fuerit resurrectio mortuorum, & iudicij aduenerit dies, tũc lugebit vinum, atque vindemia: de qua Moyses loquitur, De vinea Sodomorũ vinea eorũ, & de suburbanis Gomorrhæ; vuua eorum vua fellis, & draconũ, vinum eorum venenum aspidum insanabile. Tunc omnis potio, siue, vt Hebraicæ dicitur, ebrietas, quæ statum mentis euertit, & homines vigilare nõ patitur, amaritudine commutabitur; quæ ad tempus vtentibus se, mella mentitur, & in nouissimo amarior felle reperietur. tunc omnis dulcedo lætantium, ac tympanorum, & citharæ sonitus in planctum vertetur, ac gemitum.] Vide supra dicta cap. 1. num. 59. & cap. 13. num. 8.

Luc. 16. Luc. 6. Deu. 32

10 [Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis dom' nullo introeunte.] Per ciuitatẽ vanitatis mundum intelligit, in quo nihil est solidum, nihil stabile, nihil firmũ, sed omnia, iuxta sapientis sententiã vana sunt, & trãsitoria. [Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatũ, & omnia vanitas.] Vnde, & diligẽtes mundum, aut ea, quæ in illo sunt, vani similiter efficiuntur; sicut dicitur Hierem. 2. [Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt.] Signãter autem dixit, [Attrita est,] nam

Eccls. 1 Hier. 2.

nam quamuis nunc mundi huius ciuitas appareat gloriosa: re tamen ipsa est sicut bulla, quæ, cum conteritur, se nihil esse declarat.

11 [Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ: Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hęc erũt in medio terræ, in medio populorum.] Dolebunt, inquit, quia vinum suaue delitiarum huius sæculi nõ bibent amplius. Propter hoc erit clamor [in plateis super vino.] In plateis inquit, vt notauit Hieronymus: [Nõ in arcta, & angusta via, quæ ducit ad vitam, sed in lata, & spatiosa, quæ ducit ad mortẽ, super vino, & ebrietate erroris eorũ, qui dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Trãslatum est quippe in cælos gaudium terræ, & relicta est in vrbe quondã celeberrima solitudo. Et vt sciremus perspicue de totiũs orbis interitu nunciari, intulit: Hæc erũt in medio terræ, in medio gentium, siue populorum.] Aduerte quam varia sit rerum omnium vicissitudo. Etenim in hoc sæculo reprobi lætabãtur corde, & felices reputabantur diuites; at electi tristes erant, & pauperes, & multis calamitatibus afflicti; in iudicio autem cõmutabuntur manus, & gaudium omne transferetur ad iustos: atque omnes miseriæ, & calamitates, quibus electi fuerunt expositi, & multo maiores tandem deuoluentur ad reprobos, de quo vide supra cap. 1. num. 69.

12 [Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea: & racemi, cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suã, atque laudabunt, cum glorificatus fuerit Dominus, hinniẽs de mari.] Hoc loco propheta denunciare incipit, & narrare gaudium magnũ, quod in die iudici, eodem tempore, quando tristitia, & dolore cordis prementur reprobi, habebunt electi. Sic etiam Euãgelista, postquam timorem malorum, & expectationẽ excidij totius vniuersi descripsit, statim ad consolandum electos se transfert cum ait: [His autem fieri incipiẽtibus respicite, & leuate capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra. *Luc. 21.* Est autẽ hæc cõsuetudo apud Isaiã familiaris, vt nõ simul iustũ cũ impijs, suis vaticinijs terreat; sed cũ calamitates maximas cõminatur reprobis ob eorum crimina statim sine intermissione verbis consolatorijs iustos alloquitur, vt eos corroboret, & confirmet in bono, ne tristitia nimia absorbeantur. Vnde in cap. 3. postquam euersionem ciuitatis Hierusalem denunciauit, subiungit statim: [Dicite iusto; quoniã bene, quoniam fructum adinuentionũ suarũ comedet. *Isa. 3.* Similiter etiam cap. 30. id ipsum efficit, vt notauimus eodem c. 3. n. 18. Per paucas oliuas electos intelligit, qui vt Paulus ait: [Cum oleaster essent inserti sunt in bonã oliuam, & socij *Rom. 11* radicis.] hoc est Christi, [& pinguedinis illius facti sũt.] Illi namq. prę paucitate facile numerari possunt, vt notauimus c. 4. n. 8 ideo excussi, & relicti dicuntur. † Valde consiconsideranda est, & timẽda præsens comparatio præcipuè si ad totum tempus præsentis sæculi, videlicet à mundi exordio vsque ad eius cõsummationẽ referatur. Quam paucæ oliuæ, cum excusæ fuerint in cacumine arboris relinquuntur; quam paucæ reperiuntur vuæ in vitæ post vindemiam, quot poma cõspiciun-

tur in arbore postquã collocata sũt? vix duo reperies, vel tria in summi tate illius ad quę pertingere nõ po tuit manus colligẽtis. Ita pauci sũt electi, si cũ multitudine reproborũ conferãtur. [Multi sunt vocati,] ait Dñs, [pauci vero electi,] vocati, inquit, non cõditi, aut creati ne Christiani, & fideles præsumere audeãt, & dicere, multi sunt infideles, multi Pagani, multi Iudæi, multi Hæretici, multi, qui negauerunt Christum Dominum; isti damnabuntur, isti peribunt in æternũ. Ego autem fidelis sum, atque in domo Dei habito, vnda baptismatis perfusus, & cum aliquo delicto præoccupor ad sacramẽtum pænitentiæ confugio, & sacrosanctum Eucharistię Sacramentum singulis mensibus deuotè suscipio, Ecclesias visito, verba Dei audio, inter electos; ergo erit sors mea, & portio mea in terra viuentium; vana est hæc præsumptio, & securitas condemnanda. Satagitè fratres, inquit Petrus, vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis, & iterum scriptum est. Cum timore, & tremore salutem vestrã operamini, nec enim omnes qui fidem habent, & in Ecclesia Dei sacramenta suscipiunt, & bonis ope ribus intendunt, saluabuntur; Sed qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. Audi quid filijs Israel acciderit, cũ egressi de Ægypto ad terram promissionis properarent, de illis enim, inquit Aposto,
1.Cor. 10. lus, nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberũt; bibebant enim de consequenti eos petra: petra autem erant Christus, sed non in pluribus eorum beneplacitum erat Deo nam prostrati sunt in deserto. Concessa illis diuinitus fuit nubes, qua protegerẽtur ab æstu solis, discissæ sunt eis fluentes aquæ maris Rubri, vt per mediũ sicco pede pertransirẽt, omnes eandem escam, hoc est manna de cælo missum manducauerunt, quam propterea spiritualem dixit, quoniam figura erat carnis Christi, quam sub Sacramento mirabili manducamus. Omnes eundem potũ ex æquo biberũt, aquas videlicet de saxo durissimo, virgæ Moysi ictu eductas, per quas calix Domini obumbratur, & tamen post tot & tanta beneficia suscepta propter peccata sua prostrauit eos Dominus in deserto, neque ad destinatam promissionis terram peruenerunt, nisi duo tantum qui seruati sunt. Hæc autem omnia in figura contingebant illis, vt timeamus, & nos, & sciamus, quia paucissimi sũt electi, q. misericorditer à Deo quasi post vindemiam colligũtur. Ex quo patet, longe maiorem, & incomparabiliter maiorem esse reproborũ quam electorum numerum. Vnde electi pauci dicuntur Psal. 16. Domine à paucis, scilicet ab electis diuide eos, videlicet impios, cui consonat illud, 4. Esdr. cap. 8. Hoc sæculũ fecit actissimus propter multos, futurum autem propter paucos, scilicet propter electos. Et statim optimo exemplo reproborum explicat multitudinem, & electorum paucitatem subdẽs. Terra dabit multam terram, vnde fiet fictile, paruum autem puluerem, vnde aurum fit. Sic multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur, ac si apertius diceret, qua proportione terra superat

rat puluillos auri ea reprobi electos excedunt: & quamuis ille liber non sit canonicus, magnam tamen post scripturam canonicam auctoritatem habet. Accedit quod Paulus Apostolus, sorte vocatos esse decernit, ad Ephes. 1. Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorũ, & ad Coloss. 1. Sorte vocati estis. Nam sicut sortes cum inter plura hominum miliaria mittuntur, paucissimis tamen cõtingunt, & interdum deueniunt insipientibus pauperculis & vilissimis mãcipijs, relictis sapiẽtibus ac diuitibus: ita etiã paucissimis inter multa hominum millia sors prædestinationis contingit, in qua non attenditur nobilitas generis, non humana sapiẽtia, non diuitiarum iactantia, sed pro sua mera voluntate, & liberalitate gratuita, cuius vult miseretur Dominus, & quem vult indurat, & relictis sapiẽtibus nobilib⁹, & diuitibus huius sæculi, simplices eligit ignobiles, & pauperes, sicut Apost. ait. Videte.n. vocationẽ vestram fratres, quia non multi sapientes secũdum carnẽ, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mũdi, & contẽptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.] Verum autem ex fidelibus plures saluãdi sint an damnandi, præsertim si sermo sit Christianorum respondetur, multo magis conforme esse locis Scripturæ & Sanctorum. Plures ex Christi fidelibus damnãdos esse, vt in libro de Auxilijs diuinæ gratię, Disp. 43. ostendimus *.] Isti ergo, inquit Propheta, in die iudicij lætabuntur, &

Ephes. 1
Colos. 1.

laudabunt in conspectu Dei, cum exarserit in breui contra inimicos ira eius; sicut scriptum est. [Cum exarserit in breui ira eius beati omnes, qui confidunt in eo, idest, Cum vindicta venerit, quæ impijs, & peccatoribus præparatur, inquit, non solum eos non attinget, qui confidunt in Domino, sed etiam ad regnum illis instruẽdum, & sublimandum proficiet. Nõ enim dixit, cum exarserit in breui ira eius, securi omnes, qui confidunt in eo: tanquã hoc solum inde habeant, quod non puniuntur, sed beati, vbi est bonorũ omnium summa, & cumulus.

Psal. 2.
Aug. t.8.

13 [Hinnient, inquit, de mari,] sumpta metaphora à nautis, qui cũ primum ad portum peruenerint salutis, magna lætitia, & vocibus iucunditatis iubilantes celebrant nauigationis suæ finem. Vita præsens mari comparatur, propter frequentes tempestates, & quotidiana pericula, de quibus scriptum est. [Qui nauigant mare, enarrant pericula eius.] Nõ est securitas inter vndas, non est gaudium in hoc sęculo, non est lætitia, sed timor, & tremor, & afflictio spiritus: at cum electi ad portum æternæ felicitatis peruenerint, cum omnia pericula vitæ præsentis euaserint, tunc leuabunt vocem, tunc laudabunt Dominum, & dicent: [Transiuimus per ignem, & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ.] Tunc de magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agent: vtpote, qui aduersus talem regem dimicarunt. Hinc est illud, quod rex Israel dixit ad Benadab: [Ne glorietur accinctus æque, vt discinctus.] Quoniam, vt explicat Glossa interlin. qui armis est adhuc indutus, gloriari nõ potest, nec lætari, sicut depositis armis victor. Quantumuis

Eccli. 43.
Ps. 65.
2. Mac. 1.
3. Reg. 20.

enim militi armato [prospere succedant omnia], licet victoriæ certissimum signum habeat, adhuc tamen dum est in prælio, [securus omnino esse nō potest; quia [varius est euentus belli, & modo hunc, modo illum consumit gladius.] Sed cum vicerit inimicum, cum arma bellica deposuerit, cum fuerit discinctus, & indutus stola gloriæ, tūc securus gaudere poterit, sicut illi, de quibus supra scriptum est. [Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultāt victores capta præda, quādo diuidunt spolia;] de quo vide supra dicta c.9. nu.9. & 10.

2.Reg. 11.

Isa. 9.

14 [Propter hoc in doctrinis glorificate Dominū: in insulis maris nomen Domini Dei Israel.] Si tam grande futurum est electorum gaudiū cum ad portum salutis peruenerint, si retributio impiorū terribilis, æquum erit, & salubre consilium in doctrinis glorificare Dominū, atque præcepta illius seruare, vt in nobis Dei misericordia splendeat, & omnibus insulis manifesta fiat. Et vt simul explicet magnam lætitiam iustorum, atque inexplicabilia reproborum supplicia, subdit. [A finibus terrę laudes audiuimus, gloriā iusti. Et dixi, secretū meum mihi, secretū meum mihi. Vę mihi.] Ac si apertius dicat: Tametsi pro cōperto habeamus omnes magnā gloriam in die iudicij, & lætitiam, ac laudem iustorum esse futuram: mihi tamen, cui etiam paucitas electorum, & innumerabilis reproborum multitudo reuelata est, atque pœnarum acerbitas, quas pro peccatis luent in æternum, nulla circa hoc cōsolatio relinquitur, sed continuus dolor est in corde meo. Propterea dixi: [Secretum meum mihi: Væ mihi.] Hoc est, vt ait Hieronymus: [Non possum cuncta narrare, quæ seruo: hæret lingua faucibus, meis, vox dolore cōcluditur. Væ mihi, quantus ordo pœnarū ante oculos versatur meos, cerno pręsentia, & quę futura sūt: preuaricātes pręuaricati sūt, & præuaricatione trāsgressorū prauaricati sunt. Hæc est causa luctus, & gemitus mei, propter quam secundo dixi: Secretum meū mihi, secretū meum mihi; quia omnes pręuaricati sunt legē Dei, & nequaquā Domini pœna differtur, nec futura prędicitur, sed imminet, & habitatores terræ captos tenet. Cumq. se putauerint fugisse ex alio, incident in aliud, & quocumque se verterint, impendentem iram Domini non euadent. Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & cōcutientur fundamenta terrę.] Si prophetam iustum, & sanctū sic terret sola memoria pœnarum, quæ impijs in iudicio præparatæ sunt, quāto tremore putas afficiētur reprobi, cum easdē pœnas in seipsis cæperint experiri? Quid facient miseri? Quo ibunt? Vbi se abscondent? Quid aliud dicere poterunt, nisi [Væ mihi, væ mihi?] Væ mihi; quoniam talia tormēta potui euadere aliquando, & nolui. Væ mihi; quoniā præmia quibus gaudent electi promereri neglexi. Vę mihi, quia Dominū maiestatis stantem ad ostiū, & pulsantem repuli. Væ mihi; quoniā sanguinē agni immaculati, quo redemptus sum, pollui. Væ mihi, quoniam omnes increpationes illius neglexi: melius sanè mihi esset, si natus omnino non fuissem. Sic plangent se omnes tribus terræ, & irremediabilibus lacrymis mala sua plorabunt, sed pœnitentia eorum erit inutilis.

Hierō. in com. sup. c.24. Isa.

Mat.24

15 [Secretum meum mihi.] Docet hic locus non esse margaritas mit-

mittendas ante porcos,nec quodlibet mysterium cuilibet reuelãdum, sed aliquando esse occultandum indignis; iuxta illud, quod Saluator ait: [Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum,cæteris autem in parabolis,vt vidẽtes non videãt, & audientes non intelligant.] Docet præterea secreta cordis non esse omnibus committenda, sed reuelanda paucis, illisq. selectis. Vnde & Christus Dominus cum gloriam suam discipulis voluit ostendere, non omnes secum assumpsit, sed [Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratres eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum,& transfiguratus est ante eos.] Et tandem eos admonuit inquiẽs:[Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.] Dicant ergo Apostoli:[A finibus terrę laudes audiuimus, gloriam iusti,] hoc est Christi, cuius claritatem, & speciẽ vidimus in monte, de quo paterna vox testimonium perhibuit dicens: [Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite, sed secretum meum mihi,secretum meũ mihi.]Non est tempus manifestandi hoc mysterium. Manifestabitur autem suo tempore,cum videlicet Dominus glorificatus fuerit. Hinc & Bernardus ait: [Præ omnibus studeat seruus Dei bona sua nõ ponere in ore hominum, sed cælare in cella sua,& recondere intra conscientiam,vt hunc quasi titulum,& in fronte conscientiæ, & in fronte cellæ semper habeat, secretũ meum mihi, secretum meum mihi.

Mat. 13

Mat. 17

Mat. 17

Bern. lib. de vita solit. in fin.

16 [Præuaricantes præuaricati sunt,& pręuaricatione transgressorum præuaricati sunt. Formido,& fouea,& laqueus super te, qui habitator es terræ.]Ostẽdit quanta mala contingãt destitutis gratia Dei. Homo enim sibi derelictus in multis offendit,atque in foueam cadit, & laqueum. Nunquam vita præsens agitur sine periculis, super omnem terram extensi sunt laquei; periculosè transiguntur omnia; vniuersa sunt plena periculis. [Periculis fluminum,periculis latronum,periculis ex genere, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.]Periculosum est tacere, periculosum incaute loqui;periculum est in coniugio,& periculum in cælibatu; periculum est virtutibus præditis,ne superbiant;& similiter virtutibus destitutis, ne desperent. Dum sumus habitatores terræ inter has angustias versamur; & qui volunt fugere vnum peccatum, incidunt in aliud. Vnde & subditur.

2. Cor. 11.

17 [Et erit,qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam:& qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ.]Consonant his verbis illa, quæ habentur Amos quinto. [Quomodo si fugiat vir à facie leonis,& occurrat ei vrsus,& ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietẽ, & mordeat eum coluber.] Quibus verbis designat nullum extra Deum esse tutum refugium, neque aliquid, super quod possit manus hominis inniti secure, sed omnia esse plena laqueis, & periculis. [Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt.]Aperiuntur cæli cataractæ, quando ira Dei effunditur copiose, eo impetu,quo imbres fluere consueuerunt. Vnde & tempore diluuij cataractæ cæli apertæ dicuntur, & rupti omnes fontes abyssi. Igitur sicut in primo aduentu effudit Deus misericordiã suam

Amos 5.

Gen. 7.

super omnem carnem,[& abundantes diuitias suæ dilectionis ostēdit; ita & in aduentu secundo effundet super carnales homines iram suam, & thesauros iustitiæ suæ, vt infra dicetur, manifestos faciet. Hinc & per quendam prophetam dicitur: [Indignatio eius effusa est,vt ignis, & petrę dissolutæ sunt ab eo.]Hinc & Ioannes ait: [Et audiui vocem magnā de templo dicentem septem Angelis:ite, & effundite septē phyalas iræ Dei in terram.]Vbi nomine effusionis iræ Dei,magnitudo illius designatur. Terram autem, dicit Propheta à fundamentis euertendā esse, quoniam nihil erit tàm firmū, quod non commoueatur in die iudicij. Nec mirum; quoniam non mediocris tempestas in illa die futura est,sed validissima,& terręmotus insolitus propheta attestante.

Ps.49. [Ignis in cōspectu eius exardescet, & in circuitu eius tēpestas valida.]

Nah.1. Et iterum scriptum est:] Dominus in tempestate,& turbine viæ eius.] Et post pauca: [Montes commoti sunt ab eo,& colles desolati sunt,& contremuit terra à facie eius,& orbis,& omnes habitantes in eo.]

18 [Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt.]Septuaginta interpretes sic trāsferunt istum locū:[Quia fenestræ de cælo apertę sunt.]Quibus verbis(vt notauit Hieronymus in præsenti) designatur vniuersa hominum delicta in die iræ esse à Deo omnibus manifestāda: vt notū fiat, Deum illa nequaquā obliuioni tradidisse,quamuis prius;quoniam nō puniebat, videbatur peccatoribus iudex illa ignorare. Cum autem apertis fenestris respexerit omnia opera nostra, apparebit manifeste quid vnusquisque gesserit in corpore, & operum suorū retributionem quam promeruerunt,accipiēt. Habent nunc homines apud Deum(vt notauit Chrysostomus) duplicē thesaurum absconditū,thesaurum misericordiæ, & thesaurum iræ. Cum misericordiā pauperibus exhibent, cum sunt humiles,& patiētes, cum persecutionē patiuntur propter iustitiam, cum bona faciunt,& in operibus charitatis se exercēt, multas diuitias sibi à Deo reseruandas in thesaurum misericordiæ mittunt. Scriptum est enim:[Pręmium bonū tibi thesaurizas in die necessitatis.] Vnde & Saluator de eiusmodi thesauro loquens, tale hominibus dedit consilium. [Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra:vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt,& furantur.Vbi enim est thesaurus tuus,ibi est,& cor tuū.] Paulus etiam Apostolus Timotheū instruens,quid diuitibus precipere debeat, inquit. [Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere,neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendū) bene agere,diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere cōmunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum,vt apprehendant veram vitā.] Cum autem e contrario mala operātur, cum crimina criminibus adiungunt, thesaurum iræ,& iustitiæ sibi apud Deum accumulant, quotiescunque enim reprobus peccat, aliquid mittit in thesaurum iræ. Iuxta quod & Paulus ait: [Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor,thesaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.]Sed isti thesauri,iræ videlicet, & misericordiæ quandiu peregrinamur in hoc sæculo, reconditi sunt apud Deum, & in sinu illius abscon-

diti,

Chry super Ps.95 circ. medio to.1.

Tob. 4.

Mat.6.

1.Tim.6

Rom.2.

Eccls. 9 diti, quia [nemo scit, vtrum odio. vel amore dignus habeatur, sed omnia in futurum reseruātur incerta. 2. Tim. 2 Nouit Dominus. qui sunt eius,] & quid vnusquisque thesaurizauerit sibi. Aperiet autem in die iudicij fenestras pectoris sui, & thesauros absconditos manifestabit. [Et reddet vnicuique secundū opera eius; Rom. 2. ijs quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam,& honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autem,qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira,& indignatio. Vis ipse videre (inquit Chrysost:) quis thesaurorum horum perfectam habet memoriā,custodiamque? Per Moysen loquitur de ijs, qui perpetrant mala, De vinea Sodomorum vinea eorum, & palmes illorum ex Gomorrha,vua eorum vuua fellis;botrus eorū botrus amaritudinis; venenum draconum vinum illorum, & venenum aspidis insanabile. Et postquam cōmemorauit opera iniquitatis,protinus adiunxit: Nonne hæc omnia condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? In die vltionis retribuam, in tempore, cū lapsus fuerit pes eorum.] Hinc est illud,quod Dominus ad Iob loquēs ait:[Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis, & in diem pugnæ, & belli?] Vbi per thesauros niuis, & thesauros grandinis, thesauros iræ, & iustitiæ diuinæ intelligit: Dicit enim Gregorius: [Quid aliud niue, vel grandine,nisi frigida,ac dura intelligēda sunt corda prauorum? Sicut enim feruore charitas, sic solet in sacro eloquio frigore malitia designari. Scriptum namque est: Sicut frigidam facit cisterna aquam suā, sic frigidam fecit malitiam suam. Et rursum: Abundabit iniquitas,& refrigescet charitas multorum. In frigore ergo niuis, vel in duritia grādinis quid accipi aptius potest, quam vita prauorū,quæ & per torporem frigescit,& per duritiæ malitiam percutit? Quorum tamen vitā Dominus tolerat, quia eos ad iustorum suorum probationem seruat.] Hos ergo thesauros niuis, & grandinis præparatos habet, & reseruatos in tempus hostis, & in die pugnæ, & belli. Hoc est,vt manifestentur in die iudicij,in quo [armabit creaturam ad vltionem inimicorum. In quo acuet diram iram in lanceam,& pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos;] in quo apertis desuper catharactis cæli, [pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur, spiritus procellarum,pars calicis eorum.] Lege supradicta cap.2.nu.24. & Beatum Greg. lib.10. moral. cap.17.

Margin notes (left column): Chry.vbi supra. — Deu.32 — Iob 38. — Greg 2P. mor. c.9.
Margin notes (right column): Hier.6. — Mat.24 — Greg.19. mor. 11. — Sap. 5. — Ps.10.

19 Similiter & thesauros gratiæ,& misericordiæ,quos in gloriā præparauit Dominus,apud se habet reconditos,vt eadē die iudicij manifesti fiant,sicut scriptum est:[Deridetur iusti simplicitas,lāpas contemptas apud cogitationes diuitū parata ad tempus statutum.] Contemnitur iustus in hoc sæculo,& vita eius æstimatur insania, & finis eius sine honore,sed statuto tempore,quam pretiosa fuerit, atque honore digna,manifestabitur.Vnde & Gregorius ait: [Statutum contemptæ lampadis tempus, est extremi iudicij prædestinatus dies. quo iustus quisque, qui nunc despicitur, quāta potestate fulgeat,demonstratur. Tunc enim cū Deo iudices veniunt,qui nunc pro Deo iniustè iudican-

Margin notes: Iob 12. — Greg 30. mor.17.

dicatur. Tunc eorum lux tanto latius emicat, quanto eos nunc manus persequẽtium durius angustat. Tunc reproborum oculis patescet, quod cælesti potestate subnixi sunt, qui terrena omnia spontè reliquerunt. Vnde electis Veritas dicit: vos, qui secutis estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis &
Mat.19 vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Neque enim plusquam duodecim iudices illa interni consessus curia non habebit, sed nimirum duodenario numero quantitas vniuersitatis exprimitur; quia quisquis stimulo diuini amoris excitatus hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit, vt simul tunc iudex cũ iudice veniat, qui nunc consideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Hinc est enim quod de sanctæ Ecclesiæ sponso per Salomonem dici-
Pro.31. tur: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.
Isa.3. Hinc Isaias ait: Dominus ad iudiciũ veniet cum senioribus populi sui.
Ioan.15 Hinc eosdem seniores Veritas non iam famulos, sed amicos denũciat: dicens: non iam dicam vos seruos, sed amicos meos. Quos nimirum
Ps.138. psalmista intuens ait: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui De⁹. Quorum dum celsitudinem cordis aspiceret, mundi gloriam qua calce calcarent, protinus addidit. Nimis confortatus est principatus eorum. Ac ne paucos esse crederemus, quos proficere vsque ad summum tantæ perfectionis agnoscimus, illico adiunxit; Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntnr. Quot itaque nunc pro amore veritatis sese libẽter humiliant, tot tunc in iudicio lãpades corruscãt.]

20 [Confractione confringetur terra, contritione cõteretur terra.] Nomine cõfractionis, & contritionis terræ, magnitudinem pœnæ reproborũ designat, vt dictum est c.1. nu. *69*. [Confringetur, inquit, & cõteretur.] Lagena dum cõfringitur, nõ destruitur penitus, sed vtilis remanet, vt portetur in illa saltẽ igniculus de incendio: cum autem conteritur, perit omnino; quoniam ad nihil deinceps vtilis est: sic ergo cõterentur peccatores in iudicio, vt nihil sanum, nihil impunitum in eis remaneat. Hinc & sanctus Iob in persona reproborum loquens ait: [Deus in turbine conteret me, & *Iob 9.* multiplicabit vulnera mea etiã sine causa.] Quæ verba expendens beatus Greg. ait: [Peccator quisque *Greg 9. moral.12* in turbine atteritur, qui erectus in trãquillitate videbatur: quia quem diu superna longanimitas tolerat, extrema iudicij seueritas necat: quæ rectæ turbo dicitur, quia in elementorum commotione reuelatur, psalmista attestãte, qui ait, Deus ma *Ps.49.* nifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Vnde & propheta quoque alius dicit: Dominus in tempesta- *Naũ.3.* te, & turbine viæ eius. In quo nimirum turbine idcirco iustus nequaquam conteritur, quia semper hic sollicite metuit, ne conteratur. Perpendit namque adhuc in præsentis vitæ itinere constitutus, humanis actibus exactor operum quam districtus appareat: qui quosdam tunc reatu culpæ originalis adstrictos, etiam sine operibus damnat. Vnde recte vir sanctus ex humani generis voce protinus adiungit. Et multiplicabit vulnera mea etiã

sine

sine causa. Nonnulli enim prius à præsēti luce subtrahuntur, quam ad proferenda bona, malavè merita actiuæ vitæ perueniant: quos quia à culpa originis sacramenta salutis non liberant; & hic ex proprio nihil egerunt, & illuc ad tormenta perueniunt. Quibus vnum vulnus est corruptibiliter nasci; aliud carnaliter mori; sed quia post mortem quoque æterna mors sequitur, occulto eis iustoque iudicio, etiam sine causa vulnera multiplicantur. Perpetua quippe tormenta percipiunt, qui nihil ex propria voluntate peccauerunt. Hinc
Iob 25. namque scriptum est: Non est mundus in conspectu eius, nec vnius diei infans super terram.] Hinc & alibi de iudice loquens, qui in die illa retribuet vnicuique iuxta ope-
Iob 34. ra sua, inquit. [Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterētur.] Vbi obserua, quod bis repetit idem verbum. Primo enim ait, [conteret multos,] & postmodum subdit: [idcirco inducet noctem, & conterentur.] Nam prius in hoc sæculo conteruntur reprobi, cum voluntate sua recedunt à Deo, & postmodum in futuro conteruntur, cum nolentes incidūt in manus illius. [Hæc contritio,] inquit B.
Greg. 25. mor. 8. Gregorius, [prius intus agitur, vt post extrinsecus ostendatur. Hac cōtritione nonnūquam adhuc quorunndam exteriora quasi sana sunt,
Pro. 16 & iam interiora putruerunt. Scriptum namque est: Ante ruinam exaltatur cor. Ibi ergo feriuntur, vbi su-
Eze. 6. perbiunt. Vnde scriptum est: Cōtriui cor eorum fornicans, & recedens à me. Interius enim fornicari, est exterius vetitis delectari. Magna autem cōtritio cordis est hæc eadem elatio superbientis. Eo quippe ipso ab integritate salutis corruit, quo iactātia cuiuslibet virtutis intumescit. Superbientes enim Deum despiciunt, & relicta creatoris sui, gloriam propriam quærunt. Quibus iam hoc ipsū cecidisse est, ammissa superioris sui potentia in se venisse. Conteruntur etiam, quia relictis cælestibus terram quærunt. Quæ autē maior poterit esse contritio, quam deserto creatore creaturam quærere? desertis supernis gaudijs, infimis rebus inhiare? Vnde bene per prophetam dicitur: Humiliat autem *Ps. 146.*
peccatores vsque ad terram. Amissis enim cælestibus, terrenum est omne, quod sitiunt: & dum plus videre conantur, minus est, quod appetunt. De quibus recte per Hieremiam dictum est: Recedentes à te *Hie. 17.*
in terra scribentur.] Ideo etiam in morte conterentur, & comminuentur impij. Vel ex eo bis dixit, conterentur; quoniam duplici contritione conteret eos Dominus Deus noster, animam videlicet, & corpus in gehennam mittendo, iuxta illud Hieremiæ vaticinium, [Induc su- *Hie. 17*
per eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.

21 [Commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius.] Tanta, inquit, erit tempestas illius diei, & tam valida, vt terram ipsam commoueri faciat atque agitari, sicut cōmoueri solet arundo ante faciem venti. Per terram peccatores intelligit rebus terrenis inhærentes, qui in die iudicij stare non poterunt, sed erunt sicut ebrius, qui subsistere non valet, & sicut tabernaculum, aut tugurium, cuius post vindemiam nullus est vsus. Vnde, & subditur: [Et auferetur

quasi

quasi tabernaculũ vnius noctis. Et grauabit eam iniquitas sua.] Sæpe Isaias commemorat peccatorum grauitatem, & importabile pōdus; de quo plura dicta sunt cap. 1. n. 17. vt omnes agnoscant, quam iustè homines, qui præuaricando præuaricati sunt legem Dei, in infimum terræ locum detrudantur, vtpote, qui prauitate suorum delictorũ, & pondere se in talem locum præcipitauerunt: grauia enim dimissa ad centrum terræ magno impetu tendũt, nec ad locum pristinum, à quo ceciderunt, reuertuntur. Sic continget reprobis in iudicio: subditur enim. [Et corruet, & non adijciet, vt resurgat:] quia videlicet non reuertetur amplius ad honores, & delitias præsentis sæculi, quibus olim erat repletus, sed nec inueniet locũ pænitentiæ, sed in miserijs perpetuis iacebit in æternum.

21 [Et erit in die illa, visitabit Dominus super militiam cæli in excelso, & super reges terræ, qui sunt super terram.] Per militiam cæli in excelso dæmones intelligit qui (vt Paulus ait) sunt principes, & potestates, & mundi rectores tenebrarũ harum, atque spiritualia nequitiæ in cælestibus. Per reges terræ, tyrannos designat, qui super terram dominabãtur inique. Isti enim quantumuis potentes fuerint, & excelsi, cum angelis reprobis in ignẽ mittentur æternum, proiecti à Deo illa iudicis tremenda sententia. [Discedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.] Vnde & de militia cæli scriptum est: [Factum est prælium magnum in cælo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius; & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terrã, & angeli eius cum illo missi sũt.

Ephes. 6

Mat. 25

Apoc. 12

23 [Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere & post multos dies visitabuntur.] Qualis futura sit pœna damnatorũ, & quã grauis declarat Propheta ex tribus, quæ in illa reperiuntur durissima. Primum est pœna damni, quę in carentia diuinæ visionis cõsistit; & in elongatione à Deo. vt docet beatus Tho. 1. 2. q. 87. art. 4. in cor. & 2. 2. q. 79. artic. 4. ad quartum. Hæc pœna est potissima in peccato correspondens illi ex parte auersionis ab incommutabili bono, ac subinde est pœna infinita ex parte obiecti quia videlicet priuat bono infinito. In hac pœna, conueniũt æqualiter omnes damnati; quoniã priuatio, quæ consistit in facto esse, non suscipit secundum se magis & minus, vt fatetur S. Tho. prima secundæ q. 73. art. 2. & quæst. 82. artic. 4. & quæst. 2. de malo. art. 9. in corp. sed tantum suscipere potest magis, & minus in ordine ad suam causam, quę est peccatum, quatenus videlicet pluribus peccatis, & grauioribus aliquis elõgatur à Deo, & visione illius beatifica priuatur. Hanc pœnam tangit propheta, cum denũciat omnes reprobos tàm homines, quàm angelos congregãdos esse in die iudicij cõgregatione vnius fascis, per quã vnius summi boni priuatio designatur, in qua omnes reprobi conueniunt. Etenim in pœna sensus, quæ ex parte conuersionis correspõdet peccato, diuersus, iuxta quantitatẽ delicti, erit damnatorũ cruciatus.

Pœna dã. natorum.

Vnde

Vnde ijdem reprobi, qui congregatione vnius fascis congregantur, in diuersos etiam fasciculos alligari dicuntur ad comburendum, propter diuersitatem pœnæ sensus, quæ illis continget, sicut scriptum
Sap.6. est: [Iuxta mensuram delicti, erit & plagarum modus.] Et iterum: [Potentes potenter tormenta patientur, fortioribus autem fortior instat cruciatio.] Et rursus per Ioannem de damnatione Babylonis di-
Apoc.18 citur: [Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplū; quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.] Si enim hæc pœnarum diuersitas in damnatis futura non esset, nequaquam iudex veniens dicturum se messoribus es-
Mat.13 se perhiberet. [Colligite primum zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum.] Quæ verba ex-
Greg. 9. mor.39. ponens beatus Gregorius ait: [Nimirum fasciculos ad comburēdum ligare, & hos, qui æterno igni tradendi sunt, pares paribus sociare; vt quos similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat; & qui nequaquā dispari tormento crucientur; quatenus simul damnatio conterat, quos simul elatio subleuat, quosque non dissimiliter dilatauit ambitio, non dissimilis angustet afflictio, & par cruciet flamma supplicij, quos in igne luxuriæ par succendit flamma peccati. Sicut enim in domo Patris mansiones multæ sunt pro diuersitate virtutis, sic dānatos diuerso supplicio gehennæ ignibus subijcit disparitas criminis. Quæ videlicet gehenna, quamuis cunctis vna sit, non tamen cunctos vna, eademq; qualitate succendit. Nam sicut vno sole omnes tāgimur, nec tamen sub eo vno ordine æstuamus; quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatis, & vna est gehenna quæ afficit; & tamen non vna omnes qualitate cōburit: quia quod hic agit dispar valetudo corporū, hoc illic exhibet dispar caussa meritorum.] Hanc ergo pœnam sensus tangit etiam Isaias in verbis inductis, cum inquit, quod reprobi congregati congregatione vnius fascis mittentur [in lacum, & claudentur ibi in carcere.] hoc est in infernum, vbi tanquam in carcere erunt reprobi ligati manibus, & pedibus, iuxta illud, quod Veritas di-
cit: [Ligatis manibus, & pedibus Mat. 22
eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Ligatis, inquit, manibus, & pedibus;] quoniam in inferno nullus deinceps erit locus bene operandi, nullum pœnitendi spatium, aut merendi. Hinc & Salomon pec-
catorem admonet, dicens: [Quod- Eccls.9.
cumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. In fletu oculorum (inquit
Hieronymus) & stridore dentium, Hier sup. cap. 22. Matth.
per metaphoram mēbrorum corporalium, magnitudo ostenditur tormentorum. Manus quoque ligatas, & pedes, fletum oculorum, & stridorem dentium, ad comprobandam resurrectionis intellige veritatem.] Congruentissimum autem
est, sicut dicit Gregorius, [Vt illic Greg. ho. 36 in Euāgel.
dentes strideant, qui de edacitate gaudebant, illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur, quatenus singula mēbra supplicio subiaceant, quæ hic singu-

singulis quibusque vitijs subiecta seruiebant.] Lege quæ de pœnis damnatorum dicta sunt cap. 11. nu. 17. & cap. 13. num. 6. 8. 9. 12. & 16. cap. 14. num. 11.

14 [Et post multos dies visitabuntur.] Ecce tertium, quod in pœnis inferni reperitur, æternitas videlicet earum. Sed Origenes, vt tacito nomine refert S. August. lib. 21. de ciuitate Dei 17. tenuit ignẽ inferni, & alias damnatorum pœnas, non esse perpetuas, sed post multos annos esse omnes reprobos, tam angelos, quam homines diuina misericordia à tormentis, quæ patiuntur, liberandos. Quem errorem varijs modis nititur diabolus hominibus persuadere, vt liberius peccent, iuxta illud, quod de hoste antiquo scriptum est, [Æstimabit abyssum, quasi senescentem.] Idest æstimare faciet reprobos pœnis inferni terminum aliquando esse imponendum. [Quod enim antiquatur, & senescit, prope interitum est.] Vnde & S. Gregorius ait: [Leuiathan itaque iste ęstimabit abyssum quasi senescentem: quia reproborum corda sic infatuat, vt suspicionem eis de venturo iudicio, quod quasi finiatur, infundat. Abyssum namque senescere æstimat, qui terminari quandoque in supplicijs supernã animaduersionem putat. Igitur antiquus iste persuasor in membris suis, id est in mentibus iniquorum, futuras pœnas quasi certo fine determinat, vt eorum culpas sine termino corruptionis extendat, & eo magis hic peccata non finiunt, quo istic æstimant peccatorum supplicia finienda. Sunt enim nunc etiam, qui idcirco peccatis suis ponere finem negligunt, quia habere quandoque finem futura super se iudicia suspicantur.] Potissimum autem argumentum pro hac sententia desumitur ex præsenti vaticinio Isaiæ, qui denunciat post multos dies reprobos à Deo visitandos fore. Visitare namque misereri designat in sacris litteris, & à calamitatibus liberare, vt patet ex illo Lucæ 1. [Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.] Et Psalmo, [Visita nos in salutari tuo.] Hæc tamen sententia nullatenus admittenda est, quoniã Scriptura sacra, tam in veteri, quã in nouo Testamento sæpissimè docet, pœnas damnatorũ æternas esse. Idipsum omnes sancti Patres cõfirmãt. Primus locus habetur Matth. 25. vbi ipsamet Veritas dicit: [Ibunt impij in supplicium ęternũ, iusti autem in vitam æternam.] Ex quibus verbis in confirmationem huius veritatis tale beatus Gregorius desumit argumentum. Sicut Redemptor noster minatus est reprobis æternum supplicium, ita etiam electis vitam æternam repromisit, sed vita beata nunquam est terminum habitura, ergo nec supplicia damnatorum.

25 [Secundus locus habetur Apocal. 20. vbi sic dicitur: Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos, & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi & bestia, & pseudopropheta cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum.] Hoc testimonio, atque alijs pluribus, quæ adducit August. lib. 21. de Ciu. Dei cap. 23. 24. & 25. triumphat aduersus illos, qui arbitrantur damnatos post multa tempora sanctis angelis associandos esse. Nec solum in nouo Testamento, sed etiam in veteri id,

Iob 41. Heb. 8. Greg. 34. mor. 16. Luc. 1. Ps. 105. Mat. 25 Apo. 20. Augustin.

id, quod asseruimus contra Origenem habetur expressum. Dicitur enim de quolibet reprobo Iob 20.
Iob. 20. cap. [Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit.] Quæ verba exponẽs
Greg. 15. mor. 11. B. Gregorius ait: [Persoluit impius in tormẽto, ea quæ hic illicita seruauit desideria, & flammis vltricibus traditus semper moritur, quia semper in morte seruatur. Non enim in morte consumitur: quia si consumeretur vita morientis, cum vita etiam pœna finiretur. Sed vt sine fine crucietur, viuere sine fine in pœna compellitur, vt cuius vita hic mortua fuit in culpa, illic eius mors viuat in pœna. Luet quę fecit omnia, nec tamen cõsumetur: quia cruciatur, & non extinguitur: moritur, & viuit: deficit, & subsistit; finitur semper, & sine fine est. Hæc solo auditu valde sunt terribilia, quanto magis passione? sed quia multitudo iniquitatis eius exigit, vt carere supplicijs nunquam possit, aptè subiungitur: Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit. Qui enim multa inuenit ad culpam, nouis inuentionibus cruciatur in pœna.] Hinc &
Augu. 21. de ciuit. Dei c. 3. Augustinus ait: [Tunc tali corpori anima & eo connectetur modo, vt illud vinculum, sicut nulla temporis longitudine soluitur, ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiam si caro nunc talis nulla est, quæ sensum doloris perpeti possit, mortẽq; nõ possit, erit tamen tunc talis caro, qualis nunc non est, sicut talis erit & mors, qualis nunc non est. Non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec viuere anima poterit, Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo: prima mors animam nolentem pellit de corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore.

26 Accedit ad hoc id, quod de quolibet reprobo scriptum est: [Fugiet arma ferrea, & incidet in arcum æreum.] Per arma ferrea, calamitates præsentis vitæ, vt notauit Gregorius, designantur: quia licet iustos præmant crudeliter, & torqueant, erugine tandem, sicut ferrum, post longum tempus consumuntur, & deficiunt. Vnde & de illo, qui à fratribus venditus afflictam vitam ducebat, scriptum est: [Ferrum pertrãsijt animam eius.] Sed inferni pœnæ per æs, quod maioris durationis est, & minus expositum corruptioni, designantur in quas incidunt impij, dum præsentes ærumnas fugere contendũt. Confirmantur hæc omnia auctoritate Psalmi 48. vbi de reprobo scriptum est: [Laborauit in æternum, & viuet adhuc in finem.] Quæ verba exponens B. Augustinus ait: [Quomodo viuet in finem? Quomodo viuebat ille, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, & iacentem vlcerosum ante ianuam, cuius vlcera canes lingebant, & desiderantem micas, quæ de mensa eius cadebãt, superbus, & tumidus cõtemnebat? Quid illi profuerunt illæ diuitiæ? mutauerũt vices ambo, ille à ianua diuitis subleuatus est in sinũ Abrahæ, ille ab epulis splendidis missus est in ignem; ille requiescebat, ille ardebat; satiabatur ille, ille sitiebat; ille laborauerat in finem, viuet in æternum, ille vixerat in finem, laborabit in æternum. Et quid profuit diuiti, qui quæsiuit apud inferos in tormentis positus, stillari sibi gut-

Iob 20. Greg. 15. mor. 14. Ps. 104. Ps. 48. Luc. 16.

bi guttam aquę in linguam suam digito Lazari dicens; quoniam ardeo hic in hac flamma, & non illi concessum est? Sic desiderauit ille guttam de digito, quomodo ille micas de mensa diuitis. Sed illius labor finitus est, & illius vita finita est. Labor huius in æternum, vita illius in æternum. Non hic habemus vitam, qui forte hic laboramus in terra, & non sic erimus postea. Erit enim vita nostra Christus in æternum, illi autem qui hic volunt habere vitam, laborabunt in æternum, & viuent in finem.] Et vt propheta confirmet id, quod de æternitate pœnarum reproborum prædixerat, subdit in eodem Psalmo. [Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.] Quæ verba expendens B. Bernardus ait: [Quam bene, sicut oues; quia detracto vellere mundialium diuitiarum, durè, presséq; detonsi, sempiternis nudi deputabuntur incēdijs. Mors depascet eos, quia semper morientur ad vitam, & semper viuent ad mortem.] Vel ideò inquit depascet, vt diuersitatem quæ inter bonos, & malos reperitur, insinuet. Quod enim depascitur herba est, nam arbor depasci non potest. Herba brutis animantibus deseruit in cibum, fructus arboris rationalibus creaturis sunt grati. Igitur per herbam reprobi, per arbores autē fructiferas, electi designātur. [Tandiu namque, ait Augustinus, videtur herba lætior, quam arbor, quādiu hyems est. Herba enim per hyemem viget, arbor per hyemem quasi arida est: cum sol exierit feruentior tempore æstatis, arbor, quę per hyemem arida videbatur, expletur folijs, profert fructus, herba autem arescit. Videbis honorem arboris, herba arida est. Sic & modo iusti laborant, antequam veniat æstas. Est vita in radice, nondum apparet in ramis. Radix autem nostra, charitas est. Et quid ait Apostolus? vt sursum debeamus habere radicem, vt vita sit pastor noster; quia habitatio nostra non debet recedere de cælo; quia in hac terra debemus sicut mortui ambulare, vt supra viuentes, infra mortui simus, non vt supra mortui, infra viuamus. Quid ergo non debet recedere vita nostra, & cor nostrum de supernis? quid ait Apostolus? Mortui enim estis. Et ne timeres, vita vestra abscondita est, ait, cum Christo in Deo. Ecce vbi est radix nostra. Quando autem apparebit honor noster, tanquam in folijs, & in fructibus, sequitur, & dicit, Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria, & erit mane; nam modo non est mane. Tumeant modo superbi, & diuites huius sæculi, impij bonis insultent, infideles fidelibus, & dicant. Quid vobis prodest, quia credidistis? Quid plus habetis, quia Christum habetis? Respondeant fideles, si verè fideles sunt, Nox est, nondum videtur quod tenemus. Non quiescant manus in bonis operibus. Vnde alibi dicitur: In die tribulationis meę Deum exquisiui manibus meis, nocte coram eo, & non sum deceptus. Apparebit labor noster mane, & erit fructus mane, vt illi, qui modo laborant, postea dominentur, & illi, qui modo se iactant, & superbiunt, postea subijciantur.]

Bern. ser. 1. de verbis Apostol. to. 1.

Aug. sup. psal 48. to. 8.

Colos. 3.

27 [Vt autem ad argumentum factum in contrarium ex præsenti loco Isaiæ respondeamus, aduertere oportet, quòd verbum visitare non solum

solum accipitur in sacris litteris in bonam partem pro hoc, quod est misereri, sed etiam multoties sumitur in malam partem pro punire, & castigare. Sic accipitur Isa-
Isa. 26. iæ 26. [Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum.] Isa-
Isa. 27. iæ 27. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum,
Isa. 29. qui in mari est.] Et cap. 29. [A Domino exercituum visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flammæ ignis deuorantis] Et
Exo. 20 Exodi 20. [Visitans iniquitatem patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem.] Et in hac secunda acceptione accipitur in præsenti loco Isaiæ illud verbum [visitabuntur,] vt S. Hieron. explicat in præsenti. Et sensus est. Adhuc post multos dies punientur reproborum delicta. Quæ explicatio colligitur ex Beato Hieronymo, & Glosa super eundem locum, & est valde conformis translationi Septuaginta interpretum, qui, vbi nos legimus, [& post multos dies visitabuntur;] transferunt: [Et per multas generationes erit visitatio eorum.] Idest per infinita sæcula. Hoc enim significat verbum Hebræum [rob,] multitudinem videlicet innumerabilem.

28 [Et erubescet Luna, & confundetur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Herusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.] Dupliciter interpretari possunt verba ista. Primo, ita vt intelligantur de signis, quæ in Sole, & Luna præcedēt vniuersale iudicium, de quibus Saluator loquitur. Lucæ 21. *Luc. 21.*
[Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terra præsura gentium arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi.] Decreuit enim misericors Dominus hæc signa aduentum illius ad iudicium præcedere, vt homines paratos inueniat, sicut diximus cap. 2. num. 21. aut vero vt reprobos confundat, & designet eorum adinuentiones, & peccata, ipsis quoque luminaribus cælestibus esse pudenda, atque omnibus creaturis detestanda, Hinc & Hieronymus ait: [Erubescet Luna, & *Hieron.*
confundetur Sol; quando visitauerit Dominus super militiam cæli in excelsis. Hoc est, quod in alio loco scriptum est. Castra non sunt munda in conspectu eius, & aduersum angelos suos peruersum, quid reperit. Luna erubescit, sol confunditur, & cælum operitur cilicio, & nos intrepidi, atque lætantes, quasi omni careamus vitio, occurremus iudicis maiestati, quando tabescent montes erecti, videlicet in superbiam, & omnis militia cælorum, vel astra, vel angelicæ dignitates, & complicabuntur, sicut libri cæli, & omnis exercitus eorum instar foliorum defluet.] Et iterum: [Erubescet Luna, & cōfundetur Sol cernens homines, qui suo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate fecisse, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.] Secundo possunt accipi, ita vt pertineant ad electorum consolationem, & magnam claritatem, & gloriam eorum designent, & splēdorem, atque maiestatem iudicis aduenictis, quæ talis erit, ac tanta, vt in conspectu Domini, & seruorum eius clarita-

tem ſuam,& ſplendorem fulgentiſſimus Sol, & Luna pulcherrima amiſiſſe videatur. Hoc prodigium cœpit in morte redemptoris manifeſtari, dum confracta per paſſionem lagena corporis, lux ſplendida Saluatoris apparuit in cuius cōſpectu, ſicut dicit Euangeliſta, [tenebræ factæ ſunt in vniuerſa terra vſque in horam nonam, & obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt medium. [Sicut enim ſtellæ, quæ nocte fulgent maxime, orto Sole lumen ſuum abſcondunt, & claritate maxima illius offuſcantur; ita & Sol obſcuratus eſt à claritate Chriſti, qui in cruce pro nobis mortuus eſt. Vnde & Centurio, videns quod factum fuerat, glorificauit Deum dicens: [Vere hic homo iuſtus erat.] Et ſimiliter Turba clamabat; [Vere filius Dei erat iſte.] Quod ſi dehoneſtatus inter duos latrones talem ex ſe Chriſtus Dominus ſplendorem emiſit, vt ſolis claritatem obſcuraret; quid faciet cum in conſpectu Angelorum, & omnium ciuium cæleſtium fuerit glorificatus?

C A P V T X X V.

1 OMINE Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. 3 Quia poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum: vt non ſit ciuitas, & in ſempiternum non ædificetur. 4 Super hoc laudabit te populus fortis ciuitas gentium robuſtarum timebit te. 5 Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua: ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu: ſpiritus enim robuſtorum quaſi turbo impellens parietem. Sicut æſtus in ſiti, tumulum alienorum humiliabis: & quaſi calore ſub nube torrente propaginem fortium marceſcere facies. 6 Et faciet 7 Dominus exercituum 8 omnibus populis 9 in monte hoc 10 conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, 11 pinguium medullatorum, 12 [&c. vſque ad] 16. vindemiæ defæcatæ. 17 Et præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus eſt ſuper omnes nationes: Præcipitabit mortem in ſempiternum: & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra: quia Dominus locutus eſt. 18 Et dicet in die illa: Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, & ſaluabit nos: iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in ſalutari eius. 19 Quia requieſcet manus Domini in monte iſto: & triturabitur Moab ſub eo, ſicu titeruntur paleæ in plauſtro. Et extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum alliſione manuum eius. Et munimēta ſublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahētur in terram vſque ad puluerem.

SVM-

SVMMA CAPITIS.



ONTINET caput præsens quoddam canticum laudis, quo electi de magnis periculis liberati magnificat Deo gratias agunt, & potissime propter duo beneficia. Primum est; quia mundū vniuersum euertit, reprobos vsque ad terram, immo vsque ad profundum laci humiliando; de quo agit in principio capitis. Secundum est, electos suos ab impiorum calumnijs defendit, et illos ad beatitudinis brauium perduxit; de quo agit ab illo versiculo: [Quia factus es, &c] Deinde magnitudinem gloriæ beatorum explicat exemplo conuiuij opulentissimi, cuius splendorem describit in illo versiculo: [Et faciet Dominus, &c.] Tandem præcipitandam esse mortem, & tyrannidem principis tenebrarum prædicit ab illo versiculo: [Præcipitabit mortem,] vsque ad finem capitis.

COMMENTARIVM.

2 DOMINE Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen.] More suo Propheta gratias agit Deo audita vitæ futuræ gloria, in qua senes illi, de quibus in capite præcedēti mentionem fecerat, regnaturi sunt cum Christo. Et procidētes, sicut Ioannes ait, ante sedentem in throno, & adorantes viuentem in sæcula sæculorum, & mittentes coronas suas ante thronum, atque dicentes:
Apo. 4. [Dignus es Domine De' noster accipere gloriam, & honorem, & virtutē, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.] Igitur eorum nomine, atque omnium electorum in canticum laudis prorumpit Isaias, & in singulari numero, vt vnitatem, & concordiam supernæ ciuitatis designet, talem Psalmum gratiarum actionis intonat. [Domine Deus meus es tu.] Ac si dicat: nihil ad nos idola, vel quidquid in mundo est. Confundantur omnes, qui adorauerunt sculptilia, & qui ambulantes post vanitatem, vani facti sunt: nos autem, qui in partem sortis sanctorum vocati sumus, & ciues Hierusalem cælestis effecti, in nomine Dei nostri magnificabimur, & collaudabimus eum, nihil nostris viribus tribuentes, sed partam victoriam contra principem tenebrarum, contra mundum, & carnem, & contra nosmetipsos adscribentes Deo. Te ergo exaltamus Deus noster, tibi gloria, tibi honor quoniam tua est potentia, qui facis mirabilia, nihil relinquens imperfectum, sed cogitationes tuas antiquas, quibus ab æterno, nullis eorū præcedentibus meritis, tuos eligere voluisti, ad finem perduxisti, nos vocans per gratiam tuam, nos iustificans, nos saluans, & magnificans. Vere illæ tuæ cogitationes antiquæ fideles fuerunt; quoniam quidquid nobis promisisti, nūc iam

experientia ipsa adimpletum esse conspicimus. Illud ergo pronomen [Amen.]veritatem designat,quam Deus in promissis suis seruauit, & seruat semper, iuxta illud, quod

Ps.144. scriptum est: [Fidelis Dominus in omnibus verbis suis,& sanctus in omnibus operibus suis.]

3 [Quia posuisti ciuitatem in tumulũ, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, vt non sit ciuitas,& in sempiternum non ædificetur] Gaudẽt sancti,& Deo gratias agunt ob destructionem mundi futuram in vniuersali iudicio, & vastitatẽ orbis,qui supra dictus est ciuitas vanitatis. Ita enim diruetur, & omnia illius excelsa ædificia cadent,vt nõ sit vltra ciuitas,sed acer uus lapidum, sicut & de Damasco superius dictum est: nec erit spes illum reedificandi vel inhabitandi. Nihil proderunt impijs palatia superba, nihil sepulchra eburnea, & deaurata, nihil memoria, aut fama iniustè acquisita:omnia enim simul vna die peribunt. Domum alienorum appellat mundum, hoc est impiorum, ac reproborum hominum, qui vocauerunt nomina sua in terris suis, qui ædificauerũt ciuitatem

Isa.5. Babylonis coniungentes domum ad Domum, & agrum agro copulantes vsque ad terminum loci, & imitantes patrem suum Cain, qui primus ciuitatem construxit, & vo

Gen. 4. cauit eam nomine filij sui Enoch. Electi namque noluerunt hic habere manentem ciuitatẽ,sed toto cor

Heb.11 de inquirebant futuram,[in solitudinibus errantes, in montibus, & spelũcis,& in cauernis terræ.]Imitãtes patrem suum Abraham,[qui fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in ca sulis habitãdo cum Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdẽ. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem:cuius artifex,& conditor Deus.] Quia ergo electi alieni erant in hoc sęculo,exules & peregrini, propriã patriam habent in cælis,quæ permanet in æternum: reprobi autem, qui alieni à iustis extiterunt,& ab eorum sancta conuersatione se in hoc mundo elõgauerunt, elongabuntur & in sæculo venturo à beatorum consortio. De electis namq. scriptum est;[Bibe a- *Prou.5.*
quã de cisterna tua,& fluenta putei tui.Deriuẽtur fontes tui foras,& in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.] Soli electi bibent in patria de torrẽte voluptatis æternæ,qui,dum erant in via, calicis passionis Christi,atque cælestis sapientiæ participes facti sunt. Alieni autẽ, qui calicẽ tribulationis gustare noluerunt, fontem vitæ in patria cum electis non gustabunt; Scriptum est enim. Cor,quod cognouit amaritudinem animæ suæ,in gaudio illius non miscebitur extraneus.] Alieni autem sunt omnes reprobi, de quibus per *Pro.14.*
prophetã dicitur:[Filij alieni men- *Ps.17.*
titi sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.] Vide supradicta in cap.1.nu, 21. & 22. [In sempiternum non ædificetur,] idest post diem iudicij nullam in electos reprobi exercebunt tyrannidem, nec ad pristinam poterunt felicitatem redire.

4 [Super hoc laudabit te populus fortis,ciuitas gentium robustarũ timebit te.] S. Hieronymus per populum fortem,& ciuitatem gentium robustarum,electos intelligit, qui robusti fuerunt,& fortes ad labores, & onera huius sæculi sustinẽda. Isti,inquit,collaudabunt Deũ in

in æternũ, cum viderint totius orbis excidium, & timebunt illum timore filiali, de quo scriptum est:
Ps. 18. [Timor Domini sanctus permanet in sæculũ sæculi.] Consonat hęc explicatio cum translatione Septuaginta interpretum, quæ sic habet. [Propter hoc benedicet tibi populus mẽdicus, & ciuitates hominum iniquitatem sustinentiũ benedicent tibi.] Consonant etiam hæc verbis Domini in Euangelio dicentis: Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorum: beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam; quoniam ipsorum est regnũ cælorũ.] Ecce pauperibus, & mendicis patria repromittitur cęlestis, & similiter iniuriam à tyrannis fortiter sustinentibus. Cum ergo consecuti fuerint optatum præmium, laudabunt Dominum, & benedicẽt in sæcula: sicut dicit Psalmista: [Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.] Et vt explicet Isaias causam, propter quam ciues illi cælestes laudabunt Dominum in æternum, subdit:

5 [Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in siti, tumultũ alienorum humiliabis, & quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies.] Laudamus, inquient, & glorificamus te Deus noster, quia fuisti fortitudo nostra, & cum nihil nobis esset roboris, atque de viribus nostris prorsus desperaremus, tunc temporis factus es nobis fortitudo, & robur. Solet enim omnipotẽs suis misericorditer subuenire, cum in maiori versantur periculo, vt magis, ac magis virtus diuina, atque illius clementia nobis innotescat. Afflictionem iustorum æstui comparat, & turbini, auxilium autem Dei vmbræ, & refugio: quoniam reprobi in electos nõ secus inuehuntur, quã turbo in parietem, quem prosternit. Verum miseri, sicut immisericordes fuerunt erga electos, & quasi turbo inuadens domum firmissimam, ita & ipsi sine misericordia peribunt, atque turbine validissimo ventilabuntur, & proijcientur, sicut puluis à facie terræ, & diuidentur à consortio iustorum, sicut ventilabro à tritico palea separatur in area. Vnde & Ioannes ait: [Cuius ventila- Mat. 3.
brum in manu sua, & permundabit aream suam & congregabit triticũ suum in horreũ, paleas autem comburet igne inextinguibili.] Ad ventilandum autem, & permundãdum tam immensam aream toto orbe terrarũ dispersam, atque ex tot generationibus congregatam, tempestas valida necessaria erit, nec deficiet: Scriptum est enim: [Ignis in Ps. 49.
conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tẽpestas valida. [Valida tempestas erit (inquit S. Augustinus) Auguſt. ventilatura tam magnam aream. to. 8.
Hac tempestate erit illa ventilatio, qua separabitur à sanctis omne immundum, à fidelibus omnis simulatio, à pijs, & tremẽtibus verbum Dei omnis cõtemptor, & superbus. Modo enim mixtura quædam iacet à solis ortu vsque ad occasum. Proculdubio ista tempestas quandam separationem factura est; alij erunt iudicantes cum Domino, qui sedebunt super sedes duodecim; ali vero iudicandi; sed ad dexteram ponendi.] Nam reprobi ad sinistram erunt ab omnibus electis diuisi, &

ſeparati; de quo plura diximus c. 1. nu. 7. Igitur vmbraculum erit Dominus ab æſtu ipſis electis, quia omnia pericula, & omnia incommoda longe faciet ab eis. Impij autem, quibus in die iudicij nullum erit vmbraculum, quo ſe ab æſtu ignis deuorantis defendāt, areſcent ſtatim, & defluent. Lege ſupradicta cap. 4. num. 11. & 13.

6 [Et faciet Dominus exercituū omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuiū vindemiæ, pinguium medullatorū, vindemiæ defæcatæ.] Explicat his verbis quanta futura ſit ſupernorū ciuium ſatietas, quanta lætitia, quantum gaudium. Etenim per conuiuium, æternam beatitudinem intelligit, quam etiā Saluator noſter per cœnā in Euāgelio deſignauit, cum ait: [Homo quidā fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirēt: quia iam parata ſunt omnia.] Et quidem, quod de cæleſti conuiuio loquatur Dominus, colligitur ex ipſo cōtextu: præmiſerat enim quidam de ſimul diſcumbentibus. [Beatus qui manducabit panem in regno cælorum.] Vnde, & Gregorius ait: [Quis iſte homo eſt, niſi ille, de quo per prophetā dicitur: Et homo eſt, & quis cognouit eum? Qui fecit cœnā magnam: quia ſatietatem nobis dulcedinis internę pręparauit.] Nec huic noſtrę intelligētiæ obſtat, quod per prophetā conuiuium, ſeu prandium per Euangeliſtam vero cœna dicitur: [Quia (vt Gregorius ait) cum ad horā nonam apud antiquos quotidie prandium fieret, ipſum quoque prandium cœna vocabatur.

Luc. 14.

Greg. ho. 36. in Euāgel. to. 2.

Gregor. hom. 38.

7 Igitur in conuiuio, quod Dominus ab æterno electis præparauit, multa ſunt conſideratione digna, quæ illud faciunt ſplendidum, & permagnificum, & tanguntur à propheta in verbis præmiſſis. Primum eſt dignitas, & excellentia facientis cōuiuium; eſt enim [Dominus exercituum,] non vnius regni poteſtatem habens, nec vnius tantum generationis, ſed omnium dominator exiſtens. Sicut dicit ſcriptura: [Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ.] Et iterum: [Dominus vniuerſorum tu es.] In cuius laudē canit propheta: [Dominus nomen illi:] Non inquit Domin' iſtius regni, aut illius, ſed Dominus abſolute; quoniā rex regum eſt, & Dominus dominantiū.

Iud. 9.

Pſ. 67.

8 Secundum eſt multitudo maxima, & innumerabilis eorum, qui ad cōuiuium illud ſunt inuitati, qui & manducabunt panē in regno cælorum, iuxta illud, quod Saluator ait: [Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper mēſam meā in regno meo.] Hanc autem multitudinē deſignat propheta, cum ait conuiuium eſſe faciendū [omnibus populis,] hoc eſt, non vni tantum, aut alteri nationi, ſed vniuerſis. Nam ex omnibus aliqui ad conuiuium illud cæleſte miſericorditer aſſumentur. Sicut enim ad finem omnes inuitantur, & ſine acceptione perſonarum omnes admittuntur ad Eccleſiam Chriſti, quotquot lauacro baptiſmi regenerari volunt, & intellectum captiuare in obſequium fidei: ita quicunque à Deo vocatus permanſerit in fide, atq; in dilectione Dei vſque in finē, & mandata illius ſeruauerit cæleſtibus epulis dignus erit, ſiue natione Iudæus fuerit, ſiue gentilis, ſiue ſeruus, ſiue liber, ſiue maſculus, ſiue femi-

Luc. 22.

femina, siue diues, siue pauper, siue nobilis, siue ignobilis. Dicit enim
Gal. 3. Paulus: [Omnes filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber; non est masculus, neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.] Hinc & propheta Euangelicus, postquam dinumerauit centum quadraginta quatuor millia signatorum ex omni tribu filiorũ Israel, subdit: [Post-
Apo. 7. hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum: & clamabat voce magna dicentes: salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium.] Et Daniel propheta loquens de spiritibus angelicis, qui ante
Dan. 7. thronum assistebant, inquit. [Millia millium ministrabant ei, & decies millies cẽtena millia assistebãt ei.] Vide quam magna sit, & innumerabilis multitudo angelorum, & hominum, qui in cælesti conuiuio saturabuntur in æternum.

9 Tertium est amœnitas, & securitas loci, in quo conuiuium electis faciendum erit; quia non in loco infimo, non in valle, aut locis humentibus, siue aduersis saluti hominum, sed in monte alto, vbi nulla est tempestas, nec turbo, aut pluuia, sed cælum serenum, aura suauis, & delicata. Vbi nullus ascendet hostis, nullus aderit inimicus, sed summa pax inter conuiuas, & concordia erit.

10 Quartum est suauitas ciborum, atque eduliorum abundantia, quæ omnibus electis pręparata sũt. Erit enim [conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum, & pinguium medullatorũ.] Concessit Dominus Noë, & filijs eius post diluuium, vt carnibus vescerẽtur. [Ter- Gen. 9.
ror vester,] inquiens, [ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli cum vniuersis, quæ mouẽtur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Et omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis.] Idest carnem humanam, à qua sanguinem separare non licet, hominem occidendo: at in cælesti conuiuio non volatilia cæli, non carnes eorum, quæ mouẽtur super terram, sed Dominus ipse cæli, & terræ, datur in cibum. Ille est, qui electos suos inuitat, ipse conuiua; ipse omnium esca, & cibus. Vere cibus, & cibus selectus, cibus suauis, cibus delicatus. [Gustate, inquit, & videte, quo- Ps. 33.
niam suauis est Dominus.] Ideò ergo conuiuium illud pinguium esse dicitur, & pinguium medullatorũ. Medulla inter ea, quę in animali sũt comestibilia sapit dulcius, gustatur suauius, sed inter ossa durissima est perclusa, & nisi frangantur, comedi nõ potest: vt plurimũ à sugentibus ossa, vtcumque gustatur, nõ plene, neque perfecte, sed solum ex parte. Audi mysterium. Dominus Iesus Deus verus & homo seipsum sub sacramẽto altaris suis fidelibus, dum sunt in via tribuit in cibum, vt illos sibi vnione mirabili coniungat, & per dilectionem, & gratiam vnum efficiat. Ait enim: [Caro mea verè Ioan. 6

est cibus, & sanguis meus vere est potus, qui manducat meam carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, in me ma-
Ioan.17 net, & ego illo.] Et iterum: [Non pro eis autem rogo tantum, sed & & pro eis, qui credituri sũt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus; quia tu me misisti; & ego claritatẽ, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum: & cognoscat mundus; quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.] Sed manducantes carnem Domini, & bibẽtes sanguinem illius, medullam, & adipem diuinitatis, dum sunt in hoc mortali corpore, plene gustare nõ possunt. Hoc enim pro conuiuio reseruatur cęlesti. In cuius signum, cum filij Israel comederent agnum assum, qui typum Saluatoris gerebat, præceptũ est illis, [os non cõminuetis ex eo.] Vnde, & milites venientes ex duo-
Ioan.19 bus latronibus [primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eũ mortuum non fregerunt eius crura, facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur, os nõ cõminuetis ex eo.] Aperuit vnus militum lancea latus Domini, sed ossa illius non fregerunt, vt mysteriũ agnoscas, & scias; quoniam in hac vita fidelibus non conceditur ossibus agni confractis intus latentem medullam diuinita-
1.Cor. 13. tis gustare perfecte. [Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autẽ venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est.] quãdo scilicet Dominus fecerit conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum, quando adipe frumẽti electos satiauerit in superna ciuitate, quando videbimus eũ, sicuti est, non per speculũ in enygmate, sed facie ad faciem illũ contemplãtes. Nunc autem sufficit nobis, si vtcumque suauitatem illius inter vmbras degustemus, & manna absconditum sentiamus.

11 Linguam canum collaudat propheta: [Vt intingatur, inquiẽs, *Ps.67.* pes tuus in sanguine, lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso.] Pes Christi sanguine intinctus illi sunt, qui calceati pedes in præparationẽ Euangelij pacis pro nomine eius martyrium subire gaudẽt, viriliter pro Ecclesia certãtes vsque ad proprij sanguinis effusionẽ. Hos etiam canes dixit: [Canes laudabiles,] inquit Augustinus. [non detestabiles, *Aug.to.8* fidem seruãtes Domino suo, & pro eius domo contra inimicos latrantes. Non enim tantummodo canum dixit, sed canum tuorum: nec eorũ dentes, sed lingua laudata est; quoniã non vtique frustra, nec sine magno sacramento Gedeon solos eos iussus est ducere, qui fluminis aquã sicut canes lamberent, talesq. non amplius, quam trecẽti in tanta multitudine inuenti sunt. In quo numero crucis signum est, propter litteram, quæ in Gręcis numerorũ notis trecentos significat. De talibus ca- *Ps.58.* nibus, & in alio psalmo dicitur, Cõuertentur ad Vesperã, & famem patientur, vt canes; nam & quidã canes reprehensi sunt à propheta Isa- ia; non ideo quia canes essent, sed *Isai.56.* quod latrare nescirẽt, & dormitare amarent. Vbi vtique demonstrauit, quia si vigilarent, & pro Domino suo latrarent, laudabiles canes essent, sicut laudantur isti, de quibus dicitur: lingua canum torum: quos tamen

tamen Propheta ex inimicis futuros esse prædixit, per illam scilicet conuersionem, de qua superius loquitur. Vnde & ille Psalmus, Conuertentur, inquit, ad vesperam, & famem patientur vt canes. Deinde veluti quærentibus, vnde hoc illis tantum bonum, vt canes eius fierent, cuius fuerant inimici, respōsum est ab eo, sic enim legitur, Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso: ipsius vtique dilectione, ipsius misericordia, ipsius gratia. Nam quando id possent à seipsis? Etenim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius: ad hoc & Domini fuit exitus mortis.] Igitur lingua canum collaudatur à Propheta, eo quod canes, dum ossa dentibus cōfringunt, latentem in illis medullā degustant. Sic & Apostoli, atque prædicatores Euangelij asperam vitam, & duram carni, & sanguini amantes, & scrutantes Scripturas sacras, & corticem litteræ frangentes, dulcedinem spiritus sugere promerentur. Et vt linguis cælestibus, cælestis cibus, qui non inuenitur in terra suauiter viuentium, gustaretur: apparuerunt Apostolis in die Pentecostes dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Quid ni magnalia Dei loquerentur, qui Spiritu sancto repleti erant, & linguā eruditam de cælo missam acceperunt à Deo.

Ps. 58. Rom. 5. Iob 28. Act. 2.

12 Quintum est suauitas potus, ac vini pretiosissimi, quo in cælesti conuiuio inebriabuntur electi. Scriptum est enim: [Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę potabis eos; quoniā apud te est fons vitæ,] fons perennis, fons siccitatem nesciens, fons indeficiens. Verè fons, qui, vt supra diximus, semper manat, iucunditatem sempiternā subministrat. Erit ergo conuiuium cæleste, conuiuium vindemiæ, in quo mustum admirabile, & vinum, quod lætificat cor hominis non deficiet. [Vindemiæ defæcatæ,] hoc est sine fæce, quia purissimum erit vinum. Scriptum est enim, [quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinabit ex hoc in hoc, verūtamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.] Habet Dominus vinum merum, vinum sine fæcibus, vinum purissimum, quod in patria cum Christo bibent electi: iuxta illud, quod Discipulis suis ipse Saluator adhuc viuens in hoc mortali corpore dixit: [Amen dico vobis: quia iam non bibam de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.] Vnde & Theodoretus ait: [Vitis est ipse Dominus, genimen vitis mysteria, & intellectus occultus, quem ipse generat, qui docet hominem scientiam; in regno autem Dei, id est in futuro sæculo, bibet cum suis discipulis mysteria, & sapientiam, noua quædam nobis reuelans, quæ nunc occultat.] Habet etiam Dominus vinum mistum, quod fidelibus suis, quamdiu vident eum per speculum in enigmate, propinat. [Venite, inquit, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.] Habet denique fæces amarissimas, quas in inferno bibēt omnes peccatores terræ. Vides qualiter cæleste conuiuium sit vndequaque magnificum, perfectum, & con-

Psal. 35 Ps. 74. Mat. 26 Mar. 14 Prou. 9.

& consummatum?

13 Commemorat Scriptura sacra,& magnificat illud grande conuiuium,quod rex Assuerus,quando sedit in solio regni sui, fecit in ciuitate Susan, quæ exordium fuerat regni eius,& describens qualitatē, & excellentiam illius,inquit:[Tertio igitur anno imperij sui, fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorũ inclytis,Præfectis prouinciarum coram se, vt ostēderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiā potentiæ suæ multo tempore, centum videlicet,& octoginta diebus. Cumq; implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum,qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum; & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu,& manu consitum erāt. Et pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & carbasini, ac hyacinthini sustentata funibus byssinis,atque purpureis,qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei, & argētei super pauimentum smaragdino, & pario stratum lapide dispositi erāt; quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem qui inuitati erant aureis poculis, & alijs atque alijs vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat,abundans & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum,sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet.] Sed si hæc omnia ad splendorem cōuiuij cælestis referantur, quasi nihilum apparebũt. Discurramus per singula. Sedet Assuerus in solio regni sui in ciuitate Susan: sed Dominus maiestatis sedet in throno gloriæ suæ in ciuitate sancta Hierusalem, quæ sursum est, quæ est mater nostra. [Aspiciebam,inquit Daniel, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum, quasi nix, & capilli capitis eius,quasi lana mũda,thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accensus.] Assuerus tertio anno imperij sui parat conuiuium; Deus autem ab origine mundi illud suis electis præparauit; dicet enim aliquando his, qui à dextris eius erunt.[Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.] Ad illud conuiuium inuitantur pueri fortissimi Persarum, & Medorum inclyti, & prouinciarum regis Assueri Præfecti, & omnis populus qui inuentus est in Susan, à maximo vsque ad minimum: ad istud autem omnes populi inuitantur, & omnes gētes. Quod Dominus ipse sub quadam parabola in Euāgelio designauit; cum enim quidam de simul discumbentibus cum illo, dixisset Redēptori:[Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos; & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis,vt venirent; quia iam parata sunt omnia. Illis autē se excusantibus: iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles,& cæcos,& claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine,factum est vt imperasti,& adhuc locus est. Et ait Dominus seruo:Exi in vias, & sæpes,& compelle

Esther 1. *Dan. 7.* *Mat. 25* *Luc. 14.*

pelle

pelle intrare, vt impleatur domus mea.

14 Illud conuiuium factum est à rege, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ: istud verò factum est à Deo, vt abundantes diuitias gratiæ suæ ostenderet in vasis misericordiæ. Dicit enim

Rom. 9. Paulus: [Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitũ, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quos & vocauit nos, non solum ex Iudæis, sed etiã ex gẽtibus, sicut in Oseæ dicit: Vocabo non plebem meam plebem meam; & non dilectam, dilectam; & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco, vbi dictum est eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui.] Ex quibus verbis manifestè colligitur potissimam causam finalem, propter quam Deus decreuit permittere in aliquibus peccatum, atque supposito eorum peccato, illos punire in æternum, & alios eligere misericorditer ad gloriam, esse, vt in reprobis ostenderet potentiam suam per modum iustitiæ puniendo, & vt magis splẽdeat eius misericordia in electis, eos ad tantam gloriam sublimando. Hoc designat Apostolus, cum ait: [Quia

Rom. 9. in hoc ipsum excitaui te, vt ostenderem, &c.] Vbi nomine excitationis, induratio, & permissio peccati Pharaonis intelligitur, vt diximus supra cap. 6. num. 48. Hanc permissionem, inquit Apostolus, Deum ordinasse ad istum finem, vt ostenderet virtutem suam in punitione Pharaonis, & tandẽ in electis suis misericordia eius magis splendeat. Consonat cum hac explicatione illud Prouerbiorum 16. [Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum,] idest hominem, qui futurus erat impius, Deus creauit, & permisit impietatem eius, ac tandem propter illam decreuit eũ punire hoc potissimo fine, vt in die mala, hoc est in die iudicij, iustitia Dei splendeat in reprobis, & misericordia eius magis commendabilis fiat in electis: opposita enim iuxta se posita magis elucescunt. Sic explicant istum locũ Lyranus, Rodulphus, Haymon, & multi alij. Vnde & Augustinus ait: [Neque enim Deus vllum, non dico angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum præscisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum vsibus commodaret, atque in ordinem sæculorum, tanquam pulcherrimum carmen etiã ex quibusdã quasi antithesis honestaret.] Aug. 11. de Ciuit. Dei c. 18.

Et post pauca: [His antithesis etiã Paulus Apostolus in secũda ad Corinthios epistola, illum locum suauiter explicat, vbi dicit: Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, vt seductores, & veraces; vt qui ignoramur, & cognoscimur, quasi morientes, & ecce viuimus; vt coerciti, & non mortificati: vt tristes, semper autem gaudentes; tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Sicut ergo ista contraria contrarijs opposita sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam non verborũ, sed rerum eloquentia contrariorũ oppositione sæculi pulchritudo cõponitur. Apertissimè hoc positum est in libro Ecclesiastico hoc modo: 2. Cor. 6 Eccl. 33

do: contra malum bonum est, & contra mortem vita; sic contra pium peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi bina, & bina, vnum contra vnum.] Id ipsum cõfirmant verba illa 2. ad Timoth.2. [In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed etiam lignea,& fictilia, & quædam quidẽ in honorem, quædam in contumeliam.] Vnde S.Thom.locum istum explicans, ait: Quod ex ipsa bonitate diuina ratio sumi potest prædestinationis aliquorum,& reprobationis aliorum.Sic enim dicitur; omnia propter suam bonitatem fecisse,vt in rebus diuina bonitas repræsentetur.Necesse est autẽ,quod diuina bonitas,quæ in se est vna, & simplex, multiformiter repræsentetur in rebus, propter hoc, quod res creatæ ad simplicitatem diuinam attingere non possunt. Et inde est,quod ad completionem vniuersi requirũtur diuersi gradus rerum, quarum quædam altum, & quędam infimum locum teneant in vniuerso.Et vt multiformitas graduum conseruetur in rebus, Deus permittit aliqua mala fieri,ne multa bona impediantur, vt supra dictum est. Sic igitur consideremus totum genus humanum, sicut totã rerum vniuersitatem. Voluit igitur Deus in hominibus, quantum ad aliquos,quos prędestinat,suam repræsentare bonitatem per modum misericordiæ parcendo, & quantũ ad aliquos,quos reprobat, per modum iustitiæ puniendo. Et hæc est ratio, quare Deus quosdam eligit, & quosdam reprobat.] Vides qualiter in conuiuio illo potentiã suã, & abundantes diuitias gratiæ suæ Dominus ostenderit?

S.Tho. 1. par.q.23. ar.5.ad 3.

15 Conuiuium regis Assueri factum est memorabile à diuturnitate temporis;quia videlicet [multo tempore; hoc est centum & octoginta diebus]perdurauit. At cæleste conuiuium non tempore, quod finem habet, sed æternitate indeficiente mensuratur. Quod si admiraris locum, in quo illud conuiuiũ præparatum est,videlicet horti vestibulum, in quo [pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & carbasini, ac hyacinthini, &c.] intuere, & multo magis admirare supernam ciuitatem quam manibus suis fabricauit Dominus maiestatis, & pretiosissimis lapidibus exornauit, vt dignitas loci conuiuio responderet. [O Israel, inquit Propheta, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius? Magnus est, & non habet finem,excelsus, & immensus.] Hinc & beatus Ioannes eius amplitudinem, & splendorem describens ait: [Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum iaspis; secundum saphyrus; tertium calcedonius; quartum smaragdus; quintum sardonyx; sextum sardius; septimum chrysolithus; octauum beryllus; nonum topazius; decimum chrysoprasus; vndecimum hyacinthus; duodecimum amethystus. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt,per singulas;& singulæ portæ erant ex singulis margaritis; & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum.] Vnde & Augustinus ait: [Mater Hierusalem ciuitas, mater sancta Dei, charissima sponsa Christi, te amat cor meum, pulchritudinem tuam nimium

Baruc. 3

Apo.21.

Aug.in li. meditat.

nimium desiderat mens mea,ò quã decora, quam gloriosa, quam generosa tu es; tota pulchra es, & macula non est in te. Felix anima mea; semperq; felix in sæcula, si intueri meruero gloriam tuam, beatitudinem tuam, pulchritudinem tuam, portas,& muros tuos,& plateas tuas,& mãsiones tuas multas, nobilissimos ciues tuos, & fortissimum regem tuum Dominum nostrum in decore suo.] Denique vinum,quod in vtroque côuiuio ministratur, abundans est, & præcipuum,sed si semel poculum cęlestis dulcedinis gustasses, amara tibi omnis alia potio videretur.

16 Vindemiæ defæcatæ.] Obserua differentiam magnam inter conuiuiũ illud,quo Dominus quinque panibus ordeaceis, & duobus piscibus satiauit quinque millia hominum in deserto,atque conuiuiũ, quod ab origine mundi electis suis
Ioan. 6. præparauit in cælo.In illo namque panibus hordeaceis,& piscibus satiauit eos,sed cum panes, & pisces maximam soleant sitim excitare, non legitur vinum illis, aut alium potum Dominum prouidisse:cæterum in patria cælesti non solũ cibus,sed etiam potus, & potus suauissimus in mensa Dominica ministratur electis, quibus dicturus est
Cant.5. Dominus: [Comedite amici,& bibite, & inebriamini charissimi.] Quod & Septuaginta Interpretes in translatione præsentis loci Isaiæ latenter adnotauerunt; sic enim transferunt illum. [Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus super montem istum, bibent in lætitia, bibent vinum, vngentur vnguento in monte hoc.] Ecce silentio prætereunt cibum,nec explicãt qualis, & quam pretiosus sit futurus, sed solum commemorant qualitatem potus, cum dicunt: [Bibent in lætitia, bibent vinum,] vt scias quod nihil in hoc sæculo satiat hominis appetitum, sed solum illud bonum, quod possidetur in patria, eius desiderium potest explere. Panis cum mãducatur, & pisces sitim excitant, & quo magis, ac magis vescuntur homines huiusmodi alimentis,eo amplius sitiunt. Talia sunt omnia bona etiam spiritualia, quæ dum sumus in hoc mortali corpore, possidemus; excitant enim amplius desiderium, & sitim videndi Deum facie ad faciem. Omne illud, quo interim anima sustentatur,cibus est,non potus; quoniam eius desiderium satiare non valet, nec sitim extinguit, sed magis accendit. Audi quid sentiat Propheta, cum enim maximis bonis temporalibus,imò & spiritualibus donis abundaret, sitim maximam videndi Deum,quam omnia hæc in corde suo accenderant,hæc dicens
explicuit: [Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, Psal.41
ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei: Fuerũt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte; dum dicitur mihi quotidie; Vbi est Deus tuus?] Quid est hoc? lacrymas,quæ potari solent, panes appellat? vtique. Nam ipsum bibere,manducare est,& ipsum manducare amplius sitire: scriptum est e-
nim: [Qui edunt me,adhuc esuriẽt, Eccl.24
& qui bibent me, adhuc sitient.] Ideo sitim persentiens Propheta, tanquam ceruus currit,& omnia temporalia cursu velocissimo pertransit, vt ad fontẽ vitæ perueniat, in quo sitim extinguat, & bibat

gau-

gaudium, bibat lætitiam. [Sitiuit, inquit, anima mea ad Deum fontem viuum.] Ad Deum fontem, & fontem aquæ viuæ sitit, qui Deū panem lacrymarum subministrantem habet, & ipsum panem lacrymarum cum dolore manducat. [Quādo veniam, & apparebo ante faciem Dei? Hoc est, quod sitio (ait Augustinus) venire, & apparere. Sitio in peregrinatione, sitio in cursu, satiabor in aduentu. Sed quando veniam? Et quod citius est Deo, tardum est desiderio. Quando veniam & apparebo ante faciē Dei? & illo desiderio est, & hoc, ex quo clamabatur alibi, Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. Quare hoc? vt contempler, inquit, dilectionem Domini. Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini. Interim dum meditor, dum curro, dum in via sum, antequam veniam, antequam apparēā; fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? fuerunt mihi, inquit, lacrimæ meæ, non amaritudo, sed panes suaues erāt ipsæ lacrymæ, sitienti mihi illum fontem, quem quia bibere nondum poteram, auidus meas lacrymas manducabam. Non enim dixit, factæ sunt mihi lacrymæ meę potus; ne ipsa desiderasse videretur, sicut fontes aquarum, sed seruata illa siti, qua rapior, seruata illa siti, qua inardesco ad fontes aquarum, panes mihi factæ sunt lacrymæ meæ, dū differor, & vtique manducando lacrymas suas, sine dubio plus sitit ad fōtes. Die quippe, ac nocte factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes. Cibum illum, qui panis dicitur, die comedunt homines, nocte dormiunt; panis autem lacrymarum, & die, ac nocte comeditur: siue totum tempus accipias diem, & noctem, siue diem intelligas pro huius sæculi prosperitate, noctem verò pro huius sæculi aduersitate. Siue, inquit, in prosperis rebus sęculi, siue in aduersis rebus sæculi, ego desiderij mei lacrymas fundo, ego desiderij mei auiditatem non desero.] Vnde & ipse Propheta nullam satietatem extra visionem beatificam se inuenire posse cognoscens, ait: [Satiabor cū apparuerit gloria tua.] Ac si apertius dicat, nulla mihi satietas in hac valle lacrymarum esse poterit, nullum perfectum gaudiū, scio tamen, quod satiabor, certus sum, quod implebitur in bonis desiderium meum. Sed quando hoc erit? quando? [Defecerunt enim oculi mei in eloquium tuum dicentes, quando cōsolaberis me?] Scio quādo hoc erit, tunc videlicet, [cum apparuerit gloria tua; quando inebriabūtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ.] Imò & ipse, qui viatoribus est cibus, comprehensoribus postmodum cibus erit, & potus, torrens, & fons aquæ viuæ, imò & fluuius copiosissimus influens seipsum in os nostrum. Hæc quæ dicta sunt de cælesti conuiuio, possunt etiam nō inconuenienter sacrosancto Eucharistiæ sacramento adaptari, in quo se in cibūm suis fidelibus tribuit Dominus, vt diximus supra cap. 1. num. 9. & 10.

Aug. Ps. 41. to. 8.

Ps. 16.

Ps. 16.

Ps. 118.

Psal. 35

17 [Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternum,

num,

num, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuerso.] Obscuritatem, & profunditatem huius loci aperuit nobis Ioannes Euangelista, cum de omnibus electis, qui lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine agni, ait: [Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus; quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnẽ lacrymam ab oculis eorũ.] Et iterum: [Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus: & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorũ, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.] Igitur per faciem vinculi colligati, & per telam, quam orditus est inimicus, peccatum intelligit, quo princeps huius mũdi inuoluit omnes gentes, quasi reti, & sagena, & in vnum trahere contendit, sicut scriptum est: [Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum. Omnes enim peccauerũt, & egent gloria Dei.] † Aut si magis placet, facies vinculi colligati est ipse tenebrarum princeps, qui faciem se habere, & speciem boni Angeli simulabit, & transfigurabit se in angelum lucis, vt simplices decipiat, sed reuera erit facies vinculi colligati, vinculi quia consuetudine peccandi, reprobos implicatos, vinctos cõstrictos tenebit, & sibi subiectos & captiuos. Scriptum est enim: [Funibus peccatorum suorum quisquis constringitur.] Colligati,

Apoc. 7.

Abac. 1.

Rom. 3.

quia non solum alios tenebit ligatos, sed etiã seipsum amplius suis machinamentis colligabit, implicabit, & inuoluet, vt in carcerem sempiternum cum suis præcipitetur, & detrudatur. Alij transferunt, faciem operimenti operti, vel inuolucri inuoluti, aut tegumenti tecti, quod optimè congruit tenebrarum principi, eo quod sub sanctitatis specie, in ipso, aut in eius ministris omnis malitia & impietas contecta, operta, & conglobata est. Vnde & Dominus antiqui Leuiatan duplicitatem, & latentem atque implicatam malitiam detegens, ait: [Quis reuelabit faciem indumenti eius.] Quod enim Isaias dixit, faciem vinculi colligati, seu faciem operimenti operti. Hoc ipsum innuit apud Iob per faciem indumẽti eius, vbi Gregorius ait: [Quia Leuiathan iste, in eo quod iniquitatis opus molitur, sæpè specie sanctitatis induitur, & quia nisi per diuinam gratiam simulationis eius detegi indumenta non possunt, bene dicitur: Quis reuelabit faciem indumenti eius? Subaudi, nisi ego, qui seruorum meorum mentibus gratiam subtilissimæ discretionis inspiro, vt reuelata malitia, faciem eius nudam videant, quam coopertam ille sub habitu sanctitatis occultat.*] Habuit autem facies suas peccatum, partim terribiles bonis, partim fraudulenta specie alliciens homines ad malum: nam & angelus sathanæ, vt inquit Paulus, se in Angelum lucis transfigurare consueuit: sed Christus Dominus moriens in cruce, peccatum, & mortem, atque tyrannidem diaboli destruxit, insuper & in die iudicij peccatum; & mortẽ, ne electos deinceps inuadere audeant,

Iob 41.

Greg. lib. 33. mor. c. 22.

deant, præcipitabit in æternum, id est totaliter destruet: præcipitare enim disperdere est, & penitus destruere. Vnde & Apostolus morti,ac peccato insultans, ait: [Cum auté mortale hoc induerit immortalitatem,tunc fiet sermo,qui scriptus est,absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? idest peccatum;nã stimulus mortis peccatũ est.] Tunc enim totaliter destruetur mors, & in profundũ laci præcipitabitur,cum regnauerit Dñs in Sion, cum posuerit inimicos suos scabellum pedũ suorum, cum tradiderit regnũ Deo,& Patri,& plenã victoriã contra hostes suos consecutus fuerit, [nouissimè inimica destruetur mors,]& cessabit opprobrium sanctorum,qui in toto mundo fuerunt despecti,& eorum lacrymæ in gaudium perpetuum cõuertentur. † Hęc explicatio est literalis, & multum conformis contextui.Scio sanctum Hieronymum referre quorundam sententiam, qui præcedẽtem prophetiã de Antichristo interpretantur.[Dominatoré,inquit, omnium populorũ, siue faciẽ tenebrarum super omnes populos, & telã quæ ordita est super omnes gentes,quidã Antichristum intelligi volunt,qui in monte Olиueti consumendus sit,quod in Danielis diximus visione.] & eandẽ explicationẽ sequitur Liranus, & alij Doctores non pauci,cui cõsonãt quæ in cap. 11. in illa verba, Et spiritu labiorum suorum interficiet impium: supra notata sunt.* [Quia *Dñs* locutus est;]hæc verba explicata sunt cap. 1.num. 61.

1.Cor. 15.

1.Cor. 15

Hiero. in Isai. 25.

18 [Et dicet in die illa; ecce Deus noster iste,expectauimus eũ, & saluabit nos; iste Dominus,sustinuimus eum,exultabimus,& lætabimur in salutari eius.] Vox beatorum est hęc,qui vno spiritu,vnanimes, & vno ore collaudãtes Deũ testantur spem suam non fuisse frustratã. Ecce,inquient,verax est, & fidelis Deus noster, non frustra in illum credidimus, nõ in vanũ obediuimus vniuersis mandatis eius; expectauimus in patientia,& sustinuimus Dominũ in tempore tribulationis: nunc auté simul cum illo regnabimus,& lætabimur in æternum, exultantes nõ in nostris viribus,nã debiles fuimus,& fragiles, sed in misericordia, & [salutari eius,] per quẽ salui facti sumus. O quã vani, quam infelices & miseri fuerunt illi, qui promissiones Domini irridentes, dixerunt: [Vanus est,qui seruit Deo, & quod emolumentum,quia custodiuimus pręcepta eius, & quia ambulauimus coram Domino exercituũ?ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ędificati sunt facientes impietaté,& tentauerunt Deum, & salui facti sunt.] Sed mentita est iniquitas sibi; ecce enim nos seruiuimus Deo, & custodiuimus præcepta eius, & ambulauimus humiles corã illo, & tamen non inanis,neque vanus est factus labor noster,sed emolumẽtum magnũ;imo & maximũ habemus ex illo. Ergo nõ beatos nos dicimus arrogãtes, sed vanos potius, & infelices, quia iniquitatem facientes,& Deũ tentantes,non salui facti sunt, sed destructi, atque morte perpetua damnati. Illi aliquando nobis insultauerunt,dicẽtes[per singulos dies, vbi est Deus vester?] vbi gaudium vobis repromissũ? Propter quod propheta regius cum his,& alijs consimilibus interrogationibus ab inimicis

Malac. 3

micis suis vrgeretur, se nūc ad Deū conuertit, nunc ad animam suam dicens: [Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo; dū affligit me inimicus? Dū confringūtur ossa mea, exprobauerunt mihi, qui tribulant me, inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?] Sed modo iam illis insultantes nos dicimus. Ecce Deus noster iste: ecce quem expectauimus, & quem sustinuimus, videmus non iam per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem eum contemplantes.

19 [Quia requiescet manus Domini in monte isto, & triturabitur Moab sub eo; sicuti teruntur paleæ in plaustro. Et extēdet manus suas sub eo. sicut extendit ad natans natandum, & humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius; & munimenta sublimium murorum tuorū concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terrā vsque ad puluerem.] Electorum securitatem, quam habebunt in patria, prædicit propheta in his verbis. Quoniā destructis Moabitis .i. superbis, & arrogātibus, qui se contra Deū, & populū illius extollere ausi fuerant, ab eorū calumnijs penitus liberabuntur. Nam ita extinguendos esse impios dicit, vt etiam eorum gloria ad instar paleæ, quæ plaustro cōminuitur fit in puluerem redigenda. Et sicut natans non irruit toto impetu in flumen, sed leuiter manus suas expādit super aquas, & earum impetum scindit, & superat; ita Dominus ad proscindendos impios leui manuum suarum tactu vtetur, & absque vlla prorsus difficultate eorum superbiam humiliabit.

CAPVT XXVI.

1 N die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. 3
Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator ponetur in ea
murus & antemurale. 4 Aperite portas, & ingrediatur
gens iusta, custodiens veritatem. 5 Vetus error abijt:
seruabis pacem: pacem, quia in te sperauimus. 6 Sperastis
in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo
forti in perpetuū. 7 Quia incuruabit habitantes in excelso,
ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam vsque ad terram,
detrahet eam vsque ad puluerem. 8 Conculcabit eam pes pedes pauperis
gressus egenorum 9 Semita iusti recta est, 10. 11. 12. rectus callis iusti ad
ambulandum. 13 Et in semita iudiciorū tuorum Domine sustinuimus te:
nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. 14 Anima mea desiderauit
te in nocte: sed & in spiritu meo in præcordijs meis 15 de mane
vigilabo ad te. 16. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores
orbis. 17. 18 Misereamur impio, & non discet iustitiam: in teera
sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. 19 Domine exaltetur
manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi:
& ignis hostes tuos deuoret. 20 Domine dabis pacem nobis: omnia
enim opera nostra operatus es nobis. 21 Domine Deus noster, possederunt

nos domini absque te,tantum in te recordemur nominis tui. 22. Morien
tes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contriui-
sti eos,& perdidisti omnem memoriam eorum. 23 Indulsisti genti Domi-
ne,indulsisti genti:numquid glorificatus es? 24 elongasti omnes terminos
terræ. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris do-
ctrina tua eis. 25 Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum,
dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine. 26
Cócepimus,& quasi parturiuimus, 27 & peperimus spiritum: salutes non
fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. 28 Viuent mor-
tui tui, interfecti mei resurgent: 29 expergiscimini, & laudate qui habi-
tatis in puluere: quia ros lucis ros tuus,& terram gigantum detrahes in
ruinam. 30 Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua
super te,abscondere modicum ad momentum,donec pertrãseat indigna-
tio. 31 Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquita-
tem habitatoris terræ contra eum: 32. 33 & reuelabit terra sanguinem
suum, & non operiet vltra interfectos suos.

SVMMA CAPITIS.



TA magnum est beneficium, & inenarrabile, quod Deus contulit electis suis, illos inter tantam hominum multitudinem separando, vt per diuinam prædestinationem ad vitam perducerentur æternam, vt non potuerit Isaias vno cantico eius excellentiam celebrare. Ideo repetit secundo gratiarum actiones electorum in hoc capite, & eorum nomine agnoscit, & hymno lætitiæ fatetur omnia bona sibi à Deo fuisse misericorditer donata, cuius misericordia in loco securitatis constitutis sunt, vt liberati ab omnibus periculis, et ærumnis præsentis sæculi, regnent feliciter cum Christo in æternum, & de hoc agit fere per totum caput. Deinde commemorat infelicitatem reproborum, qui misericordia Dei noluerunt vti, sed illum contemnentes in lacum damnationis æternæ se præcipitauerunt; et de hoc agit ab illo versiculo: [Misereamur impio, & non discet, &c.] Tertio reuertitur ad enarrandum præmium electis repromissum, & eorum resurrectionem pretiosam annunciat ab illo versiculo: [Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent, &c.] vsque ad finem capitis.



COMMENTARIVM.

1 

N die illa cantabitur cãticum istud in terra Iuda.] Proposita prophetia vniuersalis iudicij futuri, quasi iam adimpletam à longe eam cernens Isaias, canticũ nouum ab electis in patria cælesti decantandum fore denunciat. [In die illa,] idest in aduentu Christi ad iudicium, quando deuicta morte regnabunt iusti cum illo, cantabitur canticum istud in terra Iuda, idest in patria: Iuda enim confessio interpretatur, ideo

ideo ciuitatem designat cælestem, in qua omnes sancti confitebutur Deo, & laudabunt eum, sicut scriptum est: [Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.] Insultantes filijs Israel, dum erant in captiuitate, dixerunt Babylonij: [Hymnum cantate nobis de canticis Sion.] At illi sedentes, & flentes super flumina Babylonis, & suspendentes in salicibus in medio eius organa sua, responderunt: [Quomodo cantabimus cãticum Domini in terra aliena?] Non canunt electi canticum Sion in terra aliena, sed in terra Iuda, & in patria propria, videlicet in cælesti Hierusalem, de qua dicitur infra: [Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ: oculi tui videbunt Hierusalem habitationẽ opulentam, tabernaculum, quod nequaquam trãsferri poterit, nec auferẽtur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.] Canticum autem, quod in terra Iuda cãtabunt electi, est istud, quod sequitur.

Ps. 83. *Ps. 136.* *Isa. 33.*

3 [Vrbs fortitudinis nostræ Siõ Saluator ponetur in ea murus, & antemurale.] Securitatẽ supernæ ciuitatis, quis poterit explicare, cuius fortitudo est ipse Deus, & murus, & antemurale Christus Dominus? Quare autem murus dicatur Saluator noster, simul, & antemurale, explicatũ est c.5.n.6. Hinc & propheta regios fortitudinẽ maximam, pacem, & securitatẽ supernæ ciuitatis considerans, ad consimile canticum conciues eiusdem ciuitatis inuitat: [Lauda, inquiens, Hierusalẽ Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam cõfortauit seras portarũ tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumenti satiat te.] Non vagantur foris filij tui, non peregrinãtur, intus gaudent, intus laudant, pacifici, & securi, quia nihil inquinatũ introibit in te: Scriptum est enim: [Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.] Vnde & subditur.

Ps. 147. *Apo. 22.*

4 [Aperite portas & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatẽ.] Vere gens iusta; sancta, & immaculata erit illa, quę ingredi, & inhabitare ciuitatem sanctam digna erit. Vnde & in eius laudem, atque sanctæ ciuitatis Hierusalem dicitur infra: [Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas, & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.] Et post pauca: [Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandũ.] His ergo, & non alijs portæ cælestis ciuitatis aperientur. Clausæ fuerãt omnibus hominibus per peccatum; in cuius signũ, cum primus parens contra præceptum Domini de fructu ligni prohibiti manducasset, eiecit eum Dominus de paradiso, [& collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiẽdam viam ligni vitæ.] Non totaliter viam occlusit paradisi, sed pro ianua, quę impediret ingressum, flammeum gladium, atque versatilẽ ante illum constituit, & diligentem custodem, vt spes aliqua redeundi ad paradisum cælestẽ relinqueretur hominibus. Sed nullus erat, qui portam aperire posset, nullus qui gladium flammeum iræ Dei auerteret; quoniã omnes erant peccatores, omnes filij iræ, & ege-

Isa. 60. *Gen. 3.*

bant gratia Dei. Venit autẽ ad nos disrumpens cælos filius Dei, vt viã nobis ad cælestem patriam aperiret, & pro peccatoribus moriens flammeum gladium, atque versatilem iræ Dei abstulit de porta paradisi, vt facilis ad illum nobis pateret ingressus, si tamen configurati fuerimus similitudini mortis eius, vt & simul regnemus cum illo. Vnde & propheta regius Deum collaudans, quod viam ad vitam nobis moriẽdo aperuerit Christus, inquit.
Ps. 15. [Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lętitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finẽ. Vias vitæ,] inquit. Philosophia natulis vnã tantum viam agnoscit, qua peruenitur ad vitam, videlicet nasci; ille enim viuit, qui per natiuitatem vitã accepit; sed Dei sapientia incarnata, & Christiana philosophia aliam viam vitæ nobis demonstrauit, videlicet mori, & maximas tribulationes perpeti, atque in gladio illo flammeo, quem Cherubin manu tenebat in porta paradisi, pellem mortalitatis huius relinquere.
Aug. li. 2. de gen. cont. Mani. c. 23. Vnde & Aug. qualiter per mortem perueniatur ad vitam, explicãs ait: [Cherubin latinæ sciẽtie plenitudo esse dicitur; Flammea verò framea versatili, temporales pœnæ intelliguntur, quę temporum volubilitate versantur. Proptetea & flãmea dicitur; quia vrit quodammodo omnis tribulatio. Sed aliud est vri ad consumptionem, & aliud est vri ad pur-
2. Cor. 2 gationem. Nam & Apostolus dicit: Quis scandalizatur, & ego non vror? Sed iste affectus purgabat eum magis, quia de charitate veniebat. At illæ tribulationes, quas iusti pa-
Eccls. 2. tiuntur, ad istam pertinẽt flãmeam frameam; quoniã in igne probatur aurum, & argentum, & homines acceptabiles Deo in camino humiliationis. Et iterum, vasa figuli probat Eccli. 27.
fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis. Quoniam ergo quem diligit Deus, hũc corripit, & flagellat Heb. 12
omnem filium, quem recipit, sicut dicit Apostolus, scientes; quoniã tribulatio patiẽtiam operatur; patien- Rom. 5.
tia autem probationẽ, & legimus, & audimus, & credendum est arborem vitæ plenitudinẽ scientiæ flammea framea custodiri. Nemo ergo potest peruenire ad arborem vitæ, nisi per has duas, idest per tolerantiam molestiarum, & scientiæ plenitudinem, sed tolerantia molestiarum omnibus fere in hac vita subeunda est tendentibus ad arborem vitæ.] Ex quibus facile colligere poteris, hoc quod per cęlestes potestates in paradiso visibili factum est, aliquid etiam de paradiso spirituali significare, vt optime adnotauit idem Augustinus lib. 11. de Genesi ad litteram cap. 40.

5 Igitur per mortem Christi portæ clausæ cælestis patriæ apertæ sunt, & per ascensionem illius eleuatæ. Vnde & Psalmista cum spiritu prophetico Christum Dominũ ascendentẽ super omnes cælos pręuidisset, supernos ciues idest spiritus angelicos alloquens ait: [Cantate Deo, psalmum dicite nomini Ps. 67.
eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Et iterum: Attollite portas prin- Ps. 23.
cipes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.] Illis autẽ perquirentibus, [Quis est iste rex gloriæ?] Respondit, [Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.] Et rursus quærentibus. [Quis est iste rex gloriæ?] subintulit, [Dominus virtutum ipse est rex gloriæ?] vt oẽs agnoscerent

meri-

merito passionis illius portas cæli hominibus patuisse. Cum baptiza-
Matt. 3. tus fuisset Iesus à Ioãne. [Cõfestim ascẽdit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli.] Quæ verba expendens beatus Chrysostomus ait: [Aperti sunt ei cæli. Idest propter eum gratia eius. Aperti sunt autem cæli, non solum ei, sed hominubus propter eũ. Et si in singulis quibsq. generationibus erant iusti, quibus aperirentur, tamen iterum cæteris peccatoribus claudebantur, & nullus poterat esse tam iustus, vt dignus esset aperire portas cęlorum ad introitũ omnium hominum. Postquam vero natus est Christus, baptizatus est, sanctificatus est, gratia illius solius aperti sunt cæli.] Et post pauca aduertit, quod iustis quidẽ aperiuntur per merita Christi portæ cæli, iuxta
Ps. 117. illud, quod scriptũ est: [Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino; hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam,] Sed Christo triumphãti, & ascendẽti in cælum nõ aperiuntur portæ, sed tolluntur. [Sic aperti sunt ei cæli,] inquit Chrysostomus, [vt nunquam claudãtur? Ecce baptizato quidem Christo, aperti sunt ei tantum: postquam vero tyrannum vicit per crucem, & resurgens ab angelis portabatur in cælum; videntes angeli portitores, quia cæli iam nunquã erãt claudendi, sed omnes iusti, & peccatores pariter ascensuri erant in cælum, & statuendi ante tribunal Christi, quia, non erant necessariæ portæ cæli, cælo postea numquam claudendo omnino, non dicunt: Aperite portas, & introibit rex gloriæ, iam enim erant apertæ, sed tollite portas principes vestras.] Quia vero nos iterum peccatis nostris flammeum gladiũ ante paradisum constituimus, & nouas portas, & vectes construimus, quibus via ad perẽnem vitam occluditur, ideo propheta, vt gens sancta, idest ante cõstitutionem mundi à Deo electa, vt esset sancta, in paradisum supernæ ciuitatis ingrediatur, clamat ad principes Ecclesiæ, ad sacerdotes, & ministros Domini, qui potestatem acceperunt ab eo ligandi, atque soluendi, & hortatur illos, vt portas cæli aperiãt electis, & à peccatis suis eos absoluant. [Aperite, inquit, portas, & ingrediatur gens sancta,] gens iusta, gens electa, quæ præparata est, vt intret cum sponso ad nuptias, quæ connumerari meruit inter prudentes virgines, de quibus parabola Euangelica inquit; [Simile est regnum cælo- Mat. 25
rum decẽ virginibus, quæ accipientes lampades suas exierũt obuiam sponso, & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes;] sed prudentes acceperunt oleum cum lampadibus, fatuæ vero non sumpserunt oleum secum. Contigit autem, vt media nocte clamor fieret, & ecce sponsus veuit, & quinque virgines, [quę paratę erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè vero veniunt, & reliquæ virgines dicentes: Domine Domine aperi nobis. At ille respondens ait, amẽn dico vobis nescio vos. Ex qua parabola colligitur manifestè, quod electis Dei, & dilectis aperientur portæ regni cælorũ, sed reprobis omnibus erunt clausæ, ne ad manducandum de ligno vitæ, quod est in medio cęlestis paradisi ingredi valeant.

6 [Vetus error abijt: seruabit pacem, pacẽ; quia in te sperauimus.] Conuertit propheta ad Deũ sermonem nomine Ecclesiæ triumphan-

Chry. ho. 4 imperf. sup. Mat. post med. to. 2.

Chry. vbi supra.

tis dicens, gratias immenſas tibi Deus, tibi honor, & gloria; quoniam hominem, quem plaſmaſti de limo terræ à peccatis ſuis poſtmodum redemiſti, & electos tuos deduxiſti per vias rectas, & eos per fidem, & charitatem tibi coniunxiſti, ne errarent in via, & perirent; & nunc inſuper in perpetua pace illos in regno tuo conſeruas. Hoc deſignat geminatio illa pacis; [Seruabis pacem, pacem,] idest, perpetuam pacem, & ſecuritatem. Vel per pacem, & pacem duplicem pacem, & ſecuritatem ſignificat: alteram, quam inter ſe habebunt omnes electi, alteram, qua ab infeſtatione, & perſecutione reproborum liberabuntur omnino. Quoniam nullus erit, qui perturbet beatos, neque inimicus, aut perſecutor, qui illos in errorem mittere ſtudeat. Vetus enim error abijt, & præſentis vitæ pericula tranſierunt.

7 [Speraſtis in Domino in ſæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.] Verba ſunt hæc eiuſdē Eccleſiæ triumphātis, quæ gentem iuſtam ingredientem per portas cæleſtis ciuitatis alloquens, & de eius felicitate congratulans ait: ſperaſtis in Domino, & ſæcula tranſitoria ſpernentes; manſiones æternas quęſiuiſtis toto corde, & pro ſalute animæ conſequēda omnes delitias perituri ſęculi pro nihilo habuiſtis, ecce non fuit inanis labor veſter; ecce quod crediſtis videtis, quod ſperaſtis, poſſidetis, & quod amaſtis præſens vobis erit in æternū. Gratias ergo ſummas condecet reddere creatori, qui gratis vos creauit, gratis elegit ad tantum bonum & prædeſtinauit, gratis vocauit, & iuſtificauit, atque iuſtificatos nunc glorificat in æternum.

8 [Quia incuruabit habitantes in excelſo, ciuitatem ſublimem humiliabit. Humiliabit eam vſque ad terram, detrahet eam vſque ad puluerem.] Tangit aliam rationem, propter quam in patria lætabuntur electi, & laudabunt Deum; quia videlicet humiliauit ſuperbos, qui in excelſo, atque in dignitate magna conſtituti erant, & ciuitatem ſublimem detraxit vſque ad puluerem. [Per ciuitatem ſublimem] mūdum intelligit, nō quod reuera ſublimis ſit, ſed quod ſublimis peccatoribus videatur. Quomodo enim ſublimis eſſe poterit ciuitas vanitatis, in qua non eſt niſi labor, & dolor, & afflictio ſpiritus? Vide ſupra dicta capite 2. num. 23. † Per ciuitatem ſublimem Roma non inconuenienter poteſt intelligi, quæ fortitudo, aut ſublimitas interpretatur, vnde Hieronym. Romā alloquens, inquit loquar ad te, quæ ſcriptam in frōte blaſphemiam Chriſti cōfeſſione deleſti. Vrbs potēs, Vrbs orbis domina: Vrbs Apoſtoli voce laudata. Interpretare vocabulum tuum Roma aut fortitudinis nomen eſt apud Grecos, aut ſublimitatis apud Hebręos,] & lib. de interpretatione nominū Hebraic. ex actis Apoſtolorū inquit Roma ſublime, ſeu tonitruū ſignificare. Vnde Iſa. 15. Vbi nos legimus Vrbem fortem in ruinam, &c. habetur Hebraicæ vox, Roma, vt notauit Forerius verſic. 2. ſuper idem cap. & in præſenti Iſaiæ, Vbi legimus ciuitatē ſublimem humiliauit, ponitur in tex. Hebraico vox Roma, quæ excelſum, & ſublime ſignificat. Cum ergo ait Propheta ſublimem humiliabit Romam voluit intelligi, in qua ſublimitas imperij Romani reſidebat: hanc humiliauit Chriſtus Dominus, humiliauerunt,

Hieron. lib. 2. aduerſus Iouiniā. circa finem.

uerunt, & Apostoli eius Petrus, & Paulus, cum idolatriam omnẽ euerterũt, & Romanum imperium vsque ad oscula pedum Rom. Pont. Christi Vicarij subdiderunt. *

9 [Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.] Ita Deus humiles exaltat, vt omnẽ huius mundi gloriã despiciant, & conculcẽt. Vnde & Paulus omnia arbitrabatur, vt stercora, propter Christum. *Philip. 3* In futuro autem sæculo nõ solum cõculcabunt terram, sed & regnum cælorum possidebunt. In cuius signum filij Israel post partã victoriam, quinque regum colla pedibus suis conculcauerunt. *Iosu. 10.* [Vocauit enim Iosue omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus, qui secũ erant: ite, & ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent, & subiectorũ colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos: Nolite timere, neque paueatis confortamini, & estote robusti.] Etenim robusti animi, & fortissimi indiciũ est, pro Christo cuncta despicere, vt omnia simul lucretur in illo. Per pedes pauperum, eos designat, qui facti peripsema omnium, puluerem etiam excutiunt e pedibus suis cõtestãtes nihil sibi esse cum terrenis cõmune. Plura circa hæc diximus sup. c. 13. num. 3. † Vbi per pedem pauperis pedem Christi diximus esse intelligendũ, & per gressus egenorum gressus Apostolorum Petri & Pauli, qui Romæ conculcauerunt idola, & templa Christo Domino erexerunt. Sic explicat istum locũ S. Thomas 3. par. q. 35. art. 7. ad 3. conculcauit, inquiens eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorũ, idest Apostolorũ Petri, & Pauli.*

10 [Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.] Verba sunt Ecclesiæ omnia tribuentis Deo. Nam etiã si liberum arbitriũ sit homini in sua creatione concessum, & facultas, qua possit bonum operari, vel malũ, iuxta illud Eclesiast. 15. *Gratia, & liberũ arbitrium.* [Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illum in manu consilij sui. *Eccli. 15* Adiecit mãdata, & pręcepta sua: si volueris mãdata seruare, cõseruabunt te, & in perpetuum fidem placitã facere. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuã: Ante hominẽ vita, & mors, bonũ, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi:] Dei tamẽ est dirigere illud, vt eo recte vtatur homo, & bene operetur, iuxta quod & Paulus ait: [Qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona volũtate] *Phil. 2.* videlicet sua. vt ibi explicat S. Thomas. Et scribẽs ad Philippen. ait: [Qui cępit in bonis opus bonũ, ipse & perficiet vsque in diem Christi.] *Phil. 1.* Hinc & Chrysostomus ait: [His ergo ecclesiasticis regulis, & diuina sumptis auctoritate documentis, ita adiuuãte Domino, confirmati sumus, vt omnium bonorũ effectuum, atque operum, & omniũ studiorum, omniumq. virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profiteamur auctorẽ, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita prouenire, per quem itẽ fit, vt aliquid boni, & velle inueniamur, & facere.] *Chry. ho. de Adam, & Eua, circa finem, tom. 1.* Hinc & B. Augustinus sancti Vincentij Martyris constantiam admirans ait: [Tot conuicta miraculis persistebat impietas, tot vexata supplicijs, non cedebat infirmitas. *Aug. ser. 1. B. Vinc. to. 10.* Agnoscatur ergo operata diuinitas. Habebat in sermone fiduciã, in passione tolerãtiã. Nemo ergo, de suo corde præsumat, quia vt bona prudenter loquamur, ab illo est, non nostra sapiẽtia,

& vt mala fortiter perferamus, ab illo est, non nostra patientia.]Et in Enchiridione ad Laurentium explicans illud ad Rom.9.[Igitur nõ volẽtis,neq;currẽtis, sed miserẽtis est Dei,ait:Cum proculdubio,si homo eius ætatis est,vt ratione iã vtatur, non possit credere,sperare,diligere, nisi velit,nec peruenire ad palmam supernæ vocationis Dei,nisi voluntate cucurrerit;quomodo ergo non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, nisi quia, & ipsa voluntas, sicut scriptũ est, à Deo præparatur? Alioquin si propterea dictum est,nõ volentis,neque currentis, sed miserentis est Dei: quia ex vtroque fit, idest, ex voluntate hominis, & misericordia Dei, vt sic dictum accipiamus, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: tanquam diceretur, non sufficit sola votuntas hominis,si non sit etiã misericordia Dei,non ergo sufficit sola misericordia Dei, si nõ sit etiã voluntas hominis,ac per hoc si recte dictum est,non volentis hominis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas hominis sola non implet, cur non,& e cõtrario rectè dicitur, nõ miserentis est Dei,sed volẽtis est hominis, quia id misericordia Dei sola non impletur. Porro si nullus Christianus dicere audebit,non miserentis est Dei,sed volentis est hominis,ne Apostolus apertissime cõtradicat,restat,vt propterea recte dictũ intelligatur,non volentis,neq; currentis, sed miserentis est Dei,vt totũ Deo detur,qui hominis voluntatem bonam, & præparat adiuuandam,& adiuuat preparatã.]Hinc & Gregorius Nazianzenus oratione in dictũ Euangelij de piscatoribus, quæ incipit. Iesus, qui piscatores elegit, reprehendens illos, qui de suo libero arbitrio magnifice sentiunt inquit;[Quoniam velle à Deo est; merito totum acceptum fertur Deo.Quantumcũque igitur cucurreris, quantumcumque certaueris, indigebis eo, qui coronam præbet. Nisi Dominus ædificauerit domum in vanũ laborauerunt,qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem,frustra vigilat,qui custodit eam. Noui inquit,quod nõ leuium est cursum,nec potentium bellum, nec pugnantium victoriam, nec feliciter nauigantiũ portum, sed Dei est victoriam perficere, ac nauem saluam in portũ deducere.]Et beatus Anselmus explicãs illud ad Romanos 9. [Non est volentis, neque currentis,ait:Totum imputandum est gratiæ, quia nec volentis est, quod vult, neque currentis, quod currit, sed miserentis Dei.]

August. in Enchirid. cap. 31. — *Greg. Nazianz.* — *Ps. 126.* — *Ansel. li. de gratia, & lib. arbit. c. 3.* — *Rom. 9.*

11 Propter hanc ergo custodiã qua Deus liberum hominis arbitrium misericorditer confortauit, & grãtia sua seruauit,ne à via salutis discederet, & ingrederetur, sicut poterat,& ambularet per viam spatiosam, quæ ducit ad mortem collaudat Deum in sanctis suis, illi tribuens quidquid boni inuenitur in eis. [Semita iusti,inquit, recta est.] Sed quomodo recta fuisset semita illius, aut rectus callis, nisi tu Domine rectificares viam eius?Clamat propheta: [Parate viã Domini rectas facite in solitudine semitas Dei nostri,]sed regius Psalmista nomine omnium electorũ ad te confugit,vt pedes eorũ dirigas in viã pacis. [Gressus meos dirige secũdum eloquiũ tuũ,vt non dominetur mei omnis iniustitia.] Ac si apertius dicat:Domine da quod iubes,& iube,quod vis. Dirige viam nostrã, & nos dirigemus illam; rectas fac semitas

Isai. 40 — *Ps. 118.*

mitas nostras, & recti erunt calles nostri; conuerte nos ad te, & conuertemur; tua gratia semper nos præueniat, & sequatur, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos, & nos sequemur te quocumque ieris, & cum omnia perfecerimus, quæ præcepta sunt nobis, dicemus, Serui inutiles sumus. Hinc & Hieremias omnia tribuens Deo, inquit, [Misericordia Domini, quod non sumus consumpti.] Hinc

Sap. 10. & Salomon ait: [Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.] Hinc & Apostolus

2. Cor. 4 ait: [Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.] Magnũ quid est, & sublime vas vitreum, & fictile inter lapides non confringi, nec eorũ ictibus superari, sed multo maius est, & mirabilius liberum hominis arbitrium, quod de se est in bonum, & in malum flexibile, inter tot pericula illæsum custodiri. Laus ergo ista & sublimitas, nõ ex nobis, sed ex Deo est, vt ne quis glorietur. Quamuis enim homo liberè currat, & bene operetur, atque operibus bonis vitam promereatur æternam; Dei tamen est, quod bene incipit, & progreditur in virtute, quod perseueret vsque in finem, atque recto tramite ad vitam æternam perueniat. Vnde sicut in simili docet Concilium

Conciliũ Trid. sess. 6. de iust. cap. 5. Isai. 30. & 40. Tridentinum, cum dicitur in sacris litteris: [Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, nec ad sinistram, Dirigite viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri;] libertatis nostrę admonemur: cum autẽ nos respondemus; [Gressus meos dirige secundum eloquium tuum;] Dei nos gratia præueniri cõfitemur: Dominus enim custodit electos suos, ne quid minus, vel plus operentur, quam oporteat, ne nimiũ ferueant vel frigeant, ne ex fortioribus fiant temerarij, ex prudentibus pusillanimes, ne declinent ad dexteram, nec ad sinistram serpentem tortuosum sequentes, sed regia progrediantur via, sicut in eorum persona inquit propheta: [Prosperũ iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum, Deus noster Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis.] Ps. 67.

12 [Rectus callis iusti ad ambulandum.] Ambulare incipiunt multoties reprobi vias iustitiæ, sed bonum, quod inceperunt, non prosequuntur, & si quando forsitan in virtute proficiunt, numquam tamẽ perseuerant vsque in finem, sed sicut canes reuertuntur ad vomitũ; iuxta illud, quod dicit propheta: [In circuitu impij ambulant.] Videbis illos cum tempus Quadragesimalis obseruationis aduenerit, sollicitos ambulare, & se ad ieiunãdum præparare, recogitare peccata in amaritudine animæ suæ, Ecclesias frequentare, & loca sacra, audire humiliter verbum Dei, confiteri peccata, ac denique sacrosancto Eucharistiæ sacramento cibari, & statim post Pascha resurrectionis Dominicę ad pristinum statum reuertuntur, & concupiscentias carnis, quibus renunciauerunt ad tempus, sequuntur postmodum auidius. Hoc est in circuitu ambulare, & non incedere via recta. Qui enim ambulat in circuitu, mutat locum, & in principio motus separatur ab illo, & elongatur, post Ps. 12.

me-

medium autẽ ipsius motus iterum pergit ad locum, à quo exijt; quia, vt philosophia naturalis docet, idẽ est terminus à quo, & ad quem; principium, & finis motus circularis. Contrarium accidit in motu recto, in quo eo magis mobile à termino, vnde exijt, elongatur, quo magis, ac magis progreditur in via. Reprobis ergo, quibus Pascha Domini transitum esse oportuerat, reditus potius eorum malitia effectum est, vt non recta via, sed in circuitu ambularent. Audi quid de eiusmodi hominibus dicat Bernardus: [In hac quoque tam præcipua solemnitate, quid cõmendetur nobis sedula cogitatione pensemus. Nempe resurrectio, transitus, & transmigratio: Christus enim, fratres, non cecidit hodie, sed resurrexit; non redijt, sed transijt; transmigrauit, non remeauit. Denique, & ipsum, quod celebramus Pascha, transitus, non reditus interpretatur, & Galilæa, vbi videndus nobis promittitur, qui resurrexit, non remeationem sonat, sed transmigrationem. Credo iam aliquorum ingenia præuolant, & quorsum hæc velint tendere, suspicãtur. Dicimus tamen breuiter, præsertim ne deuotionem vestram in tanta solemnitate, sermonis videatur prolixitas onerare. Si post consummationem crucis in nostram hanc mortalitatem, & vitæ præsentis ærumnas, Christus Dominus reuixisset, ego eum, fratres, non transisse dicerem, sed redijsse; non transmigrasse in sublimius aliquid, sed ad statum remeasse priorem. Nunc autem, quia transijt in nouitatem vitæ, nos quoque inuitat ad transitum, vocat in Galilæam. Propterea siquidem, quod mortuus est semel; quia quod iam viuit, viuit nõ carni, sed Deo. Quid nos dicimus, qui sacram Domini resurrectionẽ paschę priuamus nomine, vt sit nobis in reditum magis, quã in transitum? Luximus his diebus, compunctioni, & orationi, grauitati, & abstinentiæ dediti, cæterorum negligentias tẽporum sacro hoc quadragenario redimere, & diluere cupientes. Communicauimus passionibus Christi, complãtati ei denuo sumus per baptismum quendã lacrymarum, pœnitentiæ, cõfessionis. Si ergo mortui sumus peccato, quomodo viuemus adhuc in illo? Si negligentias planximus, quid causæ est, vt redeamus nunc in easdẽ? Inueniemur nunc iterum curiosi, vt ante; verbosi, vt ante; pigri, & negligẽtes, vt ante; vani, suspiciosi, detractores, iracundi, cæterisq; impliciti vitijs, quæ tam anxiè deplorauimus his diebus? Laui pedes meos, quomodo iterum inquinabo eos? Exui me tunicam meam; quomodo induam eam? Non est trãsmigratio hæc, fratres, non sic videbitur Christus, nõ hoc iter, quo ostendat nobis Deus salutare suum. Denique qui retro respicit, indignus est regno Dei.] Tales similes esse dixerim Esau, qui dies luctus patris sui transactos iã esse cupiebat, vt occideret fratrem suum Iacob, & suum furorem exerceret in illum: scriptum est enim: [Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater; dixitq; in corde suo, venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.] Quę verba expendens beatus Chrysostomus, ait: [O nepharium scelus venenato ore prolatum; vt fratrem occidat, patri mortem exoptat. Bis

Bern. ser. 1. resurrect. post med.

Cant. 5.

Gen. 27

Chry. ser. de martyribus. circa med.

in vna

in vna causa delinquit, & dum optat obitum patris, & dum disponit parricidium fratris.] Tales ergo sunt, & multo deteriores, qui dies luctus redemptoris sui transactos iam esse desiderant, vt desideria sua expleant, & ad carnis concupiscentias reuertantur. Electi autē, quoniam sunt transmigrationis filij, & patriæ cælestis hęredes, non ambulant in circuitu, sicut impij, sed via recta incedunt. [Rectus callis iusti ad ambulandum.]

13 [Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus te, nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ.] Afflictio continua, & crux semita est iudiciorū Dei, per quam ingrediens sua voluntate Christus Dominus à peccatis nos misericorditer eripuit. Hanc etiam semitam ingrediuntur

Rom. 5. electi propter Christum, & [gloriātur in tribulationibus; scientes, quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Sustinuimus, inquit, te,] & firmam spem habuimus, non solum affecti beneficijs, sed etiam afflicti laboribus, & castigati in semita iudiciorum tuorum. Hinc cōstat Deum multo amplius amari à iustis, & laudari, cum in aduersitatibus maximis sunt constituti, quam ab impijs, cum sunt in prosperitate, diligatur. Hoc enim desiderat iustus, hoc perquirit, vt semper nomen Dei sanctificetur, & memoria illius celebretur in perpetuum, & memoriale illius in desiderio animæ. Vnde Hieronymus

Hier. sup. c. 25. Isai. ait: [Sustinuerunt eum sancti, & sperauerunt in eo, quia spes non confundit, & nomen illius, & memoriale habuerunt in desiderio animæ dicentes, concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore: & iterum, desiderat anima, & deficit in salutari tuo, qui autem nomen Domini habet in desiderio, aliud non desiderat.] Dicāt ergo electi Dominum collaudātes: O pater misericordiarum, non minus factus es nobis amabilis in captiuitate, in persecutionibus, & ærumnis, quam in prosperis euentibus, & iucundis: sed in tota anima desiderauimus te, & toto corde te dileximus. Vnde & subditur.

14 [Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.] Ac si apertius dicat; non solum in die prosperitatis, sed etiam in nocte aduersitatis, desiderauit te anima mea, & dilexit. Nec solum anima, quæ corpus viuificat, sed & spiritu meo ad anteriora, & supernaturalia conscendens in præcordijs meis te diligo, sollicitus in nocte, vt primo mane ad te vigilem. Theodoretus, & Procopius Gazęus per noctem intelligunt in hoc loco tempus legis antiquæ, quod nocti, propter obscuritatem, & vmbras, quibus lex illa plena erat, comparatur. Per mane statum legis Euangelicæ sentiunt designari, in quo splendor Patris nobis illuxit, & sol iustitiæ est ortus nobis, videlicet Christus Dominus. Vnde & sanctus Paulus ad Romanos scribens, ait:

[Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus.] Igitur propheta in nocte legis antiquæ constitutus, atque inter vmbras spiritu prophetico manè legis Euangelicæ, atque mysteria gratiæ præuidens, totis præcor- Rom. 13

cor-

cordijs ortum solis, id est Christi aduentum desiderabat cupiens ipsum inter homines conuersantem conspicere. Consonat hæc explicatio cum translatione Septuaginta interpretum, qui præsentem locum sic vertūt: [De nocte diluculat spiritus meus ad te Deus.] Et sumitur metaphora ab ijs, qui magno desiderio aduentum diei expectāt, vt aliquod opus magnum faciant: solent enim semel, & iterum de nocte consurgere, cōtemplari stellas, ac sæpius versus Orientem inspicere, si forte signum aliquod aduenientis solis appareat in cælo. Sanctus Thomas in commentarijs super cap. 13. ad Romanos lectione 3. aliter interpretatur istum locum Isaiæ. Inquit enim, quod totum tempus vitæ præsentis nocti comparatur, propter ignorantiæ tenebras, quibus grauatur vita pręsens: dicitur enim Iob 37. capite: [Nos quippe inuoluimur tenebris.] Diei autem comparatur status futuræ beatitudinis, propter claritatem Dei, qua sancti illustrantur, secundum illud Isaiæ 60. [Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diē, neque splendor lunę illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucē sempiternam.] Vnde & Psalmista de hac die loquens, ait: [Hæc dies, quā fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.] Igitur Propheta, vt desiderium magnū explicet, quod in præcordijs suis habent electi, dū sunt in nocte huius sæculi perueniendi iam ad patriam claritatis æternæ, inquit eorum nomine. Ecce sum in nocte constitutus, inuolutus tenebris, & cum peccatoribus habitans, quando veniet mane? quando inclinabuntur vmbræ, & elucescet dies? [Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?] Anima mea desiderauit te in nocte, non capiunt somnum oculi mei, sed desiderijs cælestis beatitudinis cor meum inuoluitur, & spiritus meus semper vigilans ad te totis viribus peruenire concupiscit. Cōsimile desiderium iustorum explicuit Propheta Regius, dicēs: [Deus Deus meus ad te luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Parum est (inquit B. Augustinus) quia sitiuit anima mea, sitiuit & caro mea. Porrò si anima mea sitit Deo, quomodo & caro sitit Deo? Quando enim caro sitit, aquam sitit; quando anima sitit, fontem sapientiæ sitit. De ipso fonte inebriantur animæ nostræ, sicut dicit alius Psalmus: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente delitiarum tuarum potabis eos. Sitienda est ergo sapientia, sitienda est iustitia. Non ea satiabimur, non ea implebimur, nisi cum ea fuerit finita vita ista, & venerimus ad illud, quod promisit Deus.] Et post pauca: [Modo ergo sitiat anima nostra, vnde & caro nostra sitit, & hoc multipliciter. Multipliciter tibi, inquit, sitit, & caro mea; quia & carni nostræ promittitur resurrectio. Quomodo animæ nostrę promittitur beatitudo, sic & carni nostræ promittitor resurrectio. Resurrectio carnis talis nobis promittitur.]

Iob 37. — Ps. 117. — Psal. 41 — Ps. 62. — Aug. to. 8 — Ps. 35.

15 Hinc collige, quanta sit sacrarum vigiliarum antiquitas, & quam celebris consuetudo religiosa surgendi media nocte ad laudandum Deum. Neque enim est hæc humana inuentio nouiter introducta, sed antiquissima religio spiritu diuino instituta. [Media nocte surgebam

Ps. 118.

gebam ad cōfitendum tibi,] inquit Propheta. Et iterum: [In matutinis Domine meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.] Et rursus: Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui, & meditatut sum in nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.] Hinc & Hieremias ait: [Consurge lauda in nocte in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini, leua ad eum manus tuas.] Tempus enim nocturnum contemplationi, & orationi est aptissimū, & lacrymosa deprecatio in noctis silentio magnam vim habet apud Deum. Vnde B. Chrysostomus explicans illud Actorum 16. [Media autem nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum, & audiebant eos, qui in custodia erant, inquit: Excitemur nocte, etiam si non multas preces facias, vnam fac cum sobrietate, & sufficit, etiam si non sit media nox, saltem sub ipsum diluculum. Ostende quod non corporis solum est nox, sed etiam animæ. Ne sinas illam otiose transire, sed da Domino, oro, hoc donum, immo ipsum ad te redeat.] Vigilāt milites, ne ab inimicis superentur. Custodiunt pastores vigilias noctis super gregem suum, ne vlla ouis à lupo deuoretur, & non vigilabit vna hora militans Deo, vt dignus habeatur corona cælesti? Damnat hic locus errorem Vigilantij, qui, vt refert beatus Hieronymus, tenuit damnādas esse vigilias, neque esse laudabilem consuetudinem eorum, qui media nocte surgebant, vt laudibus diuinis incumberent: propter quod beatus Hieronymus illum non Vigilantium, sed Dormitantium sæpius appellat, & merito; quoniam Vigilantij nomen sortitus, vigilias immundo spiritu impugnabat. Lege supra dicta cap. 6. num. 3. & cap. 21. nu. 11.

Psal. 62

Ps. 76.

Thren. 1.

Chry. ho. 36. in Actis Apost. to. 3.

Hier. lib. aduersus Vig. l. t. 2.

16 [Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.] Sicut electis omnia cooperantur in bonum, ita & reprobis omnia conuertuntur in malum. Electi cum audiunt iudicia Dei, & flagella, statim efficiuntur meliores, & discunt facere iustitiam. Vnde & in eorum persona canit Propheta: [Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine, & consolatus sum.] Consolantur enim ex iudicijs Dei, qui timent, & cauent, ne in manus incidant illius. Hinc & Salomon ait: [Cum surrexerint impij, abscondentur homines; cum illi perierint, multiplicabuntur iusti.] Reprobi autem ipsis flagellis duriores fiunt, & multo deteriores: scriptum est enim: [Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.] Idest quacunque correctione, vel flagello eum correxeris, numquam tamen emendabitur. Sed de hoc plura diximus capite 1. numero 23. 24. & 25.

Ps. 118

Pro. 28.

Pro. 27.

17 [Misereamur impio, & non discet iustitiam, in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriā Domini.] Duplicem explicationem habent verba ista. Prima est beati Hieronymi in præsenti: iuxta quā loquitur his verbis Dominus ad Prophetam dicens: Misereamur impio, parcamus illi, auertatur ab eo furor meus: sed Propheta respondet: Et vbi est iustitia tua, præsertim cū tanta mala in sanctos tuos ope-

operatus sit eum ex misericordia tua, & indulgentia in dies peior efficiatur, & multo deterior? Neque enim reprobi electorum tuorum vestigia imitantur, qui, cum feceris iudicia tua in terra, iustitiã discunt, & operantur; sed potius abalienati retrorsum non discent iustitiam.
Eccls. 8 Etenim [quia non profertur cito contra malos sententia, filij hominum absque vllo timore perpetrant malum.] Ad quod Dominus respondet: [In terra sanctorum, &c.] Idest, quoniam in terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Domini.
Hieron. Verba S. Hieronymi sunt hæc: [Dicunt homines Deo, quãdiu non exerces iudicia tua super terram, & nec bonis bona, nec malis retribuis mala, iustitia tua, ò Domine Deus, ignoratur in terra: ita vt
Ps. 72. vnus sanctorũ quoque diceret: Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei; quia zelatus sum in iniquis pacem videns. Ad quod respondet Dominus; misereamur
Isa. 26. impio. Et est sensus, magis impio. Et est sensus, magis impius misericordiam consequatur, & discat clementiam meam; sum enim ipse saluator. Rursum loquenti Domino ex persona humanæ impatientię propheta respondit; Et non discet iustitiam. Estq. sensus; & quomodo poterit tuam nosse iustitiam, si tantum clementiã fuerit expertus? Redditq. causas, quare eũ velit Dei iustitiã discere; quia in terra sanctorum iniqua gessit, & contra sanctos iugiter dimicauit, debet sentire tormenta. Rursumq. Dominus sententiam temperat; & nõ videat, inquit, siue non videbit gloriam Dei. Estq. sensus, sufficit ei pro vniuersa pœna, quod me cum sanctis meis non videbit in mea maiestate regnantem.] Hæc explicatio est litteralis, & valde conformis contextui; de qua plura diximus cap. 1. nu. 14.

18 Secunda explicatio est beati Bernardi sermone 42. in cantica Bernard.
vbi ait: [Tunc magis irascitur De', cum non irascitur. Misereamur impio, inquit, & non discet facere iustitiam. Misericordiam hanc ego nolo: super omnem iram miseratio ista sepiens mihi vias iustitiæ.
Satius profecto mihi, iuxta prophetæ consilium, apprehendere disciplinam; ne quãdo irascatur Dominus, *Ps.* 2.
& peream de via iusta. Volo irascaris mihi, pater misericordiarũ; sed illa ira, qua corrigis deuium, non qua extrudis deuia. Illud tua nobis benigna animaduersio parit: hoc formidolosa nutrit dissimulatio. Non enim cum nescio, sed cum sentio te iratum, tunc maxime confido propitium. Etenim cum iratus
fueris misericordiæ recordaberis. *Psal.* 98
Deus, inquit, tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Moysen loquitur, Aaron, atque Samuelem, quos modo præmiserat, & hoc vocat propitiationem, quod eorum Deus non pepercit excessibus.] Consonat hæc explicatio cũ alijs locis sacrę Scripturæ, quæ adduximus supra cap. 1. nu. 31. in illa verba: [& derelinquetur filia Sion.]

19 [Domine exaltetur manus tua, & non videant, videant, & confundantur zelantes populi; & ignis hostes tuos deuoret.] Considerans propheta confusionem maximã, & dolorem, quem habebunt reprobi, cũ in die iudicij sordibus peccatorum maculati ante iudicem steterint, & Christum contra illos iratũ oculis suis corporalibus viderint, misericordia motus, & cõpassione

pro

pro illis vtcumque intercedit, deprecans, vt manus illius, id est humanitas exaltetur, & subtrahatur ab oculis impiorum, ne iudicem videant: sed alia ex parte iustissimè confusionem illam impios promeruisse cognoscens, affectum reprimit, & Dei iustitię consentiens, ait: [Videant, & confundantur.] Æquũ est enim, vt qui redemptorem videre noluerunt plenum misericordia, & pietate, iudicem iratum videant, & confundantur. Hinc collige, quantum malum sit, quam grauis pœna, quam tremenda, & terribilis Christum iudicem offensum, & iratum videre: siquidem inter potissimas reproborum calamitates enumeratur: [Videbunt in quẽ transfixerunt,] inquit Propheta. Viderunt Christum pendentem in ligno, cum illudebant ei; sed postea videbunt illum sedentem in throno maiestatis, & gladio ex vtraque parte acuto eorum corda transfiget; ideo dicent montibus, & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni; de quo plura diximus cap. 2. num. 21. & cap. 6. num. 4.

20 [Domine dabis pacem nobis; omnia enim opera nostra operatus es nobis.] Quasi dicat: Reprobos perdes in æternum, Deus noster, nobis autem dabis pacem. Tibi gloria, quoniam quidquid boni egimus, tu ipse operatus es in nobis. Tuæ igitur prouidentiæ adscribimus, & non nostris viribus, aut fortitudini, quod salui facti su-
Act. 17. mus. Vnde & Paulus ait: [In ipso viuimus, mouemur, & sumus.] Et
Phil. 2. iterum: [Deus est, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate.] † Quod & Psalmista humiliter agnouit, cum dixit:
[Quoniam delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.] Ac si *Ps.* 91. apertius diceret, opera bona quæ ego facio, de quibus etiam in te delector, tua sunt, quoniam à te accepta, à te donata, ideò exultãs in illis, in operibus manuum tuarum exultabo, sic explicat Augustinus: [Videtis quid dicat, Tu me fecisti bene viuentem, tu me formasti, si quid fortè boni facio in factura manuum tuarum exultabo. (*Aug. sup. eundem Psal.*) Quomodo dicit Apostolus: Ipsius enim sumus, figmentum creati in operibus bonis. (*Ephes.* 2) Nisi enim te formaret ad opera bona, non nosses nisi opera tua mala: qui enim loquitur mendacium de suo loquitur: Hoc Euangelium dicit, omne peccatum mendacium est. (*Ioan.* 8.) Contra legem enim, & contra veritatem quidquid est, mendacium dicitur, ergo quid ait? Qui loquitur mendacium de suo loquitur, id est, qui peccat. Attendant ergo sententiã contra: Si enim qui loquitur mendacium de suo loquitur, restat vt qui loquitur veritatem de Deo loquatur. * De quo iam dictum est cap. 10. num. 10.

21 [Domine Deus noster, possederunt nos Domini absque te, tantũ in te recordemur nominis tui.] Vox etiam est hæc iustorum Deum collaudantium, atque dicentium: Deus noster quamuis grauem tyrannidem mundi, dæmonis, & carnis simus experti, te nihilominus donante, victoriam consecuti sumus, atque in medijs tribulationibus hoc nostrum erat solatium, tui semper memoriam habere, constituendo omnem spem nostram in te solo Deo viuo, & vero. Consonat hoc

Rom.8. cum verbis Pauli ad Rom.8.[Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.]

22 [Morientes non viuant; gigantes non resurgant: propterea visitasti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.] Appellat morientes omnes reprobos. Electi namque non morientes, sed quasi morientes dicuntur: [Quasi mortui (inquit Paulus) & ecce viuimus.] Et iterum: Puto enim, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tamquam morti destinatos.] Reprobi autem vere moriuntur in æternum; quoniam secundam mortem incurrēt, vt dictum est cap.9. num. 6. Dicuntur etiam reprobi gigantes propter superbiam, & audaciam, qua persequebantur electos. De his Gigantibus fit mentio Gen.6. [Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæq; genuerunt, isti sunt potentes à sæculo viri famosi:] & similiter in fine huius capitis dicit Propheta: [Et terram Gigantium detrahes in ruinam.] Hi ergo gigantes (ait Isaias) non resurgant, id est, nō resurgent amplius ad vitam, sed ad mortem sempiternam, sicut scriptum est: [Ideo non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.] Vbi obserua cum B. Augustino, quod non dixit absolutè, non resurgent peccatores, sed addidit, in consilio, siue in consortio iustorum. [Impij enim (ait Augustinus) non resurgunt in iudicio, id est resurgēt quidem, sed non vt iudicentur; quia iam pœnis certissimis destinati sunt. Peccatores autem nō resurgent in consilio iustorum, id est, vt iudicent, sed forte vt iudicentur, vt de his dictum sit, vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.] Iuxta quod & S. Paulus ait: [Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur,] videlicet de morte ad vitam; quam immutationem toto corde desiderabat, qui dixit: [Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.] Illa autem causalis [propterea] rationē reddit, propter quā conteret Deus omnes reprobos, & memoriam eorum perdet in æternum; quia videlicet talia fuerunt eorum opera, vt non mererentur in consortio iustorum resurgere.

Gen. 6.

Ps.1.

Aug.to.8

Iob 14.

23 [Indulsisti genti Domine, indulsisti genti; numquid glorificatus es?] Conuertit se ad Dominū propheta, & zelo iustitiæ diuinæ accēsus instat, vt reprobi conterantur, ne Dei misericordia, & indulgentia deteriores fiant, & magis obstinati. [Et est sensus, iuxta interpretationem B. Hieronymi: Sæpè misertus es gentibus, id est humano generi, & exercuisti in eas incredibilē clementiam. Nūquid te cognouerunt? nūquid glorificauerunt nomen tuū? Nonne è contrario à te longe recesserunt? Securitas enim negligentiam, negligentia cōtemptū parit. Domine in angustia requisierunt te; quia indulgens sæpè contēptus es, nec glorificatus, sed è cōtrario omnes à tua scientia recesserunt. Propterea Domine percute eos, vt in angustia te requirant, & in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis. Quando tantum eis malorum pondus incumbet, vt nec clamare quidem audeant confidenter; sed dolorem suum

Hieron.

suum silentio deuorent. Iuxta Septuaginta, in tribulatione Propheta Domini recordatur, iuxta illud, quod in Psalmo dicitur; De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine. Ps.117. Septuaginta habēt; in tribulatione parua, doctrina nobis. Si autē parua tribulatio docet, emendat, & corripit; quanto magis, & magna, cum admonemur conditionis nostræ, & Dei potentiæ recordamur?] Melius ergo erit peccatores affligere, & eos corripere, vt saltem attriti ærumnis, & tribulationibus ad Deum reuertantur. Vnde & subditur.

24 [Elongasti omnes terminos terrę. Domine in angustia requisierūt te in tribulatione murmuris doctrina tua eis.] Vide fructū, quem producunt flagella, quibus attriti compelluntur ad Deum intrare, & de suis viribus diffidētes auxilium à Deo petere, & misericordiam. Sic fit eis clamor murmuris ipsa Dei correptio, & castigatio, dum facit homines preces ad Deum fundere, & pias querimonias ad instar murmuris humiliter ante illū proponere. †Nec enim propterea impatientiæ arguendus est animus, quia ad correptionem Domini ingemiscere soleat, aut cōqueri, hoc enim solatium conceditur afflicto, vt ad Deum clamās, & pias querimonias humiliter proponens, internū dolorem temperet*. Quod aptissima similitudine explicat statim: subditur enim.

25 [Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua Domine. Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum. Consueuit Spiritus sanctus timorem inferni incutiēdo, peccatorē disponere, vt de peccatis doleat, ne grauissimas pœnas paratas reprobis incurrat, & eū excitare, & præuenire, vt veram pœnitentiam agere proponat. Vnde Concilium Tridentinum de hac præparatione loquens ait: [Illam vero cōtritionem imperfectā, quæ attritio dicitur; quoniā vel ex turpitudinis peccati cōsideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, si volūtatē peccandi excludat cū spe venię, declarat non solū non facere hominē hypocritam, & magis peccatorē, verumetiā donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantū mouentis, quo pœnitens adiutus, viam sibi ad iustitiā parat.] Conc. Tridēt. Sess. 14. c. 4 de sac. pœn. Hinc & psalmista, [Initiū, inquit, sapientiæ timor Domini. Ps.110. Et iterum: Confige timore tuo carnes meas.] Ps.118. Confige, inquit, consolida, & immobilē me teneas obsecro in virtute, clauo timoris tui cor meū transfigens, ne commouear, ne tempestatibus insurgētibus agitari incipiam, & cadam. Sicut enim [quercus altius demissis radicibus, nullius venti viribus sternitur, ita (vt notauit Beatus Chrysostomus) animam diuino confixā timore, nullus tentationum vētus euellet: Chry. ho. 55. super Ioānem. Idcirco enim inquit: Cōfige timore tuo carnes meas. Ita & tu configere quasi clauo quodam, & adhæreas, vt difficulter mouearis, qui autem sine timore est; facile labitur.] Clauus confixus in corde dolorem parit, sed animam firmam tenet in virtute, sicut scriptum est: [Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Et iterum: Per misericordiā & fidem purgantur peccata, per timorem autem Domini declinat omnis à malo.]

lo.] Igitur ſicut mulier, quæ concepit, cũ appropinquauerit ad partũ, triſtitiam habet, quia venit hora eius, quoniam in dolore pariet filiũ ſuum, cum autem peperit, iam non meminit præſſuræ propter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundo: ita & nos, ait propheta, facti ſumus. [Concepimus à facie tua] ſanctum propoſitum, deſiderium emendandi vitam, & mandata tua adimplendi: nec ſolum concepimus, ſed etiã [parturiuimus] quamuis cum doloribus, & preſſuris maximis, & [peperimus ſpiritum,] opere adimplentes, quod mente concepimus. [Ecce concipies in vtero, & paries filium (ait Angelus ad Mariam) Et vocabis nomen eius Ieſum,] quod interpretatur ſalus, ſiue Saluator. Dominus etiã cuidã dicenti: [Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te,] reſpondit: [Quæ eſt mater, & qui ſunt fratres mei? Et extẽdens manum in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei: quicumque enim fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt:] Vt deſignet, ꝙ ſicut Beatiſs. Virgo Maria de Spiritu ſancto concipiendo, & Dei filiũ carne humana indutum pariẽdo, mater Dei corporaliter effecta eſt; ita etiam ſpirituali quodam modo fiũt iuſti Dei mater, cum concipientes à facie Domini ſpiritũ ſalutis, formatur in corde illorum Chriſtus, ac demum illũ parturiunt, cum opere adimplent præcepta Pàtris eius, qui in cælis eſt. Vnde & Chryſoſtomus ait: [Multæ mulieres beatificauerunt ſanctam Virginem illam, & eius vterum, & optauerunt tales fieri matres. Quid eſt igitur quod prohibeat? Ecce latam vobis conſtituit viam, & licet non mulieribus ſolum, ſed & viris fieri matrem Dei.]

Luc. 1.

Mat. 12

Chryſoſ.

26 Sed caue, ne poſtquam conceptus fuerit in te Chriſtus, antequam formetur, vel ad partum perueniat, moriatur in corde tuo. Sunt enim quamplurimi, qui Chriſtum mente concipiunt: ſed nõ formatur in illis: propter quod & Paulus ait: [Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis.] Sunt & alij, in quorum viſceribus cõcipitur Chriſtus, & formatur, ſed non pariunt illum. Scriptum eſt: [Dies tribulationis, & correptionis & blaſphemiæ dies hæc; quia venerunt filij vſq; ad partũ, & virtus nõ eſt pariendi.] Eſt enim quaſi quędã blaſphemia Chriſtum concipere, & ſtatim, ne prodeat in lucẽ, ipſum in corde ſuffocare: iuxta quod & Paulus ait: [Spiritum nolite extinguere] Sunt denique alij, in quibus concipitur Chriſtus, & naſcitur ſpiritualiter, ſed non nutriunt illum, nec ad perfectã perducunt ætatem, ſed ſtatim poſt partum interficiunt illum, & occidunt, quia bonum, quod inceperunt facere, non perficiunt, nec perſeuerant in illo vſque in finem, quos reprehẽdens Paulus ait: [O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati? ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus.] Et poſt pauca explicãs, quid ſit Chriſtum in illis natum crucifigere, ſubdit: [Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cęperitis, nunc carne conſumemini? Et iterum: currebatis bene quis vos faſcinauit non obedire Euangelio?] Et rurſus ſcribens ad Hebræos ait: [Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtauerunt nihilo-

Gal. 4.

Iſa. 37.

Galat. 3

Heb. 6.

hilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigẽtes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.] Ecce Apostolus illos censet in semetipsis crucifigere filium Dei, qui, postquam semel participes facti sunt Spiritus sancti, retrocedũt, & non perseuerant vsque in finem. Nec deest Herodes, qui Christum natum occidere quærat; quoniam sicut Petrus ait: [Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret,] & insidiatur vbiq; bonis operibus ne crescant, & ad finem optatum hominem perducant. [Signum magnũ apparuit in cælo, inquit Ioannes, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat: & visum est aliud signum in cælo, & ecce draco magnus rursus habẽs capita septẽ, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septẽ, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem, quę erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret.] Quem locum explicãs beatus Augustinus ait: [Ecclesiam dicit partem suã; idest, homines fictos, & malos christianos sub pedibus habere. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Istæ duodecim stellæ, duodecim Apostoli intelligi possunt. Sole autem amicta, spem resurrectionis signat, propter illud, quod scriptum est: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Draco magnus rursus (diabolus quærens Ecclesiæ natum deuorare, habẽs, inquit, cornua decem, & capita septem.) Capita reges sunt, cornua vero regna. In septem enim capitibus omnes reges, in decẽ cornibus omnia regna mundi dicit. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cęli, & misit eas in terrã. Cauda prophetæ iniqui sunt, idest hæretici, qui stellas cæli iteratum baptisma adhærentes sibi deijciunt in terram. Ipsi sunt sub pedibus mulieris. Multi, homines illos esse æstimant, quos sibi consentientes diabolus fecit sodales: multi, angelos, qui cum illo, quando cecidit, pręcipitati sunt. Parturiens cruciatur, vt pariat. Per omne tempus quotidie parit Ecclesia in prosperis, & in aduersis. Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperisset, filiũ eius deuoraret. Semper enim in cruciatibus parit Ecclesia Christum per mẽbra, semper & draco quærit deuorare nascẽtem. Et genuit mulier filium masculũ, idest Christum. Deinde corpus eius, idest Ecclesia semper generat Christi membra. Masculum autem dixit victorem aduersus diabolum. Et mulier fugit in eremum. Mundum istum non incongrue eremum accipimus, vbi vsque in finem Christus Ecclesiam gubernat, & pascit; in qua ipsa Ecclesia superbos, & impios homines, tanquam scorpiones, & viperas, & omnem virtutem sathanæ per Christi adiutorium calcat, & conterit.]

1. Pet. 5.

Apoc. 12

Aug. ho. 9 in Apo. to. 9.

27 [Et peperimus spiritũ.] Nõnulli sic præsentem locum interpretantur, vt per spiritum ventum intelligant, & vanitatem: ita vt sit sensus. Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum, idest ventũ, quasi dicat: Frustra dolores magnos partus pertulimus; quia opera alias bona, si propter va-

nitatem fiant, & vanam gloriam, in ventum conuertuntur, & aerem. Sic de impio scriptum est: [Concepit dolorem, & peperit iniquitaté.] Hæc explicatio videtur satis conformis cõtextui prophetę: subditur enim: [Salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terrę.] Hanc ob causam dolebãt sancti, & prophetæ, quod videlicet doloribus afflicti non ædificarentur mali, & conuerterentur ad Deum.

Ps. 7.

28 [Viuent mortui, interfecti mei resurgent.] Describit propheta spem iustorum, qua aduersa omnia pertulerunt, non solum patienter, sed etiam libentissime. Et sensus est: quamuis destinati fuerimus ab impijs occisioni, & numerati inter mortuos, viuimus tamen. [Quasi mortui, (inquit Paulus,) & ecce viuimus.] Nam vita nostra abscondita cum Christo in gloria, vbi tandé post multas tribulationes, consolabimur. [Viuent,] ò Domine [mortui tui,] resurgent sanctorum tuorum corpora, in quibus pro te tot pertulerũt tormenta. Vbi obserua, quod quamuis mors corporalis cõmunis sit iustis, & peccatoribus; electis, & reprobis; tamen electi non vtcunque dicuntur mortui, sed mortui Dei, vtpote qui pro Domino, & in Domino moriuntur, de quibus Ioannes ait: [Beati mortui, qui in Domino moriũtur.] Tales enim resurgent in gloria: ideo [pretiosa est, in conspectu Domini mors sanctorum eius,] ideo desiderabilis, quam etiam peruersi cõcupiscunt. [Moriatur anima mea morte iustorum, dixit quidam, & fiant nouissima mea horũ similia.] Optabat sibi extrema iustorum, inquit Bernardus, sed non ita & principia. Morté spiritualiũ optant sibi etiam carnales, quorũ tamen vitam abhorrent, scientes pretiosam mortem esse sanctorum; quoniam cum dederit dilectis suis somnũ, ecce hereditas Domini, & quoniam beati mortui, qui in Domino moriuntur, cum è contrario, iuxta prophetæ sententiam, mors peccatorum pessima sit. Non curãt quærere quem tamen desiderant inuenire, cupientes consequi, sed nõ & sequi.] Reprobi autem nõ mortui Dei sunt, nec interfecti illius, sed mortui, & captiui principis tenebrarum. Ideo resurgent quidem, sed non ad vitam, sed potius in opprobrium. Vnde Propheta Daniel constituens differentiam inter resurrectionem bonorum, & malorum inquit: [Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiũt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.] Vnde & subditur.

2. Cor. 6 — Apo. 14 — Ps. 115. — Nu. 23. — Bern. ser. 21 in Cãtic. col. 2. — Ps. 33. — Dan. 12

29 [Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere; quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam:] Sermonem conuertit propheta ad iustos, quibus dies iudicij iucundus erit, & consolatur eos in præssuris, & calamitatibus huius sæculi, atq; in morte, qua corpus de terra formatum in puluerem vertitur, iuxta illam Domini sententiam: [Puluis es, & in puluerem reuerteris. Expergiscimini, inquit, surgite de puluere.] Ac si apertius dicat: non erunt, ò electi, coram Deo in obliuione corpora vestra, quantumuis dilaniata, quantumuis igni tradita, & consumpta, atque in puluerem versa; reuiuiscent enim, & florebunt in æter-

Gen. 3.

æternum ante Dominũ: [Quia ros lucis ros tuus,] ideſt qui ſuper te cadit. Comparat gratiam Dei rori, vt notauit Auguſtinus, quia ſicut ros matutinus de cælo cadens, prata lætificat, & herbas marceſcentes vireſcere facit, ita & gratia Dei animas viuificat, & corpora ad immortalitatem perducit, & gloriam. De iſto rore dicitur Prouerbiorum 19. [Sicut ros ſuper herbam, ſic hilaritas regis.] Terra autem gigantum, ideſt corpora reproborum hanc ſpem non habebunt, nec florebunt cum iuſtis, ſed potius affligentur magis, & proſternentur in æternum, quantumuis potentes fuerint in hoc ſæculo, & excelſi; quia ros lucis non cecidit ſuper eos, vel ſi cecidit, non permanſit. Ideo tanquam lignum aridum mittentur in gehennam, & ardent.

Aug. ser. 2. de conſolatione mortuorum.

Pro. 19.

30 Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te, abſcondere modicum ad momentũ, donec pertranſeat indignatio.] Iterum conſolatur electos Deus à breuitate tẽporis afflictionum ſuarum, & ad patientiam eos inducit propoens illis æternitatem præmij, & breuitatem laboris. Hac conſideratione etiã Apoſtolus conſolatur afflictos, cum ait: [Nõ ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Et iterũ: Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis.] Senſus ergo eſt: ne videatur alicui graue, quod corpus eius ad tempus multa patiatur incommoda, & iaceat in puluere, quaſi obliuioni traditum; quoniã breue eſt, & momentaneum quodcunique tempus, ſi æternitati conferatur. Hinc & Apocalypſis 6. Animabus clamãtibus, [vſquequo Domine (ſanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas ſanguinẽ noſtrum de his, qui habitant in terra?] dictum eſt, [vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi.] Ita in præſenti eos, qui ſub perſecutione Antichriſti, & cuiuſcunque alterius tyranni permãſuri ſunt in fide, & dilectione Dei, hortatur propheta, vt ſuſtineant modicum, & requieſcãt pauliſper, donec pertrãſeat tribulatio: nam propter electos breuiabuntur dies illi. Sic interpretatur iſtum locum Sanctus Auguſtinus, & Tertullianus. † Sed ſpecialiter Tertullianus lib. de reſurrectione carnis cap. 27. hanc explicationẽ proſequitur, docẽs quod de pulchra erũt cellę, in quibus pauliſper requieſcent iuſti, qui in finibus ſæculi, ſub vltima ira per Antichriſti vim exceſſerint, & hoc ipſo quod ait, donec pertrãſeat indignatio mea, (quæ ſcilicet, extinguet Antichriſtum, oſtendit poſt iram illa proceſſuram carnẽ de ſepulchris & mortuos ſurrecturos. Conſonat huic explicationi, quod ait Iob. [Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno. (ideſt in ſepulchro) protegas me, & abſcõdas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tẽpus, in quo recorderis mei *.] Secundò poſſunt hæc verba referri ad ipſum iudicium vltimum, ita vt deſignẽt ſecuritatem magnam, quam habebunt iuſti in præſentia iudicis, & tremorem, ac terrorem impiorum, cum oculis corporis [videbũt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate. Ait ergo. Vade populus meus,] ideſt

Rom. 8.

2. Cor. 4

Apoc. 6.

Aug. epi. 36.

Tertul. li. de reſur. carnis.

Luc. 21

idest vades, [intra in cubicula,] idest intrabis: dicet enim tibi Dominus aliquando: [Euge serue bone & fidelis; quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.] Erit enim tam magnum gaudium, & immensum, vt non illud in te, sed tu in illud intres. [Intra cubicula tua,] illa videlicet, quorũ meminit propheta regius, [exultabunt, inquiẽs, sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis.] Reprobi enim in die iudicij cubicula non habebunt, vbi se ab ira iudicis defendant, neque mansionem in patria; quoniam tabernaculum sibi, & mansionẽ delegerunt in via, sed [tabernaculum impiorum,] sicut inquit Iob, [non subsistet.] Lege supradicta cap. 2. nu. 21. & cap. 4. nu. 13. & 14. Consonat hęc explicatio cum verbis illis Iob, qui vt magnam iram, & indignationẽ contra reprobos aduenientis iudicis indicaret, ait: [Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & cõstituas mihi tempus, in quo recorderis mei?] Si iustus vix saluabitur, impius, & peccator, vbi parebunt? si Iob homo iustus & rectus, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam, de quo Dominus ipse loquens ad Satan testimonium perhibet, quod non sit ei similis in terra, contremiscit, & latibula quærit, vbi se abscondat, donec ira iudicis peranseat, si propheta regius, quem etiam Dominus collaudauit dicẽs, quia [inueni virum secundum cor meum, obsecrat: Non intres in iudicium cum seruo tuo; quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Si columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius:] quid faciet impius, & peccator? Quo ibit? vbi se abscondet?

Mat. 25

Ps. 149.

Iob 8.

Iob 14.

Ps. 142.

31 [Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terrę contra eũ: & reuelabit terra sanguinẽ suum, & non operiet vltra interfectos suos.] Reddit rationẽ, propter quam electi non debeant impios æmulari, eo quod videant ipsos eleuatos super cædros Libani, & potentiam suam contra electos exercere; quoniam breui visitabuntur à Domino: aderit enim dies illa, in qua egredietur Dominus de loco suo, & non solum angelos mittet, vt congregent omnes habitatores terrę à sũmis cælorũ vsque ad terminos eorum, sed etiã ipse aderit iudex; iuxta illud, quod dictum est Apostolis ab Angelis: [Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælũ, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Et reuelabit terra sanguinem;] quia conscientia ipsa peccatoris, qui terra est, & terram dilexit, manifestabit omnibus vniuersa illius delicta, vt confundatur in conspectu iudicis, atque omnium electorum eius, nec operiet vltra abominationes illius. † Egredietur, inquit de loco suo, quoniam quasi per violentiam compellitur peccatores punire. lapis cũ de loco suo naturali, vt sursũ ascendat, egredi cogitur, per grauitatem sibi congenitam impellenti resistit; cum autem in locum suum dimittitur, magno impetu mouetur in illum, quoniam talis motus non à causa extrinseca impellente, sed à naturali ipsius lapidis indignatione procedit. Non aliter Deus cum misericordiam hominibus exhibet, velox accedit, iuxta illud, quod canit

Act. 1.

nit sponsa in laudem illius, Ecce dilectus meus venit, saliens in montibus, transiliens colles, similis est dilectus meus capreæ, hinuloq. cervorum. Vnde & in ventre Virginis matris requiescens eam statim excitauit, vt ascenderet in montana cum festinatione, quia videlicet ad sanctificandum Ioannem properabat. Ideo non lento passu, sed cum festinatione ascendebat, sicut hinulus, qui celeriter cauernas ingreditur, vt flatu suo venenosos serpentes extraheret, & occideret. Sic enim Christus adhuc infans originale peccatum omni veneno deterius ex anima Ioannis in vtero matris, tanquã in cauerna latentis loquens per Virginem extraxit, sancta Elisabeth attestante. Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. At de peccatoribus vindictã sumpturus non cum festinatione, sed lẽtè procedit, quasi lapis, qui trahitur ab alijs, & pellitur de loco suo. Non cucurrit, nec venit saliens in montibus transiliẽs colles, quando primos parentes ob inobedientiam expulit à Paradiso, sed quasi deambulãs ad auram post meridiem, quoniam non vltro, sed quasi coactus peccatores punit.

32 [Iudicium sedit, & libri aperti sunt,] inquit propheta Quæ verba exponẽs Beatus Ambrosius ait: [Quomodo ergo, libri aperti sunt? Non vtique atramento scripti, sed vestigijs delictorum, & flagitiorum inquinamẽto. Aperietur liber conscientiæ tuæ, aperietur liber cordis tui, culpa nostra recitabitur. Est ibi liber, vbi est tabula: immo sunt libri inscripti, vbi sunt inscriptæ tabulæ, quas inscribit Spiritu sancto Apostolica doctrina, sicut legimus

Dan. 7. Amb. sup. Ps. 1. in fi. *Luc. 6.*

dicente Paulo: Epistola nostra vos estis inscripta non attramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Sunt ergo tabulæ cordis inscriptæ Spiritu sancto, istæ recitabuntur. Si bene egeris, manebit in tabula] scriptura. [Vide ne tollas Spiritus sancti gratiam, vide ne deleas, & scribas atramento flagitia tua, ne veniat dies iudicij, & dicat iudex, recitentur libri, recitentur tabulæ gestorum eius, & dicat tibi: Ego scripsi tabulas tuas, cur delesti apices meos? Ego scripsi dona mea; quomodo delesti munera mea, & scripsisti opprobria tua? non legisti, quia scribo? Non tibi dixi per os prophetæ mei, lingua mea calamus scribæ velociter scribentis? Iudicium autem verbi est: Multi ergo dormientium in tumulo terræ surgent, qui bene egerunt, in resurrectionẽ vitę, qui male egerũt, in resurrectionem iudicij.] Recitabuntur libri, & manifestabitur omnibus diuina virtute quidquid in illis scriptum fuerit, siue bonum, siue malum. Non erunt impijs in die illa tergiuersationes, neque poterunt iniquitatem suam abscondere, aut vanis rationibus defendere. Quamdiu viuunt reprobi in hoc sæculo, similibus suis patrocinia parant, & se inuicem defendentes nullum correptioni locũ relinquunt: de illis namque scriptum est: [Protegunt vmbræ vmbrã eius, circundabunt eum salices torrẽtis. Vmbræ quippe diaboli,] vt inquit Gregorius, [sunt omnes iniqui, qui dum imitationi iniquitatis eius inseruiunt, quasi ab eius corpore imaginis speciem trahunt. Sicut autem vmbræ eius sũt pluraliter reprobi; ita singulariter vmbra ei' est vnusquisque

2. Cor. 3 *Psal. 44* *Iob 40.* Greg. 33. mor. 4.

 quisque

quisque peccator. Sed dum doctrinæ iustorũ mali contradicunt, dum ab eis iniquum quemlibet corrigi non permittunt, vmbræ Behemoth istius vmbram eius protegunt; quia peccatores quique, in quo sibi male sunt conscij, in eo & alium peccantem defendũt. Vmbræ vmbram eius protegunt, dum nequissimorũ facta nequiores perversis patrocinijs tuentur. Quod hoc nimirum studio faciũt, ne dum culpa, in qua & ipsi obligati sunt, in alijs corrigitur, ad ipsos quandoq. veniatur. Se igitur tegunt, dum alios protegunt; quia suam vitam præuident impeti, vnde alios considerant libera correctione confundi.] Ideo & salicibus torrentis reprobi conferuntur: quia in transitorijs voluptatibus, & delectationibus carnis enutriti fructus bonorum operum non proferunt, sed tantum in folijs viridescunt, dum aliquando honestatis verba proferunt, quibus malitiam suam, & aliorum operiunt. Vt enim notauit idem Gregogius: [Infructuosæ quidem arbores sunt salices, sed tamen tantæ viriditatis sunt, vt arescere, vel abscissę radicitus, & proiectæ vix possint.] Sed in iudicio nõ erunt vmbræ protegentes vmbram eius, quia [manifestabit] Dominus [abscondita tenebrarum, & reuelabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.

CAPVT XXVII.


N die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grãdi, & forti, super Leuiathan 3 serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est. 4 In die illa vinea meri cantabit ei. Ego Dominus, qui seruo eam, repente propinabo ei: ne forte visiteur contra eam, nocte & die seruo eam. 5 Indignatio non est mihi: 6 quis
dabit me spinam, & veprem in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter? 7. 8 An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi? 9 Qui ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. 10
Numquid iuxta plagam percussit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est? 11 In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus. 12 Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: iste omnis fructus vt auferatur peccatum eius, cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra. 13 Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius. 14 In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens propterea non miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei. 15 Et erit: In die illa percutiet dominus ab alueo fluminis vsque ad torrẽtem Ægypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Israel. 16 Et erit: In die illa clangetur in tuba magna, &

venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant de Terra Ægypti, 17 & adorabunt Dominum in monte sancto in Hierusalē.


SVMMA CAPITIS.



VONIAM, sicut Paulus ait, in fine mundi, cum Christus Dominus tradiderit regnum Deo, & Patri, inimica mors est destruenda, atque omnis potestas principis tenebrarum dissipanda; postquam Isaias denunciauit in particulari multa quæ futura sunt in die illa, tandem in hoc capite vaticinatur excidium regni diaboli, qui per membra sua Ecclesiæ Christi molestissimus fuit, & ei opponit ex aduerso gladium Domini durum, quo interficiendus est, & omnes illius astutiæ de medio tollendæ. Et de hoc agit in principio capitis, & in fine ab illo versiculo: [Ciuitas enim munita, &c.] Deinde se conuertit more solito ad consolandum electos, ostendens, quod & si per tēpus afflicti sunt à Domino, non tamen derelicti fuerunt ab illo, sed seruati, vt facerent cum tentatione prouentum, & ad vitam perducerentur æternam, & de hoc agit ab illo versiculo: [In die illa vinea meri, &c.] vsque in finem capitis.



COMMENTARIVM.



N die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est.] Hæc prophetia pertinet tam ad diē crucis Christi, qua pro nobis mortuus est, quam ad diem iudicij, in quo iudicaturus est vniuersum orbem: nam in vtroque non solum condemnantur peccatores, sed etiam diabolus ipse, qui Leuiathan dicitur, serpens, & cœtus maris: nam eius imperium per mortem Christi, & crucem illius fuit destructum: iuxta illud,
Ioa. 12. quod Saluator ipse ait: [Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.] In die autem iudicij omnis potestas illius destruetur. Scriptum est enim:
[Proiectus est draco ille magnus, *Apo. 12.*
serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terrā, & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui vocem magnam in cælo, dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius; quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectū Dei nostri die ac nocte.] Dicitur autē diabolus Leuiathan, propter superbiam, quia nō solum ipse similis Altissimo esse voluit, sed etiam primorum parentum animos, vt hanc excellentiam appeterent, malitiose excitauit. [Eritis, inquit, sicut Dij scientes bonū, & ma-

& malum.] Leuiathan quippe additamentum interpretatur. Per irrisionem igitur princeps tenebrarum Leuiathan dicitur, quia, vt B.
Greg 33. mor 9. Gregorius ait:[Primo homini persuasione callida diuinitatem addi- turum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum per irrisionem dici potest, quibus, dum hoc quod non erant, se addere spopondit, etiam hoc, quod erant, fallēdo subtraxit.] Serpens dicitur propter calliditatem, qua vniuersos contendit decipere filios hominum, iuxta illud,
Gen. 3. quod scriptum est: [Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terrę, quę fecerat Dominus Deus.] Nec solum serpens, sed serpēs tortuosus nominatur; quoniam recta nesciuit incedere via. Cetes propter auiditatem, qua vniuersos cōtendit deuorare filios hominum. Gladius autem, quo diabolus occiditur, verbum Dei est, & sententia
Mat. 25 iudicis, qua dicet reprobis: [Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius,] vt explicatum est cap. 17. nu. 10. dicit enim Apostolus: [Vi-
Heb. 4. uus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti:
Hieron. Quia igitur (vt sanctus Hieronymus ait) ab eo loco vbi scriptum est: Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, siue iuxta Septuaginta: Ecce Dominus disperdet orbem terrarum, & desolabit eum: vsque ad præsens capitulum, contra orbem in consummatione mundi iudicium prædicatum est, & nouissimus inimicus destruetur,
1. Cor. 15 mors: propterea aduersum diabolum extrema sententia est, vt inducatur super eum gladius sanctus, & magnus, & fortis, siue iuxta Hebraicum, & reliquos interpretes, gladius durus.

3 Serpentem vectem.] Serpens vectis, idem est quod serpens oblōgus in modum vectis. Talis est diabolus, & serpens antiquus, eo quod prolongata sit malitia eius ab initio mundi vsque ad finem, & perseuerabit in illa vsque in æternum, tanquam vectis ferreus, & inflexibilis. Vel potius serpentem vectem illum dicit, quoniam plurimos in carcere concludet captiuos. Vnde & beatus Hieronymus ait: [Vectē autem, siue claudentem puto appellari, quod multos suo carcere clauserit, & propriæ subiecerit potestati; nihilq; in se rectum habeat, & idcirco dicitur tortuosus, nec imitari potest virgam Domini, de qua scriptum est: Virga directionis, virga regni tui, quem Dominus interficiet spiritu oris sui habitatorem quondam maris, falsorum, & amarorum fluctuum.] Habet hoc serpens proprium inter cætera animantia, vt si caput per foramen aliquod, quantumuis angustum, intret, totum corpus statim post illud dilabitur, & facile intrat: non aliter serpens antiquus, cum prima illius tentamenta admittuntur ab homine, totus postmodum in corde suscipitur. Ideo curandum est caput draconis non admittere, sed illud statim repellere; immo & confringere, primis illius suggestionibus viriliter resistendo, vt in vnoquoque fidelium adimpleatur illud, quod Dominus de muliere loquens dixit serpenti: [Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.] Benè ergo serpens vectis serpens antiquus nominatur, quia cor peccatoris ingrediēs, ostium, per quod intrauit, vecte ferreo

Ps. 44. (margin, beside "qua scriptum est: Virga directio-")
Gen. 3. (margin, beside "loquens dixit serpenti")

ferreo concludit, cor eius indurando, ne exire cogatur. Intrat per quinque sensus corporis nostri, tanquam per latam viã, & spatiosam, quæ ducit ad mortem. Intrat per visum, cũ homo miser viderit mulierem ad concupiscendum eam: per aud tum, cum intendit prophanis doctrinis, & Christianæ fidei aduersis, atque perniciosis verbis, & murmurationibus, quibus fama proximi dehonestatur: per odoratum, cum delectatur illicitè in rebus delicatis, & odoriferis: per gustum, cum comessationibus, & ebrietatibus vacat: per tactum cũ res alienas retinet inuito domino, atque in detrimentum alterius cõtrectat. Propter quod Hieremias
Hier.9. ait: [Intrauit mors per fenestras,] sed illas post se claudit inimicus, ne peccator grauitatem delicti sui agnoscat, ne periculum maximum animæ suę videat, ne increpationes Domini audiat, ne mala futura odoretur, ac denique, ne donum cæleste gustare valeat, sed omnia exercitia spiritualia fastidire incipiat. In cuius signum dæmonium illud, quod verbo virtutis suæ eiecit Do-
Luc.11. minus Lucæ 11. mutum fuisse perhibetur: [Et erat, inquit, Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum; & cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Et (vt notauit B. Remigius) dęmoniacus iste apud Matthæum non solum mutus, sed & cæcus fuisse narratur.] Vnde in textu Græco, vbi nos legimus mutũ, habetur nomen, cophos. Vt autem, inquit Theodoretus: Cophos, quẽ Latini interpretãtur mutum, apud Græcos frequenter dicitur qui nõ loquitur. Dicitur etiam, & qui non audit, sed magis propriè qui nec audit, nec loquitur. Qui autem à natiuitate non audiuit, ex necessitate non loquitur. Ea enim loquimur quæ per auditum loqui docemur. Si quis tamen ex aliqua passione superueniente auditum amiserit: hunc nihil prohibet loqui. Qui autem Domino oblatus fuit, & mutus erat lingua, & surdus auditu. Tria igitur signa (inquit Remigius) simul in vno homine perpetrata sunt. Cæcus videt, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur. Quod quotidie completur in confessione credentium, vt expulso primum dæmone, fidei lumen aspiciant: deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur.] Ecce diabolus mutus dicitur & surdus, quoniam quos malignitate sua occupat, mutos facit & surdos, sed cũ digito Dei pellitur ab homine, loquitur mutus, & admirantur turbæ. Vide supra dicta cap. 19. nu. 19. & lege beatum Greg. 26. mor. 20. in illa verba Psal. 68. [Non me demergat tempestas aquæ, nec absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

4 In die illa vinea meri cantabit ei. Ego Dominus, qui seruo eã, repente propinabo ei; ne forte visitetur contra eam nocte, & die seruo eam.] In die illa, inquit, qua videlicet princeps huius mũdi eijcietur foras, & iudicabit orbem terræ in æquitate, tunc vinea meri cantabit, id est, populus eius quem supra cap. 5. contulit vineæ, & singulariter electi dicuntur vinea meri, eo quod rubrum vinum proferant. Hęc est vinea redempta Christi sanguine, purpurata, & decorata passione illius, quem imitantur alij sanguinem proprium fundendo pro illo, alij verò mortificationem

Iesu

Iesu Christi in corpore suo circũferentes. Vnde & beata Agnes, loquens de sponso suo, ait: Et sanguis eius ornauit genas meas. Hæc ergo vinea cantabit ei, respõdens videlicet votis Christi, & bonorum operum fructus proferens. Conquerebatur olim Dominus de vinea sua, quod plantata in cornu filio olei, atque imbribus cælestibus irrigata, & ceteris præsidijs præmunita, non protulerit vuas, sed labruscas. [Et expectaui, inquit, vt faceret vuas, & fecit labruscas,] nunc autem bonum fructum operum in illa inuenit. Supra, iratus contra vineam suam: [Ostendam, ait, quid faciam vineæ meæ. Auferam sapem eius, & erit in direptionem, diruam maceriem eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam, non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres, & spinæ. Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrẽ:] Nunc autem se illam in perpetuum seruaturum esse denunciat, [ne visitetur contra illam,] hoc est, ne conculcetur à bestijs, aut ab inimicis dissipetur. [Nocte, inquit, & die seruo eam,] id est semper custodio à vulpeculis quæ demolliuntur vineam, & illam eradicare contendunt. *Isa. 5.*

5 [Indignatio nõ est mihi, quis dabit me spinam, & veprem in prę-lio gradiar super eam, succendam eam pariter.] Hæc verba continẽt eximiam consolationem iustorum, ostendunt enim maximam Dei misericordiam erga illos, atque insinuant, quod quamuis grauissimis pœnis illos afficiat, paterna tamen beneuolentia prosequitur, quos tanquam filios corrigit. [Indignatio, inquit, non est mihi.] Ac si apertius dicat: Quamuis inter reprobos multoties vos percutiam, ò electi, nulla tamen est mihi contra vos indignatio, nullum odium, aut ira, sed potius misericordia, & pietas maxima. Si enim prophetæ dicere licuit: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me,] quãto magis dicere potuisset, corripiet me Dominus in misericordia, & increpabit me? Et vt explicet suam benignitatem magis, ac magis subdit: [Quis dabit me spinam, & veprem.] Ac si apertius dicat: Et si quasi spina electos meos pungam, in meipso tamen vror prius, & corde doleo. [Et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit hominem, quem formaui à facie terræ.] Hanc Dei benignitatem imitatus Apostolus, inquit: [Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Gradiar, inquit, super spinam, & succendam eam.] Qui graditur super spinas, necesse est vt ab eis pungatur, & si succensæ fuerint vritur pariter cõculcans illas: ita & Dominus cum electos suos conculcat in hoc sæculo, & spinis ac vepribus tribulationum affligit; ipse pariter eisdem spinis compungitur, & eodem igne, quo ardent, exuritur. Possunt secundo hæc verba aliter explicari, ita vt sit sensus. Quamuis clemẽtissimus Deus sim, & patiens, siquis tamen offenderit in filium meum, faciet me veprem, & spinam bellatorem, & ignem. Quæ explicatio est valde cõformis sancto Hieronymo: [Ego, inquit, qui diebus ac noctibus semper meã vineam conseruaui, ne exterminaret eam aper de sylua, ne bestiæ deuorarent, numquid indignationem non habeo, & nescio ferire peccantem, *Ps. 140.* *Gen. 6.* *Hieron.*

tem, & reddere vnicuique, quod meretur? Vbi Aquila posuit spinam, & veprem, alij legunt, adamātem, & loca sentium. Vnde dicit: Quis me docebit, vt durus sim, & meam vincam clementiam, & in prælio, atque certamine truculentus incedam, vt gradiar super vineam, quam antea seruaui, & succendam eam, quam meo sepseram muro? An potius id aget fortitudo mea, vt iram differam, & saluem eos Euangelij clementia, qui nequaquam sunt legis auctoritate seruati?]

6 Alij sic interpretantur istum locum. [Quis dabit me spinam, & veprem?] Idest, vtinam cum vepribus, & spinis esset negotium meum, non cum hominibus, quos redemi, nam in spinis absque vllo impedimento ostenderem indignationem meam, conculcando eas, & succēdendo pariter; cum autem homines disperdere propono, & punire, parcere cogor, dum recolo hæreditatem meam esse, & vineā, quam multis laboribus, & doloribus plantauit dextera mea. Quæ explicatio consonat maximè cum misericordia Dei, cuius viscera facile commouentur, dum recordatur beneficiorum, quæ præstitit vineæ suæ. Vnde & Propheta Regius hæc Deo proponit, vt misereatur
Ps. 79. vineæ suę: [Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prętergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de sylua, singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum conuertere, respice de cælo; & vide, & visita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua, & super filium hominis quem confirmasti tibi.] Ac si apertius dicat: numquid vineam, quam de Aegypto transtulisti dissipabis? Numquid vineam, quam plantasti perdes? Numquid vineam, quæ extēdit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius, trades igni? Perfice Domine vineam quam plantasti, saluos fac, quos proprio sanguine redemisti. Quod si palmites infructuosi te ad iracundiam prouocant, vt vineam cōculces, dissipes, & succendas: respice in vitem electam huius vineæ, [respice in faciē Christi tui,] ipse enim est vitis vera. [Ego, inquit, sum vitis, & Pater Ioan. 15
meus agricola est.] Et iterū: [Ego sum vitis, & vos palmites.] Parce Domine, parce vineæ tuæ propter vitem istam tibi gratissimam. Perfice vineam istam, quam plantauit dextera tua, sed vbi perficies? in quo propitiaberis illi? [& super filium hominis quem confirmasti tibi.] Vbi S. Augustinus ait: [Quid Aug. to. 8. sup. Ps. 79.
euidētius? Quid adhuc expectatis, vt vobis disputando exponamus, & non potius vobiscum admirando clamemus, Perfice vineam istā, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis eam perfice? Quem filium hominis? Quem confirmasti tibi. Magnum firmamentum, ædifica quantum potes: fundamētum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Succensa igni, & effossa ab increpatione vultus tui peribunt? Videamus, & intelligamus quæ sint igni succensa, & effossa. Quid increpauit Christus? Peccata. Ab increpatione vultus eius peccata perierunt.] Consonat etiam hæc explicatio cum contextu huius capitis, subditur enim.

7 [An potius tenebit fortitudinem

nem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?] Ac si apertius dicat: Tenebit fortitudinem meam, detinebit iram, auertet indignationem contra populum meum, faciet pacem. Nimirum illeij, de quo dictum est: [Et super filium hominis quem confirmasti tibi;] de quo & Paulus ait: [Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in semetipso in vnum nouũ hominem, faciens pacem & reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem interficiẽs inimicitias in semetipso.] Conquerebatur propheta, quod non esset qui iram Dei auerteret, qui consurgeret, & teneret manus illius. [Non est, inquit, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.] Imò & Dominus ipse inuenire desiderans, qui eũ placaret, & ligaret manus eius ne populum perderet, quem eduxerat de terra Aegypti, clamat ad Moysen: [Dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam.] Ac si diceret: Nõ dimittas, sed potius teipsum tanquam murum validum inter me, & populum istum interpone, vt ab illo auertatur ira mea. Quod & Moysen fecisse constat ex contextu eiusdem capitis, subditur enim: [Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? Ne quæso dicant Aegyptij: Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui.] Et iterum: [Reuersus ad Dominum, ait, obsecro, peccauit populus iste peccatũ maximum, feceruntq; sibi deos aureos, aut dimitte eis hanc noxã, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti.] Expende cum B. Chrysostomo magistri misericordiam, & paternam illius curam admirare. [Etenim Moyses cum à Iudæorum ingratitudine liberari posset, & alterius gentis potiorem, longeq; maiorem accipere principatum. Dimitte me, inquit, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Cum sanctus, & Dei seruus esset intimus, nec audire quidem id sustinuit, sed potius vna cũ his, qui sibi semel crediti erant, perire, quam sine illis saluus esse, & ad maiorem dignitatem assumi, prætulit. Huiusmodi esse oportet, cui animarum cura commissa est. Est namque absurdum, vt prauorũ filiorum pater nolit, nisi eorum, quos genuit, pater appellari. Nos autẽ discipulos quotidie nunc hos, nunc illos mutemus, erga neminẽ amicè familiariterq; affecti.] Hinc est illud, quod in laude Moysi canit Propheta regius, [Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in cõspectu eius, vt auerteret iram eius ne disperderet eos.] Sed aduerte, quod Moyses placauit quidem Dominum iratum, dicit enim Scriptura: [Placatusq; est Dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum,] non tamen potuit perfectè irã eius auertere, quin multos filiorum Israel, propter peccatum adorationis vituli fuerint morti traditi. Subditur enim: [Cecideruntq; in die illo, quasi

Marginalia: *Ephes. 2* — *Exo. 32* — Chry. ho. 11 super Ioan. c. 1. tom. 3. — *Ps. 105.* — *Exo. 32*

quasi vigintitria millia hominũ.] Et rursus dixit Dominus ad Moysen: [Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Tu autem vade, & duc populum istum quo locutus sum tibi. Angelus meus pręcedet te, ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum.] Venit ergo filius Dei, & propter nos homines, & propter nostram salutem homo factus est, & pacificans per suum sanguinem siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt, reconciliauit nos Deo, & à morte perpetua homines eripuit. [Ipse

1.Ioan.2 enim (vt Ioannes ait) est propitiatio pro peccatis nostris,] de quo etiam pater cælestis peribuit testi-

Mat.17 moniũ, dicens: [Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,] de illo ergo inquit Isaias: [Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi,] vt interpretatur B. Cyrillus lib. 11. super Ioan. cap. 19. Et bis dicendo pacem, magnitudinem designat, & abũdantiam pacis, atque perpetuitatem illius, iuxta illud, quod superius prædixerat idem Propheta de eadem pace loquens: [Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.]

8 Vnde & Christo Domino illud poterit adaptari, quod Iob 33.

Iob 33. scriptum est: [Miserebitur eius, & dicet: libera eum, vt non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier.] Quoniam per mortem eius, & crucem ab ira Dei, atque potestate principis tenebrarum ereptus est homo. Vnde B. Gre-

Greg. 24. mor. 8. gorius ait: [Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus in eo miseretur homini, quo formam hominis sumpsit, qua misericordia pro redempto homine dicit Patri: libera eum vt nõ descendat in corruptionem. Sicut iam supra diximus, dicere eius est liberare hominem, naturam hominis assumendo liberam demonstrare. Ex ea quippe carne quam sumpsit, etiã hanc ostendit liberam, quam redemit. Quæ redempta videlicet caro nos sumus, qui cognitione nostri reatus astringimur. Sed mediatoris tanti æquitate liberamur, sicut ipse ait: Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.] Et post pauca: *Ioan. 8.*

[Quia verò nullus erat, cuius meritis nobis Dominus propitiari debuisset: Vnigenitus Patris formam infirmitatis nostræ suscipiens, solus iustus apparuit, vt pro peccatoribus intercederet. Et bene pro redempto homine isto loquens angelus dicit: Inueni in quo propitier ei, ac si apertè mediator Dei, & hominum dicat; Quia nullus hominum fuit, qui coram Deo intercessor iustus pro hominibus appareret, memetipsum ad propitiandum hominibus hominem feci, & dum me hominem exhibui, in quo iustè hominibus propitier, inueni. Et quia infirmitatem suscipiens Dominus, dum pœnam nostram moriendo tolerauit, corruptionem nostram resurgendo mutauit.]

9 Qui ingrediuntur impetu ad Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine.] Prophetia est hæc similis illi, cuius meminit Hieremias cap.

33. dicens: [Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Dauid, & ad domum Iuda. *Hier. 33*

In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ & faciet iudicium, & iustitiam in terra.] Quibus verbis Christi Domini, atque Apostolorum

eius

eius prædicatio repromittitur. Quod enim Christus sit germen, dictum est supra cap. 11. numero 2. Quod autem Apostoli etiam germen Domini dicantur, constat ex
Isa. 5. verbis illis Isaiæ 5. [Vinea Domini exercituum domus Israel est, & viri Iuda germen eius delectabile.] Apostoli ergo, & cæteri fideles, sũt qui ingrediuntur impetu ad Iacob, quia relinquentes Iudaicam perfidiam, impetu magno cucurrunt ad Christum, vt dictum est cap. 2. nu. 6. & 7. Hi nimirum floruerunt, & germinauerunt, atque prædicatione sua attulerunt fructum magnũ,
Ioan. 15 iuxta illud quod Saluator ait: [Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.] Et impleuerunt faciẽ orbis semine verbi Dei;
Ps. 18. quoniam [in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Verbum autem diuinum semini comparatur, Do-
Luc. 8. mino dicente: [Semen est verbum Dei;] quoniam terram cordis nostri germinare facit, & fructus Deo gratissimos proferre. Verbo virtutis suæ olim Deus fœcundauit
Gen. 1. terram, cum dixit: [Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumq; faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam.] Et verbũ prædicationis Euangelicæ corda nostra, quæ ex se non nisi spinas peccatorum, & tribulos possunt
Isa. 55. producere, facit fructifera. [Sicut descendit, inquit, imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eã, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quęcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.] Sicut enim in *Simile.*
semine arbor virtute cõtinetur, ita & in verbo diuino spiritualis fructus. Quod & Apostolus ad Romanos scribens ostendit, cum ait:
[Omnis quicumque inuocauerit *Rom. 10*
nomen Domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabũt nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.] Vide qualiter ad verbum Dei, & ad fidem quæ est ex auditu tanquam ad initium, & primum fundamentum, nostram iustificationem, & salutem reducat. Iuxta quod & in eadem epistola, inquit: [Non erubesco Euangeliũ. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti.] Solent medici de salute infirmi desperantes, illum monere, vt ad patriam propriam reuertatur, vbi natus est, & nutritus, si forte aere illius amissam recuperet sanitatem. Nec in vanum consueuit multis succedere hoc consilium, videbis enim quamplurimos aura patrię sanatos fuisse, quos varia medicamenta iuuare non potuerunt. Non dissimiliter verbum

Dei,

Dei quod aura suauissima est, & delicata cælestis patriæ, salutem credentibus affert, scriptum est enim: [Nec herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.] iterum: [Misit verbnm suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitu eorum.] Vnde, & Chrysostomus, ait:] Certe humana corpora curantibus, diuersa supppetunt medicamenta itemq. & instrumẽtorum apparatus varij, & cibi ægrotantibus congrui: plerumque autem, & sola aeris natura satisfuerit ad sanitatem laboranti restituendam: alias etiam somnus qui opportune obrepserit, medicũ ipsum labore omni leuat, liberatque. At vero hic nihil huiusmodi comminisci licet, sed vna quædam, post operum præstationem, & ars curationis via tenenda, sequendaq. est, nempe per sermonem Euangelicum doctrina. Siquidem hoc demum instrumentum est, hoc cibus, hoc aeris temperamentum optimum, hoc medicamenti instar, hoc ignis loco, hoc ferri vice; ac si vel vrere, vel secare opus, hoc ipso vti necesse, atque hoc si nihil profuerit, reliqua omnia euanida pereant oportet. Hoc & iacentem animam suscitamus, & tumescentem compescimus, hoc & superuacanea amputamus, & quæ desunt supplemus, cæteraq. omnia conficimus, quæ ad animi conferunt incolumitatem.] Dicitur etiam semen verbum Dei; quoniam sicut ex semine tritici, triticum, & ex semine arboris, arbor similis illi, cuius est semen, generatur, ita ex semine, quod est verbum Dei, fit homo Deus per gratiam. Si enim [quod natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu spiritus est,] quod natum est ex Deo, vtique per gratiam Deus erit, Audi quid dicat Euangelista: [Dedit eis, inquit, potestatẽ filios Dei fieri, ijs qui credũt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.] Si ex Deo nati sunt, ergo filij Dei sũt.

Sap. 16. *Psal.* Chrysost. lib. 4. de sacerdotio circa medium. tom. 5. *Ioan. 3.* *Ioan. 1.*

10 [Numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum, aut sicut occidit interfectos eius sic occisus est?] Reddit propheta rationem eius, quod de vinea sua Dominus prædixerat supra, [nocte & die seruo eam.] Et sensus est. Hoc etiã argumento. & signo certissime cognoscent, me affectu paterno filios, quos diligo castigare, quia nõ permitto eos tẽtari supra id quod possunt, nec percutio, quos diligo, plaga inimici. Dicit enim, numquid sicut percutio percutientes filios meos, ita & electos meos castigo? Absit. Nam Ægyptios cũ Pharaone decem plagis affectos in profundum maris deieci, ne vnus quidem remaneret ex illis: Filios autem Israel, quamuis ad tempus in captiuitate Ægypti reliquerim affligendos in operibus duris luti, & lateris, eos tandem in manu forti de potestate Pharaonis eduxi gloriose, atque in terra fluente lacte & mele collocaui. Ex quo facile possumus conijcere, qualiter misericors Dominus liberet electos suos de ore leonis, & de potestate principis tenebrarum, concedens eis spatium pœnitentiæ, atque eos præueniens efficaciter, vt resipiscant, conuertantur ad Dominum, & salui fiant: Cum tamen persecutoribus eornm, videlicet principibus tenebrarum nullum tempus pœnitendi relinquatur. Possunt secundo verba ista ad punitionem damnato-

Isa. 27.

rum referri, ex cuius comparatione quæcũque tribulatio electorum, qua in hoc sæculo sunt afflicti, solatium videtur, & gaudium: ita vt sensus sit. Numquid secundum plagam, qua electi percussi sunt ab inimicis suis, & reprobis, ita Dominus vindicans suorum sanguinem percussit reprobos ipsos? Absit. Quoniam multo maiori plaga visitauit eos Dominus. Plaga enim electorum temporalis fuit, illorum vero sempiterna. Numquid sicut tyranni occiderunt martyres, ita & illi occisi sunt à Domino? non vtique, sed terribiliori morte, atque magis tremenda, & gladio duriori occisi sunt à Deo, quam ipsi potuerint electos interficere. Tyrãni quidem occidunt martyrum corpora, sed post hæc non habent amplius, quid faciant, nec potest ad animam gladius eorum pertingere, sed gladius Domini, ex vtraque parte acutus cum sit, & corpus & animam corũ mittet in gehennam. Sanctus Cyrillus indulgentiam Domini his verbis, inquit significari, qui quamuis populus Iudęorũ, Christum Dominum cruci affixerit, & in sanctos eius immanissimè seuierit, prophetas occidendo, & flagellando: ipse tamen Dominus multo mitius egit cum eo. Et tunc sensus est. Numquid vt ipse populus Iudæorum, percussit Dominum, & sãctos eius, sic ipse percutietur à Domino? non sanè, neque, vt ipse occidit Dominum, prophetas, & sanctos, sic ipse occidetur, subditur enim.

11 [In mensura, contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabo eam.] Vide misericordiam Domini, quæ in punitione Iudæorũ splenduit maxime. Illi sine mensura multiplicauerunt peccata, & nullum modum seruauerunt flagellantes Christum, atque morte turpissima condemnantes, & Deus in mensura retribuit illis pœnam, cum abiecit synagogam, & repudiauit eam. Secundo possunt hæc verba intelligi de electis, quos tanquã filios Deus castigat, [in mensura] idest pœna temporali. [Cibabis nos pane lacrymarum,] inquit propheta, [& potum dabis in lacrymis in mẽsura.] *Ps. 79.* Lacrymas dat in mensura, sed auxilium quo labores tolerare possint, offert afflictis sine mensura, sicut scriptum est: [Non ad mensuram dat Deus spiritum.] Sequitur. *Ioan. 3* [Meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.] Reddit rationem eius, quod supra dixerat, videlicet multo maiora fuisse Iudaici populi delicta occidentis prophetas, & Dominum prophetarum, quam pœna illi à Domino inflicta. Nam meditatus est, videlicet populus Iudæorum, & animo deliberauit spiritu duro, & crudeli occidere Christum, & prophetas: [per diem æstus,] hoc est tempore persecutionis, & calamitatis, quæ per æstum designatur, vt dictum est, cap. 4. num. 14. & tamen Dominus non sic persecutus est aduersarios suos, sed multo mitius egit cum illis, non eos occidens, sed in captiuitatem tradens iuxta illud, quod dixit propheta. [Deus ostẽdit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur, populi mei. Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine:] *Ps. 58.* quæ verba iam explicata sunt cap. 1. num. 29. Consonat hæc explicatio cum trãslatione septuaginta virorum. Sic enim vertunt præsentem locum. [Non ne tu eras qui meditabaris spiritu duro interficere eos spiri-

spiritu furororis.] Expende meditationes, & consilia Iudæorum, & videbis quanto furore, quam duro spiritu meditati fuerint Christum interficere. [Hic est hæres (inquit intra se) venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineã, & occiderunt.] Vnde & Christus Dominus cogitationes eorum agnoscens, ait ad Patrem. [Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes, Mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.] Sed de huiusmodi cogitationibus, & consilijs Iudæorum plura diximus, cap. 8. nu. 18.

Mat. 21.

Hier. 11

12 [Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob, & iste fructus, vt auferatur peccatũ eius.] Idest, quia Christus traditus est morti, quoniam à Iudæis fuit crucifixus, propterea expiatus est mundus à peccato, & iniquitas dimissa est domui Iacob. Appellat autem domum Iacob, vt notauit Hieronymus in præsenti, eos, qui per baptismum renati incorporãtur Christo. Hi enim sunt Iacob spiritualis. Iacob namq. supplantator dicitur. Et quis est supplantator, nisi qui principem debellat iniquitatis, & potestates tenebrarũ? Ablationem peccati appellat omnem fructum passionis Christi; [Quoniam ad hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.] Ideo occisus est agnus, vt tolleret peccata mundi. Numquid non est fructus passionis Christi, & præmium meritorum eius, quod resurrexerit à mortuis, quod ascẽderit in cælum, & ad dexteram patris collocatus omnia sub pedibus suis habeat subiecta? Non ne dicit Apostolus: [Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria Dei Patris?] Quomodo ergo omnem fructum censet propheta, quod auferatur iniquitas? Sanè vt maximam Domini charitatem, & eximiam dilectionem, qua nos prosequitur designet. Suę namque clarificationis quasi oblitus, nostrum tantum commodum computat, & commemorat, omnemque fructum laborum suorum esse dicit, quod auferatur hominis peccatum. Vnde & de passione sua loquens ad discipulos ait: [Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solũ manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert.] Vbi obserua, fructum peccati fuisse tribulos, & spinas, maledictionẽ, & mortem, confusionem, & perditionem æternam, Apostolo dicente: [Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.] Sed omnia ista moriendo abstulit Christus Dominus, spinas in gloriam, maledictionem in benedictionem, mortem in vitam, confusionem in honorem conuertens, atque spiritualia dona per peccatum admissa restaurans, & idolatriam, quæ totum ferè occupauerat orbem, destruens, atque comminuens. Vnde & subditur.

Hieron.

1. Ioã. 3

Phil. 2.

Ioan. 12

Rom. 6.

[Cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos non stabunt luci, & delubra.] Ac si apertius dicat. Tunc per mortem Christi expiabitur peccatum, quando ascendens super nubem leuem, ingressus fuerit Ægyptum, & omnia altaria Idolorum dissipauerit, atque in cinerem conuerterit. [Ecce, inquit, Dominus ascendet super nu- *Isa. 19.*
bem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur simulacra Ægypti à facie eius.] De quo plura diximus cap. 19. nu. 3. & 4.

13 [Ciuitas enim, munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum. Ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates eius.] Quæ supra dixerat, euentura esse denunciat, cum summa solitudo occupauerit ciuitatem sanctam Hierusalem, quando vinea Domini sabaoth fuerit deuastata, ita vt vbi prius fuerant sumptuosa ædificia, ibi sit diuersorum animalium pascua. Nam propter mortem Christi destructa fuit ciuitas illa, & quæ speciosa erat, & honorabilis, dimissa est à Domino atque derelicta, vt dictum est cap. 1. nu. 29. 30. 31.

14 [In siccitate messis illius cōterentur mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum, & qui formauit eum, non parcet ei.] Tanta, inquit, erit illius ciuitatis ruina, atque hostium contra illam insurgentium potentia, vt ciues illius facile capiantur, sicut capiuntur pisces deficiente aqua, qui effugere non possunt, nec latibula vbi se abscondāt, inueniunt. Reddit autem rationem propter quam tot mala passi sunt, & est eadem cum illa quam tetigit supra: [Propterea captiuus ductus *Isa. 5.*
est populus meus, quia non habuit scientiam.] Et in hoc potissime eorum insipientiam maiori confusione dignam esse denunciat, quoniam à mulieribus docebantur cum tamen ipsas docere debuissent. est enim mulier natura fragilis, & expers cōsilij, propter quod inquit Apostolus: Docere autem mulierem non permitto, nec dominari in virum,] & tamen viri indigebant, vt à mulieribus docerentur. Ideo perierunt, & in captiuitatem ducti sunt. In hoc notatur cæcitas maxima Iudæorum, quam supra denunciauerat cap. 6. quia ne viderent lumen euangelicæ prædicationis, compresserunt oculos suos, nec vocem mulierum quæ testificabantur Christum Dominum à mortuis surrexisse, audire voluerunt. Consonat hæc hęc explicatio cum translatione Septuaginta interpretum, quæ sic habet. [Mulieres veniētes à spectaculo venite; non est enim populus habens intelligentiam.] Venerūt à spectaculo mulieres illę à quibus edocti duo discipuli qui ibāt in Emaus, dixerunt: [Sed & mulieres *Luc. 24.*
quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes: se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. † De his mulieribus euangelizantibus Christi resurrectionem Apostolis, intelligitur à multis doctoribus illud Psalmistæ. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Vbi vox, [euangelizantibus,] cū sit cōmunis generis accipi potest masculinè, & fœmininè. Hebraicè autē pro euangelizantibus habetur. Hacynoth, quæ vox fœmininā terminationem

habet,

habet, propter quod S. Hieron. ex Hebræo transtulit, Dominus dabit verbum annunciatricibus. Flāmi, Vertit, Dominus dedit sermonem laudatricibus. Consentiunt Pagninus Vatablus, Isidorus Clarius, & Caiet. Voluit enim Dominus, vt mulieres primū suæ resurrectionis victoriam annunciarent, & decantarent, sicut olim apud Hebræos fieri cōsueuit: Nam Maria soror Moysi cum alijs mulieribus, vt Exod. 14. & 15. legitur, insignem illam victoriam aduersus Ægyptios obtentam, decantauit dicens. Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare; Et cum Dauid aduersus Goliam victor euasit, egressæ
1. Reg. 18. sunt mulieres, canentes, & ducentes choros, & præcinebāt dicentes: Saul percussit mille, & Dauid decem millia in millibus suis. *

15 [Et erit: In die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Ægypti, & vos congregabimini vnus, & vnus filij Israel.] Paucitatē designat his verbis, eorum qui saluandi sunt, quam etiam supra tetigit cap. 4. num. 8. Percutiet enim omnes in die iudicij, exceptis paucis, quos hic vocat vnum, & vnū, ab alueo fluminis, vsque ad torrentem Ægypti, idest ab Adam à quo totum humanum genus, quasi flumen ex fonte deriuatur, vsque ad vltimum filiorum eius. De paucitate electorum dictum est cap. 4. num. 8. Et obserua, quod non dixit congregabimini vnus, & alius filij Israel, sed [vnus, & vnus,] vt designet vnitatem, quam inter seipsos seruauerunt electi, vt dictum est cap. 2. num. 13. Vnde &
Mat. 24. saluator ait: [In illa nocte erut duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur, duæ erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur; duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur.] Ecce qualiter, & quādo sermo propheticus implendus sit, ecce assumuntur vnus, & vnus ex viris Israelitis, ac de relictis loqaens non inquit relinquetur, vnus, & vnus, sed relinquetur alius, & alius, alter, & alter, vt designet diuisionem, quæ semper est inter reprobos. Obseruandum, est autem, & maxime aduertendum quod ex vno lecto assumitur vnus, & relinquitur alius, & similiter ex eadem mola, & ex eodem agro, ne de sua salute desperent diuites, qui abundant temporalibus, neque plusquam oporteat securi sint pauperes pluribus calamitatibus attriti. Per existentes in eodem lecto eos intelligit, qui vitam agunt cum splendore, vacantes delicijs sibi concessis, atque iuxta suum statum licitis, cuiusmodi sunt reges, & principes, atque alij qui abundāt temporalibus. Sed ex illis vnus assumetur, & alter relinquetur, quoniam diuitiæ nec saluant homines, nec condemnant, sed bonus, aut malus earum vsus. Diues erat Abraham, diues Saul, & tamen ille assumitur, iste relinquitur, & reprobatur. Similiter etiam contingit, quod duo sint pauperes, & miseram vterque vitam agat, & laboriosam, non secus, atque illi qui molentes in mola, aut laborantes in agro, in sudore vultus sui vescuntur pane suo,, & tamen vnus saluetur, & damnetur alius. Ex quo facile poteris colligere, quod laboriosa vita, aut paupertas extrema, non saluat homines, nec condemnat, sed bonus, aut malus vsus illius. Si enim sola pauper-

tas, homines beatos efficeret, vel ad vitam æternam perduceret, non vtique diceret Sapiens: [Tres sunt quæ odit Dominus, & quartum detestatur anima eius. Pauperem superbum, & diuitem mendacem, &c.] Possunt etiam per vnum, & vnum reliquiæ Israel intelligi, hoc est Apostoli, atque alij pauci, qui ex vastitate Iudææ sunt relicti, per quos Euangelium erat diuulgandum. De his enim subditur.

Pro.6.

16 [Et erit in die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant in terra Ægypti.] Per tubam magnam prædicationem designat Euangelij factam per Apostolos, & successores illorum, iuxta illud quod canit Propheta Regius. [In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Vnde & infra cap.40. prædicatores Euangelij spiritu prophetico alloquens Isaias inquit: [Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem, exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester.] Et iterum: [Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.] Hæc est tuba qua viri bellatores electi à Deo clangentes, Madianitas vicerunt, vt explicatum est cap. 8. numer. 19. possunt etiam hæc verba ad diem Iudicij referri, in qua resonante tuba resurgent mortui, & congregabuntur in vnum locum omnes à summis cælorum, vsque ad terminos eorum, iuxta illud, quod scriptum est: [Quoniam ipse Dominus in iussu, & voce Arcangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi,] sed singulariter congregabuntur electi qui erãt dispersi per vniuersum mundum, & assumetur vnus ex hac ciuitate, & vnus ex illa, vt simul omnes, constituantur ad dexteram iudicis. Vnde & Saluator à suos discipulos loquens ait: [Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius, à quatuor ventis, à summis cælorum, vsque ad terminos eorum.

Ps.18. *Isai. 40* *1.Thes.4* *Matt. 24.*

17 [Et adorabunt Dominum in monte sancto in Hierusalem:] Hæc sunt vltima verba huius capitis; quæ finem etiam imponunt nostro libro tertio, atque primo tomo super Isaiam, & continent gaudium magnum, & lætitiam, quam in vnum congregati habebunt electi adorantes Dominum, & laudantes in monte sancto eius, hoc est in Ecclesia militante, quæ vt notauimus cap. 2. nu. 4. mons est altissimus, & immobilis vtpote fundatus super firmam petram, videlicet super Christum Dominum. An non tibi videtur in hoc monte sancto constitutos adorare Dominum, cum in cõspectu Angelorum psallũt ei cantantes simul in choro psalmos, & hymnos spirituales? Ad hoc congregat vnum, & vnum, & adducit ex diuersis locis in montem religionum, quæ spiritu diuino à sanctis Patribus sunt fundatæ, vt die, ac nocte veluti Angeli assistant Domino, & adorent eum. Sicut enim de spiritibus cælestibus dicit Propheta: [Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.] Ita Dominus per Prophetam de sanctis qui in terra sunt eius, inquit: [Et omnem


Dan. 7.

nem

nem qui innocat nomen meum in laudem meam creaui eum.] Videantur supradicta cap. 6. num. 13. in illa verba. [Et clamabant alter ad alterum.] Hæc autem omnia plenius perficientur in Patria cælesti, quæ mons est etiam firmissimus, vt dictum est cap. 25. num. 9. ibi enim omnes electi adorabunt Dominum, & leuabunt vocem, & simul laudabunt, ibi seniores mittent coronas suas ante sedem Dei, & Agni, & omnes ciues illius ciuitatis sanctæ Hierusalem voce suauissima laudes Domini alternantes atque diem lætitiæ agentes dicent: [Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen. *Apo. 7.*

Finis primi Tomi.

Omnia subijcio correctioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ.





ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 34. col. 1. lin. 30. qu ia, leg. qua. 38. col. 1. l. 3. videris, l. videbis? & col. 1. li. 33. informitate, l. infirmitati. 52. c. 1. li. 36. in corruptionē. l. incorruptionem. 74. c. 1. li. vlt. octa. va, l. octaua. 96. c. 2. lin. 35. Christus, leg. docuit Christus. 146. c. 1. lin. 32. crminatores, l. criminatores. p. 166. col. 1. li. 18. cum, leg. eam. 166. c. 1. lin. vlt. subiugat, l. subiugatus. 188. col. 2. li. 3. permitteretur, l. permittar. 191. c. 1. li. 4. prædicādam, l. prędicanda. 197. c. 1. li. 19. intelligeis, l. intelligetis. 221. c. 1. li. 4. nun, l. nunc. 225. c. 2. li. 30. ert, l. erit. 227. col. 1. li. 37. vt, l. vt ait. 230. col. 2. lin. 10. fugatur, l. fugantur. 230. c. 2. li. 19. nulla, l. multa. lin. 24. prędicaunt, l. prædicarunt. 233. c. 1. li. 19. lnx, l. lux. 237. col. 1. li. 39. iosa, l. ipsa. 244. col. 1. lin. 4. merore, leg. merorem. 252. col. 1. li. 16. esset, l. essent. 266. c. 2. li. 6. pullularet, l. pullularent. 294. c. 1. li. 10. humili, l. humilis. 329. c. 1. li. 22. in suis, l. intus. 363. c. 2. li. 6. per, l. propter. 365, c. 2. li. 9. stap. 2. expl. l. super 2. epist. ibid. li. 16. folīi vi, l. folium, lin. eadem nonidem, l. non, idem. li. 24. Mariam. le. maria. 366. col. 1. li. 13. solora, leg. solo. lin. 15. eis, leg. ei.


pag. 581. col. 2. lin. 23. de pulchra, leg. e sepulchra. p. 582. c. 2. li. 43. indignatione, l. inclinatione. p. 578. c. 2. li. 33. pręscriptus, l. proscriptus. p. 566. c. 2. li. 37. Roma, l. Romam. & lin. 38. in præsenti. cedde loco. p. 567. c. 1. li. 6. pedes, l. pes. p. 548. col. 2. li. 2. expectabat, l. expectabant. p. 559. c. 2. li. 35. habuit, le. habet.

INDEX RERVM, ET SENTENTIARVM.



Littera P, paginam. littera C, capitulum. & littera N, numerum designat.

A


BSCONDITA sunt nobis diuina mysteria. cap.6.num.10.& 11.
Aduentus primi, & secundi differentia. cap.16. num.7.
Adam vbi formatus, & vbi de Paradiso eiectus. c.17.nu.2.
Adulatores scorpionibus vulpi, & pesti comparantur. c.3.nu.23.
Ala in Scriptura, quid significet. cap.8. num.6.
Alarum nomine exercitus significatur. c.18.n.2.
Ambitio, & inuidia comparantur igni, & quare. c.3.n.10.
Angeli iustorum custedes. c.5.n.6.c.6.n.22
Anima proprijs viribus in Deum tendera nequit. c.2.n.8
Animæ propriæ, quæ vineæ comparatur custodia gerenda. c.21.n.9
Animæ custodiæ nocturnum tempus aptissimum. c.21.n.11
Andreæ Apostoli deprecatio. c.2.n.6
Apostoli Ecclesiæ turris. c.5.n.9
Apostoli infirmi electi, vt Scripturam aperirent. c.8.n.5.& n.25.c.9.n.8
Apostolorum prædicatione lex vetus cessauit. c.8.n.27
Apostoli messores. c.9.n.9
Apostolorum diuisio diuisioni spoliorum comporatur. c.9.n.11
Apostoli Ecclesiæ semen. c.1.n.32
Apostoli sunt iudices, & principes Ecclesiæ. c.1.n.65
Apostoli dicuntur consiliarij. c.1.n.66
Apostoli dicuntur Domini germen. c.4.n.4
Apostoli dicuntur Chrisli coadiutores. c.1.n.68
Apostoli dicuntur lucernæ templi. c.2.n.3
Apostoli dicuntur lucernæ mundi, & quare. c.9.n.5
Apostoli crucis signũ exaltarunt. c.13.n.3
Apostoli dicuntur fulgura. c.18.n.3.
Apostoli nubibus comparantur. c.19.n.2
Apostoli dicũtur piscatores. c.19.n.10.et11
Apostolorũ rete quãdo scinditur. c.19.n.11
Apis cuius typum gerat. c.7.nu.13
Arbitrij libertas ostenditur. c.1.n.68
Arrogantis, & superbi differẽtia. c.16.n.8
Arma diaboli quæ. c.9.n.10.
Auxilio efficaci Deus voluntatem mouet. c.10.n.10.
Auaritia detestanda. c.2.n.8.
Auaritia est idolorum seruitus. c.2.n.19
Auaritia cantui meretrico comparatur. cap.23.nu.9

B

BAPTISMI necessitas. c.1.n.44
Babylonem, quis condiderit, quidue significet. c.13.n.2.
Barbam, & comam radere vel nutrire quid

quid sit. c.15.n.4
Beatorum lætitia. c.25.n.6
Beati habent præmium illimitatum bonum. c.3.n.19
Beatorum charitas. c.24.n.28
Beatorum lætitia conuiuio assueri confertur. c.25.n.13
Benificia Dei sedulo cogitanda. c.12.n.11
Beneficiorum Dei iugis tenẽda memoria. c.17.n.7
Bellum aliter committit Christus cum hostibus, aliter mundus. c.9.n.14
Bona cœlestia non terrena perquirenda. c.1.n.57
Bona terrena non vera, sed ficta bona sunt. c.2.n.22
Bona opera semper iteranda. c.8.n.2

C

CAVSAE secundæ nisi à Deo motæ, mouere nequeunt. c.10.n.10
Caim vbi Abel occiderit. c.17.n.2
Cælum, & terra testes in extremo iudicio, & quare. c.1.n.7
Cherubim se mutuo respicientes, legis, & Euangelij concordantiam significant. pag.1.
Christus vt homines purgaret à peccato, morte consumptus. c.1.n.24.& 27
Christus semen quo mortificato fideles multiplicantur. c.1.n.33
Christus est extensus in cruce, vt rugas Ecclesiæ aboleret. c.1.n.44
Christus mons, & quare. c.2.n.2
Christus dicitur lampas, & est cæteris sanctis eminentior. c.2.n.3
Christus humillimus extitit. c.2.n.6
Christus Domini germẽ, & quare. c.4.n.5
Christi vtraq; natura, quomodo ab Isaia exprimatur. c.4.n.6
Christi ascensus in cælum hominibus vtilis. c.4.n.7
Christi passio nos abluit. c.4.n.10
Christus fidelium custos. c.5.n.6
Christus fatigatꝰ in excolẽda vinea. c.5.n.8
Christus in passione communis peccatoribus, & iustis, in gloria tantum patet iustis. c.6.n.4
Christus est fundamentum totius spiritualis ædificij. c.6.n.5
Christi passio fimbria dicitur. c.6.n.7
Christus quare lauit discipulorum pedes. c.6.n.12
Christus dicitur calculus. c.6.n.23
Christus dicitur altare. c.6.n.34
Christus dicitur spoliasse Iudæã. c.6.n.53
Christus quare dictus filius Dauid. c.7. num.16.
Christꝰ quare dictus Emmanuel. c.7.n.29
Christus api cõparatur, & quare. c.7.n.30
Christus celeriter cucurrit, vt fortem vinceret, & nobis subueniret. c.8.n.6
Christi potentia. c.8.n.10. & 11
Christi doctrina pacifica, & quieta. c.8. num.14
Christi humilitas, & obedientia. c.8.n.29
Christi miracula diuina virtute sunt facta. c.8.n.30
Christi iugum leue. c.9.n.2. & 3.
Christi duplex natura. c.9.n.16.44. & 45
Christus nobis ad omnia datus. c.9.n.18
Christus hamus, quo diabolus capitur. c.9. num.21
Christus quare quatuor fratres vocauit. c.9.n.28
Christus quare magis Pater, quam Dominus. c.9.n.34. & c.22.n.20
Christi semita pacifica qua. c.9.n.75
Christus thronum Dauid erexit. c.9.n.77
Christi regnum, cum regno Dauid comparatur. c.9.n.78
Christus mors dicitur, & quare. c.9.n.81
Christus quomodo consummauit omnia. c.10.n.19
Christus mansuetudine mundum superauit. c.10.n.25
Christi humilitas. c.11.n.2
Christus perfectis flos segnioribus virga est. c.11.n.2
Christus perfectis flos, segnioribus virga est. c.11.n.2

Christus in passione odorem maximum efflauit. c.11.n.2
Christus solus spiritum permanentem habet. c.11.n.3
Christi gloria. c.11.n.16.& 17
Christi præsentia fideles exhilarantur. c.12.n.13
Christus semper in medio, & quare. c.12. num.14
Christus multis animalibus in Scriptura comparatur. c.14.n.19
Christi passionis memoria Deo accepta. c.17.n.7
Christi humanitas nubes leuis. c.19.n.4
Christi charitas erga homines. c.19.n.4
Christus crucifixus altare. c.19.n.21
Christus custos dicitur, & paxillus. c.21. num.13
Charitas Dei quanta. c.9.n.79
Charitatis præceptum quare nouum dicatur. c.24.n.7
Cognoscit Deum qui Bouem imitatur. c. 1.n.13
Consonantia Euangelij, Legis, & Prophetarum. p.1.n.1
Consuetudo peccati vitanda. c.1.n.16. & cap.5.num.22
Conscientiæ bonæ securitas. c.3.n.20
Creaturæ Deo comparatæ, nihil sunt. cap. 6.n.10
Credat qui vult intelligere. c.7.n.12
Crucis splendor, & gloria. c.8.n.5
Crucis exaltatio. c.11.n.19. & c.13.n.3
Crucifixi plagæ fontibus similes. c.12.n.9
Crux signum omnium perfectionum, & crucis epitecta. c.18.n.6
Crux principatus Christi. c.14.n.43
Crucis signaculo saluandi notantur. cap. 14.n.43
Crudelitatis, & inhospitalitatis vitium Deus punit. c.18.n.6.
Crura Christi quare in cruce non sint fracta. c.25.n.1
Conuiuij Assuerij cum Beatorum felicitate collatio. c.25.n.14

D

Damnatorum pœnæ inæquales. c.24. n.3. & 23
Damnatorum pœnæ maxime. c.24.n.20
Damnatorum pœnæ grauitas ex tribus pensatur. c.24.n.23
Damnati in inferno fæces Dominici calicis bibunt. c.25.n.12
Damnati voluntarie in infernum se coniecerunt, vbi magis desiderant consumi ab igne quam viuere. c.9.n.15
Damnati maxime torquentur in memoria fælicitatis præteritæ. c.13.n.8
Damnatis commutabuntur mundi oblectamenta in tot inferni pœnis. c.13.nu. 16. & c.14.n.8
Damnatorum pœnæ quales. c.18.n.10
Dauid Regnum in Sedechia desijt non tamen principatus. c.9.n.77
Dauid regnum simile Regno Christi. c.9. num.78
Dei labia quæ. pag.8.n.12
Dei Os quid. c.'.n.61.
Deus dolet de peccatis nostris. c.1.n.15
Deus permittit peccatores in deteriora labi. c.1.n.25
Deum inamaricari quid sit. c.1.n.59
Dei ira dicitur ira agni. c.2.n.25
Dei, & hominum adinuentiones in quo differant. c.3.n.21
Deus etiam inuentus quærendus. c.6.n.12
Dei cognitio hominem humiliat. c.6.n.19
Deum excæcare peccatores diuersimode intelligitur. c.6.n.48.49.50
Deus si protegit nihil timendum. c.7.n.8
Deus operatur aliquando vt Deus, aliquando vt Dominus. c.7.n.22
Deus misericors. c.7.n.34
Deus summa facilitate cælos condidit. c.8.n.5
Deus nobis suam imaginem visibilem fecit. c.8.n.7
Dei erga nos maxima charitas. c.6.n.79
Deo tribuuntur affectus humani quomodo, & quare. c.9.n.86.

Deus

Deus in bonis operibus gaudet. c.9.n.86
Deus ignis est tam peccatoribus,quam iustis. c.10.n.15
Deum interficere impiū,quid sit. c.11.n.9
Deus vltro se offert quærentibus,ideo fonti comparatur. c.12.n.8
Deus punit citra condignum. c.16.n.2
Deus quomodo dicatur cognoscere. c.16. num.6
Dei misericordia quanta. c.18.n.8
Dei manus,& vltio timenda. c.9.n.15
Decimæ quare Ecclesiæ debitæ,& oblatæ. c.23.n.12
Diuitiæ in quos vsus insumendæ. c.23.n.10
Diabolus pacificè animæ peccatoris dominium obtinet. c.10.n.5.
Diabolus in mysterio crucis deceptus. cap. 5.num.5
Diabolus irridetur à iustis post dimissum peccatum. c.14.n.5
Dilectio inimicorum suadetur. c.1.n.64
Doctores Ecclesiæ densibus comparantur. pag.3.n.4
Doctores,& periti in lege magis puniuntur,quam simplices. c.16.n.13
Doctrinæ nouitas etiam in vocibus vitanda. c.11.n.13
Dolere de peccatis commissis Deo gratissimum. c.15.n.3

E

EBrietatis mala describuntur. c.8.n.15
Ecclesia dicitur mons. c.2.n.4
Ecclesia dicitur vinea in cornu filio olei plantata c.5.n.4
Ecclesiæ primitiuæ feruor. c.2.n.6
Ecclesia multas perpessa persecutiones. c.7.n.30.tamen firma permanet ibidem num.4
Ecclesia dicitur insula. cap.13. nu.20.& c.17.n.9
Ecclesiæ vnitas, & simul ordinum diuersitas. c.12.n.2
Ecclesia dicitur Ciuitas pauperum, & in orbem celebris. c.14.n.21.
Ecclesiæ inimici à Deo confunduntur. c. 15.n.2.& 3
Ecclesia dicitur conuulsa dilacerata, & terribilis. c.18.n.4
Ecclesiæ nunquam obliuiscitur, sed miseretur Deus. c.18.n.8
Ecclesiam infestantium conatus frustrabuntur. c.18.n.9
Ecclesia dicitur Ciuitas Solis. c.19.n.20
Ecclesia despecta,& decolorata ob Peccatorum scelera. c.22.n.3
Ecclesia deseruire non debet in peccatorū operimentum. c.22.n.6
Edificiorum multitudo, magnitudo, & pulchritudo damnatur. c.5.n.11.& 13
Eleemosina,& oblationes quæ grata Deo. c.1.n.34
Eleemosina,est spiritualis negociatio. c.23. nu.13.
Electi pauci. c.6.n.9. & c.13.n.12.& c. 24.num.14
Electi quia pauci,& despecti reliquiæ dicuntur. c.4.n.8
Electi sunt gloria Dei. c.4.n.13
Electi conculcati dicuntur. c.18.n.5
Erubescentiam furatur diabolus tempore peccati postea restituit tempore pœnitentiæ. c.1.n.70
Exercitus aqua comparatur, & quare. c.8.n.13
Euangelium non est bello prædicandum, vel publicandum. c.2.n.15
Euangelium Matthæi Christū esse Messiam in lege promissum ostēdit. c.9.n.20
Euangelium Ioannis Christi diuinitatem ostendit. c.9.n.55
Euangelij per orbem prædicatio. c.11. num.21
Eucharistia tantum cibus substantialis, & ardentissimæ Christi Charitatis indicium. c.1.n.10
Eucharistia dat robur homini. c.3.n.6
Eucharistiæ institutio qualis. c.6.n.12

Festi-

F

Festiuis diebus Deum offendere iniqui est. c.16.n.11
Fiducia iustorum maxima.c.1.n.52
Fideles dicũtur creari,& quare. c.4.n.11
Fidelibus deficientibus naturalibus auxilijs,Deus præter spem repente occurrit. c.4.n.12
Fimbria vestimentorum Dei quid significet. c.6.n.70
Fidei mysteria credenda,vt intelligantur. c.7.n.12
Fides necessaria ad visionem.c.7.n.13
Fideles Christi a peccatorum onere leuantur.c.9.n.3
Finis a bonis malos discernit.c.11.n.17
Flagellat Deus peccatores,vt eos corrigat. c.1.n.23.& 24
Flagella congeminat Deus, vt corrigat. c.1.n.64
Fratres quatuor quare primo à Christo vocati.c.9.n.28

G

Gentes ad Christi fidem conuersæ. c. 14.n.4
Gentium vocatio, & conuersio. c.18.n.11
Gentes primum Christi fidem susceperũt, vt sint nouissimi primi,& primi nouissimi.c.19.n.26
Gladij diuersæ acceptiones in scriptura. c.1.n.60
Gloriæ perpetuitas, & cui assimiletur. c.12.n.9
Gloria cœlestis conuiuio cõparata,& quatuor cõditiones huius conuiuij. c.25.n.7
Gloria cælestis quare esui pinguium, & medullatorum comparata.c.25.n.10
Gradus diuersi per quos perfectionis apex attingitur. c.2.n.10
Gratiarum actio necessaria.c.1.n.11
Gratia,& misericordia Dei comparantur fonti,& vberibus.c.12.n.7
Gula quæ mala pariat.c.3.n.4

H

Hebræorum ingratitudo.c.1.n.9.
Hebræi per orbem dispersi,& quare. c.1.n.29
Hebræorũ cæcitas & obstinatio. c.1.n.30
Hebræi à Deo,et Angelis derelicti.c.1.n.31
Hebræi in Paschate à Romanis obsessi,& quare.c.8.n.24
Hebræorum consilium contra Christum. c.3.n.17
Hebræi quare vineæ conferantur. c.5.n.3
Hebræi intellectum,& voluntatem deprauatam habent.c.6.n.45
Hebræi pullulare dicuntur post ruinam. c.6.n.54
Hebræi dicuntur claudi, & quare. c.8. num.18
Hebræis reprobatis gentes sunt Christo insertæ.c.9.n.81
Hebræi vane redditum in Hierusalem expectant. c.11.n.18
Hæreticorum versutia.c.7.n.4
Hæreticorum doctrina eradicanda. c.15. n.8.& c.17.n.10
Hæretici piscatores dicuntur. c.19.n.10
Hæretici nocte piscantur.c.19.n.11
Hypocritarum finis,& initium.c.17.n.8
Hypocritarũ pœna qualis futura.c.9.n.87
Hypocritarum operimẽtum reuelandum à Deo. c.22.n.6
Hierusalem quare per Romanos vastata. c.1.n.29
Homines natura eiusdem sunt cõditionis, dispares autem gratia.c.8.n.21
Homo habet spiritum venientem, non tamen permanentem. c.11.n.3
Homo in bonis actionibus se habet, vt Dei instrumentum.c.10.n.10.
In quo differat ab instrumẽto inanimi. ibidem.n.11
Hominis potentia imbecillis.c.10.n.27.
Homines varijs bestijs comparati,& quare.c.11.n.15
Homines apud Deum duplicem habent thesaurum.c.24.n.18

Horto-

Hortorum nimia industria elaboratorum ligna sæpe ignem inferni nutrium, & augent. c.1.n.72
Humilitas cęlum replet. c.6.n.8
Humilitas orbem reparauit. c.11.n.2.
Humilis non habet vnde cadat. c.14.n.11

I

IDioiæ minus puniuntur, quam periti. c.6.n.13
Imperatiuum pro futuro sæpe accipitur in scriptura. c.6.n.34
Imaginem suam nobis stylo hominis Deus pinxit. c.8.n.7
Impietas igni comparatur, & quare. c.9. nu.88
Impij comparantur torrenti, & quare. c.16.n.3
Ingratitudinis mala. c.1.n.11
Ingratitudinis gradus. c.1.n.14
Ingratitudinis vitium reprehenditur. c.9. n.90
Incredulitatē Deus acriter punit. c.7.n.12
Incarnatio Christi maximum, & vltimū signum à Deo datum. c.7.n.21
Incarnationis mysterium Dei adinuentio dicitur. c.12.n.10
Inquisitionis tribunal necessariū. c.1.n.72
Iræ Dei nemo potest resistere. c.5.n.29
Ira Dei quomodo flectenda. c.22.n.8.
Ira Dei in iudicio magna in peccatores effundetur. c.24.n.17
Iracundi titionibus similes. c.7.n.8
Isaias dicitur quintus Euangelista, & quare. pag.2.n.1
Isaias quare prior ceteris in canone scripturæ ponatur, & quos habuerit Prophetas contemporaneos. pag.6.n.9
Isaiæ vaticinium de quibus agat. p.8.n.14
Isaias quo tempore vixerit. c.1.n.6
Isaiæ comminationes sunt contra Iudæos, contra exteras nationes, contra mundū vniuersum. pag.10.n.17
Isaiæ scopus, & prophetiæ distributio. pag. 11.num.12
Isaiæ expositores qui. c.1
Isaias qui fuerit, Christi typus extitit. c.1. n.4. & c.20.n.4
Isaias vidit Propheticè verbum æternum. c.2.n.1
Isaiæ dignitas. c.6.n.9
Isaiæ apparuit tota Trinitas in visione imaginaria. c.6.n.14
Isaiæ charitas. c.6.n.29
Isaiæ obedientia. c.6.n.30
Iuramentum detestandum, & quæ inde mala sequantur. c.1.n.20
Iudices boni qui. c.1.n.51
Iudex quas conditiones habere debeat. c. 16.n.6
Iudicium extremum timendum. c.1.n.21. 22.23.24.25.
Iudicium extremum nobis longe prænunciatur. c.10.n.3
Iudicium extremum, sub typo subuersionis Babylonis describitur. c.13.n.2
Iudicium impios ab electis separabit. c.21. num.13
Iudicij propinquitas varijs suadetur rationibus. c.13.n.6
In Iudicio peccata pandentur. c.13.n.7. c.24.n.2
In Iudicio maxima erit reproborum confusio, ibidem.
Iudicium, quandoq; nox, quandoque dies in scriptura appellatur. c.13.n.9
Iudicium dicitur dies insanabilis crudelis. c.13.n.9. & dies domini. c.14.n.2
Iudicium quare signa præcedent. c. 24. num.28
Iudicium tempestas dicitur mundans accam. c.25.n.5
Iudicij sententia formidabilis. c.17.n.10
In Iudicio quæ timenda. c.19.n.15
Iudicinm repentinum erit. c.21.n.5
in Iudicio orbis terrarum arescet quia comprimetur. c.24.n.2
in Iudicio omnes æque iudicabuntur non tameu æqualiter. c.24.n.3
in Iudicio summa facilitate orbem terrę consumet Deus. c.24.n.5

Iusti

Iusti etiam pauci Deum placant. c.7. n.2
Iusti illi ab inimicis insectantur, qui in cordibus suis cælestis Hierusalem imaginem gerunt. c.7.n.3
Iustus in bonis operibus Deum lætificat. c.9.n.86
Iustus paulatim proficit ab imperfecto, ad perfectum tendens. c.11.n.8
Iustorum, & impiorum dispar exitus. cap. 11.num.17.
Iusti liberati à peccato diabolum irrident. cap.14.num.5.
Iusti peregrini sunt super terram. cap.16. num.4.
Iusti aliquando puniuntur, vt peccatores resipiscant. cap.21.num.4.
Iustorum est aliorum peccata deflere. cap. 22.num.4.
Iusti, & peccatores oppositas consequentias ex eodem inferunt principio. c.22. num.9.
Iusti ex huius sæculi malis, cælum petere dicuntur. cap.23.nu.2.
Iustorum lætitia in Iudicio maxima erit. cap.24.num.12.
Iusti gaudent de mundi desolatione in Iudicio. cap 25.nu.3.
Iusti fores dicuntur. cap.25.nu.4.
Iusti in iudicio splendent. cap.24.nu.19.
Iusti arboribus, impij herbæ comparātur. cap.24.num.26.
Iustitiæ Dei ministri, quare sæpè à Deo puniantur. cap. 10.nu.4.& 8.

L

Lacrymarum virtus. cap.4.nu.11.
Lacrymæ quando fundēdæ. c.15.n.3.
Laudes diuinæ, quomodo exhibendæ. c.12. num.2.
Laudes Deo concinendæ, quod promissa sua impleuerit. c.25.nu.2.
Laudes Deo alacriter concinēdæ. c.6.n.13.
Legalium infirmitas, & cessatio. c.1.n.35.
Legalia ex seipsis Deo grata non erant. c.1.n.38.
Legalia abrogata per Christum. c.1.n.39. 43.& 46. c.6.n.15 c.8.n.27.
Legis antiqua, & nouæ diuersitas. c.1.n.56
Lex noua dicitur lux, vetus vmbra. c.2. n.16. & c.6.n.17. & c.9.n.7.
Legis nouæ claritas, & facilitas. c.8.n.5.
Legem Dei ligare in digitis, est eam opere adimplere. c.8.n.26
Lex vetus, est iugum oneris, virga humeri sceptrum exactoris, & quare. c.9.n.12.
Legis nouæ iugum leue. c.9.n.2
Lex noua, quare dicitur æterna. c.24.n.6
Lex noua dicitur verbum abbreuiatum. c.12.n.21
Liber vitæ quid, & quomodo ab eo deleri postulauerit Moyses. c.4.n.9
Lingua Aegyptiaca loqui quid sit. c. 19. n. 19.

M

Maria dicitur terra. c.4.n.6.
Maria nobis Deum pacatum dedit. c.5.n.2
Mariæ virginitas vtrum sufficienter habeatur ex cap.7.Isaiæ. c.7.n.21.
Maria porta clausa. c.7.n.24.
Maria dicitur Manna. c.7.n.25.
Mariæ Virginis partus. c.8.n.3
Maria cælum, liber, thronus, tabernaculum. ibidem.
Maria Ecclesiam in suo partu lætificat. c.8. n.8
Mariæ partus flos campi dicitur, c. 11. n.2. c.10.n.8.
Maria Virgo nubes leuis. c.19.n.4
Maria dicitur mare. c.19.n.4
Mariæ Magdalenæ pænitentia quanta. c.1.n.49
Malum operari sub sanctitatis habitu, & in loco sancto quam sit detestabile. c.1. nu. 14
Malum cogitationū quidnam sit c.1.n.46
Malum pœnæ à Deo est. c.20.n.4
Malum pœnæ extremi Iudicij sunt signa. in proœmio lib. 3.

Ma-

Martyres dicuntur canes. c.25.n.11
Martyrum constantia. c.8.n.19. & 22
Martyres sibi martyrium coronam reputant. ibidem.
Martyres quomodo Christum secuti. c. 9. num.13
Manna non solum nutriti, sed exaltati sunt Hebræi. c.1.n.9
Magorum, qui ab Oriente venerunt prophetia. c.8.n.10. & nu.11. & n.13
Matthæi in toto Euangelio scopus aperitur. c.9.n.20
Medium semper elegit Christus, & quare. c.12.n.14
Misereri quomodo sit Deo proprium, alienum autem punire. c.1.n.63.
Misericordia Dei quanta. c.7.n.34. & c. 10.n.3.
Misericordia Dei in parcendo peccatoribus maxima. c.22.n.13. c.23.n.7.
Ministri diuinæ Iustitiæ odio persequuntur quos Deus castigat, ideoq; à Deo puniuntur. c.9. n.4
Ministrorum Dei octo conditiones. c. 22. n. 16.
Ministris, quos Deus elegit, dat prius Deus idoneitatem c.22.n.17
Mons plura vitiá significat in Scriptura. c.2.n.9
Mors corporis vmbra mortis. c.9.n.6
Mors pandit occulta. c.9.nu.6
Mortis cogitatio à terrenis nos debet arcere, non allicere. c.22.n.9.10.11
Mundi, & Martyrum bella quomodo differant. c.9.n.14
Mundus fugiendus. c.13.n.13
Mūdi delitiæ, cum inferni doloribus commutabuntur. c.13.n.16

N

NAbuchodonosor, quare de sepulcro post mortem eductus c.14.n.13.
Nabuchodonosor & filiorum miseria, cū Babylonis destructione aperitur. c. 14. per totum.
Natiuitas Christi Ecclesiæ gaudiū. c.4 n.8
Negligentia peccatorum maxima redarguitur. c. 1.n.45
Nylus fluuius. c.19.n.9.
Nolle Deum audire, est præcipua causa casus hominum. c.1.n.18
Nouum testamentum dicitur liber, & quare. c.3.n.4

O

OBliuio dicitur vmbra mortis. c.8.n.6
Obduratio humani cordis ostenditur. c.1. n.7
Obduratio peccatorum, quomodo Deo tribuatur. c.1.n.48
Occultare peccatum à Dei oculis, quomodo debet peccator. c.1.n.47
Onus peccati importabile. c.1.n.17
Operum fructus qualis sperari debeat. c.3.n.16
Operibus pietatis, sedulos, & alatos esse oportet. c.6.n.11
Opprobrium, quod per peccatum incurritur, quale. c.7.n.34
Opera bona iugiter iteranda. c.11.n.2
Opera nostra necessaria sunt ad salutem. c.12. n.6
Opera extra charitatem, & Dei timorem facta, plātationes inutiles sunt. c.17.n.7
Oratio accepta, quæ. c.1.n.7
Oratio gratissimum Deo sacrificium. c.18. n. 1
Orationis efficacia. c.19.n.22
Orationis aptissimum tempus est nocturnum. c.21.n.11
Ornatus superfluus mulierum reprehenditur. c.3.n.27

P

PAssionis Christi, & Iudicij dies leuiathan interimunt. c.27.n.2
Parcit Deus dum vlciscitur. c.26.n.18.
Paruuli sine baptismo decedentes sine proprio demerito actuali, sed occulto Dei iudi-

iudicio damnantur. c.24.n.21
Pastoris, & Prælati plures conditiones. c.21. n.9
Pastores Ecclesiæ simplices, & rudes Deus elegit, c.11.n.12
Pastores accommodent se infirmitati ouiū. c.22.n.22
Pauperes Dei filij. c.1.n.40
Pauperes Deus eleuat, & desēdit. c.11.n.8
Pauper diuiti, est vtilis. c.23.n.13
Paupertatis sub habitu aliquando latent donaria Idoli. c.17.n.6
Paulus Apostolus dicitur lupus. c.11.n.11
Paulus Apostolus dicitur paxillus fidelis. c.22. n.24
Pax vniuersalis tēpore Christi. c.19.n.25
Pax tum spiritualis, tum temporalis à Christo nobis allata, quomodo intelligatur. c.2.n.13
Pacem duplicem Christus attulit. c.26.n.6
Peccator bellicat contra Dominum frustra. c.1.n.12
Peccatoris summa ignorantia. c.1.n.14
Peccatoris incorrigibilitas. c.1.n.23
Peccatorum pœna ineuitabilis. c.1.n.61
Peccatores omnia ad peccatum extorquēt. c.5. n.23
Peccatores laborant in vanum. ibidem.
Peccatorum consortia vitanda. c.6.n.20
Peccatores Deum neque vocant suum, neque patrem vocare possunt. c.7.n.17
Peccator Domino agonem exhibet. c.7.n.18
Peccator opprobrium magnum incurrit. c.7. n.34
Peccatorum onere grauati, per Christum alleuiantur. c.9. n.3
Peccator dicitur vmbra mortis. c.9.n.7
Peccatorum passiones, peccata, et membra, arma sunt diaboli. c.9.n.10
Peccatum iugum oneris, virga humeri, sceptrum exactoris. c.9.n.12.
Peccator non intelligit à Deo immissum flagellum. c.9.n.82.
Peccator paulatim à minoribus ad maiora profluit. c.9.n.88.
Peccatoris animam diabolus pacificè possidet. c.10.n.9.
Peccator quomodo a Deo interficiatur, & viuificetur. c.11.n.9.
Peccatorum dolor a peccato oritur, & ipsum eliminat. c.15.n.3.
Peccata Deus dimittit, & ignoscit si vitā emendes. c.16.n.12
Peccator seruus peccati. c.19. n.5
Peccator, quæ sub dominio peccati patiatur. c.19.n.5.
Peccatorum quantitatem imitatur plagarum modus. c.21.n.2.
Peccator quare grauitatem peccati non cognoscat. c.27. n.3
Peccatum est peius, quam inferni cruciatus. c.19.n.5
Peccatum est verum malum. ibid.c.19
Peccatum vnum est pœna alterius. c. 19. n.6. & 13.
Peccatores obstinati pelles diaboli, alij vestimentum eius dicuntur. c.19.n.10
Peccatores dicuntur mulieres. c.19.n.16
Peccatorū socordia, & amentia. c.22.n.10
Peccator triplicem legem transgreditur. c.24. n.6
Peccatores in hac, & in futura vita pro suis delictis puniuntur. c.24.n.20
Peccatores herbæ comparantur. c.24.n.26
Peccatum, & mortem, quando Christus destruxit. c.25.n.17
Peccatores ianuas cæli claudunt. c.26.n.5
Peccatores in circuitu ambulare, quid sit. c.26. n.12
Peccatores statim redeunt ad vomitū. ibid.
Peccatores puniendi. c.26. n.17.
Peccatorum timor in Iudicio. c.26.n.19.
Perfectionis apex paulatim attingitur. c.27. n.2
Periculis, & laqueis omnia plena. c.24. n.16
Pestis igni comparatur. c.10.n.13
Petro, quare duplex clauis à Christo collata. c.27.n.23
Pœnitentia maxima virtus, & eius facilitas. c. 1.n.44. & 53
Pœnitentiæ Sacramentum torcular dicitur.

tur. c.5.*n.*9
Pœnæ inferni quales. c. 24. *n.* 3. & 20. & 23
Pœnarum æternitas probatur. c.24. *n.*24
Populi peccata Prophetarum, & prædicatorum ora occludunt. c.6.*n.*2
Portæ paradisi à Christo in morte apertæ. c.26. *n.*3
Portæ paradisi a Christo in Ascensione tolluntur. c.26.*n.*5
Prædicator Euangelij, nec honoribus, nec minis ab incepto desistit. c.6.*n.*19
Prædicatores mundentur prius, postea prædicent. c.6.*n.*28
Prædicator discat prius benefacere, qnam alios doceat. c.1.*n.*50
Prædicatores dicuntur filij excussorum. c.6. *n.*30
Prædicationis officiũ desiderari potest absque culpa. c.6.*n.*31
Prædicantes mendacium caudæ comparantur, & quare. c.9.*n.*85
Prædicator in Scripturis aquas bibat, quæ postea de pectore eius alijs fluant. c.12. *n* 9
Prædicatores Christi nuncij. c.18.*n.*3
Prædicatio Euangelij simplex, non falervtis verbis esse debet. c.19.*n.*10
Prædicatores, & Apostoli, quare canibus comparati. c.25.*n.*11
Prædicatores, & Confessores recipere debent quoscumque ad eos a diaboli seruitute confugientes. c.21.*n.*15
Principis, & Prælati quæ conditiones. c.2. *n.*8
Principum, & Prælatorum, est subditornm curas recipere, & eos in pace seruare. c.3.*n.*11
Principis, & Prælati officium fugiendũ. c.3. *n.*12
Prophetæ quare portendentes dicantur. pag.2.*n.*1
Prophetarũ vita, & facta, prophetiæ quædam sunt. pag.4.*n.*5
*Prophetæ veras aliquando historias narrant. ibi, num.*7
Prophetæ vtuntur præterito, loco futuri, *n.*8
*Prophetarum tempus, locus, personæ sub quibus prophetauerunt est obseruandũ. ibidem n.*9
*Prophetæ de quibus agant. ibidem n.*13
Prophetæ sæpe sensum non continuant. c.7. *n.*32
Prophetæ quando prospera, vel aduersa nuncient, duæ regulæ sunt obseruandæ. c.13. *n.*2
Prophetia quare dicatur visio. c.1.*n.*3
Puerum regnare pessimum est. c.3.*n.*8

Q

QVæstio vtrum in nouo Testamento fideliter loca Prophetarum, & legis antiquæ afferantur. c.6.*n.*36
Quercus peccatorem significat. c.1.*n.*71

R

RApina hominum maxima. c.3.*n.*25
Redemptionis mysterium, omnem hominum cognitionem excedit. c.5.*n.*8
Regna mundi, & Reges per cornua, & capita significantur. c.26.*n.*26
Regis, ac Iudicis quinque conditiones. c.16. *n.*6
Regum, & tyrannorum potentia fluminis figura describitur. c.18.*n.*5
Religiosi sæpius comparatione sæcularíũ confusi remanent. c.23.*n.*3
Reprobationis maximum signum, deridere comminationes in peccatores. c.5.*n.*24
Reprobationis maximum signum est, retorquere Scripturam ad proprium sensum, vt non videaris ei contraire. c.5. *n.* 25
Reprobationis pessima causa quæ sit. c.25. *n.* 14
Reprobi vias Iustitiæ aliquando ingrediũtur. c.26.*n.*12
Reprobi morientes, electi, quasi morientes dicuntur. c.26.*n.*22

Re-

Reprobi malos protegunt. c.26.*n.*32
Retro stare, quid in peccatore, quid in iusto significet. c.1.*n.*21
Rori comparatur gratia. c.26.*n.*29
Rugire a gemitu cordis, quid sit. c.15.*n.*3

S

Sacerdotum, & Principum mores praui, quantum obsint. c.1.*n.*26
Sacerdotes, & Principes, sunt caput, & cor Ecclesiæ. ibid. Vide verbum, Pastor, & Princeps.
Sacramenta infusoria dicuntur. c.2.*n.*3
Sacrificium verum quale. c.1.*n.*34. & 40
Sacrificium Christi, quo nos redemit efficacia. c.1.*n.*68
Saluandi pauci. c.13.*n.*2. & c.17.*n.*6
Sancti quo desiderio futuram vitam expectent. c.26.*n.*14
Sancti suo exemplo alios trahunt. c.2.*n.*8
Sanctus dicitur, vel ministerio Dei addictus, vel paratus ad aliquid, vel designatus, & destinatus, vel qui alios Sanctos facit. c.13.*n.*4
Sanctificatio omnis non in ministrum, sed in Deum referenda. c.6.*n.*25
Sapientia humana obest. c.5.*n.*26
Scriptura profundè loquitur, & quare. pag. 2. *n.*2
Scriptura, quare dicatur panis, & aqua. c.3.*n.*5
Scripturæ singula verba pẽsanda, & quomodo interpretanda. pag.6. & 7. *n.* 10
Secretum seruandum. c.24.*n.*11
Securitas iustorum in Iudicio. c.26.*n.*30
Semitarum, & viarum Christi differẽtia. c.9. *n.*75
Senibus parcant iuuenes. c.3.*n.*9
Serpentem vectem plura significare ostenditur. c.26.*n.*3
Signa Iudicij quæ. c.2.*n.*21
Signum post incarnationem Christi Deus dare recusat, & quare. c.7.*n.*21
Silentium seruandum. c.6.*n.*18
Silentium indiscretum vitandum. ibid.
Simulata sanctitas nimium obest Ecclesiæ. c.22. *n.*13
Sitis nostra voluntatis, & intellectus quãdo extinguatur. c.25.*n.*16
Sperant in Christum multi, pauci sequuntur illum. c.6.*n.*9
Sperandum non esse in homine. c.20.*n.*3
Spes iustorum maxima. c.26.*n.*28
Spiritus sanctus in Prophetis per modum transeuntis in Christo per modum permanentis fuit. c.3.*n.*3
Spiritus sancti in Apostolos descensus. c. 4. *n.*7
Spiritus sanctus comparatur api, & quare. c.11. *n.*4
Spiritus sancti dona septem, quare, & quis in eis ordo. c.11.*n.*3
Spiritus sancti per Apostolos collatio. c.11. *n.*22
Superbiæ occurritur. c.11.*n.*24
Superbiam hominum Deus destruxit. c.14. *n.*4
Superbia hominis, & Luciferi quanta. c.14. *n.*10
Superbia hominem maximè deprimit. c. 14. *n.*11
Superbus stuppæ flammescenti comparatur. ibidem.
Superbus in quo differat ab arroganti. c.16. *n.*8

T

Temerarium iudicium non admittendum. c.21.*n.*15
Templi, tabularum legis, & circumcisionis instauratio quid. c.19.*n.*18
Temporum nostrorum calamitas deploranda. c.3.*n.*11
Temporalia bona non satiant, sed tantum cælestia. c.25.*n.*16
Tempus probè insumendum. c.21.*n.*14
in Tentationibus dat Deus auxilium. c.18. *n.*7
Tentatio nõ excedit nostrũ posse. c.11.*n.*14
Tentationibus cito resistendum. c.27.*n.*3

Terræ

Terræ sterilitas non est euentus fortuitus: sed iræ Dei iudicium. c.5.n.14
Timere non debet, qui a Deo protegitur. c.7.n.8
Timor Domini commendatur. c.11. n.6
Thomæ Apostoli error in quo fuerit. c.7. n.12
Timor impiorum in Iudicio. c.26.n.30
Timor pœnarum inferni ad conuersionem disponit. c.26.n.25
Tyranni titionibus comparantur. c.7.n.18
in Tribulationibus iusti habent refugium, secus peccatores. c.4.n.13
Tribulatio dat intellectum. c.9.n.84
Tribulatio spinæ comparatur. ibidem.
Tribulationes patienter ferendæ. c.10.n.4
Tribulationes breui durant tempore. c.10. n.23. & c.26. n.30
Pro tribulationibus ipsis Deo gratias agamus. c.12. n.4
Tribulatus a Deo non recedit tristis. c.15. n.5
Tribulationes omnes breues sũt. c.17.n.17
Tribulationes turbini comparantur. c.25. n.5
Tribulationes dicuntur iustorum via. c. 26.n.13
Tribulationes nobis a Deo imitti summæ clementiæ signum. c.26.n.18
Trinitatis mysterium antiquis etiam, licet in figuris reuelatum fuit. c.6.n.17

V

VEntum, & vanitatem parere quid sit. c.1.n.27
Venter in quo liber amarus deglutitur peccatores significat. c.1.n.59
Vestium luxus a Dei seruis spernitur. c.20. n.3
Via virtutis plana, & facilis. c.1.n.49
Via ad vitam est ardua, & quare. p.8.n.9
Via, & semita Christi, quæ, & quomodo differant. c.9.n.75
Via ad vitam facta est a Christo ipsa mors. c.26.n.3
Victoria Deo est ascribenda. c.7.n.3
Vt victoriam acquirant Deus elegit infirma, vt confundat fortia. c.7.n.6
Viduarum, & orphanorum protectio Deo grata. c.1.n.51
Vigiliarum antiquitas, & vtilitas. c.26. n.15
Vir, & vxor quomodo in conuictu se gerere debeant. c.3.n.22
Virtutum nostrarum obliuisci, peccatorum autem semper reminisci debemus. c.1.n.47
Virtutis, & veræ religionis expertes populi gentium nomine, & Vrbium indigni sunt. c.9.n.80
Vita Euangelicæ perfectio mons dicitur. c.2.n.5
Vltio diuina quantum timenda. c.19.n.15
Vnitas Ecclesiæ per Christum causata. c.11.n.13
Voluntas absque auxilio Dei bonum velle nequit. c.1.n.55
Voluntas efficaciter mouetur a Deo, vt operetur. c.10.n.10
Vota implenda. c.19.n.23
Votorum impletio ex meritis Christi procedit. ibidem.
Vox beatorum in Iudicio. c.25.n.18
Vsura quod malum afferat. c.23.n.13

FINIS.

Regeſtum.

a b c.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp.

Omnes ſunt quaterniones, præter a, quod eſt duernio,
& P p, quinternio.



ROMAE,
Apud Gulielmum Facciottum.
M. D C X V.

SVPERIORVM PERMISSV.

1-6-2-